Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Prisciani Grammatici Caesariensis Libri omnes: De octo partibus orationis XVI deq[ua] constructione earundem II. De XII primis Aenei. libror[um] carminibus. De accentib. tam nominu[m] quam uerbor[um]. De ponderibus & mensuris. De praexercitamentis rheto. ex Hermog. De versibus comicis. Rufini item de metris comicis & oratorijs numeris.

https://hdl.handle.net/1874/421848

Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell

Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
- de kopsnede
- de frontsnede
- de staartsnede
- het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection

Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

X. fo.
62

PRISCIANUS

Grammaticus.

123



Litterae Latinae

Folio nº. 62.

N 124. B.

N° 254 D.



PRISCIANI

GRAMMATICI CAESARIENSIS LIBRI OMNES:

De octo partibus orationis XVI. deq; constructione earundem II.

De XII. primis Aenei. librorũ carminibus.

De accentib. tam nominũ quàm uerborũ.

De ponderibus & mensuris.

De præexercitamentis rheto. ex Hermog.


De uersibus comicis.

Rufini item de metris comicis & oratoriis numeris.


Iis omnibus quantum operæ, & id quidem potissimum in græcis, quæ fere deerant, restituendis adhibitum sit, tum liquido cognosces, ubi diligentius omnia hæc introspexeris.

Eucharius Cervicornus excudebat,
Anno M. D. XXVIII.

Sub edicto & priuilegio Cæs. ad quadriennium.



Ex Dono [illegible] à Bürck





AD LECTOREM.

GRAMMATICAM esse, uel Quintiliani testimonio, studiose lector probe nosti, quæ nisi cæterarum artium fundamenta fideliter iecerit, quicquid superstruxeris, facile corruet. Fideliter nimirum fundamenta iacimus, si ad perpendiculum & collineamenta celebris architecti, structuram demittamus. nec est ut ruinam formidemus, si firmo stabilíq; fundamento incumbens ædificiũ, legitimis interstitijs, concinnaq; parietum mole sensim assurgat. Bona pars studiosorum, electissimam ætatis nostræ portionem, grammaticæ ergastulo absumimus, & mussitare (quod in epigrammatis Græcis est) οὐ παύομεμ, πῶσις συνδέσμους χήματα συζυγίας. Erigimus structuram, sed quæ uel hinc propendet ac nutat, uel inde sublabitur, ad docti præceptoris gnomonem minime collocata. Accimus magistros, qui ex quibuslibet lacunis, putidis nonnunquã & feculentis, grammaticæ rudimenta tumultuario exantlata nobis diuendunt. Discipuli esse percupimus Gorgiæ illius Leontini, qui (modo Aristoteli creditur) rhetoricam sese docturum pollicitus, uarias quidem orationum species, & diuersa paradeigmata proposuit exhibuitq; auditoribus, nullis tamen interim conficiundæ orationis, neq; traditis præceptis, neq; commonstratis lineamentis. Auersamur ueteres grammaticos, perinde ac eos qui Cethegis, qui Curijs, qui Fabricijs, qui Horatijs etiã illis trigeminis loquendi normam, hoc est, ætatis suæ hominibus præscripserunt. At bone deus, quidnam in neotericorum grammaticorum flexuosis riuulis admirabũdi perrimamur, quod apud uetustos, non purius, non defecatius, non pensiculatius obseruatum inuenire licebit? Quid hoc æuum nostrum, à portentosis barbariei æstibus, tametsi auspicato, ingenti tamen sudore, uix tandem enatans, uicturis literis commendare potest, quod prióra illa secula, nulla barbarie conspurcata, nulla conuulsa stribiligine, non copiosius, nõ felicius, non ordinatius reliquerunt posteritati? Inter grammaticos, quorum ætas à nostro seculo remotior est, illustris plane & famigeratus ẽ Priscianus Cæsariẽsis, quo uno, ut neminem huberius, ita quoq; eruditius grammaticæ munia tractasse facile comperies. Grammaticæ negotium ab ouo (ut ferunt) orditur: & de literis, de syllabis, de partibus orationis, de ipsa orationis compositura, omnem tibi scrupum adimens, ad umbilicum luculenta declaratione perducit. Si eorum, quæ grammatici asserũt, testimonia expectes, nemo plures, nemo uetustiores, nemo fideliores, nemo incorruptiores, nemo denique testes affert honoratiores: Si rationibus mouearis, ecquis rationes aut subtilius excogitat, aut describit exquisitius, aut appositè magis pertractat? Porro de literarum indole, de partibus orationis, quo scilicet modo, significando dissideant, de constructionum segmentis, quasdam dubitationum minutias, nõ minori acrimonia quàm scrupulosa diligẽtia intantum persecutus est, ut sint, qui modos significandi, constructionum labyrinthos, & id genus alia nugarum monstra, ab hoc autore, quanquam non prognata, nonnihil tamen fota & enutrita arbitrentur. Verum (ut mea fert opinio) dum illi nugarum mangones, ab huius tam præclari autoris sulco deerrarent, prolapsi sunt in deuia: & dũ castam atq; pressam intelligentiam autoris assequi non possent, factum est ut pro dilucidis obscura, pro ueris ambigua, pro syncerís impura, pro necessarijs superuacanea nobis obtruderent. In confesso est, neminem confinia Græcanici sermonis cum Latino, uel ac-

curatius obseruasse,uel indicasse fidelius. Sunt,quibus uisum est,ijs qui hoc seculo Græca aut interpretando, aut profitendo floruerunt, non tam Gazas, Chrysoloras, Guarinos,Demetrios,Lascharas,& uniuersam Græcorum classem profuisse,quàm unicũ Priscianũ. Hic enim, dum Græcor̃ cõstructionẽ cum Latina cõpage cõmittit,non tam auribus quæ segnius irritantur,quàm fidelibus oculis cõsulit, & perinde ac in triuĩs Mercurius,palam indicat, qua cõueniant,qua item parte diffideant orationes, hinc Græcis, inde Latinis magis peculiares. Quod si amice lector tibi deesse nolis,si tum Græca,tum Latina penitus introspexisse libitum sit,hunc autorem coẽme, euolue,perlege, & subin de repetita lectione, familiarem tibi redde. Videbis plane nitidum,qui multis iam annis fœdo neglectu squaluit,animaduertes castigatum,quem bis mille erroribus,atq; eo amplius misere dilaniatum doluisti,experieris integritati,quoad fieri potuit, diligẽter restitutum:à quo, luxatis sententĩs, uiolata orationis futura, partim Græcis expunctis, partim ignoto charactere obrutis,uel crassa inscitia temeratis,mãco, mutilo,discerpto, confosso,atq; plane exangui hactenus abhorruisti. Tantas hic tibi grammaticæ opes sufficiet,ut ampliores etiam indagare piguerit,nisi fortasse uelis (quod ille ait)

μετὰ γραμματικῆς βαρυμόχθου,
ἐλλύτης νεκύων εἰς ἀίδην ἰέναι. Vale.

Ar. Ves.

εἴ σ' γραμματικὸν θέλει καθαρὸν νοῆσαι
ἢ ἀψευδεῖς κανόνας, παντοδαπός τε λόγους
βίβλον ἀναγνῶθι τάυτην, κοὐ κάτθεο θυμῷ,
ὧν κομιδῆ βίβλῳ καρποφορῆσα γέμει.
ἃ δ' ἐν ποικίλαις ἄλλοι σελίδεσι δίδαξαν,
τῷδε νεοπλάστῳ βιβλίῳ ἐνθὺς ὀφᾶς.



EX BAPTISTA GVARINO.

Priscianus est nomẽ deriuatum à Prisco,sed melius à præscio uerbo, ut ipse dicit, quod fuit eruditus septem artibus liberalibus: natiuitate Romanus,sed ideo Cæsariẽsis, quia ibi didicit literas. Idcirco uerius est, quia illic suum edidit librum. Cæsareæ enim sunt tres,una Cappadociæ,quam ædificauit Perseus,altera Mauritaniæ,quã Iuba rex Maurorum amore Cæsaris Augusti cõdidit,& ex eius nomine Cæsaream appellauit. Sic & Herodes Cæsaream tertiam in Palæstina,quæ nunc est urbs clarissima, de qua iste Priscianus fuisse dicitur. Scribit opus Iuliano quadragesimotertio imperatori,qui fuit tempore diui Hieronymi, sub cuius fine imperĩ mortuus est Hieronymus: qui Iulianus regnauit anno uno & mensibus septem.

INDEX PRISCIANI.

in quo animaduertendum ē, literā a postpositā numero, significare primā columnæ partē, b mediam, c uerotertiam.

A 3.c.4.a.19.b
A mutatur in e 8.c
A affinitatem habet cum cæteris uocalibus 9.c
A finita, & fœminina, per ola diminutiuū faciunt 38.b
A corripitur apud Latinos 87.c
A finita, cuius sint gene. 48.c.494.
A finita quō gtūm faciunt 64.b
A, ab, abs, quomodo differāt atq; cō ueniāt 306.c.312.b.203.c.
A, præpositio, interiectio, & nomen cē potest 217.a
A non præponitur dictionibus à uocali incipientib. 205.c
A terminata aduerbia, producuntur 14.b (209.b
Ab pro au
Ab quō cōueniat differatq; cum A & Abs 203.c. 306.c.322.b
Ab nō præponitur dictionibus à cōsonāte incipientib. 203.c
Abaddir 97.b
Ablatiuus casus 61.c.62.a.c
Ablatiuus interdū pro gtō & datiuo græco ponitur 63.a
Abltūs primæ decl.a uel e longum finit 88.b.329.a
Abltūs tertiæ decl.unde & quō formetur 90.b
Abltūs pluralis formatur ab ablatiuo singulari 93.c
Ablatiuus tertiæ inflexionis e uel i finit 100.c
Abltūs iūgitur interdū ntō 261.b
Abltō iungūtur noīa uim passiuā habentia 261.c
Abltūm actus uel patiētis oībus uerbis addimus 277.b
Abltūs pluralis communis est trium generum 320.a
Abltūs tertiæ declinatiōis unde formetur 109.c
Ablatiui propriorū noīm ciuitatū pro aduerbijs locātur 209.b
Abnegatiuæ 219.c
Abs 306.c.322.b. 203.c
Abs semp præponi solet 204.a
Abs terminata Græca & latina 97.a.
Absolutiū 22.c
Absoluti casus 225.b
Absoluta pronomina q̄ sunt 233.a
Absolutorum uerborum cōstructio 259.c.277.b
Absq; 205.a
Ac 98.a.217.c.
Ac, atq;, et, q̄, differūt 323.b
Accentus mutare licet, cū ordo mutatur 195.b.196.b. 311.a.
Accētus quid est 332.b
Accētus tripliciter diuiditur ibidē
Accētus acutus ibidē.
Accentus decē ibidē.
Accētus tripliciter turbatur 333.a
Accentuū regulæ diuersæ de nominibus 333.a.
Accentuum regulæ diuersæ de uerbis 336.a.b.c.
Accentuū regulæ diuersæ de participio & c. 337.b.c.
Accidentia literæ 4.b
Accidētia noīs 21.a
Accidētia cōparationis 29.c
Accidētia uerbi octo 123.c
Accusatiuus 61.c.62.a.
Accūs scd'æ decli. unde 91.a
Accūs plur. scdæ decl. unde 93.b
Accūs plur. tertiæ inflexiōis 160.b
Accusatiui propriorum nominum ciuitatum 209.b
Acer 26.c.
Acquisitiua uerba 278.a
Actiua uerba quæ sint 125.a
Actiua nonnulla, passiua non faciunt 126.a
Actiua p passiuis ponūtur 129.a.b
Actiua accō accōmodātur 276.b
Actutū ab actu 212.b
Acutus accentus 332.b
Aculeus 80.b
Acus 80.b.54.b
Ad præpositio 197.c.200.b
Ad tā præponi q̄ postponi 200.a
Ad, quid significet 200.a
Ad aliquid 20.b
Ad aliquid omnia, candē constructionem seruant 260.b
Adeps uel adipes 56.a
Adiectiua habentia uocalē ante us, mutuāt cōparatiuū 30.c
Adiectiua noīa 21.c.22.a.b
Adiectiua unde dicātur 30.a
Adiectiua appellatiuorū in us 313.b
Adiūctiuæ 218.c
Admirātis interiectio 216.c
Ador 74.a
Adoratiua uerba 279.a
Aduerbia 19.c
Aduerbia cōparātur interdū 30.a
Aduerbia i e, quō cōparētur 31.c
Aduerbiū à præpōne differt 20.c
Aduerbij propriū 20.b
Aduerbiū qd est 30.a. 207.c
Aduerbia per se non faciunt sententiam 206.b
Aduerbia deriuātur à uarijs 208.c
Aduerbiorum formatio 212.b
Aduerbiorū terminationes. 209.a.b c, & deinceps.
Aduerbiorum species ī cōparatiuis & suplatiuis reperiūtur 213.c
Aduerbiū unde deriuetur 213.a
Aduerbiorum significatio diuersas species habet 213.c
Aduerbia loco nominum inueniūtur posita 215.a.251.c
Aduerbiorū ordo 216.b
Aduerbij cōstructio 226.a.252.c
Aduerbiū & nomen cur solū habeant interrogatiua 226.b.c
Aduerbiū interrogatiuū uerbi. 230.
Aduerbia regētia casum, præpositiones fiunt 195.a
Aduerbia localia inter præpositiones numerāt latini 197.a
Aduersatiuæ cōiunctiones 219.b.
Aduersus 331.a.b
Aeneas 313.c
Aeneus 314.a.320.b
Aeoles inter duas uocales digamma utuntur 79.a
Aes fœminina 56.a.85.a
Aex 98.a. 109.c
Agè hortandi 267.b
Agellus & agnellus 37.a
Agnitio cōiugationū 135.a.305.b
Angiportus 81.b
Ago actiuū cū cōpositis 161.b.
Agnomen 21.b
Ah 8.a.17.c.
Ai diphthōgus 26.b.87.b
Aio 151.b.166.a
Al denominatiua 41.b
Al neutra 49.c.
Alacer 51.a
Algor & algus 74.a.63.c
Alis uel ale 44.a
Alius 188.c.194.c.82.b.32.a
Allocutio rhetorica qd est 350.b
Allocutiōis multiplex diuisio. 350.b.
Alter 188.c.194.c.32.a
Alteruter 60.a

Alx 98.a.
Aluus 83.a
Am quid significat 207.b.11.b
An 69.b
Anomala comparatiua 21.c
Anus 83.a
Ante separatur atq; componitur 201.b.203.b
Antisigma
Apostrophus 332.c
Appellatiuum & proprium differunt 21.c
Appellatiua quædam formas habẽt diminutiuorũ 38.c
Approbatiuæ coniunctiones 218.c
Aptota 61.a
Apud 201.b
Aps 97.b
Ar pro ad 13.a
Ar terminata cuius sint generis 50.b.70.c.
Ar denoĩatiua 42.c
Ara 19.b
Arborum nomina in us, sunt fœmina 322.c
Arcus 80.b.322.c
Arceo arceor ibidẽ.
Ardeates 43.c
Arma 302.b
Arpinas 42.c
Ars terminata 97.a
Articulata uox 5.a
Artificiorum uerba 278.a
Ars ibidem
Arx terminatio 98.a
Arx ab arceo 322.c
As 96.a
As finita quomodo genitiuum plurale formẽt 106.c
As nũmus libralis 339.a.342.b
As pro æ 65.b
As terminata cuius sint gener. 52.a
As terminatio quomodo genitiuum singularẽ facit 75.a
Assiduus 39.c
Aster denoĩatiua 42.c
Aster diminutiua 38.b
Atq; coniũctio 323.b
Atq; ac & q; differunt ibid.
Aurarij 329.a
Auriga ibidẽ
Aurum ibidẽ
Aurora 328.c
Aux 98.a
Ax 95.c
Ax terminata cuius sint gener. 54.c
Ax denoĩatiua 45.a

B

B in u uertitur 11.c
B media 8.c
B transmutatur uarie 12.c
Bacchicum metrum 564.a
Barbara in i 66.c
Bellicus Bellicosus
Bellienus 321.c
Bello bellor ibidẽ.
Bellum à bono ibi.
Bipennes 53.b
Bisyllabæ præpõnes 199.c
Bos bouis boum 79.a 109.b
Bundus & bus denoĩatiua 46.b
Brachicatalecticus 301.b
Bs terminata, quõ faciãt gtũm. 86.a

C

C media 8.b
C immutabilis ibidem
C terminata aduerbia producũt ultimam 211.c
C finale producitur 315.b
C, B, F, G, P, cognatæ dicũtur 9.b
C transmutatur uarie 12.c
C terminata 68.b
C neutra. 49.c Cæpe. 66.b
Capra Capreolus 38.a
Capenas. 43.c Caprigenus. 67.c
Casus qd sit, & quare dicatur. 61.a
Casus septimus 62.c
Casuales formæ sex 62.b
Casus absoluti 225.b
Casus siles quærit coniũctio 241.a.b
Casus diuersi cõiũcti. 248.a. 250.a
Casus pronoĩm 180.b
Catalecticus 30.b
Caupona 67.c
Causatiuus quandoq; dicitur accusatiuus 61.c
Causales cõiunctiones quinq; habẽt species 218.a.c
Ce adijcitur pnoĩbus. 184.a. 186.a.
Cecropides 23.c
Ceo faciũt ui ptũm 308.a
Cæsura 30.c
Cæsuras in uersu esse necesse ẽ. 301.c
Cæsuræ tres raro inueniũtur ibidẽ
Choliãba. 357.c Cim. 50.a. 69.b
Cio diminutiua 38.c
Cio quartæ cõiugationis 165.b
Circa quid significat 201.c
Circiter ad tẽpus pertinet ibidẽ.
Circũ componitur & separatur. ibi.
Circũflexus accẽtus 332.b.c
Circumflexus accentus manet in quibusdam 306.a
Citra à cis quõ differat 201.c
Citer citissimus 30.b
Cius denoĩatiua 45.c.
Ciuitatum nomina ĩ tribus casibus pro aduerbijs locari possũt. 20.b
Claxendix 55.a
Clam magis aduerbium q̃ præpositio 201.a.205.b
Classis 314.b
Classicus & classica ibidem.
Coco 130.b
Cognomen 21.b
Cola 301.c
Cognatio temporũ 124.b
Collectiuæ coniunctiones 219.c
Collectiuum 22.c
Colonia 39.41.a
Columbar 50.c
Commata 301.c
Cõmemoratio ab usu differt. 347.a
Cõmendatiuus quandoq; dicitur datiuus 61.b
Comœdiæ laus 356.b
Comicus uersus 357.b
Communia uerba actiuã & passiuã constructionẽ habẽt 252.c
Communia quãdo actum actiuorũ, quãdo passionem, passiuorum sequũtur constructionẽ 277.a
Communia uerba quæ 125.b
Commune uerbum quot participia 175.b
Commune genus 47.c.48.a
Coĩatrium generũ 48.c
Communia duorum & trium terminationes q̃ & quot 87.a
Comparatiua fiunt 30.a
Cõparatio fit ad unũ l' ad plur. 30.b
Comparãda nomina scdæ uel tertiæ sunt declinationis 30.c
Comparãtur anomala 30.c
Comparatiuus excedit gtũm una syllaba ibidẽ.
Comparatiua quædam magis aduerbiũ assumũt 31.a
Comparatiua in us terminata 31.b
Comparatiua tertiæ declinationis q̃ & unde formantur 31.b
Comparatiua in or cõmunis sunt generis 231.b.c
Comparatiua aduerbiorum quomodo fiant 31.c
Comparatiua in or, faciũt neutrum in us 31.c.32.a
Comparatiuorũ cõstructio 262.a

Comparatiua etiã gtõ ſecundũ græcos adiunguntur 259.b.
Comparatiuus diminutionem ſuſcipit 32.c
Cõparatiuus abltõ iungitur 33.a.
Cõparatio rethorice qd ſit 350.a.
Comparatiuum quid 29.c.
Cõparationes unde naſcãtur 29.c.
Comparationis accidentia 29.c.
Comparatiuus interdũ dicitur ablatiuus 61.c.
Compoſita ſimpliciũ ſequuntur declinationem 61.c.
Compoſita à capite quõ genitiuum faciant 86.a.
Compoſita à corde 86.c.
Cõpoſita ex duobus integris utrinq; declinantur 59.c.
Compoſita utroq; obliquo 6.c.
Compoſita ex obliquo & ntõ ibidẽ
Cõpoſitio in uerbis mutat quãdoq; ſignificationem 131.b.
Compoſitio interdũ cõiugationem uariat 131.c.
Cõpoſitio fit per ſingula tpa 133.b.
Componuntur uarie uerba 133.a.
Compoſita ſimplicium normam ſequuntur 159.b.160.b.
Compoſita noĩa extremam ſyllabã in e, correp. mutant 10.a
Componuntur nomina quatuor modis 59.b.
Compoſitæ figuræ 58.c.
Compoſita à quis 306.a.
Cõparatiõe participia carẽt 304.a
Comprobatio quid eſt 348.a.
Coniunctionum ordo 221.a.
Cõiũctio qd ẽ 217.b. 307.b. 309.c.
Cõiunctionũ cõſtruct. 226.a. (312.a
Coniunctio uerbo præpoſita 24.b.
Cõiũctio eoſdẽ modos exqrit 204.c
Cõiũctio ſil'es caſus poſtulat 241.a.
Coniunctio præpoſitiua grauatur ſemper 323.b.
Coniunctionum conſtructio 253.a.
Coniũctio et præpõ differũt 195.b.
Coniunctionis ꝑprium 20.c
Coniugatio quid eſt 134.c.
Coniugationes latinorum & græcorum 10. 135.b.
Coniugationis agnitio 135.a. 305.b.
Coniugationis diuerſæ unius tamen principij poſitio 135.b.
Coniugandi græcorũ modus 135.c.
Coniunctio nulla habet aſpirationem 197.a
Con, compoſita ſemper præpoſita inuenitur 201.a. 267.b.
Cõ, ſepata inueniri nõ poteſt 307.b
Conſonãtes et uocales differũt 6.a.
Conſonantes immutabiles 8.b.
Cõſona duplex ĩ capite ſyllabæ 15.b.
Conſonantes tres uocalem & antecedere & ſubſequi poſſũt 16.b.
Conſona ſi ſyllabam terminat etiam inchoat 16.b.
Conſonantes duas habentia in fine qualia 55.c.
Conſtructio figuratur in poſſeſſiuis 243.c.
Conſtructio ad intellectũ uocis redenda 254.b.
Conſtr. abſoluta et trãſitiua 258.a.
Conſtructionum diuerſa exempla 280. 282 per totum
Conſulo te et tibi 278.c.
Contra componitur & ſeparatur 202.a. 203.b.
Coram 205.b
Corporalia nomina 21.c.
Corripitur ntũs in a deſinẽs 66.b.
Cudo ſi di 158.b.
Cuia adiũgitur refert et interẽ 185
Crotonias 43.c. (b
Cuius a um poſſeſſiuum 326.a.
Cuius a um ad interrogationẽ poſſe pertinet 203.b.
Cuias ad interrogationem gentiliũ
Culum deſinentia 42.a. (203.b.
Cum præpoſtere cõponitur cum ꝑ nominibus 201.a.
Cura 313.a.
Curro cum compoſitis 163.c.
Cus 416.a
Cuticula 36.b.

D

D tranſmutatur uarie 13.a.
D interponitur frequenter 13.a.
Dactylicus 301.b.
Dandum 312.c.
Dtũs caſus 61.c. 62.a.
Dtũs tertiæ declinationis in bus deſinit 119.c.
Datiui multi in o pro aduerbijs locantur 201.b.
Dtũs plis primæ declinatiõis 69.b.
Dtũs tertiæ declina. fit à gtõ 99.a.
Dtũs ſecundæ decl. unde fit 90.b.
Dtũs plis formatur ab ablatiuo ſingulari 93.c.
Dtũs pro genitiuo inuenitur 259.a.
Datiui conſtructiones 261.a.b.
Dtũs plis in omnib. mobilib. 320.a.
Daſea 332.c.
Debet impſonaliter capitur. 264.c
Deceptiua uerba 278.a.
Declinatio quarta 121.b.
Declinatio 20.a.
Declinatiõis quintæ noĩa
Declinationem pronominũ quædã nomina ſequuntur 188.b.c
Declinationes pronominis quatuor 187.a. 320.b. 323.c. 370.a.
Defectio lrãrum ſiue uerborũ 222.b
Defectiua uerba duplicia 133.c.
Decompoſitæ figuræ 58.c.
Decor pro decorus 74.b.
Demonſtratiua pronomina quomodo differant 194.a.
Demonſtratio & relatio quomodo diſtent 179.a.
Demonſtratiuorum pronominũ cõſtructio 233.b.
Demonſtratiua quædam ſunt oculorum tantum 233.c.
Denominatiua in a 39.c. 40.a.b.
Denominatiuum unde 39.a.
Denominatiuorum formæ multæ ſignificationes q; diuerſæ 39.b.
Denominatiua à uerbis 40.b.
Deponens uerbũ qd ſit 125.b. 126.c.
Deponẽtia q̃dã paſſiua tãtũ 128.c.
Deponẽtia accõ iunguntur 276.b.
Deriuatio aduerbiorum 203.c.
Deriuatiuorum uerborum diuerſæ ſpecies 129.c.
Deriuat. pronoĩa ſeptẽ 178.b. 179.c 318.c. 370.c.
Deſcriptio rhetorica quid 350.c.
Deſcriptiões uarijs modis fiũt 350
Deſideratiua inſo 130.c. (c.
Deſideratiua accõ iũguntur 278.c.
Diaſtole 332.c.
Dictio plura ſignificans eſt cauſa infinitatis 234.b.
Dictio & ſyllaba diſtant 18.c. 19.b.
Dictio quid 10.b
Dictionum diuerſitas 138.b.
Dies 53.a. 310.b.
Dies maſculini generis 122.b.
Differunt mei, noſtri, ueſtri 187.b.
Differunt mei, tui, ſui, noſtri, ueſtri 245.b.
Differunt poſſeſſiua & patronymica 24.c.
Differunt hic, ille, ipſe
Differt præpõ ab aduerbio 20.c.
Dimetri iambici 352.b.

Diminutiuum quid 35.a.
Diminutiua non comparãtur 35.a.
Diminutiua unde deriuantur 35.a.
Diminutiuorum formæ 35.b.
Diminutiua quomodo fiant ex nominibus in is & ns,rs 36.a.
Diminutiua quæ primitiuorum genera non seruant 38.c
Diminutiua anus,na,num 28.b.
Diminutionem suscipit comparatiuus 32.c.
Diminutiua uerba in lo 130.c.
Diptota 62.b
Diphthõgus ĩ ptõ nõ mutatur 214.c
Diphthongus 13.c.19.c.
Dis 96.b.
Dissertiuæ coniunctiones 219.b.
Disiunctiuæ coniunctiones 218.c.
Discretiua pronoĩa quæ sunt 233.a.
Diuiduum 22.c.
Diuersorium 331.b.
Diuersus 324.c.
Diuerticulum 331.b.
Do uerbũ cũ compositis 145.c.
Do finientia quomõ præteritum faciunt 158.a.
Do desideratiua 41.a.
Do di habent in præterito 326.a
Do quõ supinum faciant 159.b.
Domus 83.b.326.c.327.a.
Duorũ oculorum alter sinister etc. 339.b.(228.a.
Dupondius
Dum quæ pars 325.a.

E

E terminata faciũt diminutiua 36.a
E terminata deriuatiua eorũ neu-
E mutatur in u 9.a.(tra 40.c.
E in a i o u quãdoq; mutatur 9.c.
E productum fœminina 66.c.
E cuius generis 49.b
E correptum sunt neutra 66.b.
E transit in i productum 8.c.
E pro ei poni solet 9.b.
Eclipsis 20.c.
Ei 14.c
Ellum terminantia 37.c
El cuius generis 49.c. 69.a.
Elementorũ noĩa neutra 49.a.
Elis nomina 44.a.b.
Elis 44.a Ella 30.a.
Elementũ & litera quo distent 3.c
En cuius generis 50.c.
Ensis 45.a.
En deriuata denominatiua 42.b
En 14.b.
Epicœna 48.a.
Er nomina quomodo diminutiua faciunt 35.c.
Er denominatiua 42.c.
Er cuius generis, & quomodo genitiuum 72.b.73.a.75.a.
Er cuius generis 50.c.
Es denominatiua 44.a.
Es tertiæ quintæ úe declinationis diminutiua 36.c.
Es quõ faciunt genitiuum 75.c.
Es cuius sunt generis 52.c.
Ex denominatiua 47.c.

F

F æolicum digamma 5.b.
F ualet φ 5.b.
F semiuocalis non est 5.b.
F b g c x cognatæ dicuntur 9.b.
F digamma apud Aeoles est 7.a.b.
Fabularum expositio circuitionib. uult carere 346.b
Fabula quid est 346.a-356.b.
Factitia 22.a.
Fastus 79.c. Fas 316.a.
Far farris 50.c.
Festorũ noĩa in ia pl'ia tantũ 93.c.
Fero quõ coniugatur 139.b.
Ficus 80.c.82.c.
Fides 36.b.
Fidicula ibidem
Figuræ aliæ p alijs poni solẽt 291
Figuræ heroici uersus. 201.c.(c
Figura uerborum triplex 131.c.
Figura accidens 4.b.
Figura ĩ quo et quotuplex sit 58.c.
Figurate masculina uel alterius generis 66.a
Fingere uocabula ad copiam latini sermonis 134.c.
Fimus superlatiuum 34.b.
Fœmininorũ terminationes quæ et quot 57.a.
Fœminina patronymica 12.
Fœminina nomina 48.c
Fœnus 88.b
Fluuiorũ nomina plurima in a terminantur 66.a.
Fiscina 28.c.
Far farris 71.a.
For uerbum declinatur 315.b.
Formæ diminutiuorum 35.b
Formæ casuales sex 62.b
Formæ possessiuorum 25.a.
Formæ superlatiuorum 33.a.
Formæ aduerbiorũ 209 usq; 213
For. denominatiuorũ multæ 39.b.
Fors forte 62.b.
Forsan dubitatiõis aduerb. 270.c.
Fors aduerbiũ 213.a.
Fortuna duobus modis quædã uetat efferre 124.a.
Frequẽtatiua unde nascantur 305 a. 311.c. 315.b.
Frequentatiua omnia primæ sunt cõiugationis, & pleraq; à præterito formantur 331.a.
Frequentatiua in to,so, xo primæ coniugationis 130.c.
Frequentatiua 130.a.b.
Frons 86.b.
Futurum tempus 123.a.b.
Futurũ ex præsẽti nascitur 124.a b
Futu. quõ faciãt impsonalia 307.c
Futurũ indicatiuũ pro iamdudum præterito 272.b.
Futu. participia in rus et dus 172.a

G

G b c f x cognatæ dicuntur 9.b
G media 8.b
G in diuersas commutatur 13.b
G nõnullis præponitur 17.c
G nullius syllabæ terminalis 17.c
Gaddir 74.a. Genus 84.b.c.
Genera uaria possessiuorum in nus 27.a.b.c.28.a.b.
Genera noĩs principalia duo 47.c
Genera unde 47.c.
Gtũs sing. secũdæ declinatiõis 90.a
Genitiui in i p genitiuis in us mul-
Gtũs tertiæ declinationis (ti 80.a.
in is correptã 98
Gtũs pl'is in um uel ium 106.a.
Genitiui masc.media syllaba sæpe conciditur 93.a.
Gtũs pl'is primæ decl. quõ fit 88.c.
Genitiuus 61.b.62.a.
Gtũs græcus quõ faciat latinũ 69.c
Gtũs in ius dtõ maior est 92.a.
Gtũs pl'is primæ declinationis interdum contrahitur 89.a.
Gtũs pl'is fit ab abltõ singulari 93
Genitiuorũ crescentia 90.a.
Go finiẽtia penultim. p ducũt 41.a.
Glandium 39.a. Glandula 39.a.
Glans 86.b. Generale 22.c.
Gentile nomen 22.b.
Græca in ys 85.a. Græca ĩ ós 79.b
Græca in os 85.c.
Græca noĩa genus non mutãt apd Latinos 52.a.154.a.

H

H non est litera 6.a.
H aspiratio magis q̃ litera 4.b.13.b.

Habena & auena 318.b.
Habituũ nomen 134.b
Hau hei heu hoi hoe, græci inter ad uerbia, nos inter coniunctiones ponimus 211.c
Hei interiectio dolẽtis 216.c
Heroici uersus figuræ 301.c
Hexaptota 62.a
Hic is iste & ille differunt 323.c
Hic in plurali solũ c habet 183.b
Hilum 69.b
Ho finita uerba 161.b
Homo homonis 65.b
Homonyma 21.c
Hora 306.c.
Hortatiua accõ iunguntur 278.c
Hostoriũ 69.b
Huber 50.c.51.a
Huiusmodi ĩre non declinatur. 65.b
Humus 83.a.
Hyphen 332.b.
Hypercatalectici uersus 301.b

I

I transit in a e o u 9.c.
I apud Aeoles sæpe uim pdit 11.a.
I ante n producitur 25.b.c.26.b.
I consonãs, in principio dictionis nõ potest aspirari 6.b.c
I corripitur in cõparatiuis 32.b.
I & u uocales mediæ 4.a.16.a.
I longum ante uocalẽ 15.a.
I mõ duplex, mõ simplex 6.a.14.a.
I noĩa cuius gene. 49.b.66.c.
I subiunctiua 13.c.
I transit in a e o u 9.c
Iambicum carmen quibus ex pedibus cõstat 351.c.356.c
Iambici uersus quadrifariam diuiduntur 352.a
Iambici quidam integri, quidam uero claudi 357.c
Iambicũ quinq; suscipit pedes. 359.c
I desinentia 41.c.
Iliades 23.b
Illa terminata 38.a
Illiterata uox ibidem.
Illum terminata faciunt diminutiua, 37.c
Ilis & ile omnia i longum habent 44.a.b.c.
Illiusmodi 67.a.
Iam aduerbiũ 312.c.314.a
Immitto 317.c.
Immetior ibidẽ
Imperatiua primas personas singulares non habent 267.a
Impera. adiũcta subiunctiuis. 267.b
Impersonaliũ constructio 264.c
Impersonalia passiua nõ possunt infinitis adiungi 265.a
Impersonalia casibus iunguntur interdum 264.c
Impersonalia infinitiuis adiunguntur 264.c
Impersonaliũ tria præterita 265.a
Impsonalia quædam iunguntur gtõ & accõ 265.a
Impersonalia quæ habent passiuã terminationem 265.a
Inquam pro præsenti, præterito, & futuro usurpatũ inuenitur. 251. a
In 18.a.
In desinentia 41.c
In noĩa, quõ faciant gtũm 71.a.
Inachides 23.b
Inarticulata uox 3.a
Inarticulatæ uoces nunc literatæ &c. 3.b
Inchotiuorũ formatio 308.a
Inchoatiua tertiæ sunt coniugationis 331.a.
Incorporalia nomina 21.c
Indicatiuus 266.c.
Infans 315.c.
Infinitiuus præcedit in ordinatione, 263.a
Infinitum passiui & impersonalis quõ differũt 314.c
Infringo declin. 230.
Infinita impersonalia & passiua quõ dinoscãtur 307.b
Infinitum infinito iungitur. 266.b
Infinitum participio iũgitur ibid.
Infinita impersonalium 265.b
Infractus. 330.c Interea. 315.b
Inseparabiles præpõnes 324.c.
Interea inter aduerbia. 326.c.328.a
Interiectio sola compositionem refugit 59.b
Internecio internectus 41.a
Interrogatiua uerba 279.a
Interrogatiuũ. 22.b Inuicẽ. 247.a
Inuideo Inuideor 277.c
Io desinentia 40.c
Ipse addititiũ 247.c.
Ir desinentia masculina sunt & secũdæ declin. 304.b
Ir masculina 51.b
Is ille iste & hic differunt 323.c
Iter uel itiner 72.c
Is in a correptũ uertitur 12.a.
Is denoĩatiua diuersæ formæ. 44.a
Is quõ faciant diminutiua 36.a.
Istiusmodi 67.a
Ix nomina 47.c.55.a

K

K & Q eandem habent potestatem quam c 5.c
K nõ est litera 69.13.b

L

L pro n antiqui posuere 13.c
L in præteritis nunq; mutatur 8.c.
L immutabilis 8.b
L terminalis 17.c.
L post mutas, ancipitem syllabam facit 3.a
L trãsit in x, quandoq; in r 11.a
L triplicem sonũ facit 11.a
La terminata geminãt l in faciendis diminutiuis 37.c
Latoides 23.b.
Leus diminutiua 38.c
Lepus 36.a
Litera unde dicitur 3.b
Literæ & elemẽta quõ distẽt 3.c
Litera quid sit 3.b.332.c
Literata uox 3.a
Literatæ nũc illiteratæ eẽ possũt. 3.a
Literæ XII. dũtaxat apud antiquos
Locale nomẽ. 23.a (5.a
Lus duplicãt l cum ex se pariunt diminutiua 37.a.

M

M obscurum sonat 11.b
M nõ ponitur ante uocalẽ longã. 9.b
M post mutas, ancipi. syll. facit 5.a
M geminatur 9.a
M sola semiuocalis post s ponitur, et ante liquidam 9. b.
M transit in n. 11.b Macte. 60.c
Maguderis. 100.a Manus. 33.b
Maturrimus aut maturiss. 33.b
Marcipor 74.c
Masculi. termina. septẽ 87.a.
Mascul. gen. terminales 48.b
Masculina figurate 66.a.
Materfamilias 63.b
Matutinus 27.a
Menstruus 46.a Menas 43 c
Minus iunctiũ positiuo 32.c
Myrtetũ. 44.c Molaris. 54.a
Monium deriuatiua 42.a
Monosyllaba in us 82.a.84.a
Monosyllaba in s 35.c
Monoptota quæ 61.a.62.b
Ms terminata quomodo faciant genitiuum 86.a
Municeps 55.c

Mutæ 4.b.12.c
Mutæ nouem 4.c
Mutæ cur dicãtur 4.a
Mutabiles consonantes 8.b

N

N transit in c g i l m b &c. 11.b
N plenior in primis sonat 11.b
N post mutas, ancipitem facit syllabam 5.a
N terminalis 18.a
N immutabilis 8.b
N expellitur à græcis in ων desinẽtibus 11.c
Na desinẽtia denominatiua sunt uerbalia 40.b
Na terminata, geminant l faciendo diminutiuũ 37.b
Nam 220.c
Narratio quid est 346.b
Narrationis species quatuor ibidẽ.
Narratio quæ ad exercitationẽ uarijs modis effertur 346.c
Ne aduerb. dehortatiuũ. 214.c. 209c
Ne enclitica 317.b
Ne apostrophatur 305.a
Ne 218.b.219.c
Necessariũ necessario necesse. 210.b
Nefas 316.a
Neo habentia in præsenti 315.a
Nequam 31.c.41.c
Neutra uerba actiue significãtia, accusatiuo iungũtur. 276.b. 220.a
Neutra pluralia quomodo genitiuũ faciant 303.a
Neutra quædam pro aduerbijs accipiuntur 210.b
Nihili 39.b.40.c
Nimus superlatiuũ 34.b
Ne desinẽtia uerba 305.b
Nomen accidens literæ 4.b
Nomen quid est scdm Donatũ. 313.b
Nomen in constructione præcedere debet 224.b
Nomẽ & uerbũ solũ habẽt interrogatiua 226.b
Nomen à uerbo quõ nascatur. 303.a
Noĩa numerorũ 340.b
Noĩ tã substãtiua q̃ uocatiua uerba adiungi possũt 229.b
Noĩ quibus modis præpositio addi possit 241.b
Noĩa uim passiuã habẽtia, abltõ iunguntur 261.c
Noĩa participijs ĩ oĩb. silĩa 304.a
Nomina pleraq; cõposita, extremã uocalẽ in i mutãt 10.a
Noĩa loco aduerb. posita. 211.a. 251.c
Noĩa in is c ns rs, quomodo faciant diminutiua 36.a
Noĩa literarũ cur sint indecl. 4.b
Ntũs & utũs casus absoluti 257.b
Noĩs proprium 20.a
Nomẽ cum aduerbio 20.b.c
Nomẽ quid, & unde dicatur 21.a
Noĩs accidẽtia ibidẽ.
Nomen 21.b
Noĩa comparãda secũdæ aut tertiæ declinationis 30.c
Nomina adiectiua quomodo cõparatiuũ faciũt 31.b
Noĩatiui cõstructio 258.b
Noĩatiuus pro ntõ interdũ ponitur, 330.a
Ntĩ & utĩ differunt 245.b
Nostras & uestras cur à solis pluralibus descẽdant 247.b
Noster à quo casu deriuetur 320.a
Ns finientia, quomodo faciant diminutiua 36.a.c
Nũeralia oĩa sunt appellatiua 308.c
Numerus literarũ 19.a
Numerorũ noĩatio 340.b
Nũeralia aduerb. usq; ad mille 216.b
Numerale 22.c
Num terminata, geminant in diminutiuo l 37.c
Nus possessiua 26.c
Nus duplicant l faciendo diminutiua 37.a
Nutrix à nutrio 320.c
Nx noĩa 47.c

O

O deriuatiua 40.c
O noĩa cuius generis 49.b
O quidam non habẽt 10.b
O terminata quomodo gignant diminutiua 36.c
O transit in a e i u 41.b
O affinis est Oc.63.c
O cuius generis sint, & quõ gtũm faciant 67.a
Ou 16.b. Ωι 14.b
Ob 16.c
Obliquo rectoq; composita 60.c
Obliquo utroq; composita 60.c
Obs fœminina Latina 97.a
Obliqui tantũ 62.c
Obliqui secundæ declinationis eundem numerũ syllabar. tenẽt. 90.c
On gtũm Græci 70.b
Ons latina. 90.c. Optimates. 63.
Ordinale 22.c.
Ordo 4c.13.c.67.b
Ordo literarũ 15.a.b.c.
Ors latina 97.a Or 99.a
Or cuius generis 51.c
Oratio. 19.c Orõnis partes. 18.c
Or positiua quõ gtũm faciãt 74.b
Or diminutiua 43.a
Or quõ gtũm faciunt 36.a
Ors latina 97.a
Os deriuatiua & uerbalia 45.b
Os quõ gtũm faciãt 34.a
Os primitiua cuius figuræ 54.a. & quõ gtũm formẽt 75.
Ox 47.c.55.b

P

P 15.c.18.b
P in præteritis nunq̃ mutatur 81.b
Palam 205.b
Pandor cur passus faciat in præteri-
Pars. 19.b (to. 326.b
Partes orationis 18.c.20.a
Partes orationis in quibus conueni-
Pars orõnis qd ẽ. 304.b (ant. 248.c
Participia præsentis tẽporis trium sunt generũ 316.b
Participia eiusdẽ casib. quib. uerba iũguntur 316.c. 327.a
Participia dum casum mutant, uim participij perdunt 317.a.
Participium gerundia & participialia gignit 317.a
Participia præteriti & futuri tẽporis mobilia sunt 309.a
Participiorũ quædã ad mares, quæ dã uero ad solas ptinẽt fœias. 309.b
Participium 167.a.169.c
Participio accidũt sex 171.b
Participia præteriti temporis à uerbis communibus 157.b
Participiorum tẽpus atq; formatio 171.b
Participijs carent quæ supina nõ habent 172.c
Participia constructionẽ suorũ uerborũ imitantur. 239.c
Par. in noĩm uim trãsiunt. 240.a
Partic. cõparatione caret 240.a
Participium & uerbum differunt, 208.b
Participiũ est uerbũ casuale ibid.
Participia pro aduerbijs locãtur interdum 208.c
Participia præsentis oĩa communia sunt triũ generũ 328.b
Participia præsentis futuri p rebus ipsis sæpe reperiuntur 330.c

Participia actiuorũ & coĩm 316.b
Participialia genitiuo iunguntur 259.c. 262.b (260.b
Participia casum sui uerbi sequũtur
Participiorum constructio 262.a
Participijs interdum apte uerba ad iungi possunt 237.c
Participiũ quid est 309.a. 316.b
Participiorũ formatio 308.b
Participia præteriti tẽporis quomodo uerbalia faciãt 303.b
Participia præsentis, eadem etiã imperfecti præteriti eẽ posũt .253.c
Passiua & eorũ uim habẽtia abltõ & dtõ iungũtur 277.a
Passio facta per obliquos, transfertur in ntũm 246.b
Passiua ntũm exigũt 244.a
Passiua uerba 125.b.129.a.b
Patronymica in es 24.a
Patronymicorũ formæ tres 23.c
Patronymica quõ fiãt 24.b
Patronymica & possessiua differũt 24.c
Pecuniæ signatæ uocab. uaria 340.a
Pentaptota 62.c
Pene penitus penitissimus 34.c
Penitus aduerbium qualitatis siue locale 324.c
Per præpositio, διὰ significat: aduerbiũ uero, ualde 201.b
Per, separabilis & inseparabilis, et qd significet 200.b
Peri significatio multiplex 197.a
Persona tertia cur sex uocibus gaudeat 178.c
Personæ pronoĩm tres 181.b
Persona prima & secunda reciprocantur 241.c
Personæ tertiæ sunt infinitæ 220.a
Pleo cũ cõpositis 146.b
Pleraq; 317.b
Pluralia intellectu 58.c
Po quõ præterita faciant atq; supina 163.b
Pone 203.c
Possessiua tribus modis construuntur 242.a
Possessiua in genitiuos primitiuorũ resolui possunt 242.b
Possessor & possessio in eadem persona intelligi nõ posũt 242.b
Possessiuũ tertiæ personæ ad innũerabiles refertur personas. 245.a
Possessiua primæ & secũdæ personarũ adiũctione nõ egẽt 245.b
Possessiua unde fiãt 24.c
Possessiuorũ formæ 25.a
Possessiua in us & cus 25.a
Possessiua in rius 26.b
Possessiua in nus 26.c.27.a
Possessiua tantũ 17.a
Possessiuorum in nus genera multa, 27.a
Possessiua unde descendãt
Possessiua semp sunt trãsitiua. 180.b
Possessiuũ quid 24.c
Possessiua & patronymica differũt 24.c (27.b
Possessiua in nus unde descendant
Possessiuorũ constructio 262.c
Positio rhetorica quid est & quotuplex 351.a
Post cõponitur & separatur .200.b
Post loco aduerbij ponitur, & quãdoq; abltõ iungitur 203.b
Postpositiua communem accentũ tenet 323.b
Postpositiua 222.c
Postq̃ 310.a.b
Potens 327.b
Potentia Potestas differunt ibid.
Potestas accidens literæ 4.b
Potui posibilitatis uerbũ 270.c
Præceptiua uerba 283.c
Præ & per .204.c.215.b.223.c
Præco à ualde canendo 205.a
Præpositiones latinæ & græcæ tripliciter differũt 197.b
Præpõ nulla aspirationẽ habet ibi.
Præpõnes inseparabiles q̃ ibidẽ.
Præpositio cum aduerbijs cognationem habet ibidem.
Præpositionis propriũ est per se nihil significare 197.c
Præpositiones græcorũ tribus iunguntur casibus 198.b
Præpositio ntõ per compositionẽ addi potest 198.b.199.a
Præpositio cur uerbis addi non possit 198.c
Præpõ quo sit accẽtu signãda. ibidẽ
Præpõ pro aduerbio & cõiunctione interdũ posita inuenitur. 199.a
Præpositio localem uim quadrifariam habet 199.b
Præpositionum potestas & significatio uaria ibidem.a.b.c
Præpõnes interdũ subaudiũtur, & p se inuicẽ locãtur ibid.c
Præpõnes quædã unius, quædã duarũ, quædã triũ sunt syllabar. ibi.c
Præpositiones bisyllabæ accusatiuo seruiũt 201.b.
Præpõnes absq; casibus posita fiunt aduerbia 201.b
Præpõ qb. noĩb. addi posit 241.b
Præpõ uerbis & aduerbijs per solã compõnem iungi potest 241.b
Præpositio cæteris indeclinabilibus præponi debet 195.a
Præpõ quid est 195.a
Præpõ & cõiũctio differũt 195.b
Præpositiones etiam aduerbia possunt esse 195.c
Præpõnes accentũ habẽt 196.b
Præpõnes duobus tantum iungũtur casibus 196.c.199.a
Præpõ quib. iungatur partib. per appositionẽ per compõnem. ibidem
Præpositiua coniũctio grauatur semper 323.b
Præpõnes monosyllabæ utriq; casui seruiunt, & cõponi & separari possunt 200.c
Præpõ differt ab aduerbio & coniunctione 20.c
Præpõnum uariatio triplex 252.a
Præpõnes ppriæ quæ sint ibid.c
Præpõ quid est 306.b
Præpõ quib. casib. seruiat ibidẽ.
Præpositiuæ cõiunctiones 221.a
Præpõnis cõstructio 225.c
Præpõnis propriũ 20.c
Præpositiua elemẽta 222.c
Præsens tẽpus quid 124.b
Præstolor te & tibi 278.c
Præteritũ uerborũ primæ coniugationis quõ formetur 145.a
Præteritũ scd'æ coniugationis in ui uel in ij desinit 145.a
Præteritũ perfectum uerborũ in or, cur ut participiũ declinatur. 308.b
Præteriti participia in tus sus xus 172.a
Præteritũ triplex 127.a
Prima persona quæ 136.c
Prima persona potest sibi secundam & tertiã adiũgere 137.a
Primam personam non habent imperatiua 13.
Prima declinatio quot habet terminationes 87.a
Prima pers. ad quẽ pertinet 236.b
Prima persona & tertia in unã coeunt 254.b
Prima persona reciproce capitur 241.c

Primæ coniugationis uerba quæ faciunt ui præterito 145.a
Primæ coniugationis uerba quomodo formẽt præteritũ 145.a
Prima persona 181.b
Primitiua species uerborũ 129.b
Primitiua pronomina octo 318.c 323.b.370.a
Primitiuæ species per noïa 8.c
Primus 306.a
Primas 306.b
Principalia pronoïa q̃ sint 234.b
Pro localis est & temporalis.204.b
Prô interiectio circunflectitur 204.c.217.a
Pronomina primæ uel tertiæ personæ utũm habere nõ possũt. 255.c
Pronoïa utũm non habẽt præter primitiuũ sẽdæ personæ 256.a
Pronomen quod uocare potest, similem habet uocatiuũ nominatiuo, præter meus 257.a
Pronomen quid est 318.c
Pronoïa quidecim 318.c.370.a
Pronomina loco nominum accipiuntur 235.c
Pronoïa finita, patria habent et possessiua 245.b
Pronoïm demonstratiuorum & relatiuorũ constructio 233.b
Pronoïa sicut noïa cũ uerbis per singulos casus cõstruũtur 234.b
Pronoïm obliqui casus etiam uerbis addi possunt 238.a
Pronomen discretionis causa additur uerbo 239.a
Pronomina pro nominibus locantur 232.b
Pronomen quid 233.a
Pronoïm constructio 232.b
Pronoïs propriũ 20.b
Pronoïa composita ntõ carent apud Græcos 246.a
Pronominum demonstratiuorũ secũdum græcos diuisio 233.a
Pronomen in constructione uerbum præcedere debet 241.c
Pronoïa inuicẽ pro inuicẽ poni non possunt 253.a
Pronominibus compositis utuntur Græci 243.c
Pronomen 178.a.370.a
Pronominibus non præponitur articulus 180.a
Pronomina solam substantiam significant 181.c
Pronomen cur habeat genus neutrũ 182.b
Pronoïa componuntur cum noïbus, aduerbio, & præpõne 185.c
Pronoïm declinatiões 187.a
Pronoïm declinationẽ octo noïa imitantur 188.b.c
Propriũ coniũctionis 20.c
Propria quæ sint 310.c
Prope 203.b
Propriũ noïs 20.a
Proprium uerbi ibidẽ
Proprium nomen & appellatiuum quomodo distent 21.b
Proprium aduerbij 20.b
Publipor 74.c
Puer, puera, puella, puellus 73.b
Pſyle accentus 332.c

Q

Q & k ualẽt idẽ qđ c 5.c
Q non esse literam 13.b.64.c
Qualis quæ constructio 237.b
Qualis 20.b
Quàm & tam 32.c
Quàm similitudinis aduerbium 211.c.219.b
Quãdo interrogatiue, relatiue, & infinite capi 121.c.230.c
Quantus quæ constructio 237.b
Quantus 10.20.b.314.a
Quartæ declinationis nomina quomodo faciũt diminutiua 36.b
Quarta declinatio terminatur in us & u 121.b
Quæ ou terminant genitiuũ, primæ sunt declinationis 73.a
Que cõiũctio.308.c.311.b.312.a.317.
Que enclitica 317.b
Quia 231.c
Quicunq; 231.b
Qui aduerbiũ 231.c
Qui 20.b
Quis 20.b
Quies 26.b
Quin 306.a
Quinq; nomina in o, diminutiua faciunt in a 67.c
Quinta declinatio terminatur duntaxat in es 122.b
Quis pro qui, sed non qui pro quæ ponitur 366.a
Quis cur putetur esse pronomen 193.b. 228.c.305.c
Quis iunctũ pronoïbus 229.a
Quis per se positũ 22.a
Quis denoïatiua 46.a
Quis quod qui 314.a
Quo cõiũctio enclitica 60.a
Quoad 232.a
Quomodo 216.b
Quorsum 232.a
Quotiẽs reddituia 227.b.228.a.
Quousq; 232. (230.b.c

R

R terminalis 19.b
R transit in l,s,u 11.c
R sine aspiratione 11.c
R fungitur uocalis officio 8.a.b
R immutabilis 8.b
R post mutas, ancipitem syllabã facit 5.a
Ra terminantia, geminant l faciendo diminutiuũ 37.c
Ra terminantia 40.c
Rationales 219.c
Rius possessiua 26.b
Ro finita uerba, quõ præterita faciant atq; supina 163.b
Re à retro 207.b
Ruber 43.a
Recta scriptura 222.c
Rectus 61.b.219.c
Refert et interest gtõ iũgũtur.239.b
Refert 185.a
Rufini uersus de cõpositione metrorum 360.b
Refutatio qd & qualis 348.a
Regius regale differũt 312.b
Relatio quid 182.a
Relatio & demonstratio quomodo distent 179.a
Relatiuorũ, pnoïm cõstructio. 233.b
Relatiua uocatiuum habere non possunt 194.c.228.b
Relinquo qñõ cõponatur 329.a
Remus superlatiui 34.b
Repetitio literæ, syllabæ, dictionis, siue orationis 232.a.b
Requies 76.b
Rerum noïa cũ participio quandoq; i terminatiõe cõueniũt.303.b
Res ne ex uerbo sit, an uerbũ ex re
Respõdere ad interrogationẽ diuersimode licet (313.a 238.b.c
Respõsiones ad interrogatiua.230.bc
Rex, regina 312.b
Rs finita quõ faciãt gtũm 86.b
Rx 47.c

S

S terminalis 18.b
S in præteritis nunq̃ mutatur 8.c
S ante mutam 9.a.18.b

S inter cognatas poni solet 3.9.b
S in metro sæpe uim perdit. 11.c.63.c
S præponitur p 63.c
S in m uertitur, atq; r & x 12.a
Saga Sagana 4.b
Salutatorius interdū ntūs 61.c
Satis Satius 212.c
Satur 43.a
Scazonta 357.c
Scandere uersum 302.b.306.c.
Scribere recte 222.c
Scindo scidi 158.c
Se appositiua præpositio 207.b
Scda persona reciprocatur 241.c
Secundæ coniugationis præteritū in ij uel in ui desinit 147.b
Scda persona 181.b
Scda pronoim declinatio 188.a
Secunda psona uerborū 36.c
Scde decli. terminationes 89.c
Secūda cōiugatio in e 147.a
Senesco, seneo 157.b
Scda persona ad quē ptinet. 236.b
Semiuocales 4.b
Semiuocales septē 4.c
Semiuocales sunt appellatæ 4.c
Snūa ab usu differt 347.a
Separatiua accusatiuo cum ablatiuo iunguntur 279.c
Sestertius 339.a
Sic 315.b
Significatio aduerbiorum diuersas habet species 213.c
Signatæ pecun. uocab. uaria. 340.a
Significatio participij, tā noīs q̄ uerbi uim tenet 174.c
Signū, sigillū 319.a.322.a.320.a.
Significatio 20.b
Syllaba qd sit 16.a
Syllaba sex literas cōprehendere potest 16.a
Syllaba si in consonantem desinit, à consonāte incipit ibidem.
Syllaba ab omnibus literis incipere potest, sed nō finire ibid. c
Syllaba à pleriscq; literis incipit, in quas terminat 106.c
Syllaba differt à dictione 18.c
Syllaba quid est 222.a
Syllabæ diuisio atq; restrictio 22.c
Simplex uersus 301.b
Simplicis figuræ 58.c
Syncopa tollit i in genitiuo plurali 106.b
Syncopa 43.c
Syncopā præpōnes patiūtur 197.b
Sine 203.c.205.c
Singularis numerus 57.a
Singularis numeri dicuntur nomina multipliciter 58.a
Singularia tantum 58.a.b
Singularia uoce, significatione plura lia 58.b
Singularia cōparata pluralib. 60.c
Significatio uerbi in actione aut passione est 125.a
Situs 167.c
Soptūm & supinū 164.b
Solus 82.b.188.c
Sole à solus utūs 62.c
Soni fit interdū mutatio 304.b
Species uerborū duæ 129.b.
Specus 83.c
Species aduerbiorum etiam comparatiuis, superlatiuis, simul ac diminutiuis inuenitur 213.b
Speciale nomē 22.c.
Species 21.a Spiritus 18.c
Stipulor 128.b.
Sto cum compositis quomodo facit præteritū 146.a
Stoici articulum & pronomen sub una orōnis parte cōcludūt,
Suadela 40.b
Subiunctiuæ uocales 13.c
Subcōtinuationis cōiūctiones. 218.a
Sub nūc accusatiuo, nunc ablatiuo iūgitur 206.a
Subiūctiuus p infinitiuo 263.c
Subiūctiuæ cōiunctiones 221.a
Subiunctiui temporibus & in optatiuo utimur 275.c
Subter & super contrarias habēt significationes, et accō & abltō iūguntur 206.b
Subiunctiua uerba affirmatiue ponūtur 274.a
Subiūctiui, qui & dubitatiuus dicitur, cōstructio 268.b
Subiūctiuus 122.b 139.c
Sui cur uocatiuum habere non potest 123.c
Sui cur ntō careat 193.b
Sui reciprocum 191.192.a.b.c
Sui, tui, mei, nostri, uestri, differunt 245.b
Sui primitiui cōstructio 246.a
Super præpositio & aduerbium esse potest 203.b
Supereminētia uerba 278.c
Superlatiuus gtō iungitur 33.a
Superlatiuus quid 33.a
Superlatiuorum formæ 33.a
Superlatiua anomala 33.b
Superlatiua omnia mouētur per tria genera 33.a
Superlatiui agnitio 306.a
Super 206.b
Superpositiua 279.a
Superlatiuos Græci genitiuo iungunt 259.b
Supina non habentia neque participia 172.c
Supina de uerbis in do, quomodo fiant 159.b
Supina cur dicantur 123.c.
Sus 36.c.
Suus 244.a
Suspectum 274.a

T

T finita, neutra sunt 55.c
T terminata, quomodo pariant diminutiua 36.c
T uarie mutatur 13.c.18.b
T immutabilis 8.b
T ut caput 69.a
Talentum Atheniense 339.b
Talis 294.b
Tam & quàm comparatiuo & superlatiuo adijci posūt 32.c
Tantus & talis cur non sint pronomina 194.b
Tantidē 185.b
Tandem. 76.b Tantus 20.b
Te cur adijciatur pronominibus 184.a.234.a
Tecum pronomen ne sit an aduerbium 184.c
Tpibus singulis fit compositio. 133.c
Tempus 18.c
Temporalia aduerbia possunt etiā esse relatiua 231.c
Tēpus uerborū accidēs 132.c
Temporalia aduerbia 213.c
Temporū cognatio 124.b
Tempora eadē quæ uerbis, etiā accidunt participio 174.b
Temporale 23.a
Tēpus præsens qd 124.b
Tempora diuersa copulantur interdum 245.a
Teneo declinatur 314.b.c
Tenor 18.c (inde.
Terminationes aduerbio. 209. et de-
Terminationes oīm generū quæ & quot 87.a
Terminales literæ 4.b.86.c
Terminales masc. generis 48.b

Terminationes quartæ declinationis duæ,us & u 121.b
Terminationes primæ declinatiõis quæ & quot 87.a
Terminationes secũdæ declinationis quæ & quot 89.c
Terminationes masculinorum septẽ 87.a
Terminationes neutrius gen. 48.c
Terminationes tertiæ decl. 94.b
Tertiæ personæ possessiuum ad multas refertur psonas 245.a
Tertia in tertiam personam transit, 243.a
Tertiæ coniuga.agnitio 311.b
Tertia persona cur sex uocib. gaudeat 178.b
Tertia persona uerborũ q̃ sit 136.c
Tertiæ pers. sunt infinitæ 224.c
Tertia persona 179.a.181.b
Tertia persona reciproce capi potest 241.c
Teres 103.b
Tetrametri 352.b
Tetraptota 62.
Tibicen 42.c
Timus superlatiui 34.a
Timus nomina quædam corripiunt penultimam 28.c
To præterita & supina 164.c
To desinentia uerba 318.a
Totus 82.b
Tot 294.b
Totus 188.c
Trãs cõponitur & separatur.200c
Transitiuorum uerborum constructio 239.c
Transitiua uerba uarijs iunguntur casibus 258.b
Transitiuis in diuersis numeris utimur 249.a
Trimetri 352.a.b
Triptota 62.b
Trisyllaba diminutiua l geminant, sed pares syllabas tenent
Trium generũ cõmunia 48.c
Troia à Troe 305.c
Tros ibidem
Trochæice 352.b
Tu 318.c 319.b
Tudo terminata 41.a
Tui, sui, mei, nostri, uestri, differunt 246.b
Turnus proprium & appellatiuum 322.b.329.c
Tus denominatiua 27.a
Tute 319.b

V

V terminata neutra 121.b
V sæpe ponitur inter literas 11.a
V deriuata 41.b
V transit in consonantẽ 11.a
V Itali non habebant 10.c
V uim suam perdit ibidem.
V uertitur in a,e,i,o 11.c
V & i uocales mediæ 4.a
V ualet f 6.c.17.b
V uertitur in b 7.c
V penultima ante do, semper producitur 41.b
V latina, sunt neutrius generis ac aptota 68.a
Varia genera possessiuorũ 27.a
Vah 8.a.17.c
Vbi 232.a
Vbicunq; ibidem.
Ve enclitica 317.b
Vel 98.a
Venus 83.b
Verbum quid est 314.b
Verba in eo oĩa sunt secundæ coniugationis 307.a
Verbum à nomine quomodo nascitur 303.a
Verbum an ex re sit, an res ex uerbo 313.a
Verbum quid est 123.b
Verbum unde dicatur 123.b
Verbo accidunt octo 123.c
Verba defectiua dupliciter dicuntur 123.c
Verba actiua quæ 125.a.b
Verba neutra 125.a.c
Verba in or tres species habẽt.121.b
Verbum principalem literam seruat per oẽm declinationẽ 126.b
Verbis cur præpositio addi non possit
Verbum in constructione secundum locum tenere debet 224.b
Verbum & participium differunt, 208.b
Verbum pronomini in constructione præponitur 224.a
Vestri, nostri, mei, tui, sui, differunt 245.b
Vestras 180.a
Vestras & nostras 247.b
Verborũ cõstructio uaria.253.254
Verba quædam nomina habere non possunt ibidẽ.
Verba quæ non egent obliquis, passiua non habent 277.b
Verbi proprium 0.2a
Verba quæ egent casibus, transitiua dicuntur 277.c
Verbalia in tor trix, genitiuo iungũtur 259.b
Verba transitiua pluribus casib. iũguntur 258.b.
Verborũ personæ tres sunt 136.c
Verba cõparantur 30.a
Verbalia in lis uel dus, datiuo iunguntur 261.a
Verborum epilogus 370.b
Verbalia in dus, pro infinitis accipiuntur 266.a
Verba cõmunia actiuã & passiuam cõstructionẽ habere possũt.253c
Verba quædam ad mares pertinẽt, quædam ad solas fœias 316.b
Verba quomodo faciant diminutiua 40.b.
Verbalia quomodo fiãt ex participio præteriti tẽporis 303.b.
Versum scãdere 302.b.306.c
Versus 331.b
Versus simplex 301.b
Vetus 36.c. 43.b. 102.c
Vi terminãtia præteritum, per itum faciunt supina 121.
Vigil 50.a
Virbium à uir 304.c
Vis 20.b
Vituperatio & laus sub eodem sunt genere 349.b
Vituperandi uerba 278.a
Vl desinentia 41.c
Vlcus 84.c
Vlysseus ulyssei 85.b
Vltra præpositio & aduerbium esse potest 203.c
Vllus 188.c
Vllus 232.b
Vls ut puls 97.a
Vm neutra, per olum diminutionẽ pariunt 38.b
Vm desinẽtia 41.c.42.a
Vm omnia neutra 50.a.69.b
Vm finientia secundæ sunt declinationis 313.c
Vm 89.c
Vncia 339.b
Vne ab unus uocatiuus 62.c
Vnisyllabæ præpositiones 199.c
Vnquam 232.b
Vns 46.a
Vnus 188.c

Vniuocum 302.c
Vnus ullus declinationem ſequũtur pronominum 82.a
Vnx 98.a
Vobiſcum utrum ſit pronomẽ an aduerbium 184.c
Vocales præpoſitiuæ 13.c
Vocabula fingere ad copiam Latini ſermonis licet 134.c
Vocales ſubiunctiuæ 13.c
Vocalis ante uocalem interdum producitur 144.a
Vocales inter duas, Aeoles ſæpe digamma ponunt 79.a
Vocales in præteritis uerborum plerunq; producuntur 8.c
Vocales 4.b.c
Vocales quinq; 4.c
Vocales ſunt ancipites 4.c
Vocales & conſonantes differunt ſicut aïæ & corpora 5.a
Vocatiuus 61.c.62.a
Vocatiuus ſubſtãtiuo uel uocatiuo uerbis non iũgitur 256.c
Vocatiuus nõ eget pronoĩe 257.c
Vocatiuum quædam nomina habere nõ poſſunt 255.b
Vocatiuus & nominatiuus caſus ſunt abſoluti 257.b
Vocatiũ habentia, etiã neceſſe habent ntũm 191.b
Vocatiuus intranſitiue uerbis adiũgitur 225.b
Vocatiui uerbi cõſtructio 237.a
Vocatiua uerba non adduntur pronominibus 138.a
Vtũm habere nõ poſſunt, in quibus demõſtratio dirigitur 194.c
Vocatiuus tertiæ declinationis eſt ſimilis ntõ 100.b
Vtũs ſecundæ decli. 91.b
Vocatiuus una ſylaba minor erit nominatiuo 92.a
Vocatiuus pluralis ſcdæ declinationis par eſt ſingulari gtõ 92.c
Vocatiuus primæ declinationis corripitur 87.c.
Vtũs in es productũ 88.a
Vocatiuus primæ declinationis plurali ſimilis 88.c
Vocem corpus eſſe 332.a
Vocibus diuerſis una ſæpe res ſignificatur 61.b
Vocis definitio atq; partitio 3.a
Volo quõ cõiugatur 139.b
Vr cuius generis 54.a
Vrbs 97.b
Vrs latina communia trium generum 97.a
Vs terminata, s abiecta, adiectaq; lus, diminutionẽ pariũt 38.b
Vs tertiæ declinationis 96.b
Vs terminantia ſecundæ declinationis quõ faciũt diminutiua 38.a
Vs 45.b
Vs monoſyllaba 81.a.84.a
Vs ſecũdæ declinationis 89.c
Vſquam 232.b
Vſum ante narrationẽ quidã collocant 346.b
Vs in uocatiuo ſecũdæ declinationis mutatur in e 329.c
Vs correpta ſecundæ ſunt declinationis 329.c.230.b
Vſus qd eſt & quotuplex 347.a
Vs poſſeſſiua 25.b
Vs deſinentia neutra, tertiæ ſunt declinationis 319.c
Vt cauſalis oĩbus tpibus 272.c
Vt 98.a.215.b
Vter 188.c.
Vtut 232.a
Vt temporis eſt aut ſimilitudinis ad uerbium 321.c.330.a
Vtinã optatiuo iungitur 208.a
Vtraq; 317.b
Vulgus 84.c
Vultus 81.a
Vx 27.c.55.b
Vx 98.a

X

X ab i incipit 98.a
X duplex et lõga 5.a. 9.b
X in præteritis nunq̃ mutatur 8.c
X, B, C, F, G, literæ cognatæ dicuntur 9.b
X tranſmutatur ſæpe 12.b.19.c
Ximus deſinentia duo ſuperlatiua 34.a
X ſemiuocalis poſt omnes ponitur literas 4.b
X terminata quomodo faciãt diminutiua 36.c
X cuius ſint generis 55.b
X quomodo genitiuũ faciãt 85.b
Xi in præterito habentia, faciũt pertum ſupinum 105.b
Xo 165.a

Y

Y terminata 87.a
Ys 55.b
Ys terminata quomodo genitiuum faciant 85.c
Ys græca uel appellatiua 93.c
Yns ut Tiryns 92.a.
Ybs ut calybs 97.b
Yps 97.b
Yx 98.a.110.

Z

Z 4.c.19.c
Z duplex & longa 5.a
Z pro ſſ 13.c

FINIS.

ERRATA.

Numero 41. uerſu 22. amplus ampli. Numero 105. uerſu 5. Lucanus in primo. Numero 197. uerſu 42. perſonæ. Numero 221. uer. 14. mi ipſe pa. Num. 246. uer. 47. oſtendere. Num. 288. uer. 42. Latini, oſtendes. Num. 313. uer. 47. Aeneas quæ. Num. 339. uer. 11. dupondius. Illud præterea fatemur, numerum ipſum magna ex parte depraua tum: ob idq; rogatus ſit æquus lector, ut quod noſtra uel præcipitatione uel incuria (quandoq; bonus dormitat Homerus) collapſum eſt, ſuo ſibi otio ſuaq; diligentia reſtituat in integrum.

AVTORVM QVOS PRI-SCIANVS IN HOC OPERE CITAT, CATALOGVS.

Accius.
Aeschylus
Aemilius Porcina
Afranius
Albinus
Alcman
Alpheus Auitus
Alpheus phisiologus
Appius
Apollonides
Apollonius
Aristarchus
Aristophanes
Aristoteles
Aruntius
Asellius
Asinius
Asmonius
Asper
Astyages
Atta
Atticidas
Au. Gellius
Aurelius

B

Bassus
Belenam
Bruges
Brutus
Byzantius

C

Cæcilius Vindex
Cæsius
Caius Licinius
Caius Fannius
Caius Memmius
Caluus
Callimachus
Caper
Caresius
Carisius Canutius
Cassius Hemina
Cato Censorius
Catullus Veronensis
Cecelius
Celsus
Cesellius
Charisius
Cicero
Cinna
Claudius Cæsar
Cneus Marcus
Cneus Manlius
Cratinus

D

Dardanus
Demosthenes
Diomedes
Diphilus
Donatus
Didymus

E

Ennius
Ephæstion
Epicurius Cælius
Ephorus
Eschylus
Euanthius
Eupolis
Euripides
Eusebius
Eutropius

F

Fabius Maximus
Feneſtella
Firmianus
Flammius
Flauius

G

Gannius
Gorgias.
Gracchus
Gryllus

H

Haruntius
Helenus
Heliodorus
Herodianus
Herodotus
Hieronymus
Homerus
Horatius

I

Isocrates
Iuuenalis

L

Lauerius
Liberius
Liuius
Lucanus
Lucilius
Lucius Cæsar
Lucius Cæcilius
Lucius Crassus
Lucius Tharreus
Lucretius

M

Macer
Marcellinus
Marcus Cælius
Marcus Cato
Marcus Velleius
Menander

N

Naucrates
Neuius Cassius
Nepos
Neuius
Nigidius
Nonius Marcellus

O

Orbilius
Ouidius

P

Pacuuius
Papyrianus
Persius
Petronius
Philemon
Phocas
Pindarus
Plato
Plautus
Plinius
Pollio
Pomponius
Probus
Propertius
Publius Aufidius
Publius Nigidius

Q

Quadrigarius
Quintilianus
Quintus Hortensius
Quintus Pompeius

R

Rhemnius Palemon
Rufinus

S

Sallustius
Seneca
Seruius
Sylla
Sisenna
Solinus
Sophocles
Sosipater
Scaurus
Statius
Suetonius

T

Tatius
Terentius
Terentianus
Theodorus
Theodectes
Theophrastus
Theotistus
Thucydides
Titinnius
Trasymachus
Trogus
Troianus
Turpilius

V

Valerius Antias
Valerius Maximus
Varro
Vegetius Renatus
Verrius Flaccus
Victorinus
Virgilius
Visellius
Vlpianus

X

Xenophon.

Catalogi autorum finis.

IVLIANO CONSVLI

AC PATRITIO PRISCIANVS S.

CVm omnis eloquentiæ doctrinam & omne ſtudiorum genus, ſapientiæ lu ce præfulgens, à Græcorum fontibus deriuatum, Latinos proprio ſermone inuenio celebraſſe, & in omnibus illo rum ueſtigia liberalibus cõſecutos ar tibus uideo: nec in his ſolum quæ emẽ date ab illis ſunt ſcripta, ſed etiam quoſdam errores eorũ, amore Græcorum doctorum deceptos imitari, in quibus maxime uetuſtiſſima ætas grammatica in arte arguit pec caſſe: cuius autores quanto ſunt iuniores tanto perſpica ciores, & ingeniis floruiſſe, & diligentia ualuiſſe omnium iudicio confirmatur eruditiſſimorum. Quid enim Hero diani artibus certius? Quid Apollonij ſcrupuloſis quæſti onibus enucleatius poſſit inueniri? Cum igitur eos omia ferè uitia quæcunq; antiquorum Græcorum commenta riis ſunt relicta artis grammaticæ, expurgaſſe comperio, certiſq; rationis legibus emendaſſe: noſtrorum autem ne minẽ poſt illos imitatorem eorum extitiſſe, quippe in ne gligẽtiam cadentibus ſtudiis literarum, propter inopiam ſcriptorum: quamuis audacter, ſed non impudẽter, ut pu to, conatus ſum pro uiribus, rem arduam quidem, ſed offi cio profeſſionis non indebitam, ſupra nominatorum præ cepta uirorum, quæ congrua ſunt uiſa, in latinum tranſ ferre ſermonem: collectis etiam omnibus ferè, quæcunq; neceſſaria noſtrorum quoq; inueniuntur artium commẽ tariis graminaticorum: quod gratum fore credidi tempe ramentũ, ſi ex utriuſq; linguæ moderatoribus elegantio ra in unum coeant corpus, meo labore faciente. Quia nec uituperandum me eſſe credo, ſi eos imitor qui principa tum inter Graios ſcriptores artis grammaticæ poſſident, cum ueteres noſtri in erroribus etiam, ut dictum eſt, Græ cos æquiparantes, maximam tamen laudem ſunt conſecu ti. Exemplum etiam proponere placuit, ne pigeat alios etiam à me uel ignorantia forte prætermiſſa, uel uitioſe dicta, (Nihil enim ex omni parte perfectum in humanis inuentionibus eſſe poſſe credo) ſua quoq; induſtria ad cõ munem literatoriæ profeſſionis utilitatem congrua ratio nis proportiõe uel addere uel mutare tractantes. Nanq;

festinantius quàm uolui hos edere me libros compulerũt, qui alienis laboribus insidiantes, furtimq;, & quasi per latrocinia scripta ab aliis surripientes, unius nominis ad titulũ pertinentis infanda mutatione, totius operis gloriam in se transferre conanẽ. Sed quoniam in tanta operis materia, impossibile est aliquid pfectum breuiter exponi, spatiũ quoq; ueniam peto, quamuis ad Herodiani scriptorum pelagus, & ad eius patris Apollonij spatiosa uolumina, meorum compendiosa sunt existimanda scripta librorum, huius tamen operis te hortatorẽ sortitus iudicem quoq; facio Iuliane consul ac patritie, cui summos dignitatis gradus summa acquisiuit in omni studio ingenij claritudo, non tantũ accipiens ab excelsis gradibus honorum pretij, quantum illis decoris addens tui, cuius mẽtem tam Homeri credo quàm Virgilij anima constare: Quorum uterq; arcem possedit musicæ, te tertium ex utroq; compositum esse ego confirmans, quippe non minus Græcorum quàm Latinorum in omni genere doctrinæ præfulgẽtem. Tibi igitur hoc opus deuoueo omnis eloquentiæ præsul, ut quantamcunq; mihi deus annuerit suscepti laboris gloriam, te comite quasi Sole quodam dilucidius crescat. Titulos etiam uniuersi operis per singulos posui libros, quo facilius quicquid ex eis quæratur, discretis possit locis inueniri.

Primus liber continet de uoce & eius speciebus. De litera, quid sit litera. De generibus eius & speciebus. De singularum potestate, quæ & in quas transeunt per declinationes & compositiones partium orationis.

Secundus de syllaba, Quid sit syllaba, Quot literis constare potest, & quo ordine, & quo sono. De accidentibus singulis syllabis. De dictione, Quid sit dictio, Quæ eius differentia ad syllabam. De oratione, Quid sit oratio, Quot sunt eius partes, de earum proprietate & ordinatione. De nomine, Quid sit nomen. de accidentibus ei, Quot sunt species propriorũ nominum, Quot appellatiuorũ, Quot adiectiuorũ, Quot deriuatiuorũ. De patronymicis, quot eorum formæ, quomodo deriuantur, & quibus primitiuis. De diuersis possessiuorum terminationibus, & eorum regulis.

Tertius de comparatiuis & superlatiuis, & eorũ diuersis extremitatibus, ex quibus positiuis, & qua ratione formantur. De diminutiuis, quot eorum species, ex quibus declinationibus nominum, quomodo formantur.

Quartus de denominatiuis & uerbalibus, & participialibus, & aduerbialibus, quot eorum species, ex quibus primitiuis, quomodo nascuntur.

Quintus de generibus dignoscendis per singulas terminationes. De numeris, de figuris, & earum compage. De casu.

Sextus de nominatiuo casu per singulas extremitates omnium nominum, tam in uocales quàm in consonantes definẽtium per ordinem. De genitiuorum tam ultimis quàm penultimis syllabis.

Septimus de cæteris obliquis casibus, tam singularibus quàm pluralibus.

Octauus de uerbo, & eius accidentibus.

Nonus de regulis generalibus omnium coniugationum, & præterito perfecto primæ & secundæ coniugationis.

Decimus de præterito perfecto tertiæ coniugationis & quartæ.

Vndecimus de participio.

Duodecimus & tertiusdecimus de pronomine.

Quartusdecimus de præpositione.

Quintusdecimus de aduerbio, & interiectione.

Sextusdecimus de coniunctione.

Septimusdecimus & decimusoctauus de Constructione siue ordinatione partium orationis inter se in contextu orationis eiusdem.

PRISCIANI GRAMMATICI
CAESARIENSIS LIBER PRIMVS.

De uoce.



Philosophi definiũt uocem esse aerem tenuissimum ictum, uel suum sensibile aurium, id est, quod proprie auribus accidit. Et est prior definitio à substantia sumpta: Altera uero à notione, quã Græci ἐννοίαν dicunt, hoc est ab accidentib. Accidit enim uoci auditus quantum in ipsa est. Vocis autem differentiæ sunt quatuor, articulata, inarticulata, literata, illiterata. Articulata est quæ coarctata, hoc est, copulata cum aliquo sensu mentis eius qui loquitur, profert. Inarticulata est cõtraria, quæ à nullo proficiscitur affectu mentis. Literata est quæ scribi potest. Illiterata quæ scribi non potest. Inueniuntur igitur quædam uoces articulatæ, quæ & scribi possunt, & intelligi, ut Arma uirumq; cano: Quædam quæ non possunt scribi, intelliguntur tamen, ut sibili hominum & gemitus: hæ eñ uoces quamuis sensum aliquem significent proferentis eas, scribi tñ non possunt. Aliæ uero sunt quæ quamuis scribantur, tamen inarticulatæ dicuntur, cum nihil significent, ut coax, cra. Hæ enim uoces quanquam intelligimus de qua sint uolucre profectæ, tamẽ inarticulatæ dicunt, quia uox (ut superius dixi) inarticulata est, quæ à nullo affectu mẽtis proficiscitur. Aliæ sunt inarticulatæ & illiteratæ, quæ nec scribi possunt nec intelligi, ut strepitus, mugitus, & his similia. Scire autem debemus, q̃ has quatuor species uocum perficiunt quatuor superiores differentiæ generaliter uoci accidẽtes, binæ per singulas inuicem coeuntes. Vox autem dicta est uel à uocando, ut dux à ducendo, uel ἀπὸ τοῦ βοᾶν βοῶν ut quibusdam placet.

De litera.

Litera est pars minima uocis compositæ, hoc est, uocis quæ constat compositione literarũ: minima aũt quantũ pertinet ad totam comprehẽsionem uocis literatæ: ad hanc enim etiam productæ uocales breuissimæ partes inueniuntur: uel q̃ omnium est breuissimum eorum quæ diuidi possunt, id quod diuidi non potest. Possumus & sic definire: Litera est uox quæ scribi potest indiuidua. Dicitur autem litera uel quasi legitera, eo q̃ legendi iter præbeat: uel à lituris (ut quibusdam placet) q̃ plerunq; in ceratis tabulis antiqui scribere solebant, & postea delere. Literas autem, etiam elementorũ uocabulo nuncupauerũt, ad similitudinem mundi elementorum. Sicut enim illa coeuntia omne corpus perficiunt: sic etiam hæ coniunctæ, literalem uocem quasi corpus aliquod componunt, uel magis uere corpus: nam si aer corpus est, & uox quæ ex aere icto constat, corpus esse ostenditur: quippe cum & tangit aurem, & tripartito diuidit, quod est suum corporis, hoc est in altitudinem, latitudinem, longitudinem, unde ex omni parte potest audiri. Præterea tamen singulæ syllabæ altitudinem quidem habent in tenore, crassitudinem uero & latitudinem in spiritu, longitudinem in tempore. Litera igit est nota elementi, & uelut imago quædam uocis literatæ, quæ cognoscitur ex qualitate & quantitate figuræ linearum. Hoc ergo interest inter elementa & literas, q̃ elementa proprie dicunt ipsæ pronuntiationes: notæ autem earum literæ. Abusiue tamen & elementa pro literis, & literæ pro elementis uocantur. Cum enim dicimus non posse constare in eadem syllaba r ante p, non de literis dicimus, sed de pronuntiatione earũ. nam quantum ad scripturam possunt coniungi, non tñ etiam enuntiari, nisi postposita r, ut princeps. Sunt igitur figuræ literarum quibus nos utimur. xxiij. Ipsæ uero pronuntiatiões earum multo ampliores. Quippe cum singulæ uocales denos inueniantur habentes sonos, uel plures, ut puta a, litera breuis quatuor habet soni differentias, cum habet aspira

tionem,acuitur uel grauatur:& rursus cum sine aspiratione acuitur uel grauatur, ut habeo habemus,abeo abimus. Longa uero eadem sex modis sonat,cum habet aspirationē, & acuitur uel grauatur,uel circunflectitur,ut hámis hàmorum hâmus. Et rursus cum sine aspiratione acuit uel grauat uel circunflectitur, ut áræ àrarum âra. Similiter aliæ uocales possunt proferri. Præterea tamē i,& u,uocales,qñ mediæ sunt, alternos inter se sonos uidentur confundere,teste Donato. i,ut uir. u,ut optumus. Et i,quidem qñ post u, cōsonantem loco digamma F,functam Aeolici ponitur breuis,sequente d, uel m,uel r, uel t,uel x,sonum y,græcæ uidetur habere,ut uideo,uim,uirtus,uitium,uix. V autem quamuis contractum, eundem tamen sonum,hoc est y,habet,inter q,& e,uel i,uel æ diphthongum positum,ut que quis quæ. Necnon inter g, & easdem uocales, cum in una syllaba sic inuenitur,ut pingue,sanguis,linguæ. In consonantibus etiam sunt differētiæ plures,transeuntium in alias consonantes,& non transeuntium;quippe diuersæ sunt probatis.

De accidentibus literæ.

ACcidit igitur literæ nomen,figura,potestas. Nomen ueluti a b c. Et sunt indeclinabilia,tam apud Græcos elementorū nomina,quàm apud Latinos:Siue ꝙ à barbaris inuenta dicuntur:siue ꝙ simplicia hæc & stabilia esse debent, quasi fundamentum omnis doctrinæ immobile: siue ꝙ nec aliter apud Latinos poterat esse, cum à suis uocibus uocales nominent. Semiuocales uero in se definant:Mutæ autem à se incipientes uocali terminentur:quas si flectas,significatio quoq; nominum unà euanescit. Vocales igitur (ut dictum est) per se prolatæ nomen suum ostendunt. Semiuocales uero ab e, incipiētes,& in se terminantes:absq; x,quæ sola ab i, incipit per anastrophen Græci nominis xi. quia necesse fuit,cum sit semiuocalis,à uocali incipere, & in se terminare:quæ x, nouissime à Latinis assumpta,post omnes ponitur literas,quibus latinæ dictiones egēt. ꝙ autem ab i,incipit eius nomen,ostendit etiam Seruius in commento quod scripsit in Donatum his uerbis:Sunt septem semiuocales,quæ ita proferuntur,ut inchoent ab e,litera,& definant in naturalem sonum,ut f l m n r s x. Sed x,ab i,inchoat. Id etiam Eutropius cōfirmat dicens: Vna duplex x,quæ ideo ab i,incipit,quia apud Græcos in eandem desinit. Mutæ aūt à se incipientes,& in e,uocalem definentes,exceptis k,& q: quarum altera in a, altera in u,finitur,sua conficiunt nomina. H, enim aspiratiōis magis est nota,quàm sit litera. Figuræ accidūt quas uidemus in singulis literis. Potestas uero ipsa pronuntiatio,propter quam,& figuræ & nomina sunt facta. Quidam etiam addunt ordinem,sed est pars potestatis literarum. Ex his uocales dicuntur, quæ per se uoces perficiunt,uel sine quibus uox literalis proferri non potest,unde & nomen hoc præcipue sibi defendunt. Cæteræ enim quæ cum his proferuntur, consonantes appellantur. Sunt igitur uocales numero quinque a e i o u. utimur etiam y Græcorum causa nominum. Consonantium aliæ sunt semiuocales,aliæ mutæ. Semiuocales sunt ut plerisq; Latinorum placuit septem f l m n r s x. Sed f multis ostenditur modis muta magis, de qua post docebimus. Z,quoq; utimur in græcis dictionibus. hæ ergo,hoc est semiuocales,quantum uincuntur à uocalibus, tantum superant mutas. ideo apud Græcos quidem omnes dictiones,uel in uocales uel in semiuocales,quæ secundam habent euphoniam,desinunt,quam nos sonoritatem possumus dicere:apud Latinos autem, ex maxima parte,non tamen omnes. Inueniunt enim quædam etiam in mutas definentes. Semiuocales autem sunt appellatæ, quæ plenam uocem non habent, ut semideos & semiuiros appellamus,non qui dimidiam partem habēt deorum,uel uirorum,sed qui pleni dij uel uiri non sunt. Reliquæ sunt mutæ,ut quibusdam uidetur,numero nouem, b c d g h k p q t. Et sunt qui non bene hoc nomē putant eas accepisse,cum hæ quoq; partes sint uocis: qui nesciunt,ꝙ ad comparationem bene sonantium ita sunt nominatæ, uelut informis dicit mulier,non quæ caret forma, sed quæ male est formata: & frigidum dicimus eum,non qui penitus expers est caloris, sed qui minimo hoc utitur. Sic igit mutas, non quæ omnino uoce carent,sed quæ exiguam partem uocis habent. Vocales aūt apud Latinos oēs sunt ancipites uel liquidæ,hoc est quæ facile, modo produci, modo corripi

possunt: Sicut etiam apud antiquissimos erat græcorũ ante inuentionem η & ω, quibus inuentis ε & ο quæ ante ancipites erant, remanserunt perpetuæ breues, cum earum productarum loca possessa sint à supradictis uocalibus semper longis. Sunt etiam in consonãtibus longæ, ut puta duplices x & z. Sicut enim longæ uocales, sic hæ quoq; longam faciunt syllabam. Sunt similiter in consonantibus ancipites uel liquidæ, ut l & r, quæ modo longam, modo breuem post mutas positæ in eadem syllaba faciunt syllabam, his quidam addunt non irrationabiliter m & n: quia ipsæ quoq; communes faciunt syllabas post mutas positæ, quod diuersorũ cõfirmatur autoritate tam græcorum, quàm latinorum. Ouidius in decimo Metamorphoseos: Piscosamq; Gnidon, grauidamq; Amathunta metallis. Euripides in Phœnissis: ἰσότης ἔταξε κἀριθμὸν διόρισεν. In eisdem: ἀπωλόμεσθα, δύω κακὼ ἀπὸ δυοῖν τέκνοιν, apud græcos inuenitur tamen m ante n posita, nec producens ante se uocalem more mutarum. Callimachus: τὼς μὲν ὁ μνησάρχιδ' ἔφη ξένῳ ὤλισεν αἶνῶν. Apud antiquissimos Græcorum non plus quàm sedecim erant literæ, quibus ab illis acceptis latini antiquitatem seruauerũt perpetuam. Nam si uerissime uelimus inspicere eas, (hoc est sedecim) non plus quàm duas additas in latino inueniemus sermone, F Aeolicum digamma, quod apud antiquissimos latinorum eandem uim, quam apud Aeoles habuit φ, eum aũt propè sonum quem nunc habet F, significabat p cum aspiratione: Sicut etiam apud ueteres Græcos pro φ π & h. Vnde nunc quoq; in græcis nominibus antiquam scripturam seruamus pro φ p & h ponentes, ut Orpheus Phaethon. postea uero in latinis placuit uerbis pro p et h f scribi, ut fama, filius, facio: loco autem digamma V pro consonante. quod cognatione soni uidebatur affinis esse digamma eã litera. Quare cum f loco mutæ ponatur, id est p & h siue φ, miror hanc inter semiuocales posuisse artiũ scriptores, nihil enim aliud habet hæc litera semiuocalis, nisi nominis prolationem, quæ à uocali incipit. Sed hæc potestatem mutare literæ non debuit. si enim esset semiuocalis, necessario terminalis nominum inueniretur, quod minime reperies: nec ante l uel r in eadem syllaba poni posset, qui locus mutarum est duntaxat. nec communem ante easdem posita faceret syllabam. Postremo Græci (quibus in omni doctrina autoribus utimur) φ cuius locum apud nos f obtinet, quod ostenditur in his maxime dictionibus quas à Græcis sumpsimus, hoc est fama, fuga, fur, mutam esse confirmant. Sciendum tamen quod hic quoq; error à quibusdam antiquis Græcorum grammaticis inuasit Latinos, qui φ θ χ semiuocales putabant, nulla alia causa, nisi quod spiritus in eis abundet, inducti. quod si esset uerum, debuit c quoq; uel t addita aspiratione semiuocalis esse, quod omni caret ratione: spiritus enim potestatem literæ nõ mutat. unde nec uocales addita aspiratione aliæ fiunt, & aliæ ea dempta. Hoc tamen scire debemus quod non tam fixis labris est pronuntianda f quomodo p & h: atq; hoc solum interest inter f & ph. X etiam duplicem loco c & s uel g & s, postea à Græcis inuentam assumpsimus, ut dux ducis, rex regis. k enim & q quamuis figura & nomine uideantur aliquã habere differentiam, cum c tamen eandem tam in sono uocum quàm in metro continent potestatem. & k quidem penitus superuacua est: nulla enim ratio uidetur cur a sequente k scribi debeat. Carthago enim & caput, siue per c siue per k scribantur, nullam faciunt, nec in sono nec in potestate eiusdem consonantis differentiam. Q uero propter nihil aliud scribenda uidetur esse, nisi ut ostendat sequens u ante alterã uocalem in eadem syllaba positum perdere uim literæ in metro: quod si alia ideo litera est existimanda q quàm c, debet g quoque cum similiter præponitur u amittenti uim literæ alia putari: & alia, cum id non facit: dicimus enim anguis ficuti quis, & augur ficuti cur. unde si uelimus eas cum ueritate contemplari (ut diximus) non plus quàm decẽ & octo literas, in Latino sermone habemus, hoc est sedecim antiquas Græcorum, & f & x postea additas, & eas quoque ab eisdem sumptas. Nam y & z Græcorum causa nominum (ut supra dictum est) asciuimus. H uero aspirationis est nota, & nihil aliud habet literæ nisi figuram, & quod in uersu scribitur inter alias literas,

Quod si sufficeret ut elementū putaretur, nihilominus quorundā etiam numerorū figuræ, quia in uersu inter alias literas scribuntur, quamuis eis dissimiles sint, elementa sunt habēda. sed minime hoc est adhibendū, nec aliquid aliud ex accidētibus ita proprietatem ostendit uniuscuiusq; elemēti, quomodo potestas, qua caret aspiratio. Neq; ēm uocalis nec cōsonans esse potest. uocalis nō est h, quia à se uocem nō facit: nec semiuocalis, cum nulla syllaba latina uel græca per integras dictiōes in eā desinat: nec muta, cum in eadē syllaba, cū duabus mutis bis ponitur, ut phthius, Erichthonius. Nulla ēm syllaba plus duabus mutis potest habere iuxta se positis, nec plus tribus cōsonantibus cōtinuare. Autoritas quoq; tam Varronis q̄ Macri, teste Censorino, nec k nec q neq; h in numero adhibet literarū. Videntur tamē i & u, cum in consonantes transeunt, quantū ad potestatē, quod maximū est in elemētis, aliæ literæ esse præter supradictas. Multū enim interest utrū uocales sint an cōsonantes: sicut enim, quāuis in uaria figura, & uario nomine sint k & q & c, tamē quia unā uim habēt tam in metro q̄ in sono, p una litera accipi debēt: sic i & u q̄uis unū nomē, & unam habeant figurā, tā uocales q̄ consonātes, tamē quia diuersum sonum, & diuersam uim habēt in metris, & in pronūciatione syllabarū, non sunt in eisdē, meo iudicio, elementis accipiendæ: quāuis & Censorino doctissimo artis grammaticæ idē placuit. Multa ēm est differentia inter cōsonantes, ut diximus, & uocales. Tantū enim ferè interest inter uocales & consonātes, quantū inter animas & corpora. Animæ ēm per se mouētur, ut philosophis uidet, & corpora mouēt: corpora uero nec per se sine anima moueri possunt: nec animas mouēt, sed ab illis mouent. Vocales similiter & per se mouētur ad perficiendā syllabam, & consonantes mouent secum, consonantes uero sine uocalibus immobiles sunt. Et I quidem modo pro simplici, modo pro duplici accipitur consonante: pro simplici, quādo ab eo incipit syllaba in principio dictionis posita, subsequente uocali in eadem syllaba, ut Iuno Iuppiter: pro duplici autem, quando in medio dictionis ab eo incipit syllaba post uocalem ante se positam, subsequente quoq; uocali in eadem syllaba, ut maius peius, eius, in quo loco antiqui solebāt geminare eandem ī literam, & maĩus, peĩus, eĩus scribere, quod non aliter pronunciari posset quàm si cum superiore syllaba prior I, cum sequente altera proferretur, ut peĩus, eĩus, maĩus, & duo ĩ pro duabus consonantibus accipiebant. Nam quamuis I sit consonans, in eadem syllaba geminata iungi non posset. ergo non aliter quàm tellus, mannus proferri debuit. Vnde Pompeiĩ quoq; genitiuum per tria i antiqui scribebant: quorum duo superiora loco consonantium accipiebant, ut si dicas Pompeiĩ. Nam tribus ī ī ī iunctis qualis posset syllaba pronunciari? Nam postremum ī pro uocali est accipiendum: quod Cæsari doctissimo artis grammaticæ placitum fuisse à Victore quoque in arte grammatica de syllabis comprobatur. Pro simplici quoq; in media dictione inuenitur, sed in compositis, ut iniuria, adiungo, eiectus, reĩce. Virgilius in Bucolicis: Tityre pascentes à flumine reĩce capellas. proceleusmaticum posuit pro dactylo. Nunquam autem potest ante ī literam, loco positam consonantis, aspiratio inueniri, sicut nec ante ū consonantem. unde hiulcus trisyllabum est: nulla ēm consonans ante se aspirationem recipit. V uero loco consonantis posita eandem prorsus in omnibus uim habuit apud Latinos, quā apud Aeoles digamma F. Vnde à plerisq; ei nomen hoc datur, quod apud Aeoles habuit olim F digamma, id est uau, ab ipsius uoce profectū teste Varrone & Didymo, qui id ei nomē esse ostendunt. pro quo Cæsar hanc figuram Ⅎ scribere uoluit: quod quamuis illi recte uisum est, tamē consuetudo antiqua superauit. Adeo autem hoc uerum est, quòd pro Aeolico F digamma ū ponitur: quod ficut illi solebāt accipere digamma F pro consonāte simplici, teste Astyage, qui diuersis hoc ostendit uersibus, ut in hoc uersu ὀιόμενθ' Ϝελένην ἠλικώπιδα, sic nos quoq; pro simplici habemus cōsonante plerūq; ū loco F digamma positum: ut, At Venus haud animo nequicquā exterrita mater. Est tamen quando Aeoles idem F inueniūtur pro duplici quoq; cōsonante digamma posuisse, ut νέσοϱς δὲ Ϝοῦ πολλὸς, Nos qnoq; uidemur hoc sequi in præteri-

to perfecto & plusquã perfecto tertiæ & quartæ cõiugationis, in quibus I ante u cõ ſonantem poſita producitur, eademq; ſubtracta corripitur, ut cupiui cupĩ, cupiueram cupieram, audiui audĩ, audiueram audieram. Inueniũtur etiam pro uocali correpta hoc digamma illi uſi, ut Alcman: νῦ͂ χϝμα πῦϱτε ϝαϜίομ. Eſt enim dimetrum iambicũ, & ſic eſt proferendum, F ut faciat breuem ſyllabã. Noſtri quoq; hoc ipſum feciſſe inueniuntur, & pro cõſonante ũ uocalem breuem accepiſſe, ut Horatius ſylüæ triſylla bum protulit in Epodo hoc uerſu: niuesq; deducũt Iouem, Nunc mare nunc ſylüæ. Eſt enim dimetrũ iambicum coniunctũ penthemimeri heroicæ, quod aliter ſtare non poteſt, niſi ſyluæ triſyllabum accipiatur. Similiter Catullus Veronenſis, quòd zonam ſolüit diu ligatã, inter hendecaſyllabos Phalecios poſuit. Ergo niſi ſoluit triſyllabũ ac cipias, uerſus ſtare non poteſt: hoc tamẽ ipſum in deriuatiuis uel compoſitis frequen ter ſolet fieri, ut uoluo uolutus, ſoluo ſolutus, auis auceps, auſpiciũ, augurium, augu ſtus, lauo lautus, faueo fautor. F digamma apud Aeoles eſt, quando in metris pro ni hilo accipiebant, ut ἄμμιϛα ϜϜϱήναντο θεοὶ τοὶ Ϝὤμοϛμ Ϝαιέρ. Eſt enim hexametrũ heroi cum. Apud Latinos quoq; hoc idem ũ inuenitur ꝓ nihilo in metris, & maxime apud uetuſtiſſimos comicorum, ut Terentius in Andria: Sine inuidia laudem inuenias, Et amicos pares. Eſt enim iambicũ trimetrum: quod niſi, ſine inui, pro tribracho accipi atur, ſtare uerſus nõ poteſt. ſciendum tamẽ quòd hoc ipſum Aeoles quidem, ubiq; lo co aſpirationis ponebant, effugientes ſpiritus aſperitatẽ. nos aũt in multis quidẽ, non tamen in omnibus illos ſequimur, ut cũ dicimus ueſpera, uis, ueſtis. hiatus quoq; cauſa ſolebant illi interponere F digamma, quod oſtendũt etiã poetæ Aeolidæ uſi, Alcman © χεῖμα πῦϱτε ϝαϜίομ. & epigrãmata, quæ egomet legi in tripode uetuſtiſſimo Apolli nis, qui ſtat in Xerolopho Byzãtij ſic ſcripta: ϝημοφάϜων, λαϜοκάϜων. Et nos quoq; hia tus cauſa interponimus V loco digamma F, ut Dauus, Argiuus, pauo, ouũ, ouis, bo uis. hoc tamẽ etiam per alias quaſdã conſonantes hiatus uel euphoniæ cauſa ſolet fieri, ut prodeſt, cõburo, ſicubi, nũcubi, quod Græci quoq; ſolẽt facere: μηκέτι, οὐκέτι. Sed ta men hoc attendendũ eſt, quòd prævaluit in hac litera, id eſt, in u loco digãma poſito, poteſtas ſimplicis cõſonantis apud omnium poetaꝝ doctiſſimos. In b etiã ſolet apud Aeoles tranſire F digãma quoties ab ϱ incipit dictio quæ ſolet aſpirari, ut ϱἥτωϱ ϱήτωϱ dicũt, quod digãma niſi uocali præponi & in principio ſyllabæ nõ poteſt. ideo autẽ lo cum quoq; trãſmutauit, quia b uel digãma poſt ϱ in eadẽ ſyllaba pronunciari nõ po teſt. Apud nos quoq; eſt inuenire φ pro ũ cõſonante b ponitur, cælebs cæleſtiũ uitã ducens, per b ſcribit, φ ũ cõſonans ante conſonantẽ poni nõ poteſt. ſicut etiã bruges & Belenam antiquiſſimi dicebant teſte Quintiliano, q hoc oſtẽdit in primo Inſtitutio num oratoriaꝝ. nec mirũ cũ b quoq; in ũ euphoniæ cauſa cõuerti inuenimus, ut au fero ꝓ abfero. Aſpiratio quoq; ante uocales oẽs poni poteſt, poſt cõſonantes aũt qua tuor tantũmodo more antiquo Græcoꝝ c t p r, ut habeo, Herẽnius, heros, hyems, homo, humus, hylas, Chremes, Thraſo, Philippus, Pyrrhus. ideo aũt extrĩſecus aſcribit uocalibus, ut minimũ ſonet, cõſonantibus aũt intrinſecus, ut plurimũ. Omnis enim li tera ſiue uox plus ſonat ipſa ſeſe, cũ poſtponit, q̃ cum anteponit, quod uocalibus acci dens eſſe uidet: nec ſi tollatur ea, perit etiã uis ſignificationis, ut ſi dicam Erẽnius abſq; aſpiratione, q̃uis uitiũ uidear facere, intellectus tamẽ integer permanet. Conſonanti bus aũt ſic cohæret, ut eiuſdẽ penitus ſubſtantiæ ſit, ut ſi auferat, ſignificationis uim mi nuat prorſus: ut ſi dicã Cremes ꝓ Chremes. unde hac cõſiderata ratione, Græcoꝝ do ctiſſimi ſingulas fecerũt eas quoq; literas, quippe ꝓ th θ, ꝓ ph φ, pro ch χ ſcribẽtes, nos aũt antiquã ſcripturã ſeruamus. In latinis tamẽ dictionibus nos quoq; ꝓ ph cœ pimus f ſcribere, ut filius, fama, fuga, niſi φ (ut ſupra docuimus) eſt aliqua in ꝓnuncia tione eius literæ differẽtia f cũ ſono ph, ut oſtẽdit ipſius palati pulſus, linguæ, labroꝝ. Rh aũt ideo nõ eſt tranſlatũ ab illis in aliam figuram, quòd nec ſic cohæret huic quo modo mutis, nec (ſi tollat) minuit ſignificationẽ: quamuis enim ſubtracta aſpiratione dicamus, retor, Pyrrus, intellectus ꝓmanet, nõ aliter q̃ ſi antecedẽs uocalibus auferat,

Vnde ostenditur ex hoc quoq; aliqua esse cognatio r literæ cũ uocalibus. ex quo quidam dubitauerunt,utrum præponi debeat huic aspiratio,an subiungi.unde Aeoles loco (ut diximus) aspirationis digamma ponentes in dictionibus ab ϱ incipientibus,solent loco digamma B scribere,iudicantes debere præponi digamma quasi uocali, sed rursus quasi consonanti digamma in eadem syllaba præponere recusantes, commutabant id in B, βῥήτωϱ βῥόδον, dicentes. Sed apud Græcos hæc litera, id est ϱ multis modis fungitur loco uocalis, ut in declinatione nominũ in ϱα & in α, puram definẽtiũ, quæ similiter a seruant per obliquos casus,ut ὦϱα ὥϱας, σοφία σοφίας. Apud Latinos autem non adeo. Quæritur cur in uah & ah post uocales ponitur aspiratio,& dicimus quòd apocopa facta est extremæ uocalis cui præponebatur aspiratio. Nam perfecta uaha aha sunt. ideo autem abscissione facta extremæ uocalis, tamẽ aspiratio manet ex superiore pendens uocali, quia suum est interiectionis uoce abscondita proferri. Itaq; pars absconditæ extremitatis uidetur congrue in interiectionis naturali prolatione remansisse. nec mirum, cum in Syrorum Aegyptiorumq; dictionibus, soleant etiã in fine aspirari uocales. Interiectionum autem pleræq; communes sunt naturaliter omnium gentium uoces.Inter c sine aspiratione, & cum aspiratione est g, inter t quoque & th est d, & inter p & ph siue f est b. Sunt igitur hæ tres, hoc est b g d mediæ,quæ nec penitus carent aspiratione, nec eam plenam possident. hoc autem ostendit etiam ipsius palati pulsus, & linguæ uel labrorum consimilis quidem in ternis, inter p & ph, uel f & b: & rursus inter c & ch & g: similiter inter t & th & d. sed in leuibus exterior fit pulsus, in asperis interior, in mediis inter utrũq; supradictorum locum. quod facile dignoscitur,si attendamus in supradictis motibus ora mirabili naturæ lege modulantia uoces.Tanta autem est cognatio earum,quòd inuicem inueniuntur pro se positæ in quibusdam dictionibus,ut ambo pro ἄμφω, buxus pro πύξος, & publicus pro πόπλικος, triumphus pro θρίαμβος, gubernator pro κυβερνήτης, gobius pro κωβιός, cære ἀπὸ τοῦ χάϊρε, puniceus φοινίκιος, deus θεός, purpureũ πορφύρεον. Hoc quoq; obseruandum est, quòd ad comparationem aliarum consonantium quæ solent mutari uel abiici p casus, immutabiles sunt apud nos tres l n r: per omnes enim casus eædem permanent,ut sal salis, flumen fluminis,cæsar cæsaris. T quoq; & c quãuis in tribus solis inueniantur nominibus quæ possint declinari, hoc idem seruant, ut caput capitis,& ab eo composita,ut sinciput sincipitis,occiput occipitis, alec alecis,lac lactis,in quo etiam t additur. Quare quibusdã non irrationabiliter nominatiuus hoc lacte prolatus inuenitur. Reliquæ uero consonantes mutantur, uel abiiciuntur: d ut aliquid alicuius. m ut templum templi, pelium pelii. s ut magnus magni. x ut rex regis,nix niuis. In uerborum quoq; præteritis perfectis solent omnes modo mutari, modo manere,exceptis quatuor l p s x. hæ enim nunquam mutantur,ut habeo habui,iubeo iussi,compesco compescui, dico dixi, ascendo ascendi, lædo læsi, lego legi, pingo pinxi,demo dempsi,premo pressi,moneo monui,sino siui,nequeo nequiui,torqueo torsi,differo differui,uro ussi,uerto uerti, flecto flexi. Illæ autem quatuor, ut supra diximus,nunquam mutantur in prætetito perfecto. l ut cælo cælaui,doleo dolui, uolo uolui, mollio molliui. p turpo turpaui,stupeo stupui,scalpo scalpsi,lippio lippiui. s quasso quassaui, censeo censui,arcesso arcessiui. x nexo nexui. Vocales quoque in eisdem præteritis perfectis quæ in principalibus syllabis inueniuntur uerborũ,modo ex correptis producuntur,modo mutantur in alias uocales,modo manent eædem. Producuntur plerunq; omnes,ut faueo fãui, caueo cãui,sedeo sẽdi,lego lẽgi, uideo uĩdi,moueo mõui,foueo fõui,fugio fũgi. Mutantur a & e: a quidem in e modo productam,modo correptam: Productam, ut ăgo ēgi, căpio cēpi, făcio fēci, frăngo frēgi: correptam,tango tĕtĭgi,căcidi cĕcidi,parco pĕperci. E uero transit in i productam,ut eo iui,uel ii. Solinus in collectaneis uel polyhistore: Tatius in arce ubi nũc ædes est Iunonis Monetæ,qui anno quinto quàm ingressus urbem fuerat,à Laurentibus interemptus est, septima & uigesima olympiade hominem exiuit, Queo quiui uel quii, Hæc

eadem uocalis penultima in uerbis secundæ cõiugationis sæpe mutat̃ in u,ut doceo docui,moneo monui,doleo dolui.quod similiter est qñ in tertia uel quarta cõiugatione patit̃ i, ut rapio rapui,aperio aperui. u & o manent in principalib.syllabis positæ immutabiles,tempoꝝ quoq; in quibusdam,ut ruo rui,domo domui,doceo docui.Hoc quoq; obseruandũ est q; nunq̃ in supradicto tpe potest geminari,neq; in principio,neq; in fine syllaba,nisi quæ à muta incipit,ut tondeo totondi,pendeo uel pendo pependi,disco didici, posco popposci,tundo tutudi,pedo pepedi,tãgo tetigi,cædo cecidi,cado cecidi,pello pepuli,fallo fefelli,prodo pdidi,uendo uẽdidi:ex quo etiã apparet f uim magis mutæ obtinere,à qua incipiẽs est geminata syllaba. S ante mutã posita inueniunt̃ duo uerba quæ geminãt syllabam in præterito,sto steti,spõdeo spopondi.Antiquissimi etiã,scindo scici di dicebant,q; iuniores scidi dixerũt,ut in præterito pfecto uerbi oñdemus:nec sine rõne s ante mutam posita inuenit̃ geminatũ uerbum,cum s amittit uim suam plerũq; sic posita añ mutam,unde nec in secũda syllaba repetit̃.M quoq; geminat̃,mordeo momordi,quæ loco mutæ in multis fungit̃:nam añ n posita communẽ facit syllabã,ut ramnes ramnetis,sicut Chremes Chremetis.Iambica eñ sunt quæ sic declinant̃,qd̃ Callimachi quoq; autoritate cõfirmat̃ in Aetijs,sicut iam supradictum est hoc uersu τὼς ἦ ὁ μνησάς χἰῶν ἔφη ξένος ὡλισθρ αἰνῶς. Et nunq̃ tñ eadem m añ se natura longam uocalẽ patit̃ in eadem syllaba esse,ut illam,artẽ,puppim,illũ,rem,spem, diem, cum aliæ oẽs semiuocales hoc habẽt,ut Mecœnas,pæan,sol,pax,par.præterea sola hæc semiuocalis post s ponit̃, quod mutaꝝ est, ut smyrna,smaragdus,& añ liquidam,ut samnis,& q; añ s posita in finali syllaba nominis,more mutæ interposita i, facit gtñ hyems hyemis, uel uti inops inopis,cœlebs cœlibis. Apparet igit̃, q; elementoꝝ alia sunt eiusdẽ generis, ut uocales & cõsonantes:alia eiusdẽ speciei,ut in uocalibus breues & longæ,& in cõsonantibus simplices & duplices,quæ habent aspirationẽ,& quæ non habent,& earum mediæ. aliæ uero sibi sunt affines per cõmutationẽ,id est,q; inuicem p se positæ inueniunt̃,ut breues & longæ quæ habent aspirationẽ,& quæ carent ea. Aliæ aũt per coniugationẽ uel cognationẽ cognatæ literæ,& p se inuicẽ positæ,ut b p f, necnon g & c cũ aspiratione siue sine ea. x quoq; duplex,similiter d & t cũ aspiratione uel sine ea:& cum his z duplex. unde sæpe d scribẽtes Latini hanc exprimũt sono,ut medidies,hodie,antiquissimi quoq; Medentius dicebant,pro mezentius.Quinetiam s simplex habet aliquã cum supradictis cognationẽ,unde sæpe p z eam solemus geminatã ponere, ut patrisso pro πατρίζω, pitisso pro πιτίζω, massa pro μάζα.& Dores τύ pro σύ.unde nos quoq; tu pro σύ,& te p σέ. Attici aũt θάλατ̃α p θάλασσα,& ἠπ̃ειρος p ἤσσον,& ξύμμαχος p σύμμαχος. Romani etiam aiax pro αἴας. In uocalibus quoq; sunt affines ẽ correpta siue pducta cũ ei diphthongo,qua ueteres Latini utebant̃ ubiq; loco ī longæ. nunc aũt contrà pro ea ī longam ponimus,uel ē pductam,ut νῆλος nīlus, καλλιοπ̃α calliopẽa, χορ̃α chorẽa. ē penultima modo correpta modo producta. O breuis siue longa,est affinis cũ u, ut bos p βῶς, ebur robur,pro ebor robor,& platanus pro πλάτανος. A quoq; affinis est cum e & i.arceo & coerceo.facio inficio,necnon aliæ cum alijs:& quia frequenter hæ in omnibus pene lr̃is mutationes non solum per casus,uel tempora,sed etiam per figuraꝝ compositiones,uel deriuationes & translationes à græco in latinum fieri solẽt, necessarium est eaꝝ ponere exempla:A correpta conuertit̃ in pductam,faueo fãui:In e correptam, parco pẽperci,armatus inẽrmis.In e productam,facio fẽci,capio cẽpi. producta quoq; a in e productam inuenit̃,halitus,anhẽlitus:in i correptam,amicus inimicus:in o etiã μάρμαρος marmor.in u salsus insulsus,ara arula.E correpta transit in e productam,lego lẽgi:in a, seror sãtus,reor ratus:in i correptam,moneo monitus,lego diligo.in o tego toga. Antiqui quoq; amplocti pro amplecti dicebant. Et animaduorti pro animaduerti. In u tẽgo tũgurium. Et apud antiquissimos quotiescunque n d sequuntur in his uerbis quæ à tertia coniugatione nascuntur loco e u scriptum inuenimus, ut faciundum, legundum, dicundum, uertundum, pro faciendum,legendum,dicendum,uertendum, I transit in a, ut genus, generis, generatim; paulus pauli,paulatim, in e for-

tis forte fortiter,ſapiens ſapientis ſapienter.in o,patris patronus,& patro uerbum,olli pro illi,ſaxum ſaxi ſaxoſus.in u carnis carnufex,antiqui pro carnifex,ut lubens ꝑ libens, & peſſumus pro peſſimus.Sciendum tñ eſt ꝙ pleraq; nomina quæ cum uerbis ſiue participijs componunt̃,uel nominatiui mutant extremam ſyllabam in i correptam, ut arma armipotens, homo homicida,cornu corniger,ſtella ſtelliger,arcus arcitenẽs, fatum fatidicus,aur̃ aurifex,cauſa cauſidicus,luctus luctificus,cornu cornicen, tuba tubicen, fidis fidicen,fides plurale,cuius ſingulare fidis eſt, unde etiam diminutiuum fidicula. tibia tibĩcen pro tibĩcen: tibia enim a in i debuit mutare,ut ſupra dictum eſt,unde pro duabus ĩ breuibus una longa facta eſt,quod in alia huiuſcemodi compoſitione non inuenies. uulnus uulnĭficus, magnus magnĭficus, amplus amplĭficus, fructus fructĭficus, opus opĭfex.uel genitiui, ut uir uiri,uiripotens,par paris parricida,quod uel à pari cõponitur:uel ut alĩ dicunt à patre.ergo ſi eſt à pari, r euphoniæ cauſa addit̃: ſin à patre, t in r conuertitur:quibuſdam tñ à parente uidetur eſſe compoſitum,& pro parentĭcida per ſyncopen, & commutationem t in r factum parrĭcida, frater fratris fratrĭcida, ſoror ſororis ſororĭcida: lux quoq; lucis lucĭfer, flos floris florĭfer, ſacer ſacri ſacrĭficus, ars artis artifex.Pauca ſunt quæ hanc non ſeruant regulam,ut auceps,aues capiens.mendiceps,mẽtecaptus.municeps,munera capiens,auctus auguſtus & ſimilia;& quæ ex duobus nominatiuis componuntur,utputa iuſiurandum,reſpub.non mutant extremam ſyllabam,ſed ea cum de figuris dicemus,latius tractabimus. O,aliquot Italiæ ciuitates (teſte Plinio) nõ habebant,ſed loco eius ponebant u,& maxime Vmbri & Thuſci. O trãſit in a, ut creo creaui.in e, ut tutor tutela,bonus bene, γόνυ genu, πούς pes,antiqui com pes pro compos,in quo Aeoles ſequimur.Illi enim ἔδοντα ꝑ ὀδόντα dicunt. O conuertitur in i,uirgo uirginis.in u,tremo tremui,huc illuc pro hoc illoc. Virgi.in.viĩ.Hoc tunc ignipotens cælo deſcẽdit ab alto. & pleraq; quæ apud Græcos ntñ in ος terminãt, o in u conuertunt apud nos,ut κύρος Cyrus, σπονδεῖος ſpondeus, κύπρος Cyprus, πέλαγος pelagus.Multa præterea uetuſtiſſimi etiam in principalibus mutabant ſyllabis,ut cungrum pro congrum,cunchin pro conchin,huminem pro hominẽ proferentes,funtes pro fontes,frundes pro frondes. Vnde Lucretius in.i.lib. Anguſtoq; fretu rapidum mare diuidit undis,pro freto. Idem in.iĩ. Atqui animarum etiam quæcunq; acherunte profundo,pro acheronte. in eodem: Nec Tityon uolucres ineunt acherunte iacentem. Quæ tñ à iunioribus repudiata ſunt,quaſi ruſtico more dicta. V quoq; multis Italiæ populis in uſu non erat,ſed è contrario utebantur o, unde Romanorum quoq; uetuſtiſſimi,in multis dictionibus loco eius o poſuiſſe inueniunt̃, poblicum ꝑ publicum, quod teſtatur Papyrianus de orthographia,polchrum pro pulchrum,colpam pro culpam dicentes,& hercolem pro herculem,& maxime digamma antecedente hoc faciebant, ut ſeruos pro ſeruus,uolgus pro uulgus,dauos pro dauus. Tranſit in a, ut ueredus ueredarius.in e pondus ponderis,deierat peierat pro deiurat peiurat,labrum labellum, ſacrum ſacellum,antiqui auger & augeratus pro augur & auguratus dicebant. In i cornu cornicen, arcus arcitenens,fluctus fluctiuagus,curſus uel currus, curriculus uel curriculum.in o nemus nemoris,ebur eboris, robur roboris. Ponitur hæc eadem litera in Græcis nominibus modo loco οῦ diphthongi,ut muſa pro μοῦσα,modo pro ŏ correpta, ut Homerus pro ὅμηρος,pro eadem producta,ut fur pro φώρ,ſicut è contrario pro βῶς bos.modo pro ῡ longa,ut pro μῦς mus,modo pro correpta πόρφυρα purpura. In pleriſq; tñ Aeoles ſecuti hoc facimus. Illi enim ξουγάτηρ dicunt pro θυγάτηρ, ου corripientes,uel magis υ ſono u ſoliti ſunt pronuntiare, ideoq; aſcribunt o non ut diphthongũ faciant ibi,ſed ut ſonum υ æolicum oſtendant,ut Callimachus: καλλιχώρου χθονὸς,οὐρείας θουγάτηρ. Quod nos ſecuti, u modo correptam,modo productam habemus, quamuis uideat̃ ου diphthongi ſonum habere. Pro ο quoq; ου ſolent frequẽter ponere Græci, οὖρος ὖλος, ꝑ ὄρος ὅλος,νῶσος ꝑ νόσος dicentes,quod nos frequenter habemus in finalib.maxime ſyllabis,ut Priamus,pylus,pelium,u tñ corripientes.Eſt qñ amittit u,uim tam uocalis quàm conſonantis,ut cum inter q & aliam uocalem ponitur,ſicut iam commemo

rauimus,ut quiſquam. Hoc idem plerũq; patitur etiam inter g & aliquam uocalem,ut ſanguis,lingua. S quoq; antecedente u & ſequente a uel e, hoc idem ſæpe fit,ut ſuadeo ſuauis,ſueſco ſuetus,quod apud Aeoles quoq; η ſæpe patitur,& amittit uim literæ in metro,ut σαπφὼ, ἀλλά τυίδ'α ἔλθετ ποτίσαπ ἔρωτα, ſimiliter πήλυι diſſyllabum inuenitur apud eoſdem cum η non eſt diphthongus. Eſt qñ tranſit in conſonantẽ idem u, ut ναύτης nauta,nauita,gaudeo gauiſus,ſicut econtra,à cõſonante tranſit in uocalem, ut ſupra diximus,caueo cautus,ſoluo ſolutus,faueo fautor,uoluo uolutus. ſæpe u interponitur inter cl uel cm in Græcis nominibus, ut ἡρακλῆς Hercules, ἀσκλαπιὸς Aeſculapius,& antiqui, ἀλκμήνη alcumena, ἀλκμαίων alcumæon. In conſonantibus quoq; multæ fiunt ſimiliter commutationes. L triplicem,ut Plinio uidetur,ſonum habet, exilem, qñ geminatur ſecũdo loco poſita,ut ille,metellus:plenum,qñ finit nomina uel ſyllabas, & qñ habet ante ſe in eadem ſyllaba aliquam conſonantẽ,ut ſol,ſylua,flauus,clarus:medium in aliis,ut lectus lecta lectum. L tranſit in x, ut paulum pauxillum,mala maxilla, uelum uexillum,in r, ut tabula taberna. M obſcurum in extremitate dictionum ſonat, ut templum;apertum in principio,ut magnus:mediocre in mediis,ut umbra. Tranſit in n, & maxime d uel t uel c uel q ſequentibus,ut tam tandem,tantum tantundẽ,idem identidem,num nuncubi: & ut Plinio placet, nunquis,nunquam,anceps p amceps. am enim præpoſitio f uel c uel q ſequentibus,in n mutat m, ut anfractus,anciſus,anquiro:uocali uero ſequente intercipit b, ut ambitus,ambeſus, ambuſtus,ambages: necnon etiam in comburo combuſtus idem fit. Finalis dictionis ſubtrahitur m in metro plerũq; ſi à uocali incipit ſequens dictio, ut Illum expirantem transfixo pectore flammas. Vetuſtiſſimi tamen non ſemper eam ſubtrahebant. Ennius in.x.annalium: Inſignita fere tum millia militum octo Duxit delectos bellum tolerare potentes. N quoq; plenior in primis ſonat,& in ultimis partibus ſyllabarum,ut nomen,ſtamen:exilior in mediis,ut amnis,damnum. Tranſit in g, ut ignoſco,ignauus,ignotus,ignarus,ignominia,cognoſco,cognatus. poteſt tamen in quibuſdam eorum etiam per cõciſionem adempta uideri. N, quia in ſimplicibus quoq; poteſt inueniri per adiectionem g, ut gnatus gnarus. & ſequente g uel c, pro ea g ſcribunt Græci. & quidam tamen uetuſtiſſimi autores Romanorum euphoniæ cauſa bene hoc facientes,ut Agchiſes,agceps, aggulus,aggens,quod oſtendit Varro.i.de origine linguæ Latinæ his uerbis: Aggulus,aggens, agguilla,iggerũt. In eiuſmodi Græci & Actius noſter binam g ſcribũt,alij n & g, quod in hoc ueritatem facile uidere nõ eſt,ſimiliter agceps & agcora. Tranſit etiam n in l,ut unus ullus,nullus,uinum uillum,catena catella, bonus bellus, catinum catillum, ſimiliter collega,colligo,illido,collido. Tranſit in m, ſequẽtibus b uel m uel p, autore Plinio & Papyriano & Probo,ut imbibo,imbellis,imbutus,immineo,immitto, immotus, improbus, imperator,impello, ſimiliter in Græcis nominibus neutris in on deſinentibus,ut παλλάδιον palladium, πήλιον pelium. Tranſit etiã in r, ut corrigo,corrũpo, irrito. Hanc aũt mutationẽ literæ ſciendũ eſt quadã naturali fieri uocis rõne,propter ceteriorẽ motũ linguæ labrorũq; ad uicinos facilius trãſeuntiũ pulſus. Tranſit ſupradicta cõſonans n,etiã in s, ſcindo ſciſſus,findo fiſſus:in t,canis catulus catellus. in c,ecquid p enquid. Expellit n à Græcis in ων deſinẽtibus,cũ in latinam tranſeunt formã,ut demipho,ſimo,leo,draco,ſicut cõtrà addit Latinis nominibus in o deſinentib. apud Græcos, ut κικέρων,κάτων, pro Cicero,Cato. Tranſit in u conſonantem, ut ſino ſiui, ſterno ſtraui. R ſine aſpiratione ponit in latinis,in græcis uero principalis uel geminata,in media dictione aſpirat,ut rhetor,rhenus,rhodus,pyrrhus,tyrrhenus,orrhena, p quo nũc oſrena dicẽtes aſpirationẽ poſt r antiquæ ſeruãt ſcripturæ. Trãſit in l,niger nigellus,umbra, umbella. in s ut arbos pro arbor,odos pro odor. Plautus in Captiuis,Quorum odos ſub baſilicanos omnes abigit in forum. uerror,uerſus. In duas ſſ, uro uſſi,gero geſſi. in u cõſonantem,tero triui, ſero ſeui. in n, æneus pro æreus. S in metro apud uetuſtiſſimos, uim ſuam frequenter amittit. Virgilius in.xi.æneidos, Ponite ſpes ſibi quiſq;. Idem in.xij. Inter ſe coīſſe uiros,& decernere ferro,

Ne autem coniunctione sequente cum apostropho penitus tollit, ut uiden', satin', uin', pro uides ne, satis ne, uis ne. necnon etiam in græcis nominibus as uel es terminantibus plerunq; tollitur, cum sint primæ declinationis, ut Geta, Birrhia, Phedria, Cherea, poeta quoq;, sophista, Scytha, citharista; in quibus etiam ης producta in ă correptam cõuertitur. Transit hæc eadem in m, ut rursum pro rursus, dimminuo pro disminuo. Terentius in Adelphis, dimminuetur tibi cerebrum. in n mutatur s, sanguis sanguinis. in r, flos floris, ius iuris, cursus curriculus uel curriculum. in x, aiax pro aias, & pistrix pro pistris, in quo sequimur Dores; illi enim ὄρνις pro ὄρνιξ. in d, custos custodis, pes pedis, præses præsidis, palus paludis. in t. nepos nepotis, uirtus uirtutis, samnis samnitis. in u consonantem, bos bouis. sæpe pro aspiratione ponitur in his dictionibus quas à Græcis sumpsimus, ut semis, sex, septẽ, se, si, sal. Nam ἥμισυ. ἕξ. ἑπτὰ. ἑ. δι. ἅλς. apud illos aspirationem habent in principio. adeo autem cognatio est huic literæ, id est s cum aspiratione, quod pro ea in quibusdam dictionibus solebant Bœoti pro s, h scribere, muha pro musa dicentes. huic s præponitur p, & loco ψ græce fungitur, pro qua Claudius Cæsar antisigma. ↄ. hac figura scribi uoluit, sed nulli ausi sunt antiquam scripturam mutare; quãuis non sine ratione hæc quoq; duplex à Græcis addita uideat. Nam multo molliorem & uolubiliorem sonitum habet ψ quàm ps uel bs. hæ tamẽ id est bs non aliâs debent poni pro ψ. hoc est in eadem syllaba coniunctæ, nisi in fine nominatiui, cuius genitiuus in bis definit, ut urbs urbis, cœlebs cœlibis, arabs arabis. Sicut ergo ψ melius sonat quàm ps uel bs, sic x etiam quàm gs uel cs. & x quidẽ assumpsimus, ψ autẽ non: sed quantum expeditior est ψ quàm ps, tantum ps quàm bs. ideoq; non irrationabiliter pleriſq; loco uidetur ψ, ps debere scribi, quod de ordine literarum docentes plenius tractabimus. X duplex, modo pro cs, modo pro gs accipitur, ut apex apicis, grex gregis, transit tamen etiam in u consonantem, ut nix niuis, necnon in ct, ut nox noctis, supellex supellectilis. Sed hæc contra regulam declinari uidentur. subit etiam x litera loco aspirationis, ut ueho uexi, traho traxi. x uertitur in f, ut efficio effero. Et sciendum q; quotiescunq; ex præpositio, præponit composita dictionibus à uocalibus incipientibus, uel ab his quatuor cõsonantibus, hoc est c p t s integra manet, ut exaro, exeo, exigo, exoleo, exuro, excutio, expeto, extraho, exequor, exspes, in quo uidemur cõtra Græcorum facere consuetudinem. Illi enim σ sequente nunquam ξ præponũt, sed κ pro ea, ut ἔκσασις. melius ergo nos quoq; x solam ponimus, quæ locum obtinet cs, cuius rationem non solum ipse sonus auritũ iudicio possit reddere, sed etiam hoc q; geminari s alia consonante antecedente minime potest: geminari autem uidetur post cõsonantem s x antecedẽte, quæ loco c & s fungit si ipsa consequat, ut exsequiæ exsequor. Quod si liceret, licebat etiam post bs uel ps quas loco ψ duplicis accipimus addere s, ut dicere mus obsessus, absectus, quod minime licet. Nunquam enim nec s, nec alia cõsonans geminari potest, ut diximus, alia antecedente consonante. Nunc de mutis dicemus. B transit in c, ut occurro succurro. In f, ut officio, sufficio, suffio. In g, ut suggero. In m, ut summitto, globus glomus. In p, ut suppono. In r, ut surripio, arripio. In s, ut iubeo iussi. Nam suscipio & sustuli à susum uel sursum aduerbio cõposita sunt, unde subtinnio & subcumbo non mutauerunt b in s. suspicor quoq; & suspicio à susum uel sursum componuntur, sed abiecitũt unam s. Non enim dicimus susspicio sed suspicio: quia non potest duplicari consonans alia subsequente consonante, quomodo nec antecedẽte, nisi sit muta ante liquidã, ut supplex, suffragor, sufflo, effluo, effringo, quomodo & apud Græcos συγγραφεῖς, συγγνώμη, συγγλύφω, συμμνήμων, σφέγγμα. C transit in u consonantem, ut quiesco quieui, pasco paui, ascisco ascisui. In x, ut dico dixi, duco duxi, noceo noxa noxius. In s, parco parsi uel pepercí. In g, antecedẽte n, quadringenta, quingenta, septingenta. ango quoq; pro ancho. Et notandum est, q; ante hanc solam mutam finalem inueniuntur longæ uocales, ut hõc, hãc, sīc, hīc aduerbium. Nam ante t, si qua inueniat uocalis longa, per consisionem hoc euenit, ut audīt, munīt, fumãt: pro audiuit, muniuit, fumauit, Necnon post s posita, transit aliqñ in t, uel assumit eam, ut iraſcor iratus, nanci-

scor nactus,nascor natus,paciscor pactus, pascor pastus. D transit in c,ut accidit, quicq̃. In g ut aggero,in l ut allido,in p ut appono, in r ut arrideo, meridies. Antiquissimi uero pro ad frequentissime ar ponebant,aruenas,aruentores,aruocatos,arfines, aruolare,arfari,dicentes, pro aduenas, aduentores,aduocatos,adfines,aduolare,adfari. unde ostenditur recte arcesso dici ab arcio uerbo,quod nunc accio dicimus, quod est ex ad & cio compositum. Arger quoq; dicebant pro agger. Transit etiam in s ut assideo,rado rasi,suadeo suasi. In duas quoq; ss ut cedo cessi,fodior fossus. In t, attinet,attamino,attingo. hæc eadem tamen d, frequenter interponitur in compositis hiatus causa prohibendi,ut redigo,redarguo,prodest. subtrahitur etiam cum sequens syllaba ab s & alia consonante incipit,ut aspiro,aspicio,ascendo,asto. F multis modis muta magis ostenditur, cum pro p, & aspiratione quæ similiter muta est accipitur,de quo sufficienter superius diximus. quanquam antiqui Romanorum Aeoles sequentes, loco aspirationis eam ponebant,effugientes ipsi quoq; aspirationem: & maxime cum cõsonante recusabant eam proferre in latino sermõe. habebat autem hæc f litera hunc sonum,quem nunc habet u, loco consonantis posita,unde antiqui af pro ab scribere solebant: sed quia non potest Vau,id est,digamma in fine syllabæ inueniri,ideo mutata est f in b, fifilum quoq; pro sibilum,teste Nonio Marcello de doctorum indagine,dicebant. G transit in s, spargo sparsi,mergo mersi. in x, tego texi,pingo pinxi. in ct, agor actus, legor lectus,pingor pictus. H literam non esse,ostendimus,sed notam aspirationis,quam Græcorũ antiquissimi similiter,ut Latini in uersu scribebant,nunc aũt diuiserunt, & dexteram eius partem supra literam ponentes,psilen notam habent,quam Remnius Palæmon exilem uocat: Gryllus uero ad Virgilium de accentibus scribens,lenem nominat,sinistram aũt contrariæ illi aspirationis dasiam,quam Gryllus flatilem uocat. k superuacua est, ut supra diximus: quæ quamuis scribatur,nullam aliam uim habet quam c. De q quoq; sufficienter supra tractatum est,quæ nisi eandem uim haberet quam c, nunquam in principijs infinitorum uel interrogatiuorum quorundam nominum posita per obliquos casus in illam transiret,ut quis cuius cui. similiter à uerbis q habentibus in quibusdam participijs in c transfertur,ut sequor secutus,loquor locutus. Transit in s, ut torqueo torsi, sicut & c parco parsi. similiter abiicit n in præterito sicut & c, linquo liqui,uinco uici. Transit etiam in x, ut coquo coxi,duco duxi,apud antiquos frequentissime loco cu syllabæ, quu ponebatur,& è contrario: ut arquus,coquus,oquulus,pro arcus,cocus, oculus,quum p cum,quur pro cur. T transit in s ut uerto uersus,cõcutio cõcussus, ὀστᾶ græcum pro ossa. c uero antecedente,transit t in x ut pecto pexui, flecto flexi. v & z tantummodo ponunt in græcis dictionibus, quamuis in multis ueteres hæc quoq; mutasse inueniantur,& pro v u, pro z uero quod pro ss coniunctis accipitur s uel d posuisse,ut fuga,murrha,pro φυγή, μύῤῥα, sagunthum massa pro ζάκυνθος μάζα. odor quoq; ἀπὸ τοῦ ὄζειν, sethus pro ζῆθος dicentes,& Medentius pro Mezentius. ergo corylus & lympha, ex ipsa scriptura à Græcis sumpta non est dubium,cum per v scribant, ἀπὸ τοῦ κόρυλος & τοῦ νύμφη. Solebant enim uetustissimi Græcorum l pro n scribere, unde quinquaginta quoq; numeri signum,qđ illi per n scribũt,nos per l more illorũ antiqssimo scribimus.

De ordine literarum.

ORdo quoq; accidit literis: qui quamuis in syllabis dignoscitur,tamen quia coniunctus esse uidetur cum potestate elementorum, non absurdum puto ei nunc illum subiungere. Sunt igitur uocales præpositiuæ aliis uocalibus subsequentibus in eisdẽ syllabis a e o: subiunctiuæ e u, ut æ au eu œ. I quoq; apud antiquos post e ponebat, & ei diphthongum faciebat,quam pro omni i, longa scribebant more antiquo Græcorum. Inuenitur hæc eadem i, post v. in græcis nominibus,ut ἄερηα: nam η diphthongus est. Sunt igitur diphthongi quibus nunc utimur quatuor. Diphthongi aũt dicuntur q̃ binos phthongos,hoc est,uoces comprehẽdunt. Nam singulæ uocales suas uoces habent,& æ quando à poetis per diæresim profertur,secundum Græcos per a & i scribitur,ut aulaĩ,pictaĩ,pro aulæ & pictæ,Et Virgilius in,iij.

Aulaī in medio lībabant pocula bacchi. Idem in. vīj.
Diues equûm diues pictaī uestis & auri.

In græcis uero quoties huiuscemodi fit apud nos diæresis penultimæ syllabæ, ī pro duplici consonante accipitur, ut maia pro μαΐα, aiax pro αἴας. Transit in ī productam, ut quæro inquīrro, exquīro, quamuis exquæro Plautus dixit in Aululariā: Intro exquære sit ne ita ut ego prædico. lædo illīdo, cædo occīdo. Ponit pro ē longa, ut σκηνή, scena. & pro a ut Aesculapius pro ἀσκλαπίος, in quo Aeoles sequimur. Illi enim νύμφασ ꝑ νύμφης, & φασὶν ꝑ φασὶν dicunt. Inuenitur tamen hæc diphthongus in media dictione correpta tunc, qñ compositæ dictionis antecedentis in fine est sequēte uocali, ut præustis. Virgil. in. vij. Stipitibus duris agitur sudibus ue præustis. Homerus ἀνιπόποδες χαμαιεῦναι. sicut etiam longæ uocales solent corripi, ut dehisco. Virg. in. v.

Infindunt pariter sulcos, totumq; dēhiscit,
Conuulsum remis, rostris stridentibus æquor.

Oe quoq; idem patitur apud Græcos. Aeschylus ὄισσος τοιαύτας παρθένους μαιεύεται. Vnde quidam non sine ratione unum tempus & semis singulas eas habere dicunt. Ideoq; si consequatur consonans quæ dimidium tempus habet, omni modo producunt. Au quoq; uidetur quasi pati diuisionem cum i post u addita, transit eadem u in cōsonantium potestatem, ut gaudeo gauisus, ναύτης nauita, & ναῦς nauis. Transit etiam in b ut aufero abstuli ablatus. Et sciendum q; pro ab præpositione au ponitur in his uerbis, aufugio & aufero. E contrario quoq; frequenter solet fieri ut antecedente a & u loco consonantis sequente, si abiiciatur uocalis posita post eam, id est, post u consonantem au diphthongus fiat u redeunte in uocalem, ut lauor lautus, faueo fautor, auis auceps, augurium, augustus. Transit in o productam more antiquo, ut lotus pro lautus, plostrum ꝑ plaustrum, cotes pro cautes: sicut etiam contrà pro o au ut austrum pro ostrum, auscultum pro osculū, frequentissimeq; hoc faciebant antiqui. in u quoq; longam transit, fraudo defrudo, claudo includo. Eu transit in ē longam, ut Achilles pro ἀχιλλεύς, Vlyxes pro ὀδυσεύς, quod ostenditur in genitiuo Vlyxei, Hora. in primo carminum,

Nec cursus duplices per mare Vlyxei.

In u etiam mutatur fugio pro φεύγω. Oe est quando per diæresim profertur in græcis nominibus & græcam seruat scripturam: pro o enim & i ponitur, quæ tamen (sicut supradictum est) locum duplicis obtinet consonantis, ut Troia pro Τροΐα, maia pro μαΐα. In hoc quoq; Aeoles sequimur. sic enim illi diuidentes diphthongum κοίλον ꝑ κοΐλον dicunt. Apud Græcos tamen quoq; i sequente producere licet antecedentem breuem, ut Homerus in hoc uersu νέσφα δ' ὄυκ ἔλαθεν, ἰαχὴ πινύοντα περ ἔμπης.

Aufertur ei, id est, œ diphthongo, altera uocalis sequente ē longa more attico, ut poēta pro ποιητής, poema pro ποίημα, necnon pro ωι diphthōgo græca, nos hanc, id est, œ ponimus, ut κωμῳδία comœdia, τραγῳδία tragœdia dicentes, nec mīj cum pro ω quoq; habemus o, & pro i e in diphthongo accipimus. hoc tamen ad imitationem Bœotorum solemus facere. Transit in u longam, ut phœnices, punices, phœniceon, punicem, pœna punio. Nunquam diphthongus in præterito perfecto mutatur, ut hæreo hæsi, audio audiui, mœnio meniui, excepto cædo cecidi. Ei diphthongo nunc non utimur, sed loco eius in græcis nominibus e uel i productas ponimus. Et in priore sequimur Aeoles. Illi enim τῷ δημοδέϊ dicunt pro δημοδέϊ & ἵππον ꝑ ἴππον. Et nos plerunq; cum ϊ apud Græcos sit pura penultima, in illis maxime fœmininis, quæ per adiectionem assumunt a, apud Græcos mutamus ϊ in e productam, ut δωϊόπη δωιόπηα. deiopea. καλλιόπη καλλιόπηα calliopea. Nam in illis quæ in ia solū desinunt apud Græcos, raro fit hoc, ut Argia, Alexandria, Nicomedia, Langia, Lampia. Statius in. iij.

Candensq; iugis Lampia niuosis. Idem in eodem:
Hæc quoq; secreta nutrit Langia sub umbra. Idem in. ij.
Tunc donis Argia nitet, uilesq; sororis,
Ornatus sacro præculta superuenit auro.

Raro autem dixímus propter Medeam, Plateam, Níceam. Nam quod Vírgíl. Quí tela typhoëa temnís e correptam protulit, dorícum eſt: íllí enim ſolent ē diphthongo abij cere í. In latínís autem dictionibus difficile inuenies í longam ante uocalem poſitam, níſi in genítiuis in ius deſinentibus, ut íllíus, ſolíus, ullíus, quæ tamen licet & corrípere in metro, & in uerbo fiam fias fiat, quod ipſum quoq; contra aliorum eiuſdem coniugationis fit regulam uerborum. In maſculínís quoq; ι pura in ī longam conuertitur, ut ἀχιλλεῖος achilleus, ἀλφεῖος alpheus, σπονδεῖος ſpondeus. non ſine ratione tamē hoc fit: Sed quía í pura penultíma ante us uel a uel um per nominatiuos non inuenitur producta in latínís dictionib. níſi in diſſyllabis & ipſis grecís. Nam in grecís ſæpe inuenímus, ut chíus & día, & in uno triſyllabo quod apud Statiū legí, ut lycius, Statius in. x. Theb.

Ad patrías ſi quando domos optataq; pæan
Templa Lycie dabís tot dítia dona ſacratis
Poſtíbus, & totidem uoti memor exige tauros.

In alijs uero cōſonante l ſequente pro ι diphthongo longam í ponímus, ut φιλῶ nī lus. In ſemíuocalibus ſimíliter ſunt aliæ præpoſitiuæ alijs ſemíuocalibus in eadem ſyllaba, ut m ſequēte n, ut Mneſtheus, amnís. S quoq; ſequente m, ut ſmyrna, ſmaragdus. Nam uítium faciunt quí z ante m ſcribunt. Nunquam enim duplex in capite ſyllabæ poſita poteſt cum alía iungí conſonante. Lucanus quoq; hoc oſtendit in. x.

Terga ſedent crebro maculas diſtincta ſmaragdo. nam ſi eſſet z ante m, ſubtrahí in metro minime poſſet, nec ſtaret uerſus. S enim in metro ſæpe uím conſonantís amittit. in fine autem ſyllabæ omnes liquidæ ſolent ante s poní, ut puls, hyems, mons, ars. ſimíliter ante x excepta m, ut falx, lanx, arx. In mutís præponunt b & g, ſequēte d, ut βδελυρός bdellium genus lapídís, abdír, abdomen, mygdonides. C uero & p præponunt ſequente t, ut actus, lectus, aptus, diphthongus. Semíuocalís nulla præponitur mutís níſi s ſequente b, ut aſbeſtus aſbuſtes. c uel q, ut ſcutū ſquallor. p, ut ſpes ſphæra. t, ſtatus, ſthenníus. Ante alíam autem nullam mutarum. Mutæ uero ſemíuocalibus præponunt liquídís abſq; m, omnes penè omnibus bl, ut blandus. cl, ut clarus. dl, abodlas nomen barbarum. fl, flauus. gl, gladíus glabrío. tl, tlepolemus, atlas. pl, planus. bn, abnuo, ſed b magís ſuperioris eſt ſyllabæ. cn, cnídus. dn, cídnus ariadne. gn, gneus. tn, ætna. pn, therapne, ſipnus. br, brennus, umbra. cr, creber. dr, drances. gr, gratus. fr, frater. pr, pratum. tr, tractus. Ante m autem inueníunt c d g t, ut pyracmon, alcmene, dragma, dmoís, admetus, agmen, tmolus, iſthmos. Tres autē cōſonantes non aliter poſſunt iungí in príncipio ſyllabæ, níſi ſit prima s uel c uel p, ſecunda poſt s quidem c uel t uel p. Poſt c autem aut p, príncipales ſecūda t, tertía l uel r, ſed l in ſolís illís quæ ab s incipiūt, ut Aſclepiodotus, ſcriba, ſtlopus, ſtratus, ſplendidus, ſpretus. In grecís etiam φ ſecunda ponitur quam nos per ph plerūq; ſcribímus. σφραγὶς uictrix, ſceptrum. Nam poſt pt uel ct ſimul iunctas l non inuenitur, ut oſtendímus, ipſa ſoní natura prohibente. In fine uero dictiónís contrà inuenímus primam liquídam, ſequentē mutam, poſtremam s, ut urbs, ſtírps: ſin autem in duas deſinat conſonantes dictío, neceſſe eſt priorem liquídam eſſe, & ſequēte s uel x, ut ſupra oñdímus, uel c uel t antecedente n, ut hinc, dícunt, amant, hunc: uel loco ψ græce bs uel ps ſcribere pro ratione genitiuí, ut arabs arabis, pelops pelopis, cœlebs cœlibis, princeps príncipis. Quíbuſdam tamen, ut ſupra docuímus, non aliter uídetur ψ græca, níſi pro ps ſcribenda. quanquam enim ratio genitiui ſupradictam exigat ſcripturam, tamen cognationem ſoní ad hoc procliuiorem eſſe aiunt. Hoc tamen ſcíendum eſt, quod príncipium ſyllabæ omnímodo pro ψ ps debet habere, ut

pſitacus, pſeudolus, ípſe. nubo quoq; nupſi, ſcribo ſcripſi faciunt, quamuis analogia per b cogat ſcribere, ſed euphonia ſuperat, quæ etiam nuptam non nubtam, & ſcriptum non ſcribtum compellit per p, non b dícere & ſcribere.

PRISCIANI GRAMMATICI
CAESARIENSIS LIBER SECVNDVS.

De ſyllaba.



Yllaba eſt comprehenſio literarum conſequens, ſub uno accentu, & uno ſpiritu prolata. Abuſiue tñ etiam ſingularum uocaliũ ſonos, ſyllabas nominamus. Poſſumus tñ & ſic diffinire: Syllaba eſt uox literalis quæ ſub uno accentu, & uno ſpiritu indiſtanter profertur. à ſingulis tñ incipiens, non plus quàm ad ſex literas ꝓcedere ſyllaba poteſt in latino ſermone, ut a, ab, arx, mars, ſtans, ſtirps. Et ſciendum, ꝙ ſyllabæ quæ ex ſingulis conſtant lr̃is, non plures ſunt quàm ipſæ uocales, ex quibus fiunt: quæ autẽ ex amplioribus literis, penè innumerabiles. nulla ſyllaba tres uocales habet, unde u & i non aliter iunguntur diphthongis, niſi loco poſitæ conſonantium, u tamen etiam tunc coniũgi poteſt diphthongo, cum amittit uim literæ, ut quæ, linguæ. Sæpe inueniunt pro duabus uocalibus iunctis, hoc eſt, pro diphthongo ſingulæ uocales poſitæ, ut ploſtrum pro plauſtrum, & inquiro pro inquæro, & ubiq; pro ei diphthongo e ꝓducta uel i, ſicut ſupra dictum eſt: pro ου autem u in græcis ponimus dictionibus, ut σπονδεῖος ſpondeus, νεῖλος nilus, μοῦσα muſa. quæ ſingularum literarum ſunt ſyllabæ, ex uocalibus conſtant, ut dictum eſt, ut a e. quæ aũt ex duabus conſtant, uel à uocalibus fiunt, & inuenitur diphthongus, ut au œ: uel à uocali & conſonante antecedente & ſequente; antecedente, ut da: ſequente, ut ad. non plures tñ quàm tres conſonantes antecedere uocalem, nec rurſus, niſi tres conſequi poſſunt. ſed tñ hoc notandum eſt, ꝙ ſi antecedant tres cõſonantes, non poſſunt niſi duæ conſequi uocalem, ut monſtrans: nec iterꝫ, ſi conſequantur tres, poſſunt antecedere niſi duæ, ut ſtirps. ſi antecedens ſyllaba terminet in conſonantẽ, neceſſe eſt etiam ſequentẽ à cõſonante incipere, ut artus, ille, arduus, niſi ſit compoſitũ, ut abeo, adeo, pereo. Herodianus tñ de orthographia, oſtendit rõnabilius eſſe ſonoriusq; quantũ ad ipſam uocis prolationem, in compoſitis quoq; ſimpliciũ regulam in ordinandis ſyllabarum lr̃is ſeruare: obiicitur tñ huic illud, quod oportet ergo oblitus, ablatus, obruo, abrado & ſimilia, ſi b tranſit in ſecundam ſyllabam more ſimpliciũ dictionum, primam cõmunẽ habere in metris, ut poſſit etiam corripi, ſed hoc nuſquam inuenit. Præterea circumeo & circumago, & ſimilia non paterent eliſionem m in ꝓnuntiatione, ſi tranſiret in ſequentẽ ſyllabam m: nec in phibeo, exhibeo, inhumatus, anhelo, inhibeo, adhuc, abhinc, & ſimilibus ſecundæ ſyllabæ principalis aſpiraret uocalis, ſi terminalis conſonans præpoſitiõis in eam tranſiret, quo modo in iſtic iſtæc iſtac. Si in media dictione ſyllaba à uocali incipit, neceſſe eſt antecedẽtem quoq;, niſi ſit cõpoſita, in uocalem terminari, ut pietas, curialis, pareo, ruo, munio. Eſt tamen qñ in compoſitis etiam ſubtrahit cõſonans, ut coeo cois. Principales ſyllabæ, hoc eſt in principio dictionum poſitæ, ab oñibus incipere literis, definere tamen non in omnes poſſunt, ſed in has. Vocales quidem oẽs, à quacunq; conſonante incipiat ſequens ſyllaba, ut mare, genus, filius, uotum, ludus. In conſonantes uero ſi ſequens ſyllaba à uocali incipiat non poſſunt definere, niſi (ſicut ſupra dictum eſt) in dictionib. quæ ex præpoſitionibus in cõſonantes definentib. uel alr̃is partibus oronis, ſint cõpoſitæ, ut abutor, obedio, ſubeo, aduro, ineo, exacuo, intereo, perago, tranſeo, prætereo. nec tñ ſi ſequens à cõſonante incipiat, licet antecedentẽ in quamcũq; conſonantẽ definere. Ergo ꝑ ſingulas conſonantes (ut potero) id tractare conabor. In b inuenit ſyllaba definẽs, ſi ſequẽs quoq; ab eadẽ incipiat, ut ſabburra, ſabbata, gibbus, gibberoſus, gibber, obba. cõpoſita quoq; ſunt à præpoſitionib. in b definẽtibus, & alr̃is dictionibus à b incipientibus, ut ſubbibo. Quæ tñ cõſonans c ſequente ſolet plerũq; in eam mutari, ut occido, occumbo, ſuccino, ſuccido. in quibuſdam tñ pro ab, abs præpoſitio, cũ dictionibus à c incipientibus componit, ut abſcondo, abſcedo, abſcindo. Ob quoq; eſt qñ aſſumit s cum componit cum dictione à c incipiente, ut obſcurus, obſcœnus. F etiã ſequente in eandẽ conuertit b uel in u uocalem, ut officio, offundo, ſufficio, ſuffero, ſuf

fio,ſimiliter,aufero,aufugio:ne ſi affero affugio dicamus,pro adfero & adfugio accipiantur. G quoq; ſequente in eam tranſit b, ut ſuggero,oggannio. necnō etiam in m ut ſummitto. præterea omitto pro ommitto dicimus. Terentius in Adelph. Omitte mulierem. Horatius in ſecundo ſermonum: Aut ſpem deponas,aut partem illuſus omittas. idem patitur p ſequente,ut oppono, ſuppono. R quoq; ſequente plerunq; in eam conuertitur,ut arripio,ſurripio. In quibuſdam tamen manet immutabilis,ut abrogo,abrado,& puto differentiæ cauſa,ne ſi arrogo,& arrado dicamus,dubiū ſit ab,an ad,ſit præpoſitio,quæ mutauit ſuam conſonantem in r: aliis autem quibuſcunq; literis ſequentibus integra manet b, ut abdo,obdo,ſubdolus,abhinc,abluo, ſublatus,obloquor,abnego,obnitor,ſubnixus. ergo nulla,niſi præpoſitio cogat, antecedens ſyllaba,in b poteſt definere,niſi conſequens quoq; à b incipiat,ut in ſupraſcriptis oſtendimus nominibus. in c quoq; nulla ſyllaba ſuperior definit niſi ſequens à c uel à q incipiat,ut bacca,bucca, ſoccus,ecquis, quicq̄. Atq; ex hoc quoq; oſtenditur eandem uim habere c & q. In d pariter nulla poteſt ſyllaba definere præpoſitiua,niſi ſequēs quoque ab eadē incipiat, in ſimplicibus dictionibus, & in pleriſq; compoſitis, ut abaddir, uel abaddier,addo,reddo,redduco,quod etiam reduco dicit. Virgilius in ix. Reddidit una boum uocem. Terentius in Phormione: Sectari in ludum,ducere atq; reducere. Horatius in Epodo: Deus hæc fortaſſe benigna reducet In ſedem uice. Virgilius in. iiij. Aenei. Eiectam claſſem ſocios à morte rēduxi. hæc tamē ipſa conſonans in ad præpoſitione mutatur ſequente c uel g uel p uel t, ut accumbo, accido, aggrego, applico,appello,attingo,attinet. F quoq; ſequente rationabilius,ut affectus. l allido. r arrideo. n annuo, s aſſiduus. ſubtrahitur etiam in quibuſdam, cum ſequens dictio à gn uel ſp uel ſc incipit,ut agnitus,aſpectus,aſcendo. Aliis enim ſequentibus literis, integra manet in compoſitione,ut adbibo,adhæreo,admitto,adquiro,aduoco. Frequēter tamen inuenimus f uel n uel l uel r uel s ſequentibus, d ſcriptam,ut adfatur, adludo, adrideo,adnitor,adſumo,errore tamen ſcriptorum hoc magis fieri puto quàm ratione. Nam quæ ſit differentia euphoniæ,ut cum eadem conſonans ſit ſequens,in aliis transferatur d, in aliis non,ſcire non poſſum: ut cum dicam,affectus,allido, aſſiduus,bene ſonet,cum autem adfatur,adludo,adſiſto,male. In f nulla definit ſyllaba,niſi loco b uel d uel x uel s in præpoſitionibus poſita, cum ſequens dictio ab eadem incipit conſonante,ut officio,ſuffício,affectus,efficio,difficilis,diffundo. Et ex hoc quoq; muta eſſe oſtenditur,quòd cum omnes ſemiuocales ſimplices ſoleant in mediis dictionibus geminari,hæc nō geminatur,nec terminat eas ſicut illæ, niſi in ſuo nomine. ſed & præponitur liquidis l & r mutarum more. G apud Latinos nullius ſyllabæ eſt terminalis,niſi cum loco d uel b ponitur in ad,uel ſub,uel ob præpoſitione, ut ſupra diximus,ut aggero,agger,ſuggero,oggannio: Græci tamen ſolēt loco n ante γ uel κ poſitæ hanc ponere,ut ἄγγελος, λογγῖνος, ἄγκυρα, ἀγχίσης. Apud Latinos tamē ſeruatur n, ut angelus,Longinus,Anchiſes. Eſt quando n principalis ſyllabæ ante ſe aſſumit g, ut natus gnatus, notus gnotus antique, unde ignotus, noſco gnoſco, nouí gnoui. & poſt ſe tamen c ſæpe poſitum n in g conuertit,ut in numeris, quadringenti pro quadrincenti à centum,quingenti,ſeptingenti,octingenti. adeo enim n præpoſita facit c in g conuerti,quòd in quibus ea numeris non eſt,ſeruatur c, ducenti,trecenti, ſexcenti. In h, quæ eſt nota aſpirationis, non poteſt terminari ſyllaba, inuenio tamen in uah & ah interiectionibus terminalem uideri ſyllabæ h. ſed magis puto, ut ſuperius dictum eſt, per apocopen hoc ſolere fieri, cum perfecta uaha & aha ſint, uel quòd abſcondita uoce ſolent interiectiones, & huiuſmodi uoces proferri,ut etiam aha hehe. k nullius ſyllabæ poteſt eſſe terminalis. L quacunq; conſonante ſequente poteſt antecedētem terminare ſyllabam,ut albus, ulcus,ſoldum,ualde, Alfenus,algeo,illud, ulmus,alnus,culpa,fulſit,altus,ſylua mulxi. Q & r ſolis ſequentibus,non inueni antecedentem l. nam h & k nec poſſunt poſt hanc inueniri. In m inuenitur ſyllaba definens in media dictione,quando ſequens à b uel p uel altera m incipit,ut Camby

ſes,ambo, imperium,comparo,ſummus,Hammon. In n terminatur antecedens ſyllaba ſequẽtibus c uel d uel f uel g, uel altera n uel q uel r, ut quibuſdam placet,uel s uel t uel i uel u etiam pro conſonantibus poſitis,uel x, ut concinnus,mancus,cõduco,pondus,cõfiteor,infundo,coniunctus,congius,angulus,annus, inquiro, conquiro,linquo,inrumpo,inruo. In multis tamẽ inuenio r ſequente n in r cõuerti,ut corruo,corrumpo,& penè ubicunq; con,præpoſitio ante dictionem ab r incipientem cõponitur,hoc idem patitur,ut corruo,corrigo. Nec mirũ cum apud græcos autores artiũ, hoc idem ſoleat fieri, ut συῤῥέω, συῤῥήσω, συῤῥήγνυμι, συῤῥάπτω· ergo rationabilius eſſe uidetur in quoq;,cum in quibuſdam mutet n in r, ut irrito,irriguus,in reliquis quoq;,euphonia hoc exigente,ſeruare,& irruo,et irrumpo dicere,cum nec in ſimplicibus inueniatur dictionibus n ante r. S quoq; ſequente uel t uel i uel u loco conſonantium,uel x integrum manet,ut conſitus,ſponſus,tonſus,Antonius,Mantua,cõiungo, cõuerto,anxius. b autem ſequente,uel p in m cõuertitur. l uero uel m, in eas commutatur, ut imbuo,impius,combibo,cõpitum,collido,illudo,illido, immunis,cõmunis. P nullam terminat ſyllabam, niſi ſequente quoque ab ea incipiente, ut lippus,apparet, Hippocoon. R quacunq; cõſonante ſequente excepta k poteſt terminare priorem ſyllabam,ut morbus,parcus,ordo,perficio,Corfinium,margo, perhibeo, perlego,perluceo,interlita,interlunium,carmen,ſarnus,corpus, arquitenens,currus, morſus,artus,periurus,coruus,Xerxes. In compoſitis tamen quibuſdam inuenio r in l cõuerti,ut intelligo & pellicio, pro interlego & perlicio, pellego pro perlego,pelluceo pro perluceo.Plautus in Aſinaria: Agedum iſtum oſtende quem cõſcripſiſti ſyngraphum,inter mc Et amicam & lenam leges pellege. Nam tu poeta es prorſus ad eam rem unicus. Idem in eadem: Ita pellucet quaſi laterna punica. S terminante antecedentem ſyllabam hæ ſolæ inueniuntur cõſonantes aſſequentes c in compoſitis,ut abſcondo,obſcurus, quia s terminalis eſt præpoſitionis. nam in ſimplicibus dictionibus neceſſe eſt s & c eiuſdem eſſe ſyllabæ,ut paſcua,luſcus. m quoq; ſequente, uel p uel t, in ſimplicibus dictionibus,ſi antecedat s eiuſdem eſt ſyllabæ,ut Coſmus,proſpera, teſtis. ſimiliter terminat s ſyllabam altera s ſequente,ut caſſis, coſſus. i quoq; loco cõſonantis in compoſitis ſequente,ut diſiectus. c etiam ſequente,uel p uel t præpoſitione in s definẽte antepoſita,ut diſcutio,diſplicet,diſterminat, abſterreo,diſtuli,aſporto, pro abſporto. T ſi ſuperiorem finit ſyllabam,neceſſe eſt ſequentem quoq; ab ea incipere,ut mitto, Cotta,attinet, Atticus. In x nulla ſyllaba terminatur in media dictione, niſi in compoſitis,à præpoſitione ex,quæ integra manere poteſt,ſequente c uel p uel q uel s ut quibuſdam placet,uel t, ut excurro, expello, exquiro, exſicco, exſequor, (Sic enim placet his qui de orthographia ſcripſerunt,quãuis euphonia,& ratio ſupradicta de literis ſecundum Græcos abñcit s antecedente x.) extendo. L quoq; ſequẽte inuenitur in nomine hoc,exlex. F enim ſequente in eam cõuertitur x, ut efficio,effero, effundo. cæteris uero cõſonantibus ſequentibus e nõ ex præponi ſolet,ut ebibo, educo,egero,eludo, emineo, enitor,eruo, eucho. z in peregrinis dictionibus ſemper in principio inuenitur ſyllabæ: & ſi antecedat alia ſyllaba,neceſſe eſt eam uel in uocalẽ definere,uel in n uel in r, ut γάζα, μελάνζοφος, ἀχιοβαρζάνης. Sciendũ autem quòd nulla diphthongus in duas cõſonantes poteſt definere, in duplicem autem inuenitur, ut fex fecis, faux faucis. Diſtat ſyllaba à dictione ſenſu & accentu, niſi enim ſciamus quo modo poſita eſt ſyllaba in dictione, incertum eſt quo accentu eam pronuntiemus. Syllaba enim per ſe, niſi cum ſit dictio, ſenſum habere nõ poteſt. inuenitur tamen & plena oratio in una dictione, ut in uerbis imperatiuis, curre, lege: & ſimiliter plena dictio in una ſyllaba, ut ars, do, dic. Accidit unicuiq; ſyllabæ tenor, ſpiritus, tempus, numerus literarum: tenor acutus uel grauis uel circunflexus. in dictione tenor certus, abſq; ea dictione incertus, nõ poteſt tamẽ ſine eo eſſe. ſimiliter ſpiritus aſper uel lenis. tempus unum uel duo: uel etiam, ut quibuſdam placet, unum ſemis, & duo ſemis, & tria. unũ ſi uocalis eſt breuis per ſe, ut amo; uel ſi eam una cõſonans ſimplex cõſequitur, ut ca-

put.unum ſemis in cõmunibus ſyllabis, de quibus multi docuerunt, ut lachrymæ. & ſciendum quòd nõ ſolum ante l uel r, ſed etiam ante m, ut iam ſupra docuimus, & n poſitæ mutæ faciunt communes ſyllabas. Euripides in Phœniſſis: ἰσότης ἔταξε κἀς θμὸν ἀνθρώποις. Idem in eadem fabula: ἀπωλόμεσθα, δύο κακὼ σπεύδοντε τέκνον. Ouidi. in. x.

Piſcoſamq; Gnidon grauidamq; Amathunta metallis. Præterea m ante n poſita fecerũt quidam cõmunes, ut Callimachus in. iij. αἰτίων: τὼς μ' ὁ μυκονάεχθος ἔφη ξένος ὥλεσεν ἀνδς. Illud quoq; non eſt prætermittendum, quòd tribus conſonantibus ſequentibus poteſt fieri communis ſyllaba, quando in principio ſyllabæ ſequentis poſt uocalẽ correptam s & muta, & poſt eam liquida ſequatur; quippe cum s in metro ſubtrahi more ſoleat ueteri, ut Hor. in primo Sermonum: Linquimus, inſani ridentes præmia ſcribæ. In longis natura uel poſitione, duo ſunt tempora, ut dos, ars. Duo & ſemis, qñ poſt uocalem natura longam una ſequitur conſonans, ut ſol. Tria quando poſt uocalẽ natura longam duæ cõſonantes ſequuntur, uel una duplex, ut mons, rex. Tamen in metro neceſſe eſt unamquamq; ſyllabam, uel unius, uel duorum accipi temporum. Numerus literarum accidit ſyllabæ, quia ut ſupra diximus, non minus quàm unius, nec plus quàm ſex literarum apud Latinos poteſt inueniri ſyllaba. De dictione.

DIctio eſt pars minima orationis conſtructæ, id eſt in ordine compoſitæ. Pars autem quantum ad totum intelligendum, id eſt ad totius ſenſus intellectum: hoc autem ideo dictum eſt, nequis conetur uires in duas partes diuidere, hoc eſt, in ui & res, uel quædam huiuſcemodi. Nõ enim ad totum intelligendum hæc fit diuiſio. differt autem dictio à ſyllaba, non ſolum quòd ſyllaba pars eſt dictionis, ſed etiam quòd dictio dicendum (hoc eſt intelligendum) aliquid habet. Syllaba autem non omni modo aliquid ſignificat per ſe, ergo monoſyllabæ dictiones quodammodo poſſunt eſſe & ſyllabæ, non tamen ſyncere, quia nunquam ſyllaba per ſe poteſt aliquid ſignificare: hoc enim proprium eſt dictionis. unde ſi dicam ā per ſe ſcio eſſe ſyllabam, nec tẽpora tamen eius, nec tenorem, nec ſpiritum, nec ſignificationem agnoſco, donec cognouero dictionem in qua ponitur. Nam in ārā deorum ā penultima producitur & circunflectitur in nominatiuo, nec habet aſpirationem: cum autem ſignificat ſtabulũ porcorum, eadem ſyllaba penultima corripitur, & acuitur, et habet aſpirationem, hæc eadem. à quando eſt præpoſitio grauatur, & producitur, & eſt ſine aſpiratione. Vides ergo per ſe ipſam ſyllabam deficere prædictorum ratione, nec aliter poſſe examuſſim tractari, niſi poſita ſit in dictione. De oratione.

ORatio eſt ordinatio dictionum cõgruam ſententiam perfectamq; demonſtrans. Eſt autem hæc definitio orationis eius quæ eſt generalis, id eſt quæ in ſpecies, ſiue partes diuiditur. Nam oratio dicitur etiam liber rhetoricus, necnõ unaquæq; dictio hoc ſæpe nomine nũcupatur, cũ plenam oſtendit ſententiam, ut uerba imperatiua, & reſponſiua, quæ ſæpe una dictione cõplentur, ut ſi dicam, quid eſt ſummũ bonum in uita? & reſpõdeat quis, honeſtas, dico bona oratiõe reſpondit. Partes igit̃ orationis ſunt ſecundum dialecticos duæ, nomẽ & uerbum, quia hæ ſolæ etiam per ſe coniunctæ plenam faciũt orationẽ, alias autem partes ſyncategoremata, hoc eſt conſignificantia, appellabant. Secundum Stoicos uero, quinq; ſunt eius partes: nomen, appellatio, uerbũ, pronomẽ ſiue articulus, cõiunctio. Nam participiũ, cõnumerantes uerbis participiale uerbũ uocabãt, uel caſuale: necnõ etiã aduerbia nominibus uel uerbis cõnumerabant, & quaſi adiectiua uerborũ ea nominabant, articulis autem pronomina cõnumerantes, finitos ea articulos appellabãt, ipſos autem articulos quibus nos caremus, infinitos articulos dicebant: uel ut alij dicũt, articulos cõnumerabant pronominibus: & articularia eos pronomina uocabãt, in quo illos adhuc ſequimur latini. q̃uis, integros in noſtra nõ inuenimus articulos lingua. Nam cũ dicimus idem, id eſt ὁ αὐτὸς, nõ ſolum articulum præpoſitiuũ, ſed etiam pronomẽ in eadem dictiõe ſignificamus. Similiter qui, id eſt ὅστις articulus ſubiunctiuus intelligitur unà cũ pronomine, ſecundũ quoſdam infinito, ſiue magis cum nomine, ut Apollonius oſtẽdit firmiſſima ratione, Præpoſitionẽ

quoq; Stoici coniunctioni copulantes, præpositiuam coniunctionem uocabant. Quidam autem nouem dicebant esse partes orationis, appellationem addentes separatam à nominibus: Alij decem etiam, infinita uerba, seorsum partem ponẽtes: Alij undecim, quia pronomina quæ non possunt adiũgi articulis per se numerabant. his alij addebãt etiam uocabulum, & interiectionem apud Græcos, quam nos adhuc seruamus. Apud Latinos uero articulum addebant, quem purum per se apud eos non inueniri supra docuimus. Igitur nõ aliter possunt discerni à se partes orationis, nisi uniuscuiusq; proprietates significationum attendamus.

PRoprium est nominis, substantiam & qualitatem significare: hoc habet etiam appellatio, & uocabulum. Ergo hæc tria una pars est orationis. Proprium est uerbi actionem siue passionem, siue utrunq;, cum modis & formis et temporibus, sine casu significare. hoc habent etiam infinita, quare non sunt separanda à uerbo. Participium autem iure separatur à uerbo, quod & casus habet, quibus caret uerbum: & genera, ad similitudinem nominum, nec modos habet quos continet uerbũ. Proprium est pronominis p aliquo nomine proprio poni, & certas significare personas, ergo quis, & qui, & qualis, & talis, & quantus, & tantus, & similia quæ sunt infinita, siue interrogatiua, uel relatiua, uel redditiua, magis nomina sunt appellanda, quàm pronomina. Neque enim loco propriorum nominum ponũtur, neq; certas significant personas, sed etiam substantiam, quamuis infinitam: & qualitatem, quãuis generalem, quod est suum, nominis habent. nomina sunt igitur dicenda, quãuis declinationem pronominum habeant quædam ex eis: non enim declinatio, sed uis & significatio uniuscuiusq; partis est contemplanda: indifferenter enim multa & nomina modo pronominum, & pronomina modo nominum inuenimus declinata. Quid enim stultius, quàm omnia quæ significant numeros nomina dicere? unum autem unius propter declinationem pronomẽ appellare? quod, si declinatio facit indicium qualis sit dictio, debent omnia possessiua pronomina, quia nominum declinationem sequuntur, & participia in his computari, quod omni caret ratione. Ergo non declinatio, sed proprietas est excutienda significationis. Et quoniam de proprietate nominis & uerbi, & participij, & pronominis breuiter dictum est, non incõgruum esse arbitror summatim de cæterarum quoq; partium orationis proprietate percurrere.

PRoprium est aduerbij cum uerbo poni, nec sine eo perfectam significationem habere posse, ut bene facio, docte lego: hoc ergo inter aduerbium, & præpositionem est, quòd aduerbium & sine casualibus potest & præponi, & postponi uerbis: & cum casualibus, ut ponè currit, & currit ponè, uenit tempore longo pòst, & pòst lõgo tempore uenit. Terentius in Adelphis: Pòst faceret tamen. Si igitur inuenias cum nomine aduerbium sine uerbo, scias hoc per eclipsin fieri, ut si dicam nõ bonus homo p malus, subaudio est. Præpositionis autem proprium est, separatim quidem per appositionem casualibus præponi, ut de rege, apud amicum: cõiunctim uero per cõpositionem tam cum habentibus casus, quàm cum nõ habentibus, ut indoctus, interitus, intercurro, proconsul, induco, insipiens, inspiciens.

PRoprium est coniunctionis diuersa nomina, uel quascunque dictiones casuales, uel diuersa uerba, uel aduerbia cõiungere, ut Terentius & Cicero, uel Terentius uel Cicero, & formosus & sapiens, uel formosus uel sapiẽs, & legens & scribens, uel legẽs uel scribeus, & ego & tu, uel tu uel ego, & facio & dico, uel facio uel dico, & bene & celeriter, uel bene uel celeriter, quod præpositio nõ facit. Interest autem etiam hoc inter præpositiones & cõiunctiões, quòd præpositiones componi possunt cum uerbis, coniunctio uero nunquam, ut subtraho, addico, præpono, produco, dehortor. Coniunctio autem licet sit præpositiua, in compositione tamen non inuenitur cum uerbis, ut at, ast, sed, & quòd præpositio casualibus separata præponitur semper, coniunctio uero cum omnibus potest dictionibus modo præposita, modo postposita coniungi,

NOmen est pars orationis quæ unicuiq; subiectorum corporum, seu rerum, cõmunem uel propriam qualitatem distribuit. Dicitur autem nomẽ uel à græco quod est νόμα, & adiecta ο, ὄνομα, dictum à tribuendo quod νέμῳ dicunt: uel ut alij, nomen quasi notamen, q̃ hoc nomine notamus uniuscuiusq; substantiæ qualitatem. & communem quidem corporum qualitatẽ demonstrat, ut homo: propriam uero ut Virgilius: rerum aũt communem, ut disciplina, ars: propriam uero ut arithmetica Nicomachi, grammatica Aristarchi. Accidunt igit̃ nomini quinq;, Species, genus, numerus, figura & casus. Species sunt communes tam propriorũ quàm appellatiuorum nominũ duæ, primitiua & deriuatiua. Primitiua, ut Iulus, mons. Deriuatiua, ut Iulius, mõtanus. sub qua sunt aliæ multæ. Nam propria habent species separatim quatuor, prænomen, nomen, cognomen, & agnomen. Prænomen est qd̃ præponit̃ nomini, uel differentiæ causa, uel quod tempore quo Sabinos Romani asciuere ciuitati ad confirmandam coniunctionem, nomina illorum suis præponebant nominibus, & inuicem Sabini Romanorum, & ex illo tempore consuetudo tenuit, ut nemo Romanus sit absq; prænomine. Et notatur uel singulis literis, uel binis, uel ternis: tum singulis qñ à uocali incipit prænomen, ut A. Aulus: uel ab una consonante, ut P. Publius, T. Titus: tum duabus qñ à duabus consonantibus incipit, ut Gn. Gneus, Sp. Spurius: tum tribus, qñ à consonante incipit prima syllaba, & in consonantem desinit, si tamen alia quoq; prænomina ab eisdem incipiunt cõsonantibus, idq; fit differentiæ causa, ut sex. sextus, tul. tullius, ne si primas solummodo consonantes scribas, T. Titũ, & S. Sestiũ significare putemus. unde in Marco m solũ scribimus, quãuis à consonante incipit syllaba & in consonantem desinit, quia nullus error erit. Nomẽ est proprie uniuscuiusq; suum, ut Paulus, proprium. Cognomen cognationis commune, ut Scipio. Agnomen est quod ab aliquo euentu imponitur, ut Africanus, Isauricus. Inuenimus tamen multa in his quatuor speciebus propriorũ nominum, inuicem pro se posita, & quæ in alijs personis sunt prænomina, hæc in alijs loco nominum accipiunt̃, ut Tullius Seruilius, hic Tullius prænomen est. M. uero Tullius, hic nomen. Similiter & in alijs loco cognominum aliorũ agnomina, uel nomina, uel contrà, ut Cicero, qui primus ab habitu faciei nominatus est, agnomen hoc habuit, familiæ uero eius cognomen fuit. similiter Cæsar, Scipio. Hoc autem interest inter proprium & appellatiuum, q̃ appellatiuum naturaliter commune est multorum, quos eadẽ substantia, siue qualitas, uel quantitas, generalis uel specialis iungit. Generalis, ut animal, corpus, uirtus: specialis, ut homo, lapis, grammaticus, albus, niger, magnus, breuis. Hæc eñ quoq; quæ à qualitate uel quantitate sumuntur speciali, id est adiectiua, naturaliter communia sunt multorũ. Adiectiua autem ideo uocantur, q̃ alijs appellatiuis quæ substantiam significant, uel etiam ꝓprijs adijci solent ad manifestandam eorũ qualitatem uel quantitatẽ, quæ augeri uel minui, sine substantiæ consumptione possunt, ut bonũ animal, magnus homo, sapiẽs grammaticus, magnus Homerus. Propriũ uero quod naturaliter uniuscuiusq; priuatam substantiam, & qualitatem significat, & in rebus est indiuiduis, quæ philosophi atoma uocant, ut Plato, Socrates. Itaq; caret communione naturali. Cum igit̃ euenit, ut multi eodem nomine proprio nuncupent̃, fortuito & sola uoce, nõ etiam intellectu communis alicuius substantiæ uel qualitatis hoc fieri solet. & in proprio appellatiua intelligi possunt, ut si dicam Virgilius, intelligo & hominem & poetam: in appellatiuis aũt propria non intelligunt̃, ut homo, uir, nisi per excellentiam, loco proprij in quibusdam personis accipiant̃, ut poeta pro Virgilio, & urbs pro Roma. Appellatiuorum autẽ multæ sunt species, quarũ quædam cõmunes inueniuntur cum ꝓprijs, siue sint primæ positionis, siue deriuatiua. Sunt enim quædam corporalia in appellatiuis, ut homo: sunt etiam in proprijs, ut Terentius: alia incorporalia in appellatiuis, ut uirtus. In proprijs, ut Virtus dea, & pudicitia Penelopæ, uel ipsa dea. Homonyma quoq; tam in ꝓprijs q̃ in appellatiuis inueniunt̃, ut Pyrrhus filius Achillis, & Pyrrhus rex Epirotarũ. nepos filius filij, & nepos luxuriosus. Inueniuntur tamen quædam homonyma, & eadem propria & appellatiua, ut Magnus Pompeius, & magnus ciuis. Synonyma quoq; tam appellatiua quàm ꝓpria

inueniuntur: ſicut enim enſis, gladius, mucro, ſic Publius Cornelius, Scipio Africanus, unum atq; idem ſignificant. Aliæ ferè omnes ſpecies in nominibus inueniuntur appellatiuis. ſunt autem hæ, adiectiuum, ad aliquid dictum, quaſi ad aliquid dictum, gentile, patrium, interrogatiuum, infinitum, relatiuum, uel demonſtratiuum, uel ſimilitudinis, collectiuum, diuiduum, factitium, generale, ſpeciale, ordinale, numerale, abſolutū, temporale, locale. Hæ ſpecies communes ſunt, & principalium, id eſt primæ poſitionis nominum, & deriuatiuorum. Propriæ autem deriuatiuorum ſunt hæ, Patronymicum, poſſeſſiuum, comparatiuum, ſuperlatiuum, diminutiuum, & denominatiuum. In quo intelligimus cum multis aliis etiam comprehenſiuum, de quibus ſuo in loco dicemus. Verbale, participiale, aduerbiale. Adiectiuum eſt quod adiicit propriis uel appellatiuis, & ſignificat laudem uel uituperationem, uel medium uel accidens unicuiq; laudem, ut iuſtus: uituperationem, ut iniuſtus: medium, ut magnus. Dicimus enim magnus imperator, laudantes: & magnus latro uel fur, uituperantes. Accidens uero id eſt ſuum uniuſcuiuſq;, ut niger coruus, & altum mare. Inueniuntur tamen etiam in propriis quædam huiuſcemodi, ut Gradiuus Mars, & Ennoſigæus Neptunus, & Quirinus Romulus. ſed hæc quia propriorum loco accipiuntur, comparari non poſſunt, quod eſt proprium adiectiuorum, nec egent adiectione aliorum nominum, quomodo communia adiectiua. Sumuntur autem hæc à qualitate, uel quantitate animi uel corporis, uel extrinſecus accidentium: Animi, ut prudens, magnanimus: corporis, ut albus, niger, longus, breuis. Extrinſecus accidētium, ut diues, felix. Ad aliquid dictum eſt quod ſine intellectu illius ad quod dictum eſt, proferri non poteſt, ut filius, ſeruus. Nam dicēdo filium etiam patrem, & dicendo ſeruum dominum quoq; intelligo: quod ſi intereat, interimit una illud quod ab eo intelligitur. Quaſi ad aliquid dictum eſt, quod quamuis habeat aliquid contrarium, & quaſi ſemper adhærens, tamen non ipſo nomine ſignificat etiam illud. Neq; enim ex illo nominationem accipit, ut dies, nox, dextra, ſiniſtra. Nam quamuis intereat, non interimit etiam illud ſecum, quod ei adhærere intelligit. De homonymo ſuperius docuimus, quod tam in propriis quàm appellatiuis inuenitur. Synonyma ſunt quæ, ſicut diximus, diuerſis nominibus idem ſignificant, ut enſis, mucro, gladius. In ꝓpriis quoq; hanc uim habent dionyma, uel trionyma, uel tetraonyma, ut P. Cornelius Scipio Africanus, ſicut docuimus. Gentile eſt, quod gentē ſignificat, ut Græcus, uel Latinus. Patrium eſt, quod à patria ſumit, ut Athenienſis, Romanus. Interrogatiuum eſt, quod cum interrogatione profertur, ut quis, qualis, quantus, quot, quotus, cum ſuos ſeruant accentus. Infinitum eſt interrogatiuo contrarium, ut quis, qualis, quantus, quot, quotus, cum in lectione graui accentu pronuntiant. Poſſunt tamen hæc eadem, & relatiua eſſe & ſimilitudinis, ſicut etiam talis, tantus, tot. hæc tamen etiam reddititua dicuntur. Et eſt animaduertendum q; huiuſcemodi nomina uel ſubſtantiæ ſunt infinitæ atq; cōmunis, ut quis, qui: uel qualitatis, ut qualis, talis: uel quantitatis, ut quantus, tantus: uel numeri, ut quot, tot. Ex quo oſtendit melius ea doctiſſimos artium ſcriptores Græcos, inter nomina poſuiſſe, quamuis uetuſtiores apud ipſos quoq; pronomina, uel articulos ea putauerunt, quos grammatici Latinorum ſimiliter ſunt ſecuti: ſed incongruum uidetur, cum illi antiquorum nec recuſauerunt Græcorum etiam errores imitari, nos Apollonij & Herodiani, qui omnes antiquorum errores grammaticorum purgauerunt, ueſtigia linquere, & non inter nomina hæc potius ponere, de quibus in pronomine latius tractabitur. Collectiuum quod in ſingulari numero multitudinem ſignificat, ut populus, plebs, concio. Diuiduum eſt, quod à duobus uel amplioribus ad ſingulos habet relationem, uel ad plures in numeros pares diſtributos, ut uterque, alteruter, quiſque, ſinguli, bini, terni, centeni. Factitium eſt, quod à proprietate ſonorum per imitationem factum eſt, ut tintinnabulum, turtur. Generale eſt, quod in diuerſas ſpecies poteſt diuidi, ut animal, arbor. Speciale eſt, quod à genere diuiditur, ut homo, equus, uitis, laurus. Ordinale eſt, quod ordinem ſignificat, ut primus, ſecundus, tertius. Numerale eſt, quod numerum demonſtrat, ut unus, duo, tres. Abſolutum eſt, quod per ſe intelligitur, & non eget al-

terius coniunctione nominis,ut deus,ratio. Temporale est quod tempus ostendit,ut mẽ sis,annus. Locale est quod locum significat,ut propinquus,longinquus, proximus, medioximus. Plautus in Cistellaria: At ita me diꝰ deæq; superi,inferi,& medioxumi.

Hæ ut diximus species omnes ferè cõmunes sunt,tam principalium quàm deriuatiuorum. Seorsum autem deriuatiua,species habent quas memorauimus,de quibus singulis hic tractabimus. Patronymicum est,quod à propriis tantummodo deriuat patrum nominibus secundum formam græcam,quod significat cum genitiuo primitiui,filios uel nepotes,ut Aeacides Aeaci filius,uel nepos,& hac forma poetæ maxime solent uti, pro qua Romani cognominibus familiarum utuntur, ut Cornelij,Marcelli. Omnes em̃ ab illo qui primus Cornelius,& primus Marcellus uocatus est,hoc nomen habuerunt qui cũq; eiusdem familiæ sunt,sicut omnes minores Thesei,thesidas Græci appellant, quos solent poetæ quoq; nostri imitari. Vnde Virgilius secundum græcam formam Scipiadas dixit ἀπὸ τοῦ σκιπίωνος, cum Scipionides dicere debuit. Necnon etiam possessiua loco patronymicoꝝ inuenimus apud Latinos usurpata,ut Aemilianus Scipio pro Aemilij filius,& Octauianus Cæsar. Inueniuntur quædam nomina formæ patronymicorum significatione denominatiua,ut Euripides proprium,non Eurípi filius,sed ab Eurípo sic nominatus,dicitur Euripides,quia illo die natus est, quo Athenienses cum Persis in Eurípo bellum commisere. similiter Thucydides,ἀπὸ τοῦ θώκου τοῦ ἐλθόντος. Sunt autem alia quæ cum sint patronymica in alijs accipiuntur propria,ut Timarchides Timarchi filius, & Timarchides proprium nomen. In oñibus ferè speciebus nominum inuenimus eiusdem formæ etiam propria,quæ tamen amittunt appellatiuorum significatiõem, ut Magnus adiectiuum,& proprium,Iulianus possessiuum & proprium,Heraclides patronymicum,& proprium. Sic in alijs quoq; speciebus inuenies. Scire autem debemus abusiue etiam à matribus,ab auis maternis,à regibus siue conditoribus, & à fratribus etiam patronymica solere formari,ut Latoides λητῷς, id est Latonæ filius Apollo,& Iliades Iliæ filius Romulus. Ouid. in. xiij. metamor. ut corpora uicta sopore,

Inuadant portasq; premant quas obice fultas,

Clauserat Iliades. similiter Coronides à matre Aesculapius. idem Ouid. in. xv. metam̃.

Vnde Coronidem circunflua Tibridis alti,

Insula romuleæ sacris deiecerat urbis: & maiades Maiæ filius Mercurius. Ab auis quoq; maternis patronymicũ Atlãtiades Mercurius. i. Atlãtis natæ filius. Oui. in. i. metam̃.

Sedit Atlantiades,& euntem multa loquendo

Detinuit sermõe diẽ. Inachides Iouis filius Epaphus,quæ filia fuit Inachi. Idẽ in eodẽ:

Non tulit Inachides,matriq; ait omnia demens.

A regibus siue cõditoribus thesidæ cecropidæ,id est Athenienses, æneadæ romulidæ, id est Romani. Virg. in. iiij. geor. Præmiaq; ingentes pagos & cõpita circum Thesidæ posuere. Idem in. vi. ænei. Tum pendere pœnas cecropidæ iussi. Idem in. viij. Aeneadæ in ferrum pro libertate ruebant. Idem in. i. Defessi æneadæ quæ proxima littora cursu. Idem in. viij. Subitoq; nouum consurgere bellum Romulidis Tatioq; seni. A fratribus phaethontides: unde fœmininum phaethõtis. Virg. in buc. Tum phaethontiadas musco circũdat amaræ Corticis: phaethontiadas tamen dixit pro phaethontidas poetica licentia. Sunt igitur patronymicorum formæ apud Græcos tres. In des quæ dicitur communis apud illos,q; in omni sermone possunt hac uti, qua sola Romanorum quoq; poetæ utuntur. Nam alijs duabus non utuntur, id est in ωυ terminata, quæ est propria iadis linguæ,ut πηλείωυ πηλείδης, & in αδιος, quæ est Aeolica, ut Hirradios, Hirræ filius, Pittacus. De hac igitur forma dicendum est qua utuntur nostri. Si nominatiuus græcus in ας uel in ης uel in ως definat,genitiuus uero in ου diphthongum à penultima breuis ante des inuenitur in patronymico,ut Pelias peliades, Aeneas æneades, Menecias meneciades. Nam Aenides magis contra regulam autoritate poetica posuit Virgilius e & a correptas,in i ꝓductam conuertẽs,uel quasi ab Aeneus ænides, sicut à Peleus pelides proferens in nono: Sit satis Aenide telis impune Numanum Oppetijsse tuis.

In es uero desinentibus, quorum gtīs græcus in ου definit, tam in ades quam in ides inueniunt apud autores, Hippotes hippotades, Butes butades, Corinetes corinetides, sed rationabilius in ades. Anchises ergo anchisades, uel anchisides debuit facere, fecit aūt an chisiades quasi ab Anchisios ntō, quomodo Laertios laertiades. Nunquam enim patro nymicum superat primitiui sui gtīm, nisi una syllaba. Alia uero omnia in ς apud Græ cos terminantia, gtīm uel in ος, uel in ης diphthongum, uel ως mutant eas in ides, & fa ciunt patronymicum, ut πρίαμος πριάμου priamides, νέσος νέσωος nestorides, πλησθένης πλησθένους plisthenides, πηλεὺς πηλέως, πηλείδης. & per synæresim e, & i in ei diphthon gum proferunt penultimam. Nos autem pro ea i, longam ponimus, ut Virg. in. v. Pelidæ tunc ego forti, Congressum Aeneam. Ouidius in .i. metamor. Inde Promethi des placidis Epimethida dictis. Inueniuntur tamen poetæ in quibusdam addentes quas dam literas, uel adimentes: addentes, ut peliades pro pelides, & chalcodontiades p chal codontides, atlantiades pro atlantides. Ouidius in. i. metamor. Sedit atlantiades: adimē tes ut deucalides pro deucalionides, & Scipiades pro Scipionides, & ut supra diximus, ænides pro æneades. Excipiuntur tamen hæc quæ contra regulam, penultimas uocales producunt, Aeolides demades per synæresim, pro æoliades demeades, codrides, licoor gides, lagides, belides, euerides, etiam & licomedides, apud Græcos contra regulam pe nultimam diphthongum habent, pro qua nos ī longam ponimus. Fœminina uero pa tronymica, uel in is, uel in as desinunt, uel in ne p ductam. Fiunt autem à masculinis subtracta de in is uel in as desinētia, ut priamides priamis, dardanides dardanis, pelia des pelias. Igitur æneades quoq; secundum analogiam æneas debet facere, non æneis. Ergo quomodo autoritas est, quod dixit ænides pro æneades, sic autoritate usus est Vir gilius in tituli inscriptiōe quo æneis inscripsit. Quem Statius quoq; secutus in fine The baidos ponit: Viue precor nec tu diuinam æneida tenta. Notandum tamen q; si masculina ī longam habuerint ante des per synæresim, apud nos in eis diuisas, faciunt fœmi nina, ut pelides pro peleides peleis, thesides p theseides theseis, sic ergo ænides p æneides æneis. In ne autem desinētia quæ sunt Iadis linguæ patronymica eiusdem generis ī longam habent penultimam, si principale non habuerit eandem i uocalem, ut Adre stos adrestine, Nereus nerine: si autem principale habuerit i o producta ante ne, inue nitur, ut acrisios acrisione, ex quo possessiuum posuit Virgilius: Acrisionæis Danaē fun dasse colonis. Ab acrisione, id est, danae. Et sciendum q; inueniuntur multa nomina hu ius formæ gentilia, ut Aemonis, thessalis, colchis, argolis, cyclas, ias, troas, alia uero no mina propria, ut Bacchis, Doris, Pythias.

POssessiuum est, quod cum gtō principali significat aliquid ex his quæ possidentur, ut euandrius ensis pro Euandri ensis, & regius honos pro regis honor: Hoc autem interest inter possessiua & patronymica, q; patronymica filios uel nepotes significant: possessiua aūt non solum filios uel nepotes, sed etiam omnia quæ possunt esse in possessi one: & q; patronymica à propriis tantummodo nominib. deriuantur, possessiua autem etiam ab appellatiuis: & q; patronymica à masculino descendunt plerunq; genere, rarissime aūt à fœminino: nec proprie quando à matribus fiunt, ut supra ostendimus, possessiua autē ab omnibus nascuntur generibus: & q; patronymica ad homines pertinent uel ad deos, possessiua uero ad omnes res. Fiunt igitur possessiua uel à nominibus, ut Cæsar cæsareus, uel à uerbis, ut opto optatiuus, uel ab aduerbiis, ut extra extraneus, uel mobi lia sunt, ut marcius marcia marcium: uel fixa, ut sacrarium, donarium, armarium. posses siua autem dicimus non solum possessionem significantia, sed etiam quæ formam habēt possessiuorum. Sunt enim quædam gentilia similem possessiuis habētia formam, ut Ro manus ciuis, gentile. possessiuum, ut Romanus ager. Quædam autem & propria eadē, & gentilia, & possessiua, ut Latinus filius Fauni, & latinus ciuis, & latinus ager. Alia tan tummodo propria, formæ possessiuæ, ut Quintilianus, Iulianus. Alia loco patronymi corum posita, quod supra quoq; diximus, ut Aemilianus Scipio, & Octauianus Cæsar. Ex eadem forma agnomina quoq; multa inuenies, ut Africanus, perficus, getulicus, cre-

ticus. Alia autem sunt eiusdem deriuationis, quæ ex materia principalium cõstare significantur, ut ferreus è ferro factus, similiter, aureus, argenteus, marmoreus. Alia ex morbis, ut cardiacus. Alia à professionibus, ut mathematicus, grammaticus, rhetoricus. Alia à disciplinis, ut aristotelicus, socraticus. Alia quæ primitiuorum similem possunt habere significationem, ut thracius pro thrax. Sunt formæ igit̃ possessiuorum quas à Græcis accepimus hæ: In cos, quam mutamus in cus, antecedẽtibus a breui, uel i uel y, ut bebriacus, cypriacus, italicus, asiaticus, libycus, quod solũ y ante cus habẽs inuenit̃, quod à principali accepit. Et sciendum quod ea, id est in cus desinentia, si à primitiuis habeãt c, pares habent syllabas illis, ut ithacæ ithacus. Alia uero omnia a uel i ante cus habẽtia, siue sint à ntõ seu gtõ deriuata, una syllaba uincunt ea ex quibus deriuant̃ primitiua: & si primitiua illa habuerint i penultimam hæc assumunt a: si o primitiua habuerint, tunc hæc i habent ante cus. Et sciendum q̃ non solum à primitiuis, sed etiam à deriuatiuis deriuantur huiuscemodi possessiua, ut troos troicus, grammatos grammaticus, rhetoros rhetoricus, persis pticus, asiatis asiaticus, creta creticus, afri africus, italus italicus. Nam italia italiacus debuit facere, cyprius cypriacus. Nam cyprus cyprícus facit, ilion iliacus, cardia cardiacus, mulio mulionis mulionicus. Cice. p Sestio, mulionicã penulã.

In us quoq; purã desinunt possessiua tam græca q̃ latina antecedẽte e correpta, & pducta i, correpta o, producta æ uel œ diphthongo. e breui, ut cæsareus, romuleus, ferreus, aureus, argenteus, uitreus, ligneus, marmoreus, iligneus tamen & iliceus dicit̃. Teren. in Adel. Lectulos iligneis pedibus. Statius in sexto Theba. Orniq; Iliceæq; trabes metuendaq; succo Taxus. Marmoreus, & ferè omnia ad materiam pertinentia, e breuem ante us habent, plumbeus, stagneus: inueniunt̃ enim pauca sine e, ut quernus, colurnus, abiegnus, oleaginus, faginus. E uero longam, spondẽus, phœbẽus. ĭ breuẽ, martĭus, aruĭsius. O productam herõus, cõus. Ae, sabæus, cretæus, Ptolemæus. Hæc autem æ diphthongum habent penultimam quæ à fœmininis in ē longam apud Græcos desinentibus, uel quæ à uerbis græcis deriuantur circũflexis, ut crete cretæus, hyle hylæus, dione dionæus, πτολεμῶ Ptolemæus, τιμῶ timæus. Oe antecedẽte, ut euboea, euroea. Et quia apud Græcos in multis ei diphthongus ante os inuenitur, scire debemus q̃ solent Latini eam modo in ē longam conuertere, ut πυταγόρος pythagorẽus, σπονδεῖος spondẽus, ἀλφεός alphẽus. Nam possessiuum quoq; similiter, ut primitiuum proferri. Virg. ostendit in decimo, qui protulit: Nos parere iubent alpheæ ab origine Pisæ. Hoc autem facere solent Latini, id est ei in ē longam conuertere in penultima syllaba, us pura sequente, uel a uel um, ut ἀχιλλεῖον possessiuum græcum achilleus, δηϊοπίτης deiopea, γυναικεῖον gynæceum. Hanc aũt mutationem ei diphthongi in ē longam, faciunt more Ionico uel Attico. Illi eñ ἠδηΐη pro ἐιδυῖα dicunt, & μᾶλλον pro μᾶλον, & πλεῖον pro πλέον. Vel ideo quia i penultimam puram non producunt Romani, nisi in fio uerbo, & in genitiuis in ius desinentibus, & in dissyllabis Græcis, quæ apud illos quoq; penultimam habent longam, & in paucis alijs in quibus autores pro ē penultima longa, ī longam posuerũt, ut phthĩus phthĩa, & dĩus dĩa, & chĭus chĭa, langĭa, argĭa, & arĭus, lycĭus, sperchĭus. Virg. in. xi. Italides quas ipsa decus sibi dia Camilla. Idem in georg. ij. Sperchiusq;, & uirginibus bacchata lacænis. Hora. in. ij. serm. Cecuba uina ferens Alcon chium maris expers. Nam primitiuũ chĭus corripitur. Lucanus in. viij. Quas asinæ cautes, & quas chĭus asperat undas. Lycĭus apud Statium in. x. producta penultima inuenitur: At patrias, si qñ domus optataq; pæan, Templa Lycie dabis tot ditia dona sacratis Postibus, & totidem uoti memor exige tauros. Sed etiam lyrcius, quod in quibusdam lyrceus reperit̃ codicibus scriptum. Sta. in. iij. Aret lerna nocens aret lyrceus & ingens Inachus. Sed & Argĭa, & Argĭan & Langĭa, Statius idem secundũ Græcos p ducta penultima profert in. ij. Theba. Nec mirum, nam tu infaustos donante marito Ornatus Argia geris. In eodem: Egregiam Argian, nec formæ laude secũdam Deiphilen. Idem in. iij. Vna tñ tacitas, sed iussu numinis undas, Hæc quoq; secreta nutrit Langia sub umbra, Lucanus in. iij. Substringens Arimaspe comas, hinc fortis Arius. Inueniunt̃

tamen autores frequenter in nominibus urbium in a definentium apud Græcos uarie proferentes, Alexandria, Alexandrea, Nicia & Nicea, Antiochia & Antiochea. Cice. p Deiotaro: Sperauit credo difficiles tibi Alexandriæ fore exitus: tamē & Alexandrea dicitur. Horatius in quarto carminum: Nam tibi quo die Portus ab Alexandrea supplex, Et uacuam patefecit aulam. In eodem: Niceam Ephesum mittebat. Est autem quando abiectione i, e correptam ponunt ante us, ut hectoreus, agenoreus, in quo similiter Ionas sequuntur: illi enim quoq; abiiciunt i in huiuscemodi nominibus, si non genitiuus primitiui par sit nominatiuo possessiui, quare ἀχίλλεος dicunt, ne si ἀχιλλέιος dicant, putetur primitiui genitiuus, quos sequentes in hoc etiam pro ei diphthongo ē longam ponimus, achillēus dicentes. Vnde Virgilius in quarto: Stirpis Achilleæ fastus. quamuis reperiatur etiam ĕ correpta in huiuscemodi deriuatiuis, ut Virgilius in .i. Nate patris summi qui tela typhoĕa temnis. sed dicitur & typhoēus & typhon & typhos. Lucanus in quinto: Cōditus Inarimes æterna mole typhœus. Idem in sexto: Antraq; letiferi rabiem typhonis anhelant. Inueniuntur tamen quædam in huiuscemodi nominibus, in quibus ei diphthongus in ī longam cōuertitur, sequente u loco digamma Aeolici, ut ἀργεῖος argiuus, dicitur tamen & argeus. Horatius in .ij. carminum: Tibur Argæo positū colono. quod in latinis quoq; deriuationibus inuenitur, id est in penultima ī longa ante u consonantem, ut nominatiuus, genitiuus, datiuus, accusatiuus, indicatiuus, imperatiuus, optatiuus: quorum alia à nominibus, alia à uerbis deriuantur. Non solum autem in nominibus latinis penultima i pura ante us, uel a uel um, nō potest produci, sed etiam in uerbis præteriti perfecti temporis, & plusquam perfecti corripitur ĭ, siue penultima, siue antepenultima sit, nisi secuta fuerit u loco consonantis, ut audīi audīisti audīit, audīimus audīistis audierunt, audieram audieras audierat, audīisse, ubiq; corripitur i: Sin autem assumat u loco consonantis ubiq; producitur, ut audiui audiuisti audiuit, audiuimus audiuistis audiuerunt, audiueram audiueras audiuerat audiuisse. Inuenitur tamen etiam ai diphthongus conuersa in ī longam, interposita similiter u pro cōsonante, ut achiuus pro ἀχαιὸς, cum contrà soleant Dores ei in ai diphthongum conuertere, ut ἆμι pro εἶμι, & αἶδε pro εἶδε. & eas quidem formas supradictas à Græcis accepimus. In latino autem sermone non solum his utimur, sed etiam propriis quibusdam latinorum definentibus in us uel in a uel in um pura, antecedente ri, ut catilinarius, hæreditarius, legatarius, gladiatorius, uxorius, stlataria, ptisanarium. Et quod iam supra diximus, sciendū q; quamuis forma sit possessiua hæc quæ in rius definit, tñ diuersæ significationis nomina in hac quoq; inueniunt, alia ab officiis, ut tabellarius, mercenarius, cerarius, sagittarius, tabernarius, hostiarius, argentarius, ærarius. Alia à dignitatibus, ut præfectorius, quæstorius, prætorius, censorius, quæ tñ etiam possessiuam habēt significationem. Alia ab aliis rebus, in quibus sunt, uel de quibus, uel quas habent. In quibus sunt, ut collarium, quod in collo est: plantariū, quod in planta est; mensariū, quod in mensa est; motoria, quæ in motu est; palmariū, quod in palma est, hoc est in laude. De quibus sunt, ut frumētaria est lex de frumēto, & agraria de agris, & nummaria dè nūmis lex. Ex his aūt quas cōtinēt, ut uinaria cella, quæ habet uinum. armariū in quo arma posita sunt, sic uiolariū, rosariū, apiariū, uiridariū. In nus quoq; terminantiū formæ, & significationes diuersæ inueniunt, qbus Latini frequēter utunt in significatiōe possessiua, ut Pompeianus, Cæsarianus, Syllanus. Inuenit aūt in quibusdam ā longa ante nus, ut Romanus, Hispanus, Campanus, sthenianus. In aliis ē longa, ut terrēnus, egēnus, aliēnus, abiēnus, rubrēnus, aniēnus. Vnde Virg. aniena fluenta. In aliis ī lōga: Camerīnus, Perusīnus, Rhegīnus, uicīnus, masculīnus, fœminīnus. Inuenit tñ etiā breuis ĭ g antecedēte, in his quæ ab arboribus deriuantur, ut oleagĭnus, fagĭnus: & in his quæ ab aduerbiis nascunt tpalibus, cras crastĭnus, horno hornotĭnus, diu diutĭnus. V quoq; lōga añ nus, ut tribunus. R etiā & l inueniunt ante nus, ut diurnus, nocturnus, externus, hesternus, hybernus, colurnus, quernus, ficulnus, populnus. Plau. in Casi. Sed manedū, nū ista aut populna fors aut abiegna'st tua? Et quia diximus diuersas in his esse significationes, cōmodū est eoꝝ exempla

proponere. Alia ſunt poſſeſſiua, ut Cæſarianus miles, Pompeiana domus, Tullianum mancipium. Alia & patriam ſignificant,& poſſeſſionem,ut Romanus ciuis,& Roma nus ager.Poteſt tamen & hæc & penè omnes huiuſcemodi formæ nominum,proprí orum quoq; habere ſignificationes. Campanus ſimiliter, & Hiſpanus, & Alexandrí nus, & Placentínus & Nolanus & ſimília,non ſolum patriam,ſed etiam poſſeſſionem ſignificant. Sunt tamen multa ſupradictæ ſpeciei, quæ etiam agnomina inueniuntur, ut Camerínus, Numantínus, Coriolanus. Alía propria eiuſdem formæ nomina, uel etiam agnomina, ut Adrianus, Meſſalínus, Siluanus, Claudianus, Coruínus, Probí nus, Rufinus, Aemilianus. Alía à locis,ut Ruſticanus, Vrbanus, Oppídanus, Capito línus, Palatinus, Aeſquilínus, Gallicanus, uicínus, externus. Alia à temporibus,ut ma tutínus, à matuta, quæ ſignificat auroram: uel ut quidam ἀθικόθαρ, heſternus, diur nus,nocturnus,meridianus,ueſpertinus, antelucanus,ueteranus, diuturnus, æternus. Vel à dignitatibus ſiue officijs,ut tribunus,anteſignanus. Vel à generibus,ut maſculí nus, fœmininus. Alia à mutis animalibus, ut taurinus, porcinus,ceruinus,anſerinus. Alia à materia ex qua conſtant, ut humanus, terrenus. Alia à fortuna, ut libertinus, egenus. Alia à numeris ſemper pluralia, ut bini, terni, deni: ſic ab omnibus numeris, quamuis poetica autoritate etiam ſingularia inueniuntur. Lucanus in. viij.

Syrtibus hinc libycis tuta eſt Aegyptus, at inde,
Gurgite ſepteno rapidus mare ſubmouet amnis. Virg. in decimo:
It grauis Aulethes, centenaq; arbore fluctum
Verberat aſſurgens, ſpumant uada marmore uerſo, ſic ab omnibus nume ris. Et ſciendum quod alia eorum à nominibus fiunt, ut à Roma Romanus, à Cæſare Cæſarianus: alia à uerbis,ut egeo egenus: alia ab aduerbijs,ut infra infernus,ſupra ſu pernus,hodie hodiernus. Conemur igitur ſicuti poſſumus exponere rationem penul timarum in ſupradictis deriuationum formis literarum. In a definentia nomina ante cedente aliqua conſonante,ſeu uocali, producta eadem ā, & accepta nus faciunt de riuatiuum ſupradictæ formæ,niſi ſint mutorum animalium, ut Sylla Syllanus, Perpē na perpennanus,Roma romanus,Silua ſiluanus, Nola nolanus, Sueſſula ſueſſulanus, Adria adrianus,Copſa copſanus.Excipiuntur Iugurthinus,meſſalinus,terrenus: quæ quamuis à nominibus in a definentibus conſonante antecedente deriuantur, non ſer uant tamen a. de muſtelino & aquilino paulopoſt tractabitur. A pluralibus quoq; in æ diphthongum definētibus,uel in a deriuata ſimiliter a habent ante nus,uel na,uel num, Acerræ acerranus, Thebæ thebanus, Cumæ cumanus, Formiæ formianus, ſi gna anteſignanus, membra membrana, quod eſt fœmininum. poſſunt tamen hæc & à ſingularibus eſſe ἀπὸ τοῦ ſignum & membrum, quod paulopoſt oſtendetur. Simili ter a habent ante nus, quæ deriuantur à nominibus in ius terminantibus, uel ab ad uerbijs in ē longam, ut Pompeius pompeianus, Sthenius ſtheníanus, Titius titianus, Tullius tullianus, Fabius fabianus, Iulius iulianus, Virgilius uirgilianus, Terentius terentianus, Salluſtius ſalluſtianus, quotidie quotidianus. ſimiliter à meridie meridí anus,hodie tamen hodiernus facit. Similiter a habēt ea quæ deriuantur à nominibus in cus, uel in culus definentibus, quæ ſunt ultra duas ſyllabas, ut ruſticus ruſticanus, publicus publicanus, ſaticulus ſaticulanus, tuſculus tuſculanus. Excipitur à maſculo quod eſt diminutiuum maris maſculinus factum. Nam diſſyllaba in cus definentia, ſi ne a ſunt,ut mancus mancinus,lacus lacuna,porcus porcinus. In um quoq; neutra cō ſonante antecedente in deriuatiuis a habent ante nus, ut oppidum oppidanus, Pæſtū pæſtanus, Spoletum ſpoletanus, Toletum toletanus, Caſtellum,caſtellanus, Beneuē tum beneuentanus. Similiter a habent penultimam pleraque uenientia à nominibus tertiæ declinationis, ut Cæſar Cæſaris cæſarianus,fons fontis fontanus,mons montis montanus,urbs urbis urbanus, ſol ſolis ſolanus, ex quo παρήγεται ſubſolanus: ex eo ta men eſt etiam Solinus proprium. Milo Milonis milonianus,Piſo Piſonis piſonianus, quamuis quidam piſoninus,& miloninus dici putauerūt. Sed à proprijs deriuata plē

runq; i ante a habent, Iouis iouianus, Cæsaris cæsarianus. possumus tamen dicere, q; à cæsarius & milonius, & pisonius, & iouius deriuata sint, cæsarianus, milonianus, pisonianus, iouianus. Lux lucis lucanus, ex quo compositum fit antelucanus: ex eodē tamen nascitur etiam lucina. uetus ueteris ueteranus, limes limitis limitanus, Ancon anconis anconitanus: hoc tamen potest etiam ab anconites esse quod paulopost ostenditur: Gadis gaditanus. Ideo autem diximus pleraq;, quia à neutris in e definētibus deriuata, i habent productam ante nus, ut mare marinus, Prænestę prænestinus, Calate calatinus, Calacte calactinus. Et ab alijs quæ pares habent tam in nominatiuo q̄ in genitiuo syllabas, Hercules Herculis herculinus, Verres Verris uerrinus, collis collinus, follis follinus. In er quoq; definentia, si sint secundæ declinationis, & in us, cōsonante antecedente eiusdem declinationis, exceptis in cus supra duas syllabas, uel in culus, de quibus pauloante docuimus, & in ium propria, si faciūt deriuatiua in us terminantia ī longam habebūt penultimam, ut auster austrinus, adulter adulterinus, macer, macrinus, libertus libertinus, diuus diuinus, probus probinus, Ruffus ruffinus, Maximus, maximinus, Marcellus marcellinus, carus carinus, mancus mancinus, Rhegium rhegi nus, Venusium uenusinus, Signium signinus, Perusium perusinus, Opitergium opitergi nus, Canusium canusinus. Excipiuntur ab humo humanus, & mundo mundanus, & priscus Priscianus, sed hoc magis à priscio uidetur esse deriuatum. Nam q; à Tauromi nio tauromitanus dicimus, sequimur Græcos qui Ταυρομενίτης dicunt. Gentilia enim apud Græcos in τς definentia, mutata es in a accipiunt nus, cum in hanc formam ueniunt, μητροπολίτης metropolitanus, νεαπολίτης neapolitanus. Itē i seruant longā omnia quæ à nominibus mutoꝝ animalium cuiuscunq; sint declinationis deriuantur in hanc formam, aper aprinus, caper caprinus, ceruus ceruinus, porcus porcinus, taurus tauri nus, ferus uel fera ferinus, canis caninus, lepus leporis leporinus, lupus lupinus, formica formicinus. Plautus in menæchmis: Atq; eccum incedit, mouet formicinum gradum. h irundo hirundininus. Idem in rudente: Ad hirundininum nidum uisa est simia, Ascensionem ut faceret, admolirier. aquila aquilinus, mustela mustelinus. quæ q̄uis in a definant, tamen non habent a ante nus. leo leonis leoninus: ouinus quoq; ab oue, & suinus à sue. Nam ouilla & suilla diminutiua sunt. In nus enim definētia uel in na uel in num, si faciunt diminutiua, abiecta n duas assumūt l, ut unus ullus, una ulla, unū ullū, bonus bellus, bona bella, bonū bellum, geminus gemellus, gemina gemella, geminum gemellum, uinum uillum. sic ergo suina suilla, ouina ouilla. Inueniūtur quædā in tinus penultimā corripientia, sed quæ à primitiuis non habēt t, ut diu diutinus, cras crastinus, horno hornotinus, prius uel priscus pristinus. Nam Constantinus & Clementinus à primitiuoꝝ genitiuis habent t, ut matutinus à matuta, quæ aurora intelligitur. Mediastinus autem à medio stando uel tenendo componi uidetur. Fiscina corripit penultimam quomodo fuscina, cur ergo piscina producitur? quia hoc sine dubio deriuatum est à pisce: fiscina autem à fisco, an fiscus à fiscina, an neutrum à neutro dubiū est. Nam nec fuscina à fusco, nec pagina à pago, nec Mutina à muto, nec Ariminum ab arimo deriuata, cum sint primitiua, penultimam corripuerunt. Sin autem in r definentia tertiæ sint declinationis, uel in ius facientia genitiuum, accepta nus ipse nominatiuus facit deriuatiuum, ut pater paternus, mater maternus, frater fraternus, uer uernus. acer quoq; arbor (de cuius declinatione dubitatur) cuius genitiuus aceris (quod Solinus quoq; protulit in memorabilibus) acernus facit. alter alternus: illa scilicet obseruata regula quam superius diximus in mutis animalibus: ideo quoq; anser anserinus dicimus, passer passerinus. Ab aduerbijs quoq; uenientia in ra definentibus er habent ante nus, infra infernus, extra externus, supra supernus. Ab alijs quoq; aduerbijs temporalibus inueniuntur quædam r ante nus habentia, ut noctu nocturnus, diu diurnus, heri alternitatis causa hesternus, semper sempiternus. In teria etiam definētia similiter faciunt deriuatiuum, Fabrateria fabraternus. Sabateria sabaternus. Aetas quoq; æternus, antiqui tamē æuitas & æuiternus dicebāt ab æuo. unde Varro in Pseu

donea': Per æuiternam hominum domum, tellurẽ propero gradum. Vetus præterea ueternus facit non solum ueteranus, sed diuersas habent significationes. Quercus etiã quernus, corylus colurnus, tacitus taciturnus, mensis mensurnus. Sic eñ Cicero posuit pro menstruus in primo de inuentione rhetor. Pars quædam æternitatis cũ alicuius annui, mensurni, diurni, nocturni ue spacij certa significatiõe. Ab hyeme quoq; uel hymbre hybernus fit. In ia desinẽtia n antecedente, mutant ia in us, & huiuscemodi formæ faciunt deriuatiua, à primitiuis tñ habentia n, ut Hispania hispanus, Lauinia lauinus, Hircania hircanus, Mauritania mauritanus, Campania campanus. Dardanus uero proprium est, & primitiuũ, ideoq; ă correptam habet: abusiue tñ poetæ pro dardanio ponunt dardanum. Si uero ante ia aliam q̃ n habuerint consonantẽ, ī longam habent ab eis deriuata ante nus, ut Lucería lucerínus, Nucería nucerínus, Placentia placẽtinus, Anagnia quoq; quia g ante n habet, anagninus. Similiter Alexandria alexãdrinus, Numãtia numantinus, Aricia aricinus: quæ uero sunt apud Græcos à nominibus urbiũ deriuata in της desinũt, ea apud Latinos in tanus plerunq; efferunt, sicut supra diximus, ut νεαπολίτης neapolítanus, τριπολίτης tripolitanus. Similiter à Caralibus caralítanus, à Salapia salapítanus, à Gadibus gaditanus, à Taurominio tauromínitanus, à Cephaledio cephaleditanus, à Drepano drepanítanus. Gnus quoq; uel gna uel gnum terminantia longã habent uocalẽ penultimam, ut à regno regnum, à sto stagnũ, à bene benignus, à male malignus, ab abiete abiegnus, príuignus, pelignus. Inueniunt tamẽ autoritate ueterũ, uel euphoniæ causa, & maxime in propriis, quædã non seruantia supra dictas regulas, ut Ligus líguris ligurínus, non ligurianus, Censor censoris censorínus, nõ censorianus. Quamuis igit (sicut ostendimus) diuersas habeãt significationes supra dictæ formæ nomina, tamen quia maxima pars eorũ apud Latinos possessiuorũ habet demonstrationẽ, ideo hæc quoq; inter possessiuorũ species posuimus: & sciendũ quod etiam in is & in er terminantium deriuatiuorũ multa inueniunt significationis possessiuæ apud nos, ut ciuilis hostilis cælestis, lunaris, castrensis, equester, pedester, palustes: quorũ quia diuersæ & uariæ sunt formæ & significationes, postea eas cũ reliquis speciebus denominatiuorũ per ordinem tractabimus. Nunc de comparatiuo uideamus.

PRISCIANI CAESARIENSIS
GRAMMATICI LIBER TERTIVS.

De comparatiuo.



Comparatiuum est quod cum positiui intellectu, uel cũ aliquo participe sensus positiui, magis aduerbiũ significat: ut fortior, magis fortis, sapientior magis sapiens, ulterior magis ultra, q̃ ille qui ultra est, interior magis intra quàm ille qui intus est: hæ autem comparationes, quæ ad personas uel res, participes positiui fiunt, nascuntur à dictionibus carẽtibus casu, id est à uerbis, ut detero deteris deterior, & ab ad aduerbijs siue præpositionibus, ut extra exterior, intra interior, ultra ulterior, citra citerior, supra superior, infra inferior: nam superus & inferus, quamuis uideantur eorum, id est superioris & inferioris esse positiua, tamẽ in usu superi pro cælestibus siue uiuis, inferi autẽ pro manibus, accipi solent: adeo autẽ non ad ipsa aduerbia, sed ad personas uel res participes aduerbiorum, huiuscemodi fiunt cõparationes, q̃ nascunt ex his ipsis aduerbia cõparatiua, quæ cum magis ipsum positiuum aduerbium significant, ut ulterius magis ultra, citerius magis citra, exterius magis extra, sic & similia. Deriuant igitur cõparatiua à nominibus adiectiuis, quæ sumunt ex accidentibus substantiæ nominũ. Accidentia autẽ sunt, quæ ex qualitate uel quantitate animi uel corporis, uel extrinsecus forte euenientium trahunt, quæ possunt incrementa uel diminutiones accipere, per quæ cõparatio nascit, sine quibus substãtia intelligi potest, ea uero nisi prior illa substantia intelligat, esse non possunt, Si enim dicam homo uel la

pis ſubſtantiam demonſtraui, cuius ſignificatio, nec augeri poteſt, nec minui: ſin aliqd accidens homini uel lapidi proferam, tunc habet locum comparatio, ut homo prudẽs & prudentior, lapis niger & nigrior. quamuis enim nõ ſit prudens, poteſt homo intelligi, & lapis quamuis non ſit niger, intelligit lapis. Itaq; adiectiua iure ſunt appellata, quæ illis nominibus quæ ſubſtantiam demonſtrant adiũciuntur. quamuis antiqui etiã in quibuſdam gentilibus comparatiuis uſi ſunt, ut Punus punior. Plautus in Penulo: Quin nullus eſt me Punus punior. & ſuperlatiuis etiam in ꝓnominibus, ut idem Plautus in Trinummo: Ergon' ipſius es? Ipſiſſimus: ab hinc ab oculis. Fiunt autem comparatiua à nominibus, à uerbis, à participijs, ab aduerbijs ſiue præpoſitionibus. A nominibus, ut clarus clarior, felix felicior. A uerbis, detero deteris deterior, potior potiris, hic & hæc potior & hoc potius potioris potiſſimus. Poſſumus tamẽ hoc etiam à nomine potis accipere, quamuis ſignificatio alia uideat eſſe, ut Terentius in Phormione: Vbi tu dubites quid ſumas potiſſimũ, pro optimum. A participijs, indulgens indulgẽtior, amans amantior, ſed quando comparant participia, tranſeunt in nominum ſignificationem. Ab aduerbijs ſiue præpoſitionibus, ut extra exterior, intra interior, ultra ulterior, citra citerior. Et ſciendum quòd localia ſunt hæc aduerbia ſiue præpoſitiones, ex quibus comparatiua naſcunt nomina, & penè hæc ſunt: extra exterior, intra interior, ultra ulterior, citra citerior: uetuſtiſſimi tamen etiam citer protuliſſe inueniunt. Cato de agna paſcenda: citer ager alligatus ad ſacra erit. Citimus quoq; dicebãt teſte Capro. Exter quoq; inuenit, ut Satius in. xi. Thebaidos: Sed quid apud tales quæ nõ ſua pignora curæ? Exter honos? Ex quo Virgilius in. iiij. Aeneid. Et nos fas extera quæ rere regna. Supra ſuperior, infra inferior, poſt poſterior, prope propior, ante anterior, penitus penitior. Apul. in. i. Hermagoræ: Viſus eſt ei adoleſcens honeſta forma, quaſi ad nuptias exornatus trahere ſe in penitiorẽ partem domus. Fit aũt comparatio uel ad unũ uel ad plures tam ſui generis q̃ alieni: quamuis Græci, honoris cauſa ſuæ gẽtis magis q̃ ratione ueritatis, dicant, nõ poſſe ad multos ſui generis fieri comparationem: Alij aũt dicunt hanc eſſe rationẽ propter quã non utunt tali comparatione, ꝙ cum ad plures ſui generis fit cõparatio, ſuplatiuo poſſumus uti, ut fortiſſimus Græcorũ Achilles, ſed ſuperlatiuus multo alios excellere ſignificat, cõparatiuus uero poteſt etiã paruo ſuperantẽ demonſtrare. Vnde etiam diminutionẽ apud nos iure accipit, maiuſculus, minuſculus, tardiuſculus. Quid aũt? ꝙ accidit inter tres, uel quatuor, uel plures, non tñ ad totũ genus fieri comparationẽ, & neceſſe eſt uti plurali numero ſuorũ? ut ſi dicam: fortiſſimi fuerũt Græcorũ, Aiax, Diomedes Agamemnon, Vlyſſes, omnibus tñ his fortior fuit Achilles. Virg. in. i. Pygmalion ſcelere ante alios immanior omnes, ad omnes ſceleratos conferens Pygmalionẽ, cõparatiuo eſt uſus. Statius in. viij. Et melior ſis quæſo deis, Amphiaraus dicit ad Plutonẽ. Sunt igit quæ cõparari poſſunt nomina uel ſecundæ uel tertiæ declinationis: & ſi ſint ſecũdæ, mobilia ſunt, id eſt in a faciunt fœminina, & in um neutra: uel in er, & in us definũt, & aſſumentia genitiuo or faciunt cõparatiua, correpta tñ penultima, i, ut tener teneri tenerior, niger nigri nigrior, clarus clari clarior, doctus docti doctior. Notandũ eſt, ꝙ finiſterior quaſi à genitiuo finiſteri uidet eſſe factum, cum in uſu finiſtri ubiq; reperiatur. Inueniunt quædam quæ quamuis ſint accidentia, id eſt adiectiua, & eorũ ſignificatio exigat, ut faciant comparatiua, tamẽ non habent in uſu frequenti. Sunt aũt ea plerunq;, quæ uocales ante us habent, ut pius, arduus, egregius, dubius, ſtrenuus. Plerunq; dixi, quia ſunt anomala, quæ non ſeruant in cõparatiuis regulam: q̃uis Plautus in Epidico ex eo cõparatiuum protulit ſtrenuior: Nam ſtrenuiori deterior ſi prædicat, Suas pugnas, de illius ore fiunt ſordidæ. Et puto hanc eſſe rationẽ, ꝙ oportet comparatiuũ una ſyllaba uincere genitiuũ poſitiui, niſi ſint anomala, ut teneri tenerior, docti doctior. ſi ergo hæc, quæ ante us uocalem habẽt, aſſumãt genitiuo or, neceſſe eſt inter duas uocales poſitam ī trãſire in uim conſonantis, quod in latinis dictionibus ſemper fere patit, cũ inter duas uocales inueniat uim ſuam ſeruantes. Hoc aũt ideo dixi ꝙ u poſt q uel g poſita ſæpe an

te i hoc non facit: quippe amittit uim ſuam,ut nequior,pinguior,quod niſi fiat,cõtingit, ſi in conſonantem tranſeat i pares eſſe ſyllabas genitiuo poſitiui cum nominatiuo comparatiui, uel hiatum intolerabilem fieri tribus uocalibus per tres ſyllabas cõtinue poſitis nulla conſonante media:ut ſi dicamus pñor arduior: quod ne fiat, non ſunt uſi eorum comparatiuis pleriq;. Aſſumunt autem magis aduerbium, & uſum comparatiui complent,ut magis pius hic quàm ille: uetuſtiſſimi tamen comparatiuis etiam huiuſcemodi eſt quando ſunt uſi, ut arduior arduius. Cato dixit: Quod iter longius arduiusq; erat à curia. Idem ad populum: de triumpho aſperrimo atq; arduiſſimo aditu. Pacuuius in Medea: Mulier egregiſſima forma. Iuuenalis in quarto: Egregius cœnat meliusq; miſerrimus hoꝛ. pro egregñus. M. Cato in oratione,ne quis iterum conſul fiat: Imperator laudem capit,exercitum meliorem, & induſtriorem facit. C. Gracchus contra Aemilium Tuberonem: Vtrum inimicorum meorum factio,an magis ſolitudo patriæ te impulit, ut in me induſtriñor ſis quàm in te. Idem Cato de Ptolemæo minore, de Thermi quæſtione: Quantoq; ſuam uitam ſuperiorem atq; amplioꝛem, atq; antiquiorem animum inducent eſſe quàm innoxiñorem. Idem Cato de Macedonia liberanda: Idq; perpetuius atq; firmius repſit. Idem in Thermum: Sed à benefactis atq; ab optimis artibus fugit maxima flagella perpetuiſſimo curriculo. Lucilius in. xvi. ad Fundium: Fundi delectat uirtus te, uillicus paulo ſtrenuior ſi euaſerit. Sunt autem & alia in us terminantia, ex quibus comparatiua ſupradictam regulam non ſeruant, & dicuntur inæqualia, quorum quædam habent i breuem uocalem ante or, ſicut alia quædam eandem i loco conſonantis: quædam uero conſonantem, ut bonus melior, iuuenis iunior pro iuuenior, magnus maior, malus peior, paruus minor. Plus quoq; uidetur comparatiuum eſſe multi,ſed ſingularis nominatiuus non inuenitur niſi neutri generis: Pluralis uero inueniť etiam communis, ut hi & hæ plures,& hæc plura: antiqui tamen etiam pluria dicebant,unde Terentius in Phorm. compluria. Superlatiuus tamen ab hoc ipſo omnium geneꝛ inuenitur,plurimus plurima plurimum. Quæ uero tertiæ declinationis nomina faciunt comparatiua,uel cõmunia ſunt in is deſinentia,& faciunt neutrum in e, uel in er ſunt maſculina facientia in is fœminina,& in e neutra, uel in er es ns rs x duum uel trium generum ſunt cõmunia,& aſſumunt or in datiuo correpta i penultima,& faciunt comparatiuũ,ut hic & hæc fortis,& hoc forte,huic forti,hic & hæc fortior & hoc fortius. Hic acer & hæc acris & hoc acre,huic acri,hic & hæc acrior, & hoc acrius. Hic & hæc & hoc pauper, & huic pauperi, hic & hæc pauperior, & hoc pauperius. Hic & hæc & hoc locuples, huic locupleti, hic & hæc locupletior & hoc locupletius. Hic & hæc & hoc ſapiens, huic ſapienti, hic & hæc ſapientior, & hoc ſapientius. Hic & hæc & hoc iners, huic inerti, hic & hæc inertior, & hoc inertius. Hic & hæc & hoc audax, huic audaci,hic & hæc audacior,& hoc audacius. Et ſciendum eſt ꝙ omnia in or deſinentia comparatiua,communis ſunt generis,& mutantia or in us faciunt neutra,excepto uno: quod ſolum cum ſit à poſitiuo,quantum ad ſuam uocem fixo, ſeruauit eius genus, hic ſenex huic ſeni,hic ſenior: quamuis hoc quoq; uetuſtiſſimi commune accipientes,hic & hæc ſenex proferebant. Põponius in epigrammate,qđ M. Varro in libris qui ſunt de lingua latina refert: Tua amica ſenex eſt. Inueniť etiã à nequam,qđ eſt indeclinabile trium generũ, tam cõparatiuum q̃ ſuperlatiuũ,ut nequã nequior nequiſſimus. Ab aduerbñs uero deriuata in ra deſinẽtibus,mutãt ra in er,& accepta ior faciunt comparatiuũ, ut extra exterior,intra interior,ultra ulterior,citra citerior,infra inferior,ſupra ſuperior. ſimiliter in erior,poſt & ante faciũt comparatiuũ,poſterior & anterior. prope uero propior facit,& detero deterior. A ſæpe aduerbio poſitiuum uel comparatiuum nomen non legi,ſuperlatiuum poſuit Cato Nepos de actionibus ad populum,ne lex ſua abrogetur: Facite uobis in mentem ueniat Quirites,ex ære alieno in hac ciuitate,& in alñs omnibus propter diẽ atq; fœnus ſæpiſſimam diſcordiam fuiſſe. Prior & primus quæritur, an ſit comparatiuus & ſuperlatiuus: & dicunt quidam quòd cum ordinis ſint,

differentiam numeri significant. sicut enim alter de duobus,& alius de multis dicitur, sic prior de duobus,& primus de multis dici solet. Inuenitur tñ sæpe prior pro melior positum,& tunc sine dubio habet uim cõparatiui: & primus pro optimus, & tunc superlatiui significationẽ obtinet. Virg. in. vij. & primos iuuenum tot miserit orco, primos posuit pro optimos. Quidam autẽ non absurde confirmant, ꝙ in numeris quoq; potest prior esse comparatiuus, unde ablatiuo iungit, & primus superlatiuus, cum ad multos comparatur,& semper genitiuum sequitur: & ꝙ prior (sicut omnes cõparatiui) uel ad sui generis, uel ad alieni aliquem comparat etiam cum numerũ significat, ut prior Turnus q̃ Aeneas mouit bellum: Primus aũt (sicut omnes superlatiui) ad multos sui generis coniungitur. Virg. in. ij. Primus se Danaum magna comitante caterua, Androgeos offert nobis. Et, quod omnibus est rationabilius, in or desinẽs commune, in us facit neutrum, quod in nullis alijs, nisi in cõparatiuis inuenitur: & uidetur à pridem aduerbio nasci, quod abiecta dẽ accipit or,& facit comparatiuum prior, sed i corripuit. quia in nullo comparatiuo i ante or produci potest. In superlatiuo uero seruauit productionem accepta mus primus: ex quo aliud aduerbium nascitur primo, uel prime, unde Terentius in Andria, compositum dixit: Apprime in uita esse utile. Magnificentior,& magnificentissimus,& munificentior, & munificentissimus, cum uideantur à positiuo magnificens & munificens deriuari, ut eminens eminentior eminentissimus, hæc in usu non sunt, sed pro his magnificus & munificus, ex quibus comparatiuum uel superlatiuum, & ex similibus secundum prædictam regulam deriuari inuenio apud uetustissimos. M. Cato contra Thermum: De Ptolemæo rege optimo & beneficissimo. Terentius in Phormio. Quid nam arbitrare nescio, at qui mirificissimus. Accius in. xi. διδασκαλικῶς, & magnificissime excellissimeq; obnoxe. Cum igitur comparatiua proprie ad positiuum fieri soleant, inuenitur tamen sæpe comparatiuus ꝓ positiuo per se positus, ut Virgilius in. v. Aeneidos: Comites senioris Acestæ pro senis. Est quando pro positiuo comparatiuus positus minus eo significa, & nulli comparatur, ut Virgilius in primo Aeneidos: Tristior atq; oculos lachrymis suffusa nitentes. Tristior enim hic ex parte tristis significat. Idem in. vi. Iam senior, sed cruda deo uiridisq; senectus. Est quando ad contraria comparat, & minus positiuo significat ut mare ponticum dulcius quàm cætera. Hic enim non ad dulcia, sed ad amara facta comparatione, ostendit parum aliquid dulcedinis quàm cætera habere ponticum mare. Est quando superlatiuo comparatiuus comparatur, ut Achilles fortissimo Troianoꝝ Hectore fortior fuit. Est quando comparatiuus ad comparatiuum comparat, ut fortior Achilles Hectore fortiore Patroclo. Homerus in α odysseæ:

ἠκεῖνον Ἀχαιὸν δὲ ἰδοίατο νοσήσαντα
πάντες κ' ἀρκεσίαι ἐλαφρότεροι πόδας εἶναι
ἢ ἀφυλότεροι χυσοῦ τε ἐοδῆτός τε.

Cicero Philippica. ij. Quis interpretari potest? impudentior ne, qui in senatu? an improbior, qui in Dolobellam? an impurior, qui patre audiente? an crudelior, qui in illam miseram tam spurce tam impie dixeris? Et sciendum quòd apud Latinos diminutionem quoq; accipiunt quædam cõparatiuorum, ut supra diximus, quod apud Græcos non inuenitur, ut grandiusculus, minusculus, maiusculus, meliusculus. Omnia tamẽ hæc à comparatiui neutro adiectione culus inuenio fieri, ut grandius grandiusculus, melius meliusculus, sic & cætera quæ sunt similia. Tam & quàm aduerbia, tum comparatiuo uel superlatiuo adjunctiuntur, cum duo uel plures cõparatiui uel superlatiui diuersæ significationis positi inter se æquantur, uel ijdem geminantur, ut tam iustior quàm felicior Aeneas Hectore. Cicero pro Deiotaro: Istam inquam dextram non tam in bellis neq; in prælijs, quàm in promissis,& fide firmiorem: bis enim firmiorem intelligendum est. Minus autem aduerbium, est quando cum positiuo iunctum contrariæ significationis cõparatiuum demonstrat, ut minus stultus, pro prudentior. Teren. in Eunuc. hoc Nemo fuit minus ineptus, pro prudẽtior. Est tñ quando ꝓ nõ aduerbio ponit, ut minus bonus, ꝓ malus,

Magis quoq; aduerbium nõ ſolum poſitiuo,ſed etiam comparatiuo iungitur.quando ipſecomparatiuus, uel ad ſe, uel ad alium comparatur, ut Achilles Aenea fortior magis quàm iuſtior: & Aiax Vlyſſe fortior magis q̃ Diomede. Et comparatiuus quidẽ gradus,ablatiuo caſui adiungitur utriuſq; numeri,interdum tamen etiam nominatiuo quando quàm aduerbium ſequitur. Superlatiuus uero genitiuo plurali uelſingulari iungit̃,quando ipſum nomẽ ſingulare multitudinẽ ſignificat, ut fortiſſimus gẽtis.

Quid ſit ſuperlatiuum.

SVperlatiuum eſt quod uel ad plures ſui generis comparatum ſuperponitur omnibus,uel per ſe prolatum,intellectum habet cum ualde aduerbio,poſitiui,ut fortiſſimus Græcorum Achilles,id eſt ſuper omnes Græcos fortis: ſin autem dicam fortiſſimus Hercules fuit, non adiũciens quorum, intelligo ualde fortis. Tale eſt apud Ciceronem pro Marco Marcello,ſimillimum deo iudico,pro ualde ſimilem deo. Et ſciendum quòd ex eiſdem formis,ſiue terminationibus ſupradictarum in comparatiuis partium orationis,fiunt etiam ſuperlatiua. Sunt igitur formæ ſuperlatiuorum. vi. Duæ quidem in quas pleraq; deſinunt ſuperlatiua,rimus & ſimus: Sex uero in quas pauca, limus,ximus,timus,remus,ſimus,nimus. Et omnia ſuperlatiua mobilia ſunt p tria genera,id eſt mutatione us,in a faciunt fœminina, a in um,neutra. In er igitur deſinentia poſitiua cum ſint adiectiua,ſiue ſecundæ ſeu tertiæ declinationis accepta, rimus faciunt ſuperlatiuum,ut pulcher pulcherrimus, miſer miſerrimus, pauper pauperrimus, pauperrimus,acer acerrimus,excipiuntur dextimus & ſiniſtimus, pro dexterrimus & ſiniſterrimus. Salluſtius in Iugurth. Sylla cum equitatu apud dextimos, in ſiniſtra parte Manlius curabat cum funditoribus. In us uero terminantia ſecũdæ declinationis aſſumunt genitiuo s & ſimus, & faciunt ſuperlatiuum, ut clarus clari clariſſimus, doctus docti doctiſſimus, perditus perditi perditiſſimus, exceptis anomalis, id eſt inæqualibus,quæ ſunt, Bonus optimus, malus peſſimus, magnus maximus, paruus minimus, multus plurimus, hæc autem inæqualia ſunt. excipitur etiam maturrimus cuius cum poſitiuus ſit maturius, tamen quaſi à nominatiuo matur,qui nunc in uſu non eſt, naſcatur, in er,deſinentiũ regulam ſeruauit,id eſt in rimus terminatur: inuenitur etiam maturiſſimus ſecundum analogiam in us terminantium. Cicero ad Herennium in quarto: Quibus uirtutibus omnem tueri uitam poſſint,eas in ætate maturiſſima uelint cõparare. Nuperrimus etiam proferebant antiquiſſimi. Vnde aduerbiũ poſuit Cicero in tertio ad Herenniũ: Et quoniam nuperrime dictum eſt facile memoriæ mãdatur. qui ſuperlatiuus magis ab aduerbio in er deſinente uidetur naſci. Nomen enim poſitiuũ in us definit,ut Capro uidetur nuperus,cuius accuſatiuũ protulit Plautus in captiuis: Recens captum hominem & nuperum & nouitium,& bene. Vt enim ſuperus,ſic nuperus,debet eſſe. Liuius in odyſſea: Inferus an ſuperus tibi fert deus funera Vlyſſes. Tertiæ uero declinationis nomina quæ habent ſuperlatiuũ, abſq; in er deſinentibus, de quibus ſupra dictum eſt,cætera genitiuo aſſumunt ſimus,ut locuples locupletis locupletiſſimus,uilis uilis uiliſſimus,ſapiens ſapientis ſapientiſſimus, iners inertis inertiſſimus,concors concordis concordiſſimus, audax audacis audaciſſimus. Excipiũtur hæc facillimus,difficillimus,gracillimus,humillimus,ſimillimus,diſſimillimus,agillimus: quorum cum in is deſinant poſitiui, abiecta is & addita limus faciunt ſuperlatiuum. Excipiunt̃ etiam in bris deſinentia: ris enim in er mutant, & accepta rimus faciunt ſuperlatiuũ,ſalubris ſaluberrimus,celebris celeberrimus. Cicero in ſecundo ad Herenniũ,locus quæritur,celebris an deſertus. Ouidius tamen ſaluber dixit & celeber in iii. faſtoꝝ: Phœbe ſaluber ades. &: Circus erit pompa celeber numeroq; deorum. ergo magis ſecundum analogiam in er terminantinm faciunt ſuperlatiuum: etiam ueterrimus notandum: q̃ cum in us eius poſitiuum deſinat,tamen formam in er terminantium ſeruat in ſuperlatiuo,ueterrimus,quaſi à ueter poſitiuo: quod Capri quoque approbat autoritas, & uſus antiquiſſimorum. Ennius: Gum ueter occuluit Priamus ſub Marte Pelaſgo, cuius etiam comparatiuum ueterior protulit Plautus in Bacchidi

bus: Senem tibi dedo illum ueteriorem Lepide ut lenitum reddas. Inximus duo definunt, unum anomalum à positiuo in us, definente, secūdæ declinationis, magnus maior maximus: Alterum ab aduerbio, ut prope propior proximus, quod tamen quando pro cognato accipitur, positiui significationē habet, ideoq; à legis latoribus etiam comparatiue profertur, apud quos sæpe inuenitur proximiores, id est propiores cognati, ut Vlpianus in libro. xxv. ad edictum: si quis proximior cognatus nasceretur. Vegetius Renatus rei militaris libro primo: Sed latera eorum subducantur ab hostibus, ne possint uulnus accipere, & proximior dextra sit quæ plagā possit inferre. Nec mirum cum apud Græcos quoq; inueniūtur huiuscemodi, ut Aristoteles ἀπὸ τοῦ ἐχατοῦ ἐχατότατος dicit, cum ἔσχατος, id est extremus sit superlatiuus. Intimus, definit unum anomalum, optimus, & ab aduerbijs siue præpositionibus deriuata hæc: Intra interior intimus, ultra ulterior ultimus, citra citerior citimus. Cicero de rep. in sexto, ex quibus erat ea minima quæ ultima cælo, citima terris, luce lucebat aliena. Afranius tamē etiam positiuū eius citer protulit in Patella, teste Aruntio, & præterea dextimus & sinistimus. Extimus quoq; pro extremus dicebant antiqui. Varro περὶ ἀτρέσεως: Porro inde ab uno quoq; compito ternæ uiæ oriuntur, ex quibus singulæ exitum ac telos habent, proprium à primo compito dextimam uiam munit. Epicurius Celius in primo histo. dextimos in dextris scuta iubet habere. Sallustius in Iugur. ut supra diximus: Sylla cum equitatu apud dextimos, in sinistra parte Manlius cum funditoribus. Plinius in sexto naturalis historiæ: Dyrrachium, Canusium Apuliæ extimā. In remus quæ sola forma e habuit longam penultimā, cum omnis forma superlatiui i correptam habeat ante mus, ut pulcherrimus, doctissimus, sapientissimus, maximus, ultimus. Ab aduerbijs siue præpositionibus uenientia definunt hæc, extra exterior extremus, supra superior supremus, post posterior postremus. Ex quo apparet neq; à supero neq; à postero fieri comparatiuos siue superlatiuos, sicut neq; ab infero infimus, qđ solum in simus definit, sed ab aduerbio infra inferior infimus. Nam si essent à nominibus supero postero infero, seruassent regulam in us terminantium secundæ declinationis, quæ in simus proferunt superlatiuum, & facerent superissimus, & inferissimus, & cætera. In nimus unum anomalum definit, ut paruus minor minimus. In rimus unū à uerbo inuenitur detero, deterior deterrimus, & unū anomalum plurimus. In simus etiam unum anomalum inuenitur, pessimus. Nam nouissimus uidetur secundum analogiam à nouo factum. Ab eo autem quod est ante anterior, superlatiuum in usu nō inueni. A penè autem aduerbio superlatiuum in simus protulit Plautus in Mostellaria: Ità ne mea consilia peruertit penissime? Item ab eo quod est penitus aduerbio superlatiuo usus est. Idē in Persa: Furtiuam adductam ex Arabia penitissima. Sciendū tamē q; etiam nomē inuenitur hic penitus huius penitī, ex quo magis superlatiuus gradus nascitur. Plautus in Asinaria: Etiam ne age quæso hercle, usq; ex penitis faucibus. Illud quoq; notandum, quòd omnia, & comparatiua & superlatiua duaꝝ excedunt numeꝝ syllabaꝝ, exceptis his prior & primus, & anomalis his minor & maior & peior & plus. Nec mirum cum positiua quoq; ex quibus nascuntur cōparatiua & superlatiua bisyllaba sint: uel eo plus p genitiuos, & uel unam uel duas assumētia syllabas faciunt supradictos gradus, ut ditis ditior ditissimus, clarus clarior clarissimus, niger nigrior nigerrimus, utilis utilior utilissimus, similis similior simillimus, infra inferior infimus. Superlatiuus uero comparatiuū est quando superat una syllaba, ut quādo in simus finit, iustior iustissimus. Et qñ in rimus superlatiuus finit, si positiui nominatiuus & genitiu⁹ pares habeat syllabas, ut teter tetri tetrior teterrimus, acer acris acrior acerrimus. Est qñ par est, ut in limus terminās, ut agilior agilimus, facilior facillimus. Est quando una uincit syllaba, ut quādo in simus, uel in timus, uel in remus definit: inferiorinfimus, ulterior ultimus, exterior extimus, uel extremus. Varro in orthographia:

Ergo inter solis stationem, & sidera septem
Exporrecta iacet tellus, huic extima fluctu

Oceani interior Neptuno cingitur ora. Plautus in truculento: Bona perdidi, mala reperi, factus sum extimus à uobis. De diminutiuo.

DIminutiuum est quod diminutionem sui primitiui absolute demõstrat, ut rex regulus, id est paruus rex. Ideo autem positum est absolute, quia comparatiua quoq; non solum augẽt, sed etiam est qñ minuunt uim primitiuorũ, sed non absolute, ut maiusculus paruo maior quàm ille qui magnus est. Ad aliquid em̃ omnimodo fit comparatio, ut breuior dicit̃ ad breuem, & angustior ad angustum. Vnde quamuis in his quoq; comparatiuis inueniant̃ quædam diminutiua apud Latinos, ut superius docuimus, non possunt tamen esse absoluta, cum à comparatiuis sint deriuata, & ipsa quoq; comparationem significent, ut maiusculus minusculus. Necesse est enim ad aliquid ea comparari, ut Terent. in eunu. Thais quàm ego sum maiuscula est, id est paruo maior quàm ego. Alia autem diminutiua, id est omnia quæ non à comparatiuis deriuantur ex sese habent diminutionem, & nulli comparant̃, ut regulus, tantulus. Solent aũt diminutiua uel necessariæ significationis causa proferri, ut Sallust. in Iugur. Postquam reguli in unum cõuenere. Reguli, id est parui reges: uel urbanitatis causa, ut Iuue. in. iiij. sat. Vnde fit ut malim fraterculus esse gigantum: uel adulationis causa, & maxime puerorũ, ut catulaster, Antoniaster, patritiolus, Sergiolus. Deriuant̃ igit̃ pleraq; ab appellatiuis, pauca etiam à propriis, & seruant genera primitiuorum plerunq;. & sæpe inueniunt̃ diminutiuorũ diminutiua, in diuersas definentia formas, ut homo homũcio homunculus, homullus homullulus. Sunt igit̃ formæ diminutiuorũ masculini generis, hæ, culus, ulus absq; c, olus, ellus, xillus, illus absq; x, ullus, cio, aster, leus, tulus. Culus, ut igniculus. ulus absq; c, tantulus. olus, sergiolus, capreolus. ellus, agellus. illus x antecedente, paxillus. absq; x, codicillus. ullus, homullus. cio, homuncio. aster, parasitaster. leus, aculeus, ecuIeus. tulus, nepotulus. Plautus in milite glorioso: Si te saluum hinc amittimus uenerium nepotulum. Fœminini aũt generis hæ, cula, ula absq; c, ola, ella, xilla, illa absq; x, ulla: ut anicula, syluula, unciola, capella, maxilla, anguilla, ulla. Neutrorum quoq; sunt formæ hæc culum, ulum sine c, olum, ellum, illum, cum x, & sine eo ulum, ut corpusculum, corculum. Plautus in Cassina, Meum corculum, melculum, uerculum, ulum sine c, capitulũ, laureolum, Lucellum, uillum, uexillum, ullum. Et sciendum q; nomina tertiæ uel quartæ uel quintæ declinationis pleraq; non tũ omnia, ut quidam putauerunt diminutiuorũ masculina in culus, fœminina in cula, neutra in culum terminant. A primæ uero uel secundæ declinationis nominibus nullum inuenit̃ diminutiuum, in has definens formas, nisi à primitiuo habeat c, ut græcus græculus, furca furcula. Earum igit̃ quoq; formarum, ut potero, regulas conabor exponere. Monosyllaba in s definentia uocali antecedente, cuiuscunq; sint generis, & in er omnia, quæ sunt tertiæ declinatiõis, & in us neutra, ntõ assumunt in masculino culus, in fœminino cula, in neutro culum, ut flos floscullus, mas masculus, mus musculus, plus plusculus, os osculum: quod quamuis sit formæ diminutiuæ, tamen quia aliam habuit significationem, fecit ex sese aliud diminutiuũ oscillum. Similiter faciunt in er terminantia diminutiuum, ut frater fraterculus, pater pateroulus: quod & proprium inuenit̃. mulier muliercula, pauper pauperculus, paupercula pauperculum, mater matercula. Plautus in Cistellaria, Tun' tu ne igitur mea matercula? Excipitur uenter uentriculus. Lucanus in. iiij. Qua iam non medius descendit in ilia uenter. Iuuenalis in primo: Infra uentriculũ tenui distantia rima. Sic etiam in us neutra, munus munusculum, corpus corpusculum, opus opusculum, crus crusculum. Plautus in * Cistellaria: Cum extortis talis, cũ crocotillis crusculis. Similiter thus thusculũ. Idem in Aululatia: Nunc thusculum emi hoc, & coronas floreas. Necnon & comparatiua eiusdem generis terminationisq;, similiter faciunt diminutiua, sed mobilia, id est masculini & fœminini & neutri generis, ut maius maiusculus maiuscula maiusculũ, minus minusculus minuscula minusculum, grandius grandiusculus grandiuscula grandiusculum. celerius celeriusculus celeriuscula celeriusculum. Vnde Cicero aduerbium celeriuscule protulit ad Heren. in. iij. lib. artis rhetoricæ: Strenue quod uolumus ostende-

re factum,celeriuſcule dicemus.Sic à ſæpius quoq; comparatiuo ſæpiuſcule. Plautus in Caſſina: Vt nubas mihi,illud uolebam quidem, Cum noſtro uillico ſæpiuſcule peccas. Plus quoq; quamuis à maſculino uel fœminino comparatiuis non ueniat,facit tamẽ, ut ſuperius oſtendimus,pluſculus pluſcula pluſculum,ut Teren.in Hecyra: Primum dies compluſculos. Et in Phor. Tum pluſcula ſupellectile opus eſt. Lepus quoq; q̃ ſolum in us maſculinum,ſiue ἐπίκοινον diſſyllabum latinum tertiæ eſt declinatiõis, aſſumit nominatiuo culus, & facit diminutiuum lepuſculus. Cicero de ſignis: Si minus eiuſmodi quippiam uenari potuerant,illa quidem certe pro lepuſculis capiebant. Ad hanc formam etiam poſitiua in or deſinentia,mutant or in us, & accepta culus faciũt diminutiua,ut rumor rumuſculus.Cicero pro Cluentio: Qui imperitorum hominum rumuſculos aucupant.uel aſſumũt culus uel cula: Amator amatorculus,ſoror ſororcula. Plautus in Penulo,uix ægreq; amatorculos inuenimus. Idem in Ciſtellar. Germana mea ſororcula. In is uero,uel in e deſinentia omnia,uel in ns monoſyllaba, uel in rs datiuo corripientia i, aſſumunt ſupradictas ſyllabas,& faciunt diminutiua, ut ignis igni igniculus, teſtis teſti teſticulus,nauis naui nauicula, auis aui auicula, cutis cuti cuticula, clauis clauí clauicula,rete reti reticulũ,fons fonti fonticulus,mons monti monticulus,pons ponti ponticulus,lens lenti lenticula, pars parti particula,dulcis dulci dulciculus,dulcicula dulciculum,ſecuris ſecuri ſecuricula. Plautus in Rudente: Poſt altrinſecus eſt ſecuricula ancipes. Cicero in.iĳ.Tuſculanarũ: Dulciculæ potionis aliquid uideamus. Similiter fidis fidi fidicula. Idem in.iĳ.de natura deorũ: Si platani fidiculas ferrent numeroſa ſonantes. Nam ſi eſſet fides in hac quoq; ſignificatione,quomodo Seruio placet non fidicula feciſſet,ſed fidecula. Et cum omnia hmõi diminutiua tam penultimam quàm antepenultimam corripiant, cuticula ī antepenultimam producit. Iuuenalis: Cum bibet æſtatum contracta cuticula ſolem. Quod eum facere metri neceſſitas compulit. Quatuor enim breues habens dictio in heroico poni aliter non poterat: quamuis Virgilius in hmõi nominibus, id eſt quatuor breues habentibus ſoleat proceleuſmaticos ponere, ut Genua labant,& Labat ariete crebro. Excipit lapis lapillus, quod lapidiculus facere debuit diminutiuum,ut anguis anguilla.unguis quoq; ungula facit: quæ tametſi formam habere uident diminutiui,ſignificatione tñ non ſunt diminutiua,ſecũdum ſupradictam formam. Quartæ quoq; declinationis nomina faciunt diminutiuum. Vs enim uel u,nominatiui in ī, conuertunt correptam,& accipiunt culus in maſculino, in fœminino cula,in neutro culum,ut currus curriculus: dicit tamen & hoc curriculum. uerſus uerſiculus,artus articulus,fluctus fluctiículus, anus anícula, cornu corniculum, genu geniculũ: excipit ab acu aculeus,domus domuncula. In x omnia uel in ns ſupra ſyllabam, uel in t deſinentia,genitiui exrremam terminationem,id eſt is in u conuertũt,& accepta lus la lum, faciunt diminutiuum,ut Rex regis regulus,codex codicis codiculus, & ex eo codicíllus, hæc fornax formacis fornacula, fax facis facula, ceruix ceruicis ceruicula, adoleſcens adoleſcentis adoleſcentulus,caput capitis capitulum. In es productam deſinentia fœminina tertiæ declinationis uel quintæ,abiecta s, aſſumunt cula,& faciũt diminutiua,& ſeruant ē productam,ut uulpes uulpecula, nubes nubecula, dies diecula, res recula. Plautus in Ciſtellaria: Siquidem imperes ꝓ copia,pro recula. uepres ueprecula. Cicero pro Seſtio,uepreculis extracta nitedula: excipit merces, cuius is genitiui in ula conuerſa,facit diminutiuum mercedula. Cicero de oratore primo: Infidi homínes mercedula adducti miniſtros ſe præbent in iudicijs oratoribus. Et apes cuius diminutiuum pro ē longa ī habuit apícula. Plautus in Curculiõe: Ego ne apicularum opera congeſta non feram? In us terminans unum tertiæ declinationis commune triũ generum abiecta s, aſſumit lus in diminutiuo,ut uetus uetulus, fœmininum uetula, neutrum uetulum. Perſius: Tun' uetulæ auriculis alienis colligis eſcam? Iuue.in primo: Vetulæ ueſica beatæ. Sus quoq; commune,abiecta s, & aſſumpta cula facit diminutiuũ ſucula. Plautus in rudente: Quin tu i dierecta cum ſucula & porculis. In o deſinentia, ſi faciunt diminutiua,conuertunt o in un, & accipiunt culus uel cula,ut tyro tyrun-

culus. Iuuenalis in. iij. Nec fruſtum capræ ſubducere, nec latus afræ Nouit auis noſter tyrunculus, & nouus omni, Tempore. Latro latrunculus, carbo carbunculus. Cice. ad Herennium in. iiij. Aut ſi Prometheus cum mortalibus ignem diuidere uellet, ipſe à uicinis teſtula ambulans, carbunculos corrogaret. Pedo pedunculus, gurgulio gurgulium cuius. Plautus in Rudente; Gurguliunculos minutos fabulare. uirgo uirguncula. Iuue. in. ij. Tunc cum uirguncula Iuno. ratio ratiuncula. Teren. in Phor. Erat ei de ratiuncula. offenſio offenſiuncula. Cicero Pro Plancio: Iſta in ædilitate offenſiuncula accepta. Item lolligo lolliguncula. Plautus in Caſſina: Emito ſepiolas lepidas lolliguncula. homo homunculus. Plautus in Rudente: Homunculi quanti eſtis, eiecti, ut natant. Dicit tamẽ & homuncio, & homullus & homullulus. Idem in eodem: Homullus & ex argilla, & ex luto fictus. Leno lenunculus uel lenulus. Plautus in Penulo: Sic deriſorem ære militari tetigero lenunculum. Idem in eodem: Ita ut cœpi hoc dicere lenule de illa pugna, ſimiliter facit diminutionem fur furunculus. Cicero in Piſonem: Olim furunculus, nunc uero etiam rapax. In nus, ſiue habeant ante n aliam conſonantẽ, ſiue non: & in lus, ſi non habeant geminatam l, & in r ſecundæ declinationis nomina duplicant l ante us in diminutiuis, ut aſinus aſellus, geminus gemellus, bonus bellus, pugnus pugillus, agnus agnellus. Quod ideo ſeruauit n, ut ſit differẽtia inter agri diminutiuum, quod eſt agellus. Anulus anellus, oculus ocellus, populus popellus, catulus catellus, tener tenellus, liber libellus. Et ſciendum q̃ omnia e, habent penultimam abſq; pugillo, niſi primitiua penultimam habeant natura productam in omni genere. Tunc enim ſeruant primitiui uocalem, ut unus una unum, ullus ulla ullum, uinum uillum. Excipit unum in lus deſinens, paulus quod non geminauit l in diminutiuo. Nec mirum cum au diphthongus poſt ſe geminari conſonantem prohibeat. Facit igit paulus paululus, & ex hoc pauxillus & pauxillulus. Quas formas ſeruant & fœminínum & neutrum eius, paula paulula, pauxilla pauxillula, paulum paululũ, pauxillum pauxillulum. Similiter uelum uexillũ facit diminutiuum. Et puto ideo hæc aſſumpſiſſe x, quia hæc in lus uel in la uel in lum deſinentium primitiuoꝝ facientium diminutiua penultimam natura longam habent, paulum pauxillum, uelum uexillum. Ideoq; mala aſſumpſit x cum facit maxilla, & talus taxillus. Pomponius: Interim dum contemplor orcam, taxillos perdidi. Quæ uero geminant l ante us uel la uel lum, in ulus ula ulum faciunt iteꝝ diminutiuum, ut homullus homullulus, pauxillus pauxillulus, pauxilla pauxillula, pauxillum pauxillulum. Fœminina quoq; in na deſinentia, ſiue habeant ante n aliam conſonantẽ, ſiue non, geminant l in diminutiuis ante a, ut catena catella, aſina aſella, gemina gemella, columna columnella. Excipit rana ranunculus, & luna lunula. Eandem formam in la quoq; deſinentia, uel in ra ſeruant, ut fabula fabella, tabula tabella, libra libella, capra capella, umbra umbella, ſacer ſacra ſacrum, ſacellus ſacella ſacellum, puer puera, antique, ex quo puella, tener tenera tenerum, tenellus tenella tenellum, miſer miſera miſerum, miſellus miſella miſellum. Excipiunt in ra deſinentia, quæ nec à maſculinis in er deſinentibus fiunt, nec habent ante r aliam in eadem ſyllaba cõſonantem, ut ara arula, terra terrula, litera literula. Neutra quoq; in num deſinentia, geminant in diminutione l ante um, & ſi g habeant ante n in penultima ſyllaba diminutiui i, non e accipiunt, ut tignum tigillum, ſignum ſigillum. Alia uero e habent in penultima, niſi ſit (quod ſuperius docuimus) penultimi primitiui naturaliter longa, ut bonum bellum, geminũ gemellum, ſcamnum ſcamnellum. Apuleius tñ in. i. Hermagoræ: Verũ infirma ſcamnilloꝝ, obice fultæ fores. Quæ uero in um deſinunt i, penultima antecedente, mutata i, ultima genitiui in o, & accepta lum, faciunt diminutiuum, ut pallium palliolum, negotium negotiolum. Plautus in Ciſtellar. Datores belliſſimi negotioli ſeneces ſoletis eſſe. Similiter in illum uel in ellum, faciunt diminutiua in rum uel in lum deſinẽtia, ut tantulũ tantillum, lucrum lucellum, cerebrum cerebellum, flabrum flabellum, flagrum flagellum. caſtrũ caſtellum, ſacrum ſacellum. Et ſcire debemus, q̃ in ellus & in illus deſinẽtia, diminutiua ſi à diſſyllabis deriuant, aſſumũt unam ſyllabam, ut agnus agnellus, li

ber libellus,culter cultellus,paulus pauxillus.similiter fœminina in ella uel in illa terminantia,capra capella,libra libella,umbra umbella,paula pauxilla:sicut etiam neutra in ellum & in illum exeuntia,tignum tigillum,signum sigillum,lucrum lucellum. Excipiũtur à definentibus in nus,uel na,uel num,(quæ nullam habent consonantem antecedentem in eadem syllaba ante n) uenientia,ut à bono,uno,uino deriuata. Hæc eñ pares habent syllabas primitiuis,bonus bona bonum, bellus bella bellum,unus una unum, ullus ulla ullum,uinum uillum. Notandum etiam pannus ꝙ panniculus facit. Iuuenalis in.ij. Quarum delicias etiam bombycinus urit,Panniculus. A trisyllabis quoq; ueniẽtia diminutiua,quæ geminant l pares habent syllabas suis primitiuis, ut oculus ocellus, catulus catellus,geminus gemellus,fabula fabella,tabula tabella. Excipiuntur quæ in primitiuis ante n,aliam habent in eadem syllaba consonantem. Hæc enim unam addunt syllabam diminutiuis,sicut etiam dissyllaba eiusdem terminationis, ut columna columnella, sicut agna agnella,tignũ tigillũ. In us desinẽtia secundæ declinatiõis nomina e uel i antecedẽtibus,mutant us in o, & accepta lus,faciunt diminutiua,ut urceus urceolus. Iuuenalis in primo: urceoli sex. Alueus alueolus,luteus luteolus,malleus malleolus,aureus aureolus. Plau.in Epidico: Lunulam & anellum aureolum. Capreolus quoq; uidet à ntõ capreus esse,cuius fœmininum in usu est caprea. Nam capra à capro fit,ex quibus capellus & capella fiunt diminutiua. I quoq; antecedẽte,ut filius filiolus, gladius gladiolus. Appr̃s, Sergius sergiolus, Tullius tulliolus, Patritius patritiolus. Excipit Antonius, quod antoniaster facit diminutiuum. Cicero pro Vareno: Lucius ille Septimius diceret:etenim est ad Lucij Crassi eloquentiam grauis,& uehemẽs, & uolubilis Erucius hic noster antoniaster. Fœminina quoq; e uel i ante a habentia,in ola faciunt diminutiua, ut laurea laureola,uncia unciola,filia filiola,tullia tulliola,lutea luteola. Virgi.in Buc. Mollia luteola pingit uacinia calta. Iuuenalis in.i. Vnciolam Proculeius habet, sed Gillo deuncem. Etiã neutra e uel i ante um habentia,in diminutiuis o habent ante lum, ut luteum luteolum, pallium palliolum. Iuuenalis in.i. dorida nullo Cultam palliolo. Laureum laureolum. Idem in.ij. Laureolum uelox etiam bene Lentulus egit. Alia uero omnia in us terminantia supradictæ declinationis nomina,abiecta s, accipiunt lus, & faciunt diminutiua,ut tantus tantulus,uentus uentulus, seruus seruulus, paruus paruulus,græcus græculus,paucus pauculus,primus primulus. Fœminina quoq; in a desinentia consonante ante posita,in um,neutra in ula & in ulum faciunt diminutiuum, ut sylua syluula,luna lunula. Plau.in Epidico:Lunulam atq; anellum aureolum. Rubicunda rubicundula,lingua lingula,& per concisionem n, ligula, puella puellula, ferra ferrula. Cice.pro Cluentio,ex omni parte dentatam & tortuosam uenire ferrulam. Aqua similiter aquula. Plautus in Curculione: Ne,quod hic agimus herus percipiat fieri mea Planesium, Mane suffundam aquulam. Similit anima animula, equa equula. Plautus in Cistel.adhinnire equulam possum, ego hanc si detur sola soli. Arca arcula, mensa mensula. Plau.in Mostell. Cedò mihi speculum,& cum ornamentis arculam. Idem in eadẽ: age Accumbe igit cedò aquam manibus puere,appone hic mensulam. In ulum,primũ primulum,tantum tantulum. Hæc tamen & in olus definentia una syllaba uincunt sua primitiua. In aster & cio,& leus,satis pauca reperiunt in usu diminutiua,&ferè hæc: Antonius antoniaster,surdus surdaster. Cicero in Tuscul.v. Erat surdaster M. Crassus. Parasitus parasitaster,Catulus catulaster, homo homuncio, senex senecio. Afranius in Proelito:Tu senecionem hunc satis est si seruat anus. In leus, equus equuleus. Cice.in Ver.de signis:Equuleos argenteos nobiles quiq; maximi fuerant aufert. Hæc acus hic aculeus, oculus oculeus. Vsi sunt autores etiam quibusdam græcis diminutiuis,ut Terẽtius:Aedepol Syrisce te curasti molliter. Inueniunt multa ppria siue appellatiua, quæ cum non sint diminutiua,formas tamen habent diminutiuorum,ut cuniculus, aniculus, Metellus,Camillus,Tibullus,friuolus friuola friuolum,tabula,Camilla, uinculum,periculum. Et sciẽdum ꝙ pauca inueniunt diminutiua, quæ non seruant genera primitiuorum,ut hæc rana,hic ranũculus:hic canis,hæc canicula:hoc scutum,uel hæc scuta, id est

forma rotunda. ſcutula & ſcutella. Lucilius in. vi. Scutam ligneolam cerebro infixit. Dies diecula, hic qualus, hoc quaxillum, piſtrinum piſtrilla, hæc acus, hic aculeus. Et præterea anguis anguilla, unguis ungula, nubes nubilū: quæ magis denominatiua ſunt exiſtimanda quàm diminutiua. Quippe non habent diminutiuorum ſignificationem, ſed formam tantum. Præterea panus panula uel panicula. Lucilius in. viī. Intus uero ſtet rectus ſub tegmine panus. Probus etiam ponit hoc glandium hæc glandula, pars eſt inteſtinorum. Enſis enſiculus & enſicula, præterea hæc beta malua, hic betaceus, maluaceus.

PRISCIANI CAESARIENSIS
GRAMMATICI LIBER .IIII.

De denominatiuis.



Enominatiuum appellant à uoce primitiui, ſic nominatum, non ab aliqua ſpeciali ſignificatione, ſicut ſupradictæ ſpecies. Habet igitur generalem nominationem omnium formarum quæ à nomine deriuantur. nam & patronymica & poſſeſſiua & comparatiua & ſuperlatiua & diminutiua, præter uerbalia & aduerbialia, & ea quæ ex præpoſitionibus fiunt, ex maxima parte denominatiua ſunt, id eſt à nominibus deriuantur. unde in illorum formis quoq; ſunt quædam, quæ cū non habeant ſignificationem eoꝝ, denominatiua iure appellantur, ut Timarchides, pprium, æmilianus quoq; nobilior, maximus, catulus. Hæc enim denominatiua ſunt dicēda, cum ſignificationem ſuarum non ſeruant formarum, & ſint propria: de quibus tamen ſufficienter, cum de ijs tractabatur, monſtrauimus. Habent igitur denominatiua formas plurimas, & diuerſas ſignificationes: quæ quia latæ ſunt & confuſæ, generali eas nominatione artium ſcriptores denominatiua nuncupauerunt: & quia multæ inueniuntur formæ communes tam denominatiuis quàm uerbalibus, necnon etiam participialibus & aduerbialibus, non incongruum eſſe exiſtimo, de his quoq; in loco uno tractare. Sunt igiť formales denominatiuorū terminationes, ſiue uerbalium hæ: ia, ut durus duritia, prudens prudentia, ſapiens ſapientia. A conſonante antecedente, ut cantus cantilena. e, cubo cubile, ſedeo ſedile. i, à fruge frugi, à nihilo nihili: quæ tamen magis obliqui ſunt ſuprapoſitorum nominatiuorum, ut de nominatiuo & genitiuo tractantes in ſexto libro, docebimus. O, à cicere Cicero. V, ut tono tonitru. Al, ceruix ceruical, tribunus tribunal. Il, uigilo uigil, pugillus pugil. Vl, exulo exul, præſulo præſul. Am, nequis nequam. Vm, oliua oliuetum, roſa roſetum, tendo tentorium, ſto ſtabulum, præſideo præſidium. En, ſolor ſolamen. Ar, lacus lacunar, calx calcar, cædo Cæſar. Er, eques equeſter, macies macer. Or, ſenatus ſenator, amo amator. Vr, ſatio uel ſaturo ſatur, murmuro murmur. As, primus primâs, optimus optimâs, ciuis ciuitas, probus probitas, arpinum arpinâs. Es correptā, pes pedes, equus eques, tego teges. Er productam, ut pauper pauperies, acus acies, ſepio ſepes, ſtruo ſtrues, ſterno ſtrages. Is, ædes ædilis, rex regalis, penetro penetrabilis, amo amabilis, Athenæ athenienſis, Sicilia ſicilienſis. Os, lepus lepos, cuſtodio cuſtos. Vs puram, occido occiduus, & ab aſſideo uel ab aſſe, ut quibuſdam placet, aſſiduus. Vs diuerſis conſonantibus antepoſitis, ſaxum ſaxoſus, ſpuma ſpumoſus, uito uitabundus. Et à participijs, uerſus, ſaltus, quando quartæ ſunt declinatiōis: & ab aduerbijs, ſuprà uel ſuper ſuperus, infra inferus, extra externus, hodie hodiernus. In x, fur furax, capio capax, audeo audax, uerto uertex. in duas conſonantes, ut picenum picens, tyburtū tyburs.

Ergo in a definentia denominatiua, ĭ habent breuem ante a, uel l, uel n, uel r, ut ſapientia, acrimonia, cautela, ſuadela, tonſtrina, armatura. inueniuntur tamen in uerbalibus etiam alias cōſonantes ante a habentia, ſed quas à uerbis accipiunt, ut ſcribo ſcriba, conuiuo conuiua, colligo collega. Secundæ igitur declinationis nomina in us definentia, c antecedente, quotcunq; ſint ſyllabarum, niſi ſint regionum nomina, quæ deriuan-

tur ex his,alia uero quacunq; conſonante ante us poſita tantum diſſyllaba, & quæ in is deſinentia tertiæ declinatiõis ſimilem habent ntõ genitiuum, quæ ſecundæ quidẽ ſunt gtõ,quæ uero tertiæ datiuo aſſumũt tia, ut amicus amici amicitia,inimicus inimici inimicitia, pudicus pudici pudicitia, lætus læti lætitia, durus duri duritia,mœſtus mœſti mœſtitia,ſtultus ſtulti ſtultitia,ſegnis ſegni ſegnitia, triſtis triſti triſtitia, i tam penulti ma q̃ antepenultima ubiq; correpta. Alia uero ſupradictis caſibus aſſumũt a penultima ĭ ubiq; in his quoq; correpta, ut controuerſus controuerſi controuerſia,ignauus ignaui ignauia,uiolentus uiolenti uiolentia,ſuperbus ſuperbi ſuperbia, modeſtus modeſti modeſtia,miſer quoq; quamuis in er deſinat, miſeri miſeria facit. aſtutus aſtuti aſtutia. Similiter regionum nomina pleraq;,Italus itali italia,Gallus galli gallia, Sicanus ſicani ſicania,colonus coloni Colonia,Hiſpanus hiſpani hiſpania,Dardanus dardani dardania, Tuſcus tuſci tuſcia,Græcus græci græcia,Teucrus uel teucer teucri teucria. Similiter faciunt tertiæ declinationis nomina ſiue participia,quæ una ſyllaba uincunt gtõ nominatiuum: aſſumunt enim datiuo a penultima ĭ ubiq;,ſicut ſupradictum eſt,correpta:negligens negligenti negligentia,prudens prudenti prudẽtia,miſericors miſericordi miſericordia,iners inerti inertia,inops inopi inopia,ius iuri iniuria, nomen nomini ignominia,Cæſar cæſari cæſaria. Inueniuntur tamen quædam quæ in monia deſinunt, à nominibus ſiue à uerbis deriuata,ut caſtus caſti caſtimonia,parco parſi parſimonia,queror queri querimonia,acer acri acrimonia. Cicero in Verrem primo: Quare ſi Glabrionis patris uim,& acrimoniam ceperis. Conſonante uero antecedente in a deſinentia denominatiua ſeu uerbalia formas habent tres,la na ra la, ē longa antecedente,cautus cauti cautela,tutus tuti tutela,acutus acuti acutela,cuſtos cuſtodi cuſtodela,mandatum mandati mandatela,cliens clienti clientela. Et nota q; omnia extremam uocalem genitiui ſi ſecundæ ſint,ſin tertiæ,datiui in ē longam conuertentia,aſſumunt la. Quæ uero à uerbis fiunt ſecundæ coniugationis à ſecunda perſona abr̃ciunt s, & aſſumunt la, ut candeo candes candela,ſuadeo ſuades ſuadela. Horat. in epiſtolarum primo: Ac bene nummatum decorat ſuadela uenusq;. In na uero deſinentia denominatiua ſiue uerbalia,de quibus iam diximus,cum de poſſeſſiuis nus uel na uel num deſinẽtibus tractabamus, omnimodo longam habent penultimam,uel natura,uel poſitione, ut officium officina, medicus medicina,rex regis regina, leo leæna, doctrix doctrina, tonſtrix tonſtrina, coquus coquina uel culina,cantus cantilena,far farina,luceo lucerna,lux lucis lucina, lateo laterna. Nam mutina,ſagana uel ſaga,pagina nõ uidenť eſſe deriuata. ſagana enim & ſaga idem ſignificant. Ra aũt terminantia omnia participĩs fœmininis, futuri temporis ſimilem habent formam, unde penultima quoq; u ſine dubio producitur, ut ſcriptura, creatura,tritura,cenſura,tonſura,uſura,litura,natura,cultura,armatura. Et ſciendum q; omnes ſupradictæ formæ,id eſt in a deſinentes,proprie ſunt fœminini generis. Inueniuntur tamen pauca uerbalia (ut ſupra dictum eſt) maſculina uel communia, conſonantes uerborum ſeruantia,ut ſcribo hic ſcriba, lego hic collega, fugio hic & hæc perfuga, aſſequor aſſecla,aduenio aduena, conuenio conuena, conuiuo conuiua. In e deſinentia deriuatiua neutra ſunt, ut ſedile, monile,cubile, utile; & quia pleraq; à communibus in is terminantibus naſcuntur, melius cum illis tractabuntur. In i duo ſunt denominatiua,ut pleriſq; uidetur indeclinabilia,à fruge frugi,à nihilo nihili. Quidam enim figurate frugi datiuum, & nihili genitiuum, ut antè dictum eſt,cum omnibus alĩs coniungi caſibus non irrationabiliter dicunt,ſicut mancipi,& neumancipi,& cordi, & huiuſmodi, & illiuſmodi, & ſimilia. In o maſculina quidem, & communia pauca inueniuntur deriuatiua,ut à cicere Cicero,ab eo quod eſt catus Cato,& à capite Capito, & à labe labeo,à latendo latro,à leniendo leno,à comedendo comedo,à palpando palpo,ab epulando epulo. Cicero de oratore, Tres uiros epulones. Fœminina uero plurima deriuatiua inueniuntur,modo in io, modo in go, modo in do deſinentia, & penè omnia rerum ſunt incorporalium. In io igitur terminantia plerunq; à participĩs fiunt præteriti temporis,quorũ gtũs aſſumpta o & correpta i, facit huiuſmodi nomina,oratus orati ora-

tio,accuſatus accuſati accuſatio,ſtatus ſtati ſtatio,datus dati datio,nexus nexi nexio,abolitus aboliti abolitio, auctus aucti auctio, lectus lecti lectio, perfectus perfecti perfectio,munitus muniti munitio,hauſtus hauſti hauſtio. Internectus autem internecti internecio facit euphoniæ cauſa abiecta t. In go uero definentia,ſiue ſint deriuatiua,ſiue primitiua uel compoſita,penultimas producũt,uel natura,uel poſitione,ut margo, compago, Carthago,ſartago,caligo,uligo,rubigo,ferrugo,erugo,uirgo,uirago,fuligo,excipit unum ligo,cuius penultima corripitur,nec mirum cum ſit maſculinum,& ſolum diſſyllabum uocalem i ante go habens. In do definentia deriuatiua tam à nominibus q̃ à uerbis uel à participijs ueniunt: hæc quoq; modo ē longam,uel ī: modo tu habent ante do, ut acris acredo,dulcis dulcedo,intercapio intercapedo,torpeo torpedo,libet libido,cupio cupido,formido formidas formido formidinis,qđ ideo facit ſimile nomen uerbale primitiuo uerbo,q; ipſa poſitio uerbi habuit talẽ formam.In tudo,fortitudo,magnitudo,habitudo. Et ſciendum q; ē productam ante do habentia,ſi à nominibus deriuant, extremæ ſyllabæ terminationes in e conuertunt, & accipiunt do, ut dulcis dulcedo, acris acredo: ſin à uerbis ſecundæ terminationes perſonarum in ē productam ſimiliter conuertũt,& accepta do, faciunt ſupradictæ formæ deriuatiuum,ut intercapio intercapis intercapedo, torpeo torpes torpedo. Similiter ī ante do habentia extremas ſyllabas ſecundæ uel tertiæ perſonæ in ī longam conuertunt,& accipiunt do, ut cupio cupis cupido, libet libido. excipit formido propter ſupradictã cauſam. In tudo uero definentia,ſi à nominibus ueniunt ſecundæ declinationis, non à participijs uel participialibus,genitiuo: ſin tertiæ datiuo, aſſumunt tudo ĭ antepenultima correpta,ut amplius ampli amplitudo,magnus magni magnitudo,firmus firmi firmitudo,longus longi longitudo, celſus celſi celſitudo,multus multi multitudo,ſolꝰ ſoli ſolitudo,ſimilis ſimili ſimilitudo,ſuauis ſuaui ſuauitudo, fortis forti fortitudo: ſin à participijs uel participialibus in tus definentibus deriuant,abiecta s aſſumunt do, ut habitus habitudo.à teſta quoq; ſiue teſtu teſtudo,quod eſt corporale. necnõ omnia in do definentia,quamuis nõ ſint deriuatiua penultimam u habentia producunt eam uel natura,uel poſitione:ut hirundo,harundo,hirudo. Iu u deriuatiua pauca inuenies,à ſpecꝰ ſpecu,pecus pecu,teſta teſtu,tonitrus tonitru,cornus cornu. nec intereſt aliquid inter primitiuoꝝ,& deriuatiuoꝝ ſignificationem,ideoq; dubium,an ſint deriuatiua dicenda. In al definentia denominatiua,ſi primitiua eoꝝ penultimam natura uel poſitione habuerint productam,ea quoq; longam habent penultimam,ut ceruix cerui cis ceruical,tribunus tribunal,uectus uectigal,lupercus lupercal:ſin illa breuẽ,ea quo q; correptam,ut torus toral,animus uel anima animal. In il uel in ul definentia,ſiue à nominibus, ſiue à uerbis deriuata ſint, fiunt abiectione extremæ uocalium, ſiue ſyllabæ primitiui,ut pugillus pugil,uigilo uigil,conſulo conſul,exulo exul,præſulo præſul. In am unum inuenit trium generum cõmune, quod deriuatur à nequeo nequis nequam. In um definentia deriuatiua,ſiue etiam compoſita,diuerſas habent formas. Quædam enim uocalem habent ē longam ante tum,quædam i correptam ante um: ē, ut oliuetum,uinetum,coryletum,roſetum,dumetum, quærcetum, eſculetum,myrtetum.Quãuis fœminino genere Plautus in Vidularia hoc protulit: Neſcio quis ſeruus è myrteta profiluit: quæ ſunt comprehenſiua uel cõtinentia, id eſt περιεκτικα. ĭ, ut augurium,ſolarium,pomarium,ſolatium,ſuauium,baſium,odium,remedium,concubium,palladium,officium,connubium,conuiuium,exilium,conſilium, indicium,meritorium,municipium,præſidium,domicilium. cõſonantes quoq; ante um habentia deriuatiua diuerſas habent formas. Alia enim in bulum definunt, quæ forma aſſimilis eſt diminutiuis, & ueniunt à nominibus uel à uerbis, ut cuna cunabulũ, ueſta uel ueſtis ueſtibulum,thus thuris thuribulum,uoco uocas uocabulum,concilio conciliãs cõciliabulum,ſto ſtas ſtabulum,paſco pabulum,proſto proſtibulum,patior uel pateo patibulum. Et animaduertendum, q; penultima in omnibus corripitur: antepenultima uero ſi i habeat corripitur,ut ueſtibulum,thuribulum proſtibulum,patibulum:ſi ue-

ro a producitur,ut cunabulum,uocabulum,conciliabulum,pabulum.excipitur ſtabulum quod corripit a. nec mirum cum uerbum quoq; ſtabulo as eandem corripuit ſyllabam,& ſtabilis,& ſtatus,& quæcunq; à uerbo ſto ſtas nomina deriuata fuerint. Excipitur ſtamen & ſtatura,quod tam nomen quàm participium eſt. Lucanus in ſexto:

Laxant rumpentes ſtamina Parcæ. Idem in.vij. Vnaq; percuſſit pontum Symplegas inanem, Et ſtatura redit. Staturus quoq; & ſtatus producuntur,quamuis ſtatus ſtata ſtatum corripiantur. Idem in decimo: zephyros quoq; uana uetuſtas

His aſcripſit aquis,quoq; ſtata tempora flatus. Inueniuntur etiam quædam in culum definentia, quæ à ſecunda deriuantur perſona uerborum, ut diuertis diuerticulum,uerris uerriculum,perior periris, unde peritus, periculum, oras oraculum,propugnas propugnaculum,obſtas obſtaculum, miraris miraculum, perpendis perpendiculum. A ſimplici quoq; quod in uſu non eſt, ſpecio ſpecis ſpeculum, pro ſpeciculum,per ſyncopam cī euphoniæ cauſa,ſimiliter à fero fers ferculum. Alia uero in mentum definunt,quæ plerunq; à uerbis ueniūt,ut ueſtio ueſtis ueſtimentū,hortor hortaris hortamentum, orno ornas ornamentum, ſacro ſacras ſacramētum,fundo fundas fundamentum,moneo mones monimentum,alo alis alimētum,increſco increſcis incrementū. Et ſciendum q̄ antepenultimam productam habent uel correptam, prout ſint penultimæ ſyllabæ præteriti temporis eorum uerborū ex quibus deriuātur, ut ornaui uel ornatus ornamentū,monui uel monitus monimentum,alui uel alitus alimentū,increui uel incretus incremētum,muniui uel munitus munimentū,fulciui fulcimentū. In monium etiam inueniunt̄ deriuatiua i correpta antecedēte,ut patri patrimonium,matri matrimonium,teſti teſtimonium. Sunt alia in um participijs ſimilia,ut factum,dictum,tectum,uiſum:alia quæ à uerbis deriuantur o in um conuertentia,ut regno regnū,ſtagno ſtagnum,uelo uelū,uado uadum. In en definentia deriuatiua m antecedente pene omnia uerbalia ſunt & neutra: & ſi ſint à prima coniugatione, a longam habent penultimam,ut ſolor ſolaris ſolamen, foro foras foramen,curuo curuas curuamen,oblecto oblectas oblectamen, purgo purgas purgamē, irrito irritas irritamen, ligo ligas ligamen: ſin à ſecunda uel tertia i habent correptam, ut moneo mones monimen,rego regis regimen,tego tegis tegimen,et per conciſionem tegmen, à ſpecio ſpecis uel ſpecie ſpecimen. uel u productam ſi in uo definat uerbū, acuo acumen,fluo flumen,nuo numē. eſt enim dei nutus. Vnde Virgilius in primo Aeneidos:

Meo ſine numine uenti,id eſt ſine meo nutu. luo lumen,quo omnia abluunt̄,id eſt purgantur à tenebris. A uerbis quoq; quartæ coniugationis uenientia i productā habent, ut munio munimen,lenio lenimen,molior molimen. Pauca inueniunt̄ in en deriuatiua generis maſculini,ut à pecto pecten,à filo filamen,quod per ſyncopam flamen dicimus. & à cano tamen compoſita maſculina ſunt,quæ in cen definentia ĭ correptam habent penultimam,tubicen,lirícen,cornicen fidicen. Excipit̄ unum tibicen, quod ideo ſolum i productam habuit penultimam, quod ſynæreſis facta eſt duarū ij breuium in unam longam. Debuit enim geminari,quia ſolet plerunq; in compoſitione a in i cō uerti,ut cado incido, facio inficio, iacio inīcio,reīcio, amicus inimicus,tuba tubicen. Sic ergo tibia tibīcen faciebat,ex quo factum eſt tibicen. Nec ſolum i, ſed etiam aliæ uocales in multis dictionibus, ſic ſolent ex duabus ſyllabis, in unam longam trāſire,ut bīugæ bigæ,quadrīugæ quadrigæ,biuni bini. & econtrario una longa in duas breues ſolet ſæpe temporibus diuidi,admittier pro admitti, fieri pro firi uel fire, quod magis analogū eſt. Vnde Virgil. in. iij. Georg. At ſuffire thymo,cerasq; recidere inanes, Quis dubitet. In ar definentia deriuatiua, ſi conſonantē habeant ante ar, penultima ſyllaba producit̄: ſin uocalem,corripit̄,ut cæſus Cæſar,lacus lacunar,lupa lupanar,laqueus aūt laquear. In er deriuatiua à nominibus pleraq; ſt habent ante er, ut eques equeſter,pedes pedeſter,ſylua ſylueſter,campus campeſter,apium apiaſter,olea oleaſter: Et ſciendum q̄ a habent ante ſter, cum in nomine primæ poſitionis nulla ſit conſonans inter uocales penultimæ & ultimæ ſyllabæ, ut apium apiaſter, olea oleaſter.

diminutiua quoq; huiuſcemodi formæ, de quibus iam diximus a habent ante ſter, ut paraſitaſter, ſurdaſter, antoniaſter, catulaſter. Alia uero omnia e habent ante ſter, excepto paluſter, & hæc quidem denominatiua ſunt. Sunt autem uerbalia quæ uerborum conſonantes ſeruant ante er, rubeo ruber. Horatius in primo ſermonum: Obſcœnoq; ruber porrectus ab inguine palus. Piget piger, macero macer. In or & in ur à uerbis inuenio fieri abiectione o, ut coloro color, laboro labor, honoro honor, decoro decor, adoro ador, murmuro murmur, auguro augur, ſaturo ſatur, hoc tamen facit & fœmininum ſatura, & neutrum ſaturum. Alia uero in or deſinentia aſſumũt uerbo r, amo amor, furo unde furens furor. Alia à nominibus uel participijs in us deſinẽtibus fiunt, mutatione us in or, ſenatus ſenator, dictatus dictator, quæſtus quæſtor, tonſus tonſor. In as pleraq; denominatiua ſunt, quorum primitiua ſi ſint ſecundæ declinationis genitiuo: ſin tertiæ, datiuo aſſumunt tas, i penultima ubique correpta, probus probi probitas, nouus noui nouitas, bonus boni bonitas, mendicus mendici mendicitas, aſper aſperi aſperitas, proſper uel proſperus proſperitas, integer integri integritas, ſyncerus ſynceri ſynceritas, ſedulus ſeduli ſedulitas, timidus timidi timiditas. Et notandum q̃ quæ in genitiuo duplicant i, extremam earum mutant in e euphoniæ cauſa, ut Pius pij pietas, medius medij medietas, anxius anxij anxietas, ſocius ſocij ſocietas. liber quoq; excipitur, q̃ nominatiuo aſſumpſit tas, non genitiuo, ut liber libertas. Tertiæ uero declinationis nomina (ſicut ſupra diximus) datiuo aſſumunt tas, capax capaci capacitas, tenax tenaci tenacitas, rapax rapaci rapacitas, procax procaci procacitas, felix felici felicitas, affinis affini affinitas, infidelis infideli infidelitas, celer celeri celeritas, autor autori autoritas. Excipiunt̃ pauca quæ b uel p fine s habent ante er: hæc em̃ nominatiuo aſſumũt tas, ut puber pubertas, huber hubertas, pauper paupertas. Sed hoc poſſumus etiã in ſecũdæ declinationis nominibus obſeruare, ut ſupradictũ eſt. Vnde liber libertas: aſper aũt & proſper quia s habẽt ante p, aſperitas & proſperitas faciũt. ſaluber & ſalubris facit nominatiuum, ideoq; ſalubritas, & celeber uel celebris celebritas. uetus quoq;, quod unum trium generũ in us deſinens inuenit̃, nominatiuo aſſumit tas, uetuſtas. Excipiunt̃ etiam hæc quæ in or deſinentia or mutauerunt in es, & aſſumpſerunt tas, ut maior maieſtas, honor honeſtas. Sunt alia in as denominatiua, quæ plerunq; ſimilia ſunt accuſatiuo plurali primitiuorũ ſuorũ, & ſunt communia, ut primâs, optimâs, Rauennâs, Capenâs, Crotoniâs, Arpinâs, Pontiâs, Lariâs, quæ ideo in fine habent circũflexum accentum, quia p ſyncopam proferunt̃. Perfecta enim eorum inueniuntur apud antiquiſſimos in tis deſinentia, hic & hæc primatis, optimatis, arpinatis. unde neutra quoq; eorũ in e deſinunt, primate, optimate, arpinate. & ablatiui in i, more eorũ, quæ in is deſinentia, cum ſint communis generis, & faciant in e neutrum, in i terminant ablatiuũ, à primati, optimati, arpinati. & teſtis eius eſt Caper, qui diuerſorũ de huiuſcemodi nominibus ponit uſus autorum, confirmans tam in is, q̃ in as huiuſcemodi nomina ſolere proferri. Cato Cenſorius in primo originum: Sed lucus capenatis. Idem in ſecundo: Si quis mortuus eſt arpinatis, eius hæredẽ ſacra non ſequunt̃. Ibidem: Lucum dianiũ in nemore aricino Aegerius, Lebius, Tuſculanus, de dicauit dictator Latinus. hi populi cõmuniter Tuſculanus, Aricinus, Lanuuinus, Laurens, Coranus, Tiburtis, Pometinus, Ardeatis, Rutulus. Ardeatis dixit pro ea qđ nunc dicimus Ardeâs. Titinnius in Pſaltria: Feretinatis populus græca ſtudet, pro Ferentinâs. Non eſt igit̃ dubiũ q̃ (cum in omnibus quæ penultimam habent circunflexam, ſi patiantur ſyncopam, eundem ſeruamus accentum in ultima, ut fumâuit fumât, cupîuit cupît, audîuit audît, produce produc, illîcce illîc, iſtîcce iſtîc: Idq; omnibus placet artium ſcriptoribus, qui de accentu ſcripſerunt) debeant hæc quoq; idem ſeruare, cũ tî ſubtracta, penultima uocalis, quæ circunflectebatur in dictione perfecta, id eſt a inueniatur ultima in conciſione habens eundem accentum. Inueniuntur tamen etiam propria differentiæ cauſa in fine circunflexa, ut Lenâs Lenatis, Menâs Menatis, ne accuſatiui plurales menæ, quod eſt genus piſcis, & lenæ, qđ fœmininum eſt lenonis eſſe

putentur. In es correpta pauca inueniuntur denominatiua, equus eques, pes pedes, & uerbalia tego teges, mergo merges. In es producta uerbalia reperi à præsenti, uel à præterito tempore: à præsenti sepio sepes, luo lues, struo strues, macero macies, luxurio luxuries, illuo illuuies: à præterito rupi rupes. In is denominatiua siue uerbalia, multas & diuersas habẽt formas. Alia enim in alis, alia in elis, alia in ilis, alia in ulis finiuntur, ut curialis, fidelis, uirilis, docilis, curulis. alia uero in ris ā longa antecedẽte, ut ab Apolline apollinaris, à schola scholaris. Alia in ensis, ut Atheniẽsis, Catinẽsis. Alia duas habent consonantes ante is, ut agrestis, cælestis, salubris, muliebris, samnis, insignis. Ergo in alis definẽtia, uel in ale, si sint à nominibus primæ declinationis assumũt nominatiuo primitiuoꝝ lis, uel le, & ꝓducunt a penultimam, ut curia curialis, memoria memorialis, pluuia pluuialis, mẽsa mensale, uia uialis: Sin secundæ, extremam in genitiui, sin tertiæ is mutant in ā longam, & assumũt lis, Mercurius Mercurij mercurialis, fluuius fluuij fluuialis, neutrum neutri neutralis, liber liberi liberalis, theatrũ theatri theatralis, iudicium iudicij iudicialis, martius martij martialis, fatum fati fatalis, genitus geniti genitalis, caput capitis capitalis, uirgo uirginis uirginalis, cardo cardinis cardinalis, hospes hospitis hospitalis, nauis nauis naualis, dos dotis dotalis, flos floris floralis, corpº corporis corporalis, cælebs cælibis cælibalis, mors mortis mortalis, iuuenis iuuenis iuuenalis. inuenit tamen & iuuenilis. princeps principis principalis, municeps municipis municipalis, crinis crinis crinalis, uox uocis uocalis. sin à quartæ declinationis nominibns deriuant abiecta s: sin à quintæ e abiecta nominatiuo assumunt alis, manus manualis, census censualis, species specialis. Verbalia quoq; à prima coniugatione inueniuntur in alis, penetro penetralis, in elis pauca inueniuntur de nominatiua, ut fidus fidi fidelis, crudus crudi crudelis, patruus patrui patruelis, frater fratris fratruelis. Et nota q; omnia extremam i genitiui in e productam mutantia assumpserunt lis, frater uero fratris is in u cõuersa assmpsit elis. I longam habent oia in ilis, quæ à nominibus deriuantur, necnon in ile neutra, siue ex eis quæ definunt in ilis fiant, siue non habeant ante se aliud genus, sed à quacunq; orationis parte nascantur, ut ædes ædilis, senex senilis, anus anilis, puer puerilis, uir uirilis, scurra scurrilis, ciuis ciuilis, seruus seruilis, quintus quintilis, sextus sextilis, gens gentilis, hostis hostilis, subtel subtilis. Excipitur par paris parilis, exilis etiam à græco ἐξίσηλος factum, de nominatiuorum seruauit regulam. similiter neutra producũt penultimam, ouile, monile, sedile. Nam in ilis definentia uerbalia siue participialia corripiunt eandem ĭ penultimam, ut fero fertilis, utor utilis: futio, ex qua effutio cõpositum, futilis, uolo uolatilis, textus textilis, altus uel alitus altilis, fictus fictilis. A pare etiam deriuatiuũ qđ à uerbo paro nascitur, unde comparo comparas (proprie enim pares sunt qui inter se possunt comparari) uerbalium regulam seruauit parilis. Ouidius in octauo Metam.

Arte suum parili reuiuiscere posse parentem. Cætera quoq; omnia ĭ penultimam corripiunt, & si sint à uerbis primæ coniugationis ā longam habent ante penultimam, ut amo amas amabilis, penetro penetras penetrabilis, paro paras parabilis, tracto tractas tractabilis, laudo laudas laudabilis, æquo æquas æquabilis, prædico prædicas prædicabilis, lachrymo lachrymas lachrymabilis, quasso quassas quassabilis, miror miraris mirabilis. excipitur stabilis, quod solum antepenultimam a corripuit. Lucanus in. v. Quam non è stabili, tremulo sed culmine cuncta, Despiceret. Quæ uero à uerbis secundæ, uel tertiæ, uel quartæ coniugationis nascuntur, si habent antepenultimam i, eam quoq; corripiunt, ut doceo docibilis, credo credis credibilis, utor utilis utibilis, sentio sensi sensibilis, audio audis audibilis. Sciendum tamen q; plurima nascuntur ex his coniugationibus quæ antepenultimam i non habent, ut docilis habilis, flebilis, nubilis, uolubilis, utilis, & quædam ex præsenti, quædam ex præterito, quædam ex futuro deriuantur: Ex præsenti doceo docibilis, habeo habilis, uoluo uolubilis, utor utilis & utibilis: ex præterito plausi plausibilis, sensi sensibilis uel sensilis. Lucretius in secundo: Ex insensibili ne credas sensile nasci: ex futuro flebo flebilis,

unde ē ante b productam habuit. In aris definentia,deriuantur à nominibus siue uerbis,quoꝝ extrema syllaba ab l incipit,uel alia consonante,uel à uocali aliqua pura, & fiunt à genitiuo nominum,siue à positione uerborum sic: Quæcunq; litera siue literæ sequant̄ l uel aliam consonantem,ex qua postrema incipiat syllaba genitiui, transeunt in ā longam,& assumunt ris: uel si à uocali incipit,ipsa extrema mutatur in ā longam,& assumunt ris, ut populus populi popularis,singulis singuli singularis,Apollo apollinis apollinaris,consul consulis consularis,miles militis militaris,schola scholæ scholaris,latium latiꝰ latiaris,familia familiæ familiaris,peculium peculiꝰ peculiaris,molo molis uel mola molæ molaris. Sic etiam neutra in are finita,uelum ueli uelare. Iuuenalis: Et pægma & pueros,inde ad uelaria raptos. In ensis definẽtia,si sint à nominibus primæ uel secundæ declinationis,mutant extremam partem ntī singularis uel pluralis in en, & assumunt sis, ut cirtha cirthensis,oliua oliuensis,Sardinia sardinensis,Hispania hispaniẽsis,Catina catinensis,enna ennensis,Minturnæ minturnensis,castrum castrensis,forū forensis,Ilium iliensis,locri locrensis, Cremona cremonensis,Vtica uticensis,Hostia hostiensis,Athenæ athenensis,euphoniæ causa i habuit antepenultimam,ut Alice alicensis:sin uero tertiæ sint declinationis,abiciunt s genitiui,& assumunt ensis, ut pistor pistoris pistoriẽsis,Carthago carthaginis carthaginensis. Quæ uero duas cõsonantes habent ante is, uel à ntõ fiunt primitiuorum,uel à gtõ:& à ntõ quidem deriuata, abiciũt extremam literam, & assumunt bris,salus salubris,mulier muliebris. A gtõ uero mutata extrema eius parte in e,& assumpta stis uel stris, faciunt denominatiua,ut ager agri agrestis,cælum cæli cælestis,terra terrestris. In tis quoq; inueniunt̄ denominatiua,sed antique prolata,penultimam natura uel positione longam habentia, ut samnitis pro samnis,sic laurentis quoq; pro laurens,tyburtis pro tyburs,teste Capro. Sic quiritis p quiris, & ceritis uel ceretis pro ceres. qui tī nominatiui non sunt in usu. Vnde Virg. in.x. Qui cerete domo,qui sunt Minionis in aruis. Inuenitur tī & correptam ĭ habens penultimam apud eundem:Est ingens gelidum lucus propè ceritis amnem. Et Hora. similiter in primo epist. Quid deceat,quid non obliti cerite cera Digni,remigium uitiosum ithacensis Vlyssei,nisi forte pro Cerete,quod est nomen oppidi, e penultima in i conuersa protulerunt. Liuius ab urbe condita.xli.lib. Lanuuini, ceritesq; anguem iubatum apparuisse nuntiarūt. In os tam denominatiua quàm uerbalia pauca inueniunt̄, lepus lepos,competo compes,& mutatiõe e in o compos,custodio custos, do dos. In us terminantium diuersæ sunt formæ,tam denominatiuorū quàm uerbalium, ex quibus iam multa diximus cū de possessiuis tractabamus,id est de his quas à Græcis accepimus formis possessiuoꝝ,& de Latinis in rius, uel in nus definentibus. Nunc ergo dicamus de reliquis in us terminantibus,quæ diuersas,sicut dictum est,habẽt formas. Alia enim in ius exeunt,ut nũcius, patricius: alia in uus diuisas,arduus,uacuus:alia in bus,ut orbus, probus,superbus:alia in cus, arcus,lucus,parcus:alia in quus,ut æquus,obliquus:alia in dus,prouidus,inuidus,liuidus,uiuidus,prædabundus,furibundus, loquendus, sequendus:alia in lus, patulus,anniculus,bibulus,credulus:alia in rus, sonorus, honorus: alia in sus, cursus,usus,spumosus,saxosus:alia in tus, togatus,palliatus,motus: alia in stus, uenustus,angustus,mœstus,quæstus. In ius definentia siue à nominibus,siue à uerbis deriuata,seruant ante ius primitiuoꝝ suorum consonantes, ex quibus incipiunt ultimæ & penultimæ syllabæ deriuatiuorum,sed tum penultimæ,cum & ipsa penultima in uocalem definit,& ultima à uocali incipit,ut seruus serui seruius,seruilis seruilius, agellus agelli agellius,sylua syluius,uirgula Virgilius,Mars martis martius,nũcio nuncius,saucio saucius,scio scius,sic Apuleius in primo Hermagoræ,& Pacuuius in Teucro: Postq; defessus perrogitando aduenas de natis,neq; quenquam inuenit scium. unde nescio quoq; nescius. exceptis in cius definentibus:illa enim assumunt,si sint nomina ex quibus deriuantur uel participia secundæ declinationis genitiuo: sin tertiæ datiuo cius ĭ tam penultima q̄ antepenultima correpta,ut aduectus aduecti aduecticius, commendatus cõmendati commendaticius,faber fabri Fabricius,pigneratus pigneratí pigneraticius,tri

bunus tribuni tribunicius,pater patri patricius.ædilis ædili ædilicius,gentilis gentili gẽtilicius.Inueniuntur tamen quædam à primæ quoq; declinationis nominibus eiusdem formæ,quæ a habẽt ante eius, gallina gallinacius,ficut membrana membranacius, carthina carthinacius. In uus diuisas tam à nominibus quàm à uerbis deriuata secundum in ius terminatoꝝ regulam mutatione extremarum literarum uel literæ in uus solent fieri,ut pater patri patruus,annus anni annuus,perspicio perspicuus, ambigo ambiguus,pigeo piguus,ardeo arduus,uacuo uacuus,rigo riguus. Notandum inter hæc menstruus,quod euphoniæ causa assumpsit t & r. In quus quoq; definentia similiter fiunt, æquo æquus,obliquo obliquus,sed magis ab his nominibus uerba quàm à uerbis nomina sunt deriuata:longus,longinquus,ideo assumpsit n ante quus,quia aliter euphoniæ satisfacere non poterat.In bus uel cus definentia à uerbis b uel c ante postremam uocalem,uel uocales habentibus deriuantur mutatione o, & si ante eam sit alia uocalis, eius quoq; mutatione in us, ut probo probus,turbo turbus,orbo orbus,superbio superbus, parco parcus,luceo lucus,arceo arcus.Inueniuntur pauca à nominibus uel à uerbis,in ulcus,sus subulcus,bos bubulcus,peto petulcus.In dus tres sunt formæ,una quæ seruat cõsonantem,ex qua ultima uel penultima primitiui incipit syllaba,sed tamen penultima, si non intercedat cõsonans inter ultimæ & penultimæ syllabæ uocales,& reliquã eiusdẽ syllabæ uel syllabaꝝ ptẽ,mutat in ĭ correptã,& assumit dus,ut herba herbidus,turba turbidus,uua uuidus,rabies rabidus, tumeo tumidus, timeo timidus, areo aridus, squaleo squalidus,ferueo feruidus,inuideo inuidus,frigeo frigidus,ualeo ualidus.Excipitur alternitatis causa,quam Græci ἐπαλλαλόπτα uocant,unum pando pandus,ne si pandidus dicamus,male sonet alterna d in utraq; continua syllaba,quod in multis solẽt tam Græci q̃ nos euitare.non dicunt illi χάρυβδδις,quamuis exigat regula,sed χάρυβδος.Et Romani quoq; illos secuti,non dicũt huius charybdidis, sed huius charybdis. eiusdem uitij causa,non dicimus ab eo quod est,mane manumine sed matutine,uitis uinetum,non uitetum,quod tñ etiam uidet à uinea deriuatum.Præterea pro medidies meridies, à media die.Sed tñ non in omnibus hoc ualet. Nam candeo candidus facit, sordeo sordidus, madeo madidus:nisi q̃ hæc secundæ coniugationis in deo,illud unum,id est pando,tertiæ,in do definens habuit huiuscemodi formæ nomen. Et hæc quidem in dus supradictæ formæ nomina demonstrant habere ea in se,ex quibus deriuantur,ut herbidus, qui habet herbam:turbidus,qui habet turbam:tumidus,qui habet tumorem:rabidus, q habet rabiem:inuidus,qui habet inuidiam. In bundus uero definentia similitudinem habere significant,ut uitabundus similis uitanti,prædabundus similis prædanti,moribundus similis morienti,errabundus similis erranti,furibundus similis furenti, & sunt omnia penè hmõi formæ nomina uerbalia:& si à uerbis primæ coniugationis deriuant, ã habent longam antepenultimam,ut causor causaris causabundus,uito uitas uitabundus:sin ab alijs ĭ correptam,ut ludus ludibundus,furis furibundus,moreris moribundus. Excipitur alternitatis causa rubicundus,quod in penultima syllaba pro b,c habet,ne fit absonum si rubibũdus dicamus.Tertia forma est in dus terminantiũ participialis,id est quæ terminationem habet participioꝝ futuri temporis passiuorum,& significat dignum esse aliquem,eo q; demonstratur,ut laudandus laude dignus,amandus dignus amari, curandus dignus curari, ordinandus dignus ordinari, ornandus dignus ornari, legendus dignus legi,loquendus dignus de quo loquantur homines. In lus definentium formæ similes sunt diminutiuis,pendulus, credulus. & ueniunt tam à nominibus quàm à uerbis, ut annus anniculus, pateo patulus, credo credulus, pendo pendulus, bibo bibulus. extremas partes syllabarum finalium, siue extremas syllabas, si sint puræ in ulus uertunt, excepto anniculus differentiæ causa. nam annulus diminutiuum est. & nouacula quod à nouo nouas deriuatur. In rus denominatiua, siue uerbalia,pauca inueniuntur,quæ penultimam producunt, honor honorus,odor odorus,decor decorus, cano canorus, sono sonorus, quorum regula in promptu est.nam nomina us, uerba rus assumunt. In sus duplicem habent formam; uel enim participialia sunt, id est participij

præteriti temporis similia,& res incorporales significant,& sunt quartæ declinationis, usus,cursus,lusus,uersus,qđ ab incorporali re,ad corporalem quoq; adductum est,quæ est in literis.aut mobilia sunt & secundæ,ut lassus,fessus,cassus. uel o productam habẽt ante sus, & significant plenũ esse aliquem eius quod significaẽ,ut saxosus, plenus saxis, spumosus plenus spumis,uentosus plenus uentis,harenosus plenus harena.Fiunt autẽ à primitiuis suis hoc modo:mutant extremam syllabæ partem uel syllabam,si pura est, in quam terminaẽ gtũs in o productam,& assumunt sus,saxi saxosus,curiæ curiosus, herbæ herbosus,scelus sceleris sceleros̃us,numeri nũerosus,oneris onerosus, ponderis ponderosus,perfidiæ perfidiosus.Notandum q̃ à metu meticulosus fit. Plautus in Mostell. Nescis quammeticulosa res sit ire ad iudicium. In tus si sint participialia, aut denominatiua,uel incorporalia,& fixa sunt,& quartæ declinationis,ut motus,tumultus,sonitus,habitus,cultus,consulatus,tribunatus:aut mobilia & declinationis secundæ, & non sunt uerbalia,ut togatus,palliatus,tunicatus,loricatus,gratus,lætus,mutus.Et sciendũ, q̃ si à primæ declinationis nominibus deriuanẽ, ā habent penultimam,pductam,ut barbatus,stellatus,trabeatus,purpuratus:sin à secundæ uel tertiæ,in quibusdam ā, in alijs ī productam,ut pallium pallij palliatus,annulus annulatus.Plautus in Penulo: Quia incedunt cum annulatis auribus.Excipiẽ manuleatus, quod quamuis ā penultimam habet productam,tĩ à quarta declinatione deriuaẽ,manus manuleatus. Plau.in Pseud. Manuleatam tunicam habere hominẽ addecet,id est manicatam.grates uel gratiæ gratus, auitus,maritus,ceritus,ab auo,mare, cerere. Excipiunẽ uetustus & libertus,in quibus nominatiui primitiuorum assumpserunt tus.A quartæ quoq; declinationis nominibus deriuata ū productam habent ante tus, ut cornũtus, uerũtus, astũtus, uersũtus. In ctus, ptus,xus,pticipialia siue uerbalia inueniunẽ,amictus,sanctus, acceptus,sumptus, aptus, captus,raptus,flexus,laxus,fluxus,luxus,nexus.hæc enim omnia cũ non significant tempus,nomina sunt.In stus à nominibus, uel à uerbis nascunẽ,extremam partem conuertentibus in stus e uel u antecedentibus,ut honor honestus,mœror mœstus, modus modestus,scelus scelestus,robur robustus,ango angustus,augur augustus.præterea Venus uenustus.ius iustus,onus onustus.quæ quomodo uetus uetustus, assumpta tus,faciũt deriuatiuum,& omnia una uincunt syllaba primitiua,absq; mœstus.In ax plerunq; uerbalia inueniunẽ ab omni coniugatione,uoro uoras uorax,audeo audes audax,teneo tenes tenax,emo emis emax,fallo fallis fallax, capio capis capax, pellicio pellicis pellax, sagio sagis sagax.In ex correpta similiter à uerbis,lateo lates latex,uerto uertis uertex,uomo uomis uomex.In ex productam similiter,rego regis rex,lego legis lex. In ix fœminina inueniunẽ à masculinis uerbalibus siue denominatiuis in tor definentibus defigurata,quæ mutãt or in rix, ut uictor uictrix,sanator sanatrix,cultor cultrix,nutritor quoq; nutritrix debuit facere,quod euphoniæ causa,siue alternitatis,mediam syllabam concidit:nutrix enim dicimus.In ox uerbalia uel denominatiua,uoco uox,uelum uelox.In ux, luceo lux,duco dux.In nx & rx, coniungo coniunx,arceo arx. In duas consonantes inueniunẽ participialia,sapiens, amans, cum sunt sine tempore. Inueniunẽ & denominatiua,principium princeps,municipium municeps.

PRISCIANI GRAMMATICI
CAESARIENSIS LIBER QVINTVS.

De generibus.

QVoniam de speciebus,siue formis nominum,quantum potuimus superà tractauimus,nunc de generibus quærere conemur. Genera igitur nominum principalia sunt duo,quæ sola nouit ratio naturæ, masculinum & fœmininum.Genera enim dicunẽ à generãdo propriè, quæ generare possunt,quæ sunt masculinum & fœmininum. Nam commune & neutrũ uocis magis qualitate,quàm natura dignoscuntur,quæ sibi sunt contraria.Nam commune modo masculini,modo

fœminini significatiõem possidet: neutrum uero quantum ad ipsius uocis qualitatem, nec masculinum, nec fœmininum est. unde commune, articulum, siue articulare pronomen tam masculini quàm fœminini generis assumit, ut hic & hæc sacerdos. neutrum uero separatum ab utroq; genere articulum asciscit, ut hoc regnum. Epicœna, id est promiscua, uel masculina sunt, uel fœminina tantũ, quæ una uoce, & uno articulo utriusq; naturæ animalia solent significare. Dubia autem sunt genera quæ nulla ratione cogente, autoritas ueterum diuerso genere protulit, ut hic finis, uel hæc finis, cortex, silex, margo. Similiť grus, bubo, dama, panthera, quæ in utroq; genere sunt ꝑmiscue ꝑlata. Ouid.

Fœdaq; fit uolucris uenturi nuntia luctus,
Ignauus bubo durum mortalibus omen. Virgilius:
Solaq; culminibus ferali carmine bubo.

Sunt alia communia non solum masculini & fœminini, sed etiam neutri, & sunt adiectiua, ut hic & hæc & hoc felix, sapiens. Sunt quædam tam natura quàm uoce mobilia, ut natus nata, filius filia. Sunt alia natura & significatione mobilia, non etiam uoce, pater, mater, frater, soror, patruus, amita, auunculus, matertera. Sunt alia uoce, non etiam naturæ significatiõe mobilia, ut lucifer lucifera, frugifer frugifera. Siue enim de sole, siue de luna, siue de agro, siue de terra loquar, nulla est discretio generis naturalis in rebus ipsis, sed in uoce sola. Sunt alia quasi mobilia, cum à se non à masculinis fœminina nascanť, ut Helenus Helena, Danaus danaa, liber libra, fiber fibra. unumquodq; enim eorum ꝑpriam & remotam à significatione masculini habet demonstrationem & positionem. Sunt alia quæ differentiæ significationis causa mutant genera, ut hæc pirus, hoc pirũ. hæc malus, hoc malum. hæc arbutus, hoc arbutum. hæc myrtus, hoc myrtum. hæc prunus, hoc prunum. Et hoc in plerisq; inuenies arborum nominibus, in quibus ipsæ arbores fœmínino, fructus uero neutro genere proferunť, uel ligna, ut hæc buxus arbor, hoc buxum lignũ. Virg. Dant arbuta syluæ cruentaq; myrta, cerea pruna, uolubile buxum. De singulis igiť terminationibus quomodo possint comprehendi genera, prout ꝑotero, hinc tractare incipiam. Masculini generis terminales inueniunť literæ septem, a o l n r s x, ut scriba, Cicero, sol, flamen, Cæsar, bonus, rex. Fœminini quoq; eædem, ut Roma, uirgo, Tanaquil, Siren, mater, ciuitas, pax. In ē quoq; productam inueniunť fœminina, sed græca duntaxat, ut Taygete, Euterpe. & in um figurate, ut Glycerium mea, & Dorcium, & Philotium. Communia in easdem definunt literas, in quas & masculina, ut hic & hæc aduena, homo, uigil, tibicen, fidicen, ut quibusdam placet. Nam usus eorum fœmínina in a terminat, tibicina, fidicina, hic & hæc pauper, ciuis, dux. Neutrorum duo decim inueniunť terminales literæ, a e i u l m n r s c d t, ut poema, mare, gummi, cornu, mel, regnum, numen, tuber, sidus, lac, aliud, caput. Communia trium generũ definunt in i m r s x, ut hic & hæc & hoc frugi, nequam, par, prudens, audax. In a igiť definentia uel masculina sunt uel fœminina uel communia uel neutra. Masculina sunt, quæ cum sint propria apud Latinos in a terminantia, apud Græcos assumunt s, ut Catilina, Sylla, Fimbria, Aquila, κατιλίναϛ, σύλλαϛ, φιμβρίαϛ, ἀκύλαϛ. uel contrà apud Græcos in as definentia, uel in es, apud nos in a terminanť, ut μαϛσύαϛ, σωσίαϛ, βυϛξίαϛ, χαιρεάϛ, τουρίαϛ, βαγϛάδαϛ, Marsya, Sosia, Byrrhia, Chæræa, Turia, Bagrada, ποιητήϛ, κιθαριστήϛ, σκύτηϛ, σοφιστήϛ, μελικέρτηϛ, λεπτάϛτηϛ, Poeta, Citharista, Scytha, Sophista, Melicerta, Leptasta. Sallust. in. ij. historiarũ: Quem ex Mauritania rex Leptasta proditionis infimulatum cum custodibus miserat. Excipiť hæc charta, & hæc cataracta, margarita, catapulta: quæ cum sint masculina apud Græcos, apud nos etiam genus cum terminatione mutauerunt. ꝙ aũt Turia, & similia fluminum nomina masculina sint, ostẽdit etiam Sallustius in am terminãs eius accusatiuum in. ij. historiarum: Inter leua mœnium, & dextrum flumen Turiam. Nam si esset neutrum, similis esset accũs nominatiuo. Illa quoq; in a definentia quæ officiorum sunt ad uiros pertinentium, masculina esse nulla dubitatio est, scriba, lixa, collega. Quæ uero cum apud Græcos communia sint, uel mobilia, apud Latinos in a definunt tantũ, nec ex masculinis in us definẽtibus transe-

formantur,communia ſunt tantum, & penè omnia à uerbis ſunt compoſita uel deriuata,ut hic & hæc agricola,cœlicola,aduena,parricida,graiugena,cõuiua. Pomponius in Auctorato:Conueni omnes conuiuas meas.Horati.in.ij. ſermonum: ut conuiua ſatur. Alia uero omnia propria ſiue appellatiua in a definentia fœminina ſunt, ut Roma, curia,muſa,Italia. In promiſcuis tamen inuenimus quædam autoritate ueterum ſecũdum maſculinum genus prolata. Virg. in primo Georg.

Aut oculis capti fodere cubilia talpæ. Idem in Buco.
Cum canibus timidi uenient ad pocula damæ.

Horat.tamen fœminino hoc idem protulit in primo carminum:

Et ſuperiecto pauidæ natarunt Aequore damæ. Idem in.ij.epiſtolarum:
Si foret in terris rideret Democritus,ſeu
Diuerſum confuſa genus panthera camelo,
Siue elephas albus uulgi conuerteret ora.

Et magis hoc in quadrupedibus inuenies. Nam in aliis animalibus ſi ſint promiſcua in a fœminini articulos aſſumunt. In a neutra non inueniuntur latina,ſed græca,ut poema, ſchema,toreuma,emblema,peripetaſma.niſi tria monoſyllaba latina eiuſdem generis literarũ nomina,indeclinabilia a k h. Omnia enim nomina elementorũ propria neutra ſunt tam apud Græcos q̃ apud Latinos, & indeclinabilia. Numerorũ uero nomina quæ declinantur mobilia ſunt,uel per duas,uel per tres terminationes,ut unus una unum,duo duæ duo,tres uel tria,ducenti ducentæ ducenta. Indeclinabilia uero cõmunia ſunt triũ generũ,ut hi & hæ & hæc quatuor,quinq;,ſex,& deinceps uſq; ad centum, mille quoq; trium eſt generũ,quia eſt indeclinabile. In ĕ correptam neutra ſunt omnia,ut mare,ſedile,monile. In ē ꝓductam græca,fœminina,euterpe,libye. In i neutrum,hoc gummi,& à genitiuis compoſita cõmunia trium generũ,ut eiuſmodi. Nam nihilí,frugi,mancipí, obliquí ſunt caſus figurate cum omnibus caſibus adiuncti. In o i antecedente q̃ non ſunt uerbalia ſiue participialia,maſculina ſunt,ut hic ſtellio,gurgulio: Q̃ ſunt uerbalia uel participialia fœminina ſunt,ut oratio,actio,cõiugatio,interiectio,cõiunctio.g quo q; uel d antecedentibus,ſi mutant o in i in gtõ fœminina ſunt,ut uirgo uirginis, Carthago carthaginis,fuligo fuliginis,dulcedo dulcedinis,acredo acredinis,cupido cupidinis,quod tñ & maſculinum eſt q̃ſi propriũ eſt ipſius Amoris dei.Excipiunt ſupradictæ declinationis maſculina,hic ordo ordinis,cardo cardinis. margo quoq; autoritate poetica,non ſolum fœminini,ſed etiam maſculini generis inuenit. Statius in Thebaid.lib. ij. Soluerat heſperij deuexo margine põti. Propria quoq; inueniunt fœminina,quæ apud Græcos in ω uel in ωv definunt,ut mantho,Dido,Sappho,Ruſcino,Bibo. & unum latinum Iuno,& appellatiuũ in ro unum,caro. Alia uero omnia maſculina ſunt, ut ſtellio, anio, Cicero, Milo, Apollo,mango,prædo,ligo,carbo,ſermo,quaternio, exceptis paucis cõmunibus,quæ cõmunia eſſe tam ipſa natura q̃ exempla Græcorũ nobis demõſtrare poſſunt,apud quos uel cõmunia,uel mobilia hæc inueniunt.hic & hæc homo ὁ ἄνθρωπος, ἡ ἄνθρωπος, hic & hæc latro ὁ λῃστής, ἡ λῃστής. Inueniunt tñ quædam ex his in o, in a facientia fœminina,ut leno lena. Iuue.in.ij. Aut apud Iſiacæ potius ſacraria lenæ. Caupo quoq; caupona facit quod eſt tam taberna q̃ mulier.& ad imitationẽ Græcorum leo leæna uel lea,draco dracæna,ſtrabo ſtraba.In u neutra ſunt,ut cornu,gelu,ueru. In c duo ſunt neutra,hoc lac lactis,& alec alecis. In d neutra ſunt quid uel quod & aliud. hæc enim ratio nomina eſſe oſtendit.& bogud bogudis,nomen barbarũ,quod Liuius in cxiij.declinauit bogudis.In al latina neutra ſunt omnia, ut tribunal, ceruical, uectigal. excipit unum monoſyllabum maſculinũ,ut hic ſal ſalis. Terẽ.in Eu. qui habet ſalẽ Qd in te eſt. Salluſt.in Iugur. Neq; ſalem neq; alia irritamenta gulæ. Inueniunt tñ quidam uetuſtiſſimi etiam neutro genere hoc ptuliſſe.Barbara in al definentia,maſculina ſunt, Annibal, Hiempſal, Aſdrubal. In el correpta neutri generis ſunt,ut mel,fel,ſubtel, τὸ κοίλον τοῦ ποδός. In el producta barbara inueniunt maſculina,hic Michael,hic Gabriel, hic Raphael,Nectabel,In il unũ maſculinũ,pugil,unũ fœmininũ Tanaquil,unũ cõmu

ne,uigil,unum neutrum indeclinabile,nihil,quod p apocopen,id est p abscisionem extremæ syllabæ,ab eo qđ est nihilum factum est nihil. In ol unum masculinũ,sol solis. In ul quoq; unum reperiť masculinũ latinum consul,duo cõmunia,præsul,exul,& barbara Suthul,Muthul,& sunt ppria oppidoꝝ nomina: quæ ideo quidam neutra esse putauerunt,q; appellatiuis neutris sunt cõiuncta.oppidũ Suthul.Sed melius est figurate sic esse apposita dicere,ut si dicam,mons Ossa,uel Tiberis flumen,q̃ neutri generis in ul terminatia:& maxime cũ lingua Pœnoꝝ,quæ Chaldææ,uel Hebrææ similis est & Syræ, non habeat neutrũ genus.In am unum inueniť cõmune,trium generꝝ & utriusq; numeri,hic & hæc & hoc nequam.In im quoq; unum ppriũ neutrũ, Cim nomẽ uici,ut dicit Celsus.& barbara indeclinabilia,non solũ in am & in im,sed etiam in alias quoq; literas terminãt,in quas latina uel græca nomina non solẽt desinere,ut Abraham,Ioachim, Lot,Ruth,Iacob,Dauid,Balach.Sed hæc nomina nulla regula latina uel græca sunt moderanda,nisi transferanť in aliquam formã declinabilẽ,qđ quidam historici fecerunt,ut Abrahamus abrahami,Dauid dauidis.In um neutra sunt omnia,ut hoc templũ,regnũ, tectum.Inueniunť tñ apud comicos fœminaꝝ quoq; propria, quæ in hanc terminationẽ diminutionis siue adulationis amatoriæ causa,pferunť,ut Glycerium,Philotiũ,Dorcium,Sophroniũ,Abrotoniũ:quæ quamuis habeant articulos fœmininos,declinationẽ tñ & formam tam apud Latinos q̃ apud Græcos seruant neutroꝝ.In en correptam à canendo composita masculina sunt,ut cornicen,fidicen,tubicen,tibicen. Quoꝝ fœminina quæ sunt in usu à gtõ figuranť,mutata is in a, fidicinis fidicina, tibicinis tibicina. Alia uero omnia in en desinentia correptã neutra sunt,ut hoc numen,stamen,solamen,semẽ: cuius ntm̃ tamen etiam hoc seminiũ antiqui protulisse inueniunť. Plau.in milite glori. Verrin afferť merces non hic suo seminio quenq̃ porcule:nam impertiturus est. Excipiť flamen sacerdos Iouis,& pecten,quæ sunt masculina. Trogus historicus in.xxñ. fœminiũ à flamine,ptulit hæc flaminea: Papicio ppter mortẽ Flamineæ, Flaminio objt. In en ,ducta latina generis masculini sunt,lien,rien uel ren,& splen splenis. græca uero in n desinentia,eadẽ genera seruant apud Latinos,quæ apud Græcos habent,hic titan,hæc siren.In ar latinũ unum dũtaxat ppriũ masculinũ dissyllabũ inueniť,hic Cæsar,& masculina monosyllaba,nar,lar. Virg.in.vñ.Sulphurea nar albus aqua. Lar quod significat κατοικίδιον θεὸν laris facit gtm̃:Sin aũt imperatorem Veientoꝝ Lartis,quẽ mactauit Cossus.Et testis est Ouidius in epigrammatis,sic dicens,Larte ferox cæso Cossus opima tulit.Liuius in.iiñ.ab urbe condita:Larte Tolumnio rege Veientoꝝ. Barbara uero plura Haspar,Bostar,Bomilcar,Arar qđ etiam Araris dicit. Lucanus in.vi. Rhodanumq; morantẽ Præcipitauit Arar. Virg.in Buc. Aut Ararim Parthus bibet,aut germania Tigrim. accusatiuum in im protulit,qui à ntõ est in is terminante hic Araris. unum etiam cõmune trium generꝝ eiusdem extremitatis inueniť,hic & hæc & hoc par, & quæ ex eo cõponunť,impar,dispar,compar,separ.Alia uero omnia in ar desinentia latina neutra sunt,ut hoc lacunar,instar,laquear,lupanar. Far farris,differẽtiæ causa asciscit alterũ r in gtõ,ne si faris dicamus,putet à for faris uerbo uenire,columbar,qđ significat genus uinculi.Plau.in Rud. Nam in columbari collus haud multũ post erit. In er si sint secundæ declinationis masculina sunt,ut sacer,ager,auster,fiber,puer,oleaster.Sin uero tertiæ sint declinationis in er desinentia, b uel u loco cõsonantis quidẽ antecedẽte,neutra sunt,nisi sint adiectiua,ut tuber,suber,cadauer,uer,huber,qđ significat ὁ ὄυθαρ. Virg.in.vñ, non uobis rege Latino,Diuitis huber agri Troiæ ue opulẽtia deerit.Excipiť hic imber,qđ uideť à græco esse ὁ ὄμβρος,& illius genus seruasse,& ex eo cõposita,sptember,october,mulciber.Terræ quoq; fœtus si sint in er desinentia tertiæ declinationis neutri sunt generis,ut filer,papauer,laser,cicer,siser. Excipiť hæc acer qđ huius aceris facit gtm̃.nullũ emm̃ fœminiũ in er desinẽs,secundæ põt inueniri declinatiõis.Ouid. Et platanus genialis acerq; coloribus impar.Solinus in mẽorabil.de arbore thuris:palã fieret intorto eã esse uimine,ramis ad aceris q̃litatẽ. Iter quoq; uel itiner uetuste neutri sunt gñis,& spint qđ ἀκροχέιρον,aut fibulã ĩ humeris,aut armillã significat.Plau,ĩ menæc.

Iubeas ſpinter nouum reconcinnarier. Idem in eodem:

Niſi mihi tu dederis pallam & ſpinter, nunquam factum reperies.

Alia uero omnia maſculina ſunt, ut hic frater, pater, aſſer, paſſer, cancer. Vetuſtiſſimi tamen hoc cancer de morbo protulerũt. hic ager, anſer, carcer, & hoc carcer quidam protulerunt, quos non ſequimur. hic equeſter, paluſter. exceptis duobus, quæ ipſa natura defendit fœmínino genere, mater & mulier. Linter quoque quod apud Græcos maſculinum eſt ὁ λιντὴρ, apud noſtros fœmininum eſt, Liuius in. vi. Iam in altum expulſa lintre. Et adiectiuis: quæ ſi nõ in is faciunt fœminina, neceſſario cõmunia ſunt, ut celer maſculinum, celeris facit fœmininum, cuius neutrum in e inuenitur. Ouid. in viĩ. Metamorph. Prædaq; potita nefanda, Fert ſecum ſpolium celeris progreſſaq; porta. Terentius in Phormi. Nullus es Geta niſi conſilium aliquod celere repereris. Pauper cuius fœmininum in a quoq; uetuſtiſſimi proferebant. Plautus in Vidularia: paupera hæc res eſt. Terentius tamen in Andria: quàm honeſte in patria pauper uiuere. Degener, huber ὁ εὐδαλὴς, ἡ εὐδαλὴς, τὸ εὐδαλὲς. Lucretius in. vi. Sequitur grauis imber & huber. Cato in ſecundo originum: Itaq; res huber fuit anteq̃ uaſtaſſent legiones. Acer, & alacer & alacris, & ſaluber, & celeber, quãuis alacris & acris plerunq; faciant, & ſalubris, & celebris fœminina, in utraq; tamen terminatiõe communis etiam generis inueniuntur prolata. Virgilius in ſexto: Anchiſes alacris palmas utraſq; tetẽdit, de Anchiſa dicit. Idem in quinto: Ergo alacris cũctoſq; putans excedere palma. Terentius in Eunucho. Parmeno dicit ad Chæream: Quid tu es triſtis, quid'ue es alacris? Neuius in carmine belli punici: fames acer augeſcit hoſtibus. Ennius in. xvi.

Aeſtatem autumnus ſequitur, poſt acer hyems. Idem in. xĩi.

Omnes mortales uictores cordibus uiuis
Lætantes, uino curatos ſomnus repente
In campo paſſim molliſſimus perculit acris.

Hic uolucer & hæc uolucris & hoc uolucre dicitur. Horatius in. iiĩi. carminum: Incluſit uolucris dies. Frequentior tamen uſus in er ꝓfert maſculina, & in is fœminina, quoꝝ neutra ſemper in e finiunt̃. In ir maſculina ſunt, ut hic uir, leuir à uiro compoſitum. leuir enim dicitur ὁ ἀνδράδελφος. Treuir autem gens gallica, hic treuir. Abadir deus eſt. dicitur & hoc nomine lapis ille, quem Saturnus dicit̃ deuoraſſe pro Ioue, quem Græci βαίτυλον uocant. Vnum proprium ciuitatis inuenitur Gaddir, quod quadam fœmininum eſſe putauerunt, ſed Salluſtius neutrum eſſe oſtendit in ſecundo hiſtoriaꝝ, accuſatiuum ſimilem nominatiuo ponens, ut alĩ tradiderũt, Tarteſſum Hiſpaniæ ciuitatem, quam nunc Tyrĩ mutato nomine Gaddir habent. Nam ſi eſſet fœminiuum Gaddirem dixiſſet. & unum neutrum indeclinabile, hoc ir, θῆλυ. In or comparatiua quidem communia ſunt, hic & hæc clarior, felicior, melior, minor. excepto uno hic ſenior. alia uero omnia maſculina ſunt, hic orator, curſor, horror, furor, doctor, labor. exceptis fœmininis quidem tribus, quoꝝ duo ipſa natura alterius generis eſſe prohibet, uxor, ſoror. arbor etiam quod iure inter fœminina connumerat̃, ꝙ mater quoq; dicitur proprĩ fœtus unaquæq; arbor, autore Virgilio, qui in. iĩ. Georg. hoc oſtendit dicens: Parua ſub ingenti matris ſe ſubĩcit umbra. Vnde ſpecialia quoq; uniuſcuiuſq; arboris nomina fœminina ſunt, excepto oleaſtro, quod tam forma terminationis quàm declinatio prohibuit eſſe fœmininum. nam ſiler non eſt inter arbores ponendũ, ſicut nec rubus. Neutra quoq; in or deſinentia quatuor inueniunt̃, marmor, æquor, ador, cor: præterea communia, quæ etiam apud Græcos communia ſunt, memor, immemor. & à decore uel corpore uel colore compoſita, ut hic & hæc indecor, dedecor, bicorpor, tricorpor, diſcolor, concolor. Autor quoq; quando ἀυθέντηρ ſignificat cõmune eſt, quando ἀυξήτηρ autrix facit fœmininum, ſicut omnia uerbalia in or deſinentia.

In ur, ſi ſint nomina hominum propria uel deoꝝ, uel gentilia, uel appellatiua auium, ſ uel x uel t ante ur habẽtia maſculina ſunt, ut anxur, aſtur, turtur, uultur, furfur. uerbalia uero quæ hominibus imponi poſſunt communia ſunt ſi ſint tertiæ declinatiõis,

ut augur, fur. Hora. in primo ſerm. Iulius & fragilis Pedatia furq; Voranus. Vnum ſecundæ declinationis inuenit maſculinum, ſatur, cuius fœmininum in a terminatur. Alia uero omnia eiuſdē terminationis nomina neutra ſunt, ut murmur, ſulphur, tybur, robur, iecur iecoris uel iecinoris, guttur, quod etiam maſculino genere protulit Plau. in Aululatia: Etiam ne obturat inferiorem gutturē, ne quid animæ forte amittat dormiens? In as latina, ſi ſint patriæ, cōmunis ſunt generis, ut hic & hæc arpinâs, ſufenâs, capenâs: quoꝝ ideo extrema ſyllaba circunflectit, quia per ſyncopam ti ſyllabæ, ſicut ſæpe diximus, prolata ſunt. Antiquiſſimi em̄ hic & hæc arpinatis, ſufenatis, capenatis, proferre ſolebant. Alia uero omnia in as definētia fœminina ſunt, ut pietas, probitas, autoritas, excepto uno proprio, Mecœnas Mecœnatis. Eſt etiam lenâs quod differentiæ cauſa in fine circunflectit. Iuuen. in primo: Quod captator emat Lenâs Aurelia uendat. Inueniunt tamen alia quoq; propria in formam gētilium prolata, ut Antias hiſtoricus. et monoſyllaba, as aſſis, mas maris, uas maſculinum uadis, uas neutrū uaſis. Et hoc fas, nefas, nugas, etiam omnis cōmune generis, quæ ſunt indeclinabilia. Græca uero tam in as q̄ in alias quaſcūq; terminantia ſyllabas eadē ſeruant genera apud nos, quæ habēt apud Græcos, ſi eandē ſeruent terminationē etiam apud Latinos, quam habent apud illos. In multis em̄ uidemus cōmutatione terminationis genera quoq; eſſe cōuerſa, ut ὁ κρατὴς hæc cratera, ὁ χάρτης hæc charta, ὁ κηρὸς hæc cera, ὁ ἀμφορεύς hæc amphora, ὁ πανθὴς hæc panthera. Horatius in ſecundo epiſtolaꝝ:

Diuerſum confuſa genus panthera camelo,
Siue elephas albus uulgi conuerteret ora.

In es correptā, ſi ſint apud Græcos cōmunia, uel mobilia, quæ illi ξύγενῆ uocant (hoc aūt etiam ex ipſa reꝝ ſignificatione poteſt cognoſci in omnibus appellatiuis, utrū poſſint nec ne fœmininoꝝ quoq; eſſe adiectiua, uel etiam neutroꝝ) Quod ſi ipſa exigat ſignificatio in es definentia communia ſunt, ut hebes, tam de mare quàm de fœmina dicitur: ſignificat enim tardus, & tarda. miles quoq; hic & hæc miles. Ouidius in ſecūdo Metamorpho. de Caliſtone loquens:

Miles erat Phœbes, nec Mænalon attigit ulla
Gratior hac Triuiæ, ſed nulla potentia formæ Longa eſt.

Similiter præpes qui & quæ in altum uolat, teres quoq; rotundus, & rotunda. Comes à comitando hic & hæc comes, quod tam ad mares q̄ ad fœminas ptinet. & omnia ſimiliter utriq; generi conuenientia, hic & hæc diues, ſuperſtes, quadrupes, inquies, ſoſpes etiam & hoſpes. Lucanus in quinto: Hoſpes in externis audiuit curia tectis. Frequenter tñ hæc duo in genere fœminino a terminant autores, ut Virg. in .iij. Aenei.

Bellum ò terra hoſpita portas. Lucanus in. v. tunc obtulit hoſpita tellus
Puppibus acceſſus faciles, legere rudentes & ſoſpita Iuno. Oui. in. ij. Faſtoꝝ:
Principio menſis phrygiæ contermina matri
Soſpita delubris dicitur aucta nouis.

Inuenit etiam antiſtita pro antiſtes. Cicero de Signis: Poſtridie ſacerdotes Cereris atq; illius phani antiſtitæ maiores natu probatæ, ac nobiles mulieres rem ad magiſtratus ſuos deferūt. Neutris quoq; cōiuncta hæc, id eſt in es coīa inueniunt, ut Virgi. in. vij.

Sed hæc tereti mos eſt aptare flagello. Iuuenalis in quinto:
Nec unquam depoſitum tibi ſoſpes erit. Lucanus in quinto: rerum nos ſumma ſequetur, Imperiumq; comes. Salluſtius in primo hiſtoriaꝝ: Nobis primæ diſſenſiones uitio humani ingenij euenere, quod inquies atq; indomitū ſemper in certamine libertatis, aut gloriæ, aut dominationis agit. Alia uero omnia, id eſt quæ nulla ſignificatione naturalē communionē habent cum fœmininis, maſculina ſunt, ut gurges, trames, ſtipes, limes, poples, fomes, ceſpes. exceptis in ges definentibus quæ in genitiuo, e ſeruant. Sunt enim fœminina duo, ſeges ſegetis, teges tegetis. & uno arboris nomine quod ratione ſupradicta fœmininum eſt, abies abietis, & compes compedis. Terenti. habēdæ compedes, Aries & paries maſculina e ſeruant in obliquis caſibus. In es pro

ductam si sint quintæ declinationis fœminina sunt. excipitur unum dies, quod tam masculini quàm fœminini generis in singulari numero inuenitur, ex quo & diminutio fit diecula. Terentius in Andria: Eho impudens, non sat habes q̃ tibi dieculam addo? In plurali uero semper masculinum inuenitur. non enim incertum tempus uidetur significare, quod plerunq; in fœmininо genere numeri singularis inuenimus. Ideo autem diximus plerunq;, quia inuenitur in usu, & pro certo tempore fœmininum, & p̃ incerto masculinum, & econtrario. Virgilius in secundo Aeneidos:

Venit summa dies, & ineluctabile tempus,
Dardaniæ. Lucanus in vi. non usq; adeo permiscuit imis,
Longus summa dies, ut si non uoce Metelli,
Seruantur leges malint à Cæsare tolli. Statius in primo:
Longumq; in secula digne promeriture diem.

Ex eo quoq; compositum semper masculinum hic meridies. certum enim significat tẽpus diei. Terentius in Adelph. Ipso meridie stipulam colligendo. Alia uero in es pro ductam definentia, quæ sunt propria masculina inueniũtur, ut Hercules, Vlysses, Perses, Achilles, Verres, Chremes, Laches. excepto uno fœmininо, Ceres Cereris. Appellatiua uero si sint ad homines pertinentia, quæ apud Græcos communia sunt, uel mobilia apud nos communia sunt, ut hæres, locuples, quod & neutrũ est. Alia uero omnia fœminina sunt, ut cædes, strages, strues, uulpes, apes, lues, labes, clades, nubes. excipit hic uerres appellatiuum cum porcum significat. In is finita nomina, si sint adiectiua, uel deriuatiua appellatiua communia sunt: & si ad homines proprie solos ptinent non faciunt ex se neutra, ut hic & hæc ciuis, hic & hæc hostis. Statius in secundo Thebaid.

Turbidus incertusq; oculis uigilantibus, hostem Occupat amplexu.

Cum de uxore Helymi Gorgæ loquitur. hic & hæc samnis. ædilis, quia dignitatis est ad uiros pertinentis masculini generis est. Sin tam ad homines quàm ad alias res dici possunt, in e faciunt neutrũ, ut hic et hæc suauis & hoc suaue, hic & hæc dulcis & hoc dulce, hic & hæc regalis & hoc regale, hic & hæc amabilis & hoc amabile. Alia uero in is definentia n uel duas consonantes in eadem syllaba, uel duplicem consonantẽ ante is habentia, & quæ penultimam syllabam una ex liquidis terminant masculina sunt, ut panis, funis, amnis, ignis, pisces, fascis, fustis, postis, uectis, axis, mensis, ensis, anguis, unguis, collis, follis, corbis, orbis, torquis: excipitur hæc bipẽnis, quod ideo fœmininũ est, quòd quasi adiectiuum est securis, uel q̃ à penna quod ipsum quoque fœmininum est componitur. Sed magis adiectiuum hoc esse ostendit Virgilius ferro bipenni, ponens in. xi. Ferro sonat alta bipenni, Fraxinus. Excipitur etiam canis commune, quod & natura sic esse ostendit. finis quoq; & clunis tam masculini quàm fœminini generis usurpauit autoritas in una eademq; significatione. Iuuenalis in. v.

Ad terram tremulo descendunt clune puellæ. Horat. in. i. sermonũ:

Quod pulchræ clunes, breue quod caput, ardua ceruix, in una eademq; significatione. multa tamen & in hac, & in alijs terminationibus confudisse genera inueniuntur uetustissimi, quos non sequimur, ut hæc amnis, funis, anguis. Composita siue ex masculinis, siue ex fœmininis, si adiectiua fuerint, cõmunia sunt, ut hic sanguis, hic & hæc exanguis, & hoc exangue. hic animus, hic & hæc exanimis, & hoc exanime. hæc cuspis, hic & hæc tricuspis. Inuenitur tamen hoc etiam neutro generi adiunctum, sed per obliquos casus. Ouidi. in primo Metamorph. positoq; tricuspide telo, Mulcet aquas rector pelagi. Pestis etiam & neptis, & uestis, cum duas consonantes ante is habeant fœminini sunt generis: & uallis, turris, pellis, peluis, quamuis penultimæ syllabæ liquidis terminantur, tamen fœminina sunt. Illa quoq; masculina sunt, quæ crescunt una syllaba in genitiuo, ut lapis lapidis, puluis pulueris, sanguis sanguinis, uomis uomeris, cinis cineris. excipiuntur hæc cuspis cuspidis, cassis cassidis, quoꝝ extremæ syllabæ amborum ab s cœperunt, quod in eiusdem formæ masculinis non inuenies, lis quoq; litis. Alia uero omnia in is definentia fœminina sunt, ut auis, classis, puppis, cu

tis,ſecuris,meſſis, bilis ſtrigilis, uis. Graca uero eandem habentia terminationem,genera quoq; quæ apud Græcos habent, ſeruant etiam apud Latinos, ſicut & alia penè omnia,quod iam ſuperius diximus,ut Paris,Tibris,tigris,Thetis.Molaris à mola deriuatum poteſt eſſe commune cum adiectiuum eſt: ſed quia plerunq; ad lapidem uel dē tem refertur,uſus frequens maſculinum hoc profert. Statius in. v. Theba. uaſtæq; ſudes fractiq; molares. In os terminantia tria fœminina inueniuntur, dos dotis, glos glotis,cos cotis,communia quinq;,cuſtos,ſacerdos,bos,compos,impos,neutra duo,os oris,os oſſis. Alia uero omnia maſculina ſunt,ut ros,mos,flos,nepos,lepos. In us correpta,ſecundæ uel quartæ declinationis, ſi ſint arborum nomina fœminina ſunt. Propria quoq; uel appellatiua græca os in us conuertentia,quæ apud Græcos fœminini ſunt generis,ſic apud nos,ut hæc cupreſſus,myrtus,laurus,cornus, quærcus,fagus,pirus,platanus,ſcyrus,beritus,pilus,ilus. Appellatiua uero,ut cryſtallus,coſtus,faſelus, arctus.Nam duæ arcti ſunt. Alia græca communia ſunt, φιλόσοφος,hic & hæc philoſophus, φιλόκαλος hic & hæc philocalus.Alia uero omnia eiuſdem terminationis ſupradictarum declinationum maſculina ſunt:ut hic clarus,magnus,animus,uentus,ſomnus,lacertus,curſus,metus,ſexus.quamuis Plautus hoc ſexus,huius ſexi, neutro genere ptulit in Rudēte: Virile ſexus nunq; ullū habui. fluctus,arcus, portus,acus,unde aculeꝰ diminutiuū teſte Probo,ſed in uſu frequēter inuenimus hæc acus.Luca,in,x

Quod Nilotis acus compreſſum pectine ſerum, Iuuena,in,ij.
Ille ſupercilium madida fuligine tinctum
Obliqua producit acu Idem in eodem: emerita quæ ceſſat acu.

Inuenitur etiam hoc acus huius aceris,quod Græci σκίβαλον uocant,id eſt purgamētum frumenti. Varro rei ruſticæ.iij. Acus ſubſternendum gallinis parturientibus, acus in area excutitur. Idem in primo: Argillam mixtam acere. excipiuntur ſecūdæ declinationis hæc,humus,aluus.Virgilius in ſecundo Aeneidos:

In latus inq; feri curuam compagibus aluum.

Actius tamen maſculinum hoc protulit Annalium primo:

Maia nemus retinens grauido concepit in aluo.

& domus,colus,quæ tam ſecundæ quàm quartæ declinationis inueniuntur. Quartæ uero,anus,nurus,ſocrus,quæ ipſa natura fœminina eſſe oſtendit. Et præterea manus, tribus, porticus. & neutra pelagus, quia & apud Græcos eiuſdem eſt generis neutri. & uulgus, quod tam maſculini quàm neutri generis inuenitur. uirus quoq; neutri eſt generis ſicut & pus,quod eſt indeclinabile. Penus inuenitur us maſculinum & fœminum & neutrum. Virgilius in primo Aeneidos: Cura penum ſtruere. Terentius in Eunucho: Cum in cellulam ad te patris penum omnem congerebam clanculum. Horatius in primo epiſtolarum: Annonæ profit portet frumēta penusq;. In us correptam tertiæ declinationis nomina neutra ſunt, ut munus, opus,excipitur hic lepus, hæc Venus,hic & hæc lygus,hic & hæc & hoc uetus. Et pecus, quod fœmininū hæc pecus pecudis declinatur,teſte Capro,& neutrum hoc pecus pecoris. In us producta ſi ſint monoſyllaba neutra ſunt, ut rus,crus,ius, plus,thus. excipiūtur hic mus,hic & hæc ſus,hæc grus. Supra ſyllabam autē fœminina ſunt,ut ſeruitus iuuentus, ſenectus, uirtus,incus,ſalus,palus,tellus. In ax definentia,ſi ſint adiectiua,communia ſunt trium generum,ut hic & hæc & hoc capax,audax,cōtumax,peruicax,rapax,fallax.Alia uero omnia etiā ſi interpoſita ſit alia cōſonans fœminina ſunt,ut fornax, pax,fax,lanx, arx,calx,falx. propria uero græca,& barbara maſculina ſunt,ut Aiax, Pharnax,Atax. In ex monoſyllaba maſculina duo inueniuntur,grex,rex. Alia uero omnia monoſyllaba in x quacunq; uocali ſiue conſonante antecedente fœminina ſunt, ut lex, fæx, nix, pix,nox,crux,lux,calx,merx.Excipitur unum commune hic & hæc dux. In ex ſupra ſyllabam i antecedente,in penultima ſyllaba,fœminina ſunt, ut hæc uibex, ilex,filex, Autores tamen & hic filex inueniuntur proferentes.Iuuenalis in ſecundo:

Nec melior filicem pedibus quæ conterit atrum, Ouid,in,vij.Metam.

Aut ubi terrena silices fornace soluti. Virgilius in octauo:

Stabat acuta silex præcisis undiq; saxis.

pellex quoque ad mulieres pertinens fœmininum est. Necnon etiam carex, supellex. Virgilius in .iij. Georg. & carice pastus acuta. Alia nisi sint adiectiua masculina sunt, hic uertex, culex, pollex, codex, murex, cortex. hoc tamen etiam fœminini inuenitur. Virgilius in septimo: raptus de subere cortex. Idem in Bucolico:

Tum Phaëtontiadas musco circundat amaræ

Corticis, atq; solo proceras erigit alnos.

Veruex etiam cuius finalis syllaba naturaliter producit masculinum est. Iuuenalis in primo: & elixi ueruecis labra comedit. Adiectiua uero omnia in x definentia, siue e, siue quacunq; uocali alia antecedente communia sunt trium generum, hic & hæc & hoc simplex, artifex. In ix, si penultima breuis est masculina sunt, ut hic calix, hic uarix. excipitur hæc salix & hæc filix, ut Virgilius in secundo Georgi.

Et filicem curuis inuisam pascit aratris.

Similiter radix, claxendix, quod significat concham qua signum tegit. Plautus in Vidularia: Apposita est claxẽdix? At ego signi dicam quid sit. Alia uero fœminina sunt, ut hæc matrix, cornix, lodix. Et omnia uerbalia, ut nutrix, uictrix, meretrix, natrix: qd̃ tamen cum speciẽ anguis significat masculini quoq; inuenit. Lucanus in nono: Et natrix uiolator aquæ. Potest tamẽ hoc figurate ad serpentem uideri redditum, quod etiã fœminino genere profertur, ut idem: Hinc maxima serpens python. sicut Præneste sub ipsa. Obstetrix quoq; pro obstitrix. Excipit hic fornix, quod quamuis penultimã positione longam habeat, tamen masculinũ est. Adiectiua supradictam seruant generis regulam, hic & hæc & hoc pernix, felix. Sciẽdum tamẽ q; in uerbalibus in trix terminantibus inuenimus obliquos casus coniungi solere etiã neutris, ut uictrici signo. Vnde uictricia tollite signa. Quamuis hoc uictrix, non memini me legisse, & si analogia declinationis exigat. In ox omnia adiectiua sunt, pernox, ferox, uelox. excepto uno cœlox, quod species est nauis: & monosyllabis, de quibus supradictũ est. hæc uox, nox. In ux supra syllabam masculina sunt propria, Pollux, Volux, unum cõmune quod n habet interpositam in nominatiuo, & eam in obliquis casibus amittit, hic & hæc coniunx coniugis. Sunt tũ qui nominatiuum quoq; putant fine n scribendũ. In yx græca sunt, & seruant eadem apud nos genera, phryx, eryx, styx, sandyx. Breuiter quoque de generibus in x terminantiũ sic possumus dicere, q; in x definẽtia adiectiua cõmunia sunt trium generum, ut hic & hæc & hoc audax, artifex, felix, uelox. Appellatiua uero ad utrunq; sexum hoim pertinentia communia utriusq;, ut hic & hæc cõiunx, dux. Quæ aũt ad solos mares pertinẽt masculina, & quæ ad fœminas fœminina, ut hic rex, hæc pellex. Græca uero, siue notha, eadẽ seruant, & apud nos genera, quomodo & barbara, ut hic Phæax, Aiax, calix, ἀπὸ τοῦ κύλικος, Pollux, Atax, uolux, hæc sphinx, nox. Reliqua supra syllabã nisi sint fœtus terræ e ante x habentia masculina sunt, ut hic cimex, uertex, apex, exlex, ueruex. excipitur supellex. Alia uero omnia in x definẽtia fœminina sunt, ut hæc pax, nux crux, ilex, salix, carex, filix ἀγρώστις, fornax, uibex μώλωψ, cœlox. Excipiunt, hic grex, uarix, fornix, hic & hæc cortex, silex. In t neutra sunt, ut caput, sinciput, occiput, git ἀνθέμιον, Nepet oppidi nomen. In duas definentia consonantes si sint adiectiua cõmunia sunt triũ generum, ut hic & hæc & hoc expers, prudens, inops, insons. In his sunt ponenda, & illa omnia quæ apud Græcos, uel communia sunt uel faciunt ex se fœminina, princeps ὁ ἀρχηγὸς & ἡ ἀρχηγός. Virg. in. x.

Tu mihi nunc pugnæ princeps, tu rite propinques,

Augurium Phrygibusq; adsis pede diua secundo.

Municeps ὁ συντελεστὴς, καὶ ἡ συντελέστρια, ὁ πολίτης καὶ ἡ πολίτις. Iuuenalis in quarto: municeps Iouis aduexisse lagenas. Parens ὁ γονεὺς, καὶ ἡ γονεύς: quæ quamuis possint figurate neutris quoq; adiungi, in plurali tamen numero deficit eorum secundum neutra terminatio, & fortassis quia aliud significant, principia, municipia, parentia,

nec apud Græcos tamen habent neutra, γονεὺς, nec πολίτης, quæ non ſunt adiectiua. Alia uero ſi ſint monoſyllaba fœminina ſunt, ars, fors, gens, mors, lens, frons, mens, pars, fors, ſcrobs. Ouid. in. vij. Metamorph. Haud procul egeſta ſcrobibus tellure duabus. & maſculino tamen genere inuenitur. Plautus in Amphitruone, Ibi ſcrobes effodito duplos ſexagenos in dies ἡ ἐμποσία νῦν ἑξέα, ops, ſtips, trabs, ſtirps, quod etiam maſculinum inuenitur, & maxime in arboribus. urbs, puls. exceptis mons, fons, pons, dens, Mars. Quæ uero ſupra ſyllabam ſunt, ſi ſint propria, uel appellatiua in ps definentia maſculina ſunt, Aruns, Vfens, Cynips, Mauors, manceps, adeps, πλίτων. forceps, auceps. quæ tamen ueteres etiam fœmininо genere protulerunt. Varro in ſecundo rerum ruſticarum: adipes illa pro adeps. Marſus: adipis pondo. xx. uetuſtæ. Neuius in Lignaria: Signare oportet frontem calida forcipe. Cætera uero fœminina ſunt, hyems, cohors. In aus fœminina ſunt, fraus, laus. In æs diphthongũ unum maſculinum, præs prædis, & unum neutrum, æs æris. Sciendum tamen ꝙ uetuſtiſſimi in multis, ut diximus ſupradictarum terminationum inueniunt confudiſſe genera, nulla ſignificationis differentia coacti, ſed ſola autoritate, ut hic & hæc aſpergo προσράνσις. Aluus, arcus, adeps uel adipes, charta, cardo, cinis uel ciner, ceruix, collis, crux, calx, cupreſſus, platanus, populus, laurus, aquila, crinis, carbaſus, colus, hic & hæc caſſis, clunis, hic & hæc concha, callis, fornax, frutex, grex, frons frontis, hic & hæc humus, imbrex, limus, latex. Actius: non callida latice lautus. lembus, linter, lepus, agnus, leo, pampinus, perdix, hunc & hanc palumbẽ, hic & hæc fæx, rudens πρόπους, ſocrus, ſupparus πρωτόμιον, & hoc ſupparum, ſenex, ſtirps, torris ὁ δαλός, tiaras, Tibris, amnis, torquis. trames, ueſper, hi & hæ ueſpres. In multis aliis etiam confudiſſe genera uetuſtiſſimi inueniuntur. ſiue in eiſdem terminationibus, ſeu mutantes eas terminationes. Neutra quoq; quædam ſolebant etiam maſculino genere proferre, uel econtrario, ut hic et hoc guttur, murmur, hic & hoc globus, quod etiã hoc glomus huius glomeris dicit. hic fretus etiam et dorſus, huius fretus dorſus ꝓ fretum freti, & dorſum dorſi dicebãt. hic gelus uel gelum pro hoc gelu, Hiſtrum pro Hiſter, & Rhenũ, Tanagrum, Metaurum, Iberum, Vulturnum, Oceanum. Hoc tamen quoties flumen ſequebatur ſolebant facere. Iubar quoq; tam maſculinum q̃ neutrum proferebant. Ennius in Annalibus:

Interea fugit albus iubar Hyperionis curſum.

Caluus in Epithalamio: Heſperium ante iubar quatiens, hoc iubar dixit. Si enim eſſet maſculinum uel fœmininum iubarẽ dixiſſet quatiens. hic & hoc liquor, hic & hoc papauer, hic & hæc & hoc penus, & hoc penum. Plautus in Pſeudulo:

Niſi mihi annuus penus hic ab amatoribus cõgeratur,
Cras populo proſtituam uos ò puellæ. Lucilius:
Magna penus paruo ſpatio conſumpta peribit.

Plautus in Captiuis: Dicam ſeni curet ſibi aliud penus. Cæſar Strabo in oratiõe qua Sulpitio reſpõdit: Deinde propinquos noſtros Meſſalas domo deflagrata penore uolebamus priuare. Afranius in Talione: Vos quibus cordi eſt intra tunicam manus leua, dextra in penum herile. hic & hæc & hoc pecus. Ennius in Nemea: pecudi dare uiua una marito. Poteſt tamẽ hoc figurate eſſe prolatum, ut ſi dicam: Aquila maritus uel rex auium. hic & hæc retis & hoc rete. hic & hoc ſexus. hic & hæc & hoc ſpecus. hic & hoc ſal. Cato in ſecundo: Ex ſale qui apud Carthaginienſes fit. Afranius in cõpitalibus: ut quicquid loquitur ſal merum eſt. Etiam hoc ſale Ennius protulit in. xiij. Annalium: Cœruleum ſpumat ſale conferta rate pulſum, pro mare. Supradictorum tamen nominum uſus, & apud Caprum, & apud Probum de dubijs generibus inuenies.

De Numero.

NVmerus eſt dictiõis forma, quæ diſcretionẽ quãtitatis facere poteſt. Eſt aũt uel ſingularis uel pluralis. Nã dualis apud Latinos nõ inuenit. Singularis eſt, ut homo. pluralis ut hoĩes. Et ſciẽdũ ꝙ in uno ꝓprie numer' nõ dicit, ſed abuſiue, quõ ntũs caſus nõ eſt, ſed abuſiue caſus dicit, eo ꝙ facit alios caſus: quãuis multi de hoc dicãt, ꝙ

ideo casus sit dicendus, quòd à generali nomine cadant omnium specialium nominatiui. Sed si ob hoc casus est dicendus, oēs partes orationis possunt uideri casum habere. Et uerbum enim, & aduerbium, & coniunctio, à generali uerbo, & aduerbio, & cōiunctione cadunt in speciales positiones singulas. Alij autem dicūt, ꝙ ipsa terminatio nominatiui cadens in alias diuersas terminationes, non incongrue casus nominatur, cum naturam habeat, ut cadere possit, & cadendo faciat omnes casus. Quippe si casus dicitur, non solum illud in quod cadat aliquid, sed etiam ipsa res quæ cadit. Vnde aptota dicunt illa nomina doctissimi artium scriptores, quæ nominatiuum tantum habent casum: in quo refutatur eorum ratio, qui ideo putant eum casum nominatum, ꝙ à generali nomine cadat. Possumus etiam à maiore, & à frequentiore parte casuū qui sunt obliqui, hunc quoq; accipere nominatum, quomodo & syllabas ex singulis uocalibus dicimus. Ergo singularis quoq; numerus bene dicitur, ꝙ ipse geminatus & multiplicatus facit omnes numeros: & quòd omnes numeri ex ipso componunt̄, & in ipsum resoluunt̄. Et singularis quidē numerus finitus est. pluralis uero infinitus. Cum eñ dico homo, certū est de uno dicere: cū uero hoīes, incertū est de quot. Nam, à duobus usq; ad innumerabiles extendit̄ significatio. Itaq; natura numerorū quoq; certos inuenit nomina, quibus adiunctis nihil ultra citraq; intelligere liceat, ut hoīes duo, cētum uel mille: ergo dubitationem pluralium discutit adiunctio eorum nominum, quæ in singulis numeris sunt propria, suæ cuiusdam positionis: Quippe cum sint pluralia non à singularibus nata: omnia enim à se nascuntur: nam duo nō est ab uno deriuatum, nec tres à duobus, nec quatuor à tribus. Numeros autem hæ habent dictiones, quæ personas quoq; habent, uel finitas uel infinitas, id est nomina, uerba, participia, pronomina. Vnde si deficiat personis uerbum, deficit etiam numero. qualia sunt infinita, impersonalia, gerundia uel supina. Aduerbium uero quamuis sæpe demonstret numerum ad significationem nominum numeralium, non tamen quasi accidentem hunc habet. Accidētia enim generalia fere sunt ad omnes species partium perfectarum. Quod enim dicas singularis numeri aduerbium, uel quod pluralis, cum similiter omne aduerbium tam singularibus quàm pluralibus uerbis adiungatur, etiam numerale, quemcunque numerum significat, ut singillatim circuneo, & singillatim circuimus. Pluraliter loquor, & pluraliter loquimur, sæpissime dico, & sæpissime dicimus. quod in nulla parte alia numerum possidente potest contingere, nisi figurate, ut cum sint numeri, singularis plurali adiungantur: uel cum sint pluralis singulari. Præterea nomen & pronomen, & uerbum, & participium declinantur in numeros. Aduerbium autem quicquid significet, & quemcunque numerum, indeclinabile manet. Hoc tamen interest inter numerorum nomina, quæ sunt indeclinabilia, & inter aduerbia, quòd ea licet tam singularibus adiungere, ut prædixi, quàm pluralibus, ut millies dixi, & millies diximus. Illa uero non nisi pluralibus, ut mille homines, diximus. Nec præpositio igitur, nec coniunctio, nec interiectio, numerum habent: quippe nec personas significant. Inueniuntur quædam nomina, quæ utrunque numerum eadem uoce demonstrant. ut in prima declinatione singularis genitiuus, & datiuus, & pluralis nominatiuus, & uocatiuus, huius & huic poetæ, hi & ὸ poetæ. Et in mobilibus trium generum omnibus, singularia fœminina, & pluralia neutra eandem uocem habent, hæc prima, ἡ πρώτη, τὰ πρώτα. sacra, ἡ ἱερὰ, καὶ τὰ ἱερά. maxima, ἡ μεγίστη, & τὰ μέγιστα. In secunda quoque declinatione genitiuus singularis, & nominatiuus, & uocatiuus pluralis idē est, huius docti hi docti & ὸ docti. In tertia omnia in er productam terminantia, cum pares habeat nominatiuo syllabas genitiuus, nominatiuus quoque pluralis, & accusatiuus, & uocatiuus idem est, ut hic Verres, hi & hos & ὸ Verres. hæc cædes, hæ & has & ὸ cædes. In quarta etiā genitiuus singularis, & ntūs, & accusatiuus, & uocatiuus pluralis idē est. Quippe in oīmbus his casibus producit̄ us, huius fluctus, hi & hos & ὸ fluctus. In quinta quoq; declinatione omnis ntūs & uocatiuus singularis & ntūs & accusatiuus, & utūs pluralis, idem est, ut hæc & ὸ res, spes, facies,

hæ & has & ò res, ſpes, facies. Nec ſolum in nominibus, ſed etiam in pronominibus inuenies quædam communia utriuſq; numeri, ut in his quæ genitiuum uel datiuum ſingularem in i terminãt, & ſimiliter nominatiuũ pluralem, ut mei, tui, ſui, noſtri, ueſtri, illi, iſti, ipſi, ei. Qui quoq; tam ſingularis eſt ntũs, quàm pluralis. In participijs quoque mobilibus idem fit quod in nominibus. Nam in uerbis nulla uox eadẽ apud Latinos ſingularis eſt & pluralis, quia id apud Græcos interdũ inuenit, ut ἤλθον ἐγὼ, ἤλθομεν ἐκεῖνοι. Sunt quædam nomina ſemper ſingularia, uel natura, uel uſu: Natura, ut propria, quæ naturaliter indiuidua ſunt, Iupiter, Venus, Ceres, Achilles, Hector, Sol, Luna, Italia, Sicilia, Cilicia: Vſu, quæ ſingulariter proferri tradidit uſus, ut ſanguis, puluis. In his tamen ipſis eſt qñ euentus uel partitio regionum uel diuerſæ opiniones, uel autoritas uetęx cogit, uel quando pro appellatiuis quoq; proferuntur, ut etiam plurali numero proferantur. Euentus, quod euenit ſæpe eodẽ proprio nomine duos uel plures nũcupari: ut Aeneas Anchiſæ filius, & Siluius Aeneas. Pyrrhus filius Achillis, & Pyrrhus rex Epirotarũ. Aiax Telamonius, & Aiax Oilei filius. Hæc enim nõ naturaliter communia ſunt, quippe nullam qualitatẽ communem ſignificant, ſed caſu diuerſis cõtigere perſonis. Non eñ ideo eodem nomine nuncupati ſunt, quia qualitatẽ ſimilem habeant, id eſt, q̃ duo albi eſſent uel duo nigri uel duo formoſi. Idem facit partitio regionum, ut Gallia citerior, & Gallia ulterior. Diuerſæ opiniões q̃ quidam multos Soles, & multas Lunas eſſe putauerũt. Terra quoq;, uirtus, pietas, iuſtitia, probitas, & ſimilia, quando deas ſignificant propria ſunt: qñ uero partes, uel in hominibus ſitas res, appellatiua ſunt. Itaq; ſi ſint propria, nõ habent pluralem numerũ: ſin appellatiua, habent. Autoritas, ut mella, frumenta, ordea, farra, plurali numero protulit Virgilius, cum in uſu frequẽtiore ſingularis numeri ſint, ſicut alia quoq; plurima, ut ſanguis, puluis, pax, quæ tam ſingulariter, q̃ pluraliter prolata idem poſſunt ſignificare. ſed pluraliter nõ utimur eis, quia autoritas deficit. cui ſi collibuiſſet, quomodo dicimus cruores, dicere ſanguines, uel quomodo cineres, ſic puluere, nihil impediret. Sciendum tamẽ quod metallorũ uel ſeminum, uel humidorũ ad menſuram uel ad penſum pertinentiũ, pleraq; ſemper ſingularia inueniũtur, ut aurum, argẽtum, æs, plumbum, ſtannum, uitrum, orichalcum, electrum, triticum, eruum, ὄρυζα. faba, lens, piſa, conchis, acetũ, liquamen, lac, mulſum, oleum. Adeo autem hæc uſus nõ regula prohibet, etiam pluralia habere, q̃ quidam propria confiſi autoritate plurali quoq;, ut dictũ eſt, hæc protulere numero, ut ordea, frumẽta, fabæ, uina, mella. Similiter ſunt quædam ſemper pluralia, uel natura, uel uſu: natura, ut gemini, proprium in ſigno cæleſti, & piſces: uſu, ut manes, arma, mœnia, Floralia, Saturnalia, nũdinæ, kalendæ, nonæ, idus, compitalia, Neptunalia, & omnia pene feſtorũ dierũ nomina. Sunt quædam ſingularia uoce, intellectu pluralia, quæ etiam comprehenſiua dicunt, id eſt περιληπτικὰ, ut populus, exercitus, legio. Alia contrà intellectu ſingularia, uoce pluralia, ut Athenæ, Thebæ, Mycenæ, Mænala, Gargara, Tartara, Dindyma, Bactra. Inueniuntur tamen etiam in his, quædam ſingulariter prolata, idem ſignificantia. Virgilius in quinto:

Argolico ue mari deprenſus & urbe Mycena. Statius in octauo Thebai.
Viue ſuperſtes ait, diræq; ad mœnia Thebes Solus abi.

Mænalus quoq; dicit, & Tartarus, & Gargarus. Virgilius in Bucolicis:

Mænalus argutumq; nemus, pinoſq; loquentes
Semper habet. Idem in ſexto: tum tartarus ipſe
Bis patet in præceps tantum tenditq; ſub umbras.

De figuris.

FIgura quoq; dictionis in quantitate comprehendit: uel enim ſimplex eſt, ut magnus: uel compoſita, ut magnanimus: uel decompoſita, quam Græci ἀποσύνθετον uocant, id eſt à compoſitis deriuata, ut magnanimitas, quæ rationabiliter ſeparatim accepta eſt figura à Græcis. Neq; eñ ſimplex poterit eſſe, quæ à compoſita deriuatur dictione, neq; compoſita: quoniam quod ſuum eſt compoſitorũ, non habet, id eſt, ut per

se ipsa ex diuersis componatur dictionibus separatim intelligendis, sub uno accentu, & unam rem suppositam, id est significandã accipiat, ut iusiurandum, respublica, & talia. Vna enim est res suppositа, duæ uero uoces diuersæ, sub uno accentu prolatæ, quas inuenies separans compositũ, etiamsi sit à corruptis compositũ, ut est parricida. hoc enim ipsum per se compositũ, quærentes ex quibus dictionibus est, inuenimus diuisiõe facta, eas per se intelligendas. Dicimus enim à parente, & à uerbo cædo: quæ utraq; per se integra sunt, & intellectum habent plenũ: quod in decompositis fieri non põt. Si enim dico magnanimitas, compositũ est à magno & animitate, nihil dico. animitas enim per se nõ dicit̃, necesse est ergo dicere q̃ magnanimus quidem compositũ est à magno & animo, quæ sunt intelligenda per se. A magnanimo aũt deriuatum est magnanimitas: quamuis inueniunt̃ multa dubia utrũ decompositа sint an cõpositа, ut impietas, infelicitas, imperfectio: quæ si ab impio & infelice & imperfecto dicamus deriuata, decõpositа sunt. Cũ aũt in duo separatim intelligenda possunt diuidi, uident̃ esse compositа, quomodo etiã participia quæ à compositis uerbis deriuant̃, ut perficiens, negligens, circũdans, anteueniens. Sunt tñ quædam, quoꝝ simplicia in usu frequenti non sunt, ut defensor, repleo, cõpleo, suppleo, deleo, releo, defendo, offendo, respicio, aspicio, suspicio, despicio. q̃ aũt rõnabiliter simplicia quoq; hoꝝ possunt dici, ostendunt nomina ex eis nata. Plenus quasi à pleo uerbo. letũ, quasi à leo uerbo & leor. specto etiam uerbũ quasi à spicio uerbo natum est frequentatiuũ. Componunt̃ aũt nomina modis quatuor, ex duobus integris, ut respublica, iusiurandum. Ex duobus corruptis, ut beneuolus, pinnirapus. Ex integro & corrupto, ut inimicus, extorris. Ex corrupto & integro, ut efferus, impius. Et sciendũ q̃ omnes partes orõnis habent cõpositа absq; interiectione, & plerisq; participijs. Interiectiones enim semp simplices sunt, participia uero uel simplicia sunt uel decõpositа plerunq;, id est à compositis uerbis deriuata sunt. Per se enim raro componit̃ participium. nam si quis dicat à faciẽs, participium compositũ fieri efficiens, sciat hoc minime posse fieri, nisi ipsius uerbum compositũ fuerit, ut efficio, atq; ex hoc uerbo nasci participium efficiens. Quæ enim participia per se cõponunt̃ pleraq; amittentia uim participij transeunt in nomina, ut potens impotens, doctus indoctus. Ideo autẽ diximus pleraq;, q̃ illa participia uident̃ esse ex simplicibus suis compositа, quæ non uerboꝝ sui tpis, sed participioꝝ simplicium regulã seruant, ut contigi contactus, à simplici tactus: coegi coactus, à simplici actus: contuli collatus, à simplici latus. Nomina uero cõponunt̃ uel cum alijs nominibus, ut omniparens, paterfamilias: uel cum uerbis, ut armiger, lucifer: uel cũ participijs, ut senatusdecretum, plebiscitũ: uel cum pnominibus, ut hmõi, illiusmodi: uel ab aduerbijs, ut satisfactio, beneficus, malefícus, causidicus: uel cum præpositiõibus, ut imprudens, perfidus: uel cum coniunctionibns, uterq;, quisq;, nequis, siquis. quæ compositа esse ostendunt̃ à fœmininis in a definentibus, ut siqua, nequa, quomodo aliqua. Nam nisi essent compositа fœminina in æ diphthongum fecissent, siquæ, nequæ, uti quis fœmininum facit quæ. Et componunt̃ uel à duabus dictionibus, ut septẽtrio, semiuir: uel à tribus, ut imperterritus, inexpugnabilis, inextricabilis: uel amplioribus, ut cuiuscunq; modi: quæ tñ solent etiam à compositis secundam compositionem accipere. Primo eñ compositũ est perterritus, expugnabilis, extricabilis, & post imperterritus, inexpugnabilis, inextricabilis. similiter imperfectus, ineluctabilis, & similia. Est ergo illud quoq; attendendum, q̃ separata compositа non solũ in simplices resoluunt̃ dictiões, sed etiam in ante compositas, ficut sunt ea quæ à tribus uel amplioribus componuntur. Ipsa tamẽ quoq; ante compositа, necesse est in duas intelligibiles dictiones resolui. Componũtur tñ quædam etiam ex decompositis, ut potens, à uerbo potes, qd̃ est compositum à potis es. ex hoc componit̃ impotens, omnipotens, ignipotens, uiripotens, ex simplici & decõposito. Et sciẽdum est, q̃ si duo sint nominatiui, ex utraq; parte declinat̃ compositũ, ut respublica reipublicæ, iusiurandũ iurisiurandi, qd̃ Græci nunq̃ faciunt in cõpositis. Dicunt eñ oportere compaginẽ qua cohærẽt in cõpositione dictiones, immobilẽ manere, hoc igit̃ non seruantes Latini, diuersoꝝ qdẽ utimur declinatiõe, accẽtu tñ compositoꝝ,

In omni enim casu sub uno accentu ea proferentes composita esse ostendimus, & possumus dicere per singulos casus ea componi: quod dicentes non uidemur contra supradictam Græcorum de compagine rationem facere. Nec mirum per singulos casus apud nos nomina componi, cum apud illos quoq; etiam uerba quædam inueniunt, quæ p diuersa tempora componunt, ut καταγράφω, κατέγραφον, ἀναγινώσκω, ἀνεγίνωσκον. Nam si à præsenti καταγράφω dicamus nasci κατέγραφον, incipit labefactari compago compositionis, quod recusat ratio. Vnum apud Latinos inuenit nomen, quod quamuis ex duob. nominatiuis sit compositum, non tñ ex utraq; parte declinat, id est alteruter alterutrius. quod tñ ipsum non absq; ratione declinatur. Nam cum duæ pugnant contra se regulæ, ut unam seruet necessario perdidit alteram. Omnia enim nomina uel pronomina, quæ gtñ in ius terminant, debent hunc habere communē trium generum, unus unius, una unius, unum unius. solus solius, sola solius, solum solius. ille illius, illa illius, illud illius. Cum igit fœmininum & neutrum supradicti nominis ex corrupto & integro sint composita, hiatus causa & euphoniæ alterutra pro altera utra, & alterutrum pro alterꝰ utrū, necessario extrinsecus habuerunt declinationem, id est alterutrius. Vnde Cicero p M. Marcello, q̄ si in alterutro peccandum sit, malim timidus, quàm parum prudens uideri. Itaq; masculinum quoq; eorꝰ est declinationem secutum, propter rationem supradictam in ius terminantis genitiui, qui communis trium uult esse generum. Nec solum tñ in declinationibus nominum hoc contingit, sed etiam in accentibus, ut uterq; utraq; utrunq;, pleruſq; pleraq; plerunq;. Fœmininum em̄ quamuis penultima breuis sit, accentum tñ in ea habuit acutum sicut masculinum & neutrum. Quæ enim nisi separata sit, si Græcos sequimur, coniunctio enclitica non debet esse: nisi illud dicamus, q̄ q̄ qñ cum integris componit dictionibus, quamuis significationem suam amittat, id est coniunctionis, tamen enclitici uim seruat, ut pleraq;, ubiq;, utraq;, exceptis differentiæ causa, itaq;, utiq;. In his enim non solum cōiunctio, sed etiam præposita ei aduerbia uim propriæ significationis conuertunt composita: uetustissimi tamen & altera utra, & alterꝰ utrum, & alterius utrius solebant proferre, & plerus plera plerum, absq; additione q̄. Cicero in Protagora: Quæ igit potest esse indignitas uoluntatis ad molestiam, nisi in magnitudine, aut in longitudine alteriusutrius posita? Cato de ambitu: Sed sunt partim qui duarum rerum alterius utrius causa magistratum petunt. Idem in primo originum: Agrū quem Volsci habuerunt campestris plerus Aborigínum fuit. Pacuuius in Duloreste: Pater Achæos in Caphareis saxis pleros perdidit. Idem in Teucro: Periere Danai, plera pars pessundata est. Asclius in .iij. historiarꝰ aduerbialiter sine q̄ extulit, ut fieri solet plerum, ut in uictoria mitior, mansuetiorq; fiat. ergo nihil aliud est in his nominibus q̄, nisi syllabica epectasis, quomodo ce in quibusdam pronominibus & aduerbijs, ut hisce, hosce, illicce. Nam & plerus plera plerum, & pleruſq; & pleraq; & plerūq; idem significant. Vter uero & uterq; diuersas habent significationes. Vter enim πότερος diuiduam uim habet, uterq; ἑκάτερος collectiuam, ubi πῇ ὅπου, ubiq; πανταχῇ. In his ergo & similibus, q̄, si coniunctionem accipiamus composita sunt: sin syllabam deriuatiua. Similiter undiq;, deniq;, itaq;. Quæ uero ex utroq; casu obliquo sunt composita nomina, manent indeclinabilia, ut huiusmodi, illiusmodi, istiusmodi, eiusmodi, cuiusmodi. Sin ex ntō & obliquo, uel obliquo & ntō, ntūs tantum declinatur, ut præfectusurbis, senatusconsultum. Et inuenimus per omnes ferè casus composita, ut iurisperitus, legislator, præfectusurbis & præfectusurbi, tribunusplebis & tribnnusplebi. Agricola agrum colens: cœlicola, id est cœlum colens: macte, id est magis aucte (antiqui tamen & mactus dicebant): menceps, mente captus. Et singularia cum pluralibus componūtur, ut orbis terræ & orbis terrarum, paterfamilias & paterfamiliarꝰ, armipotens & armorum potens, magister militum, à secretis, à calculis, à responsis, ab actis. Possunt tñ hæc eadem etiā separata esse, si diuersos accentus his dederis, uel interponas coniunctiones, ut resq; publica, populusq; Romanus, tribunusq; plebis. Siquis ad imitationem τίτιε Græci enclitice prolatum quidam putant, ut nunquis, nequis, ostendunt tamen ea sine dubio com

posita tam à fœmininо singulari quàm neutro plurali in a desinẽtibus. Compositio eñ non enclisis corrumpere dictiones solet: dicimus enim siqua, nequa, ut aliqua.

De casu.

CAsus est declinatio nominis, uel aliarum casualium dictionum, quæ fit maxime in fine. Nominatiuus tñ siue rectus, uel ut quibusdam placet, quod à generali nomine in specialia cadat, casus appellaẽ, ut stylum quoq; manu cadentem, rectum cecidisse possumus dicere. Vel abusiue dicitur casus, ꝙ ex ipso nascunt omnes alij; uel ꝙ cadens à sua terminatione in alias facit obliquos casus. Quæritur autem quid sit inter indeclinabilia, & aptota & monoptota: & sciendum ꝙ aptota & monoptota indeclinabilia sunt. similiter enim non uariant terminationẽ, sed immobilem eam seruant. Aptota tamen sunt p prie dicenda quæ ntñ solum habent, qui plerunq; & uocatiuus inueniẽ, & non accipiẽ etiam pro obliquis, ut Iupiter, Diespiter. non enim licet eodem pro genitiuo uel alio casu obliquo uti. Ideo autem dixi proprie dicenda, quia inueniunt antiqui aptota pro monoptotis, & monoptota ꝓ aptotis posuisse. neutrum uero si fit aptotũ, necessario etiam pro accõ & uocatiuo accipiẽ eius ntũs, quod generale est omnium neutrorum, ut fas, nefas, ir, pus. Monoptota uero sunt quæ pro omni casu una eademq; terminatione fungun tur, qualia sunt nomina literarum & numerorũ à quatuor usq; ad centum. Mille quoq; indeclinabile est, & siqua inueniunt similia, ut hoc ā huius ā, hoc alpha huius alpha, hi quatuor horum quatuor, hoc gummi huius gũmi, hic & hæc & hoc nequam huius nequam, hi quot, tot, horum quot, tot. & barbara plurima, sed magis omnia: nisi ea ad græcam uel ad nostram regulam flectamus, uel ab autoribus flexa inueniamus. In his ergo, id est carentibus declinatione finalium syllabarum, quæ monoptota nominamus, uidẽtur casus fieri non uocis, sed significationis duntaxat. Itaq; articulis diuersis utimur p uarietate significationis, necnon etiam structuræ rationem seruamus, sicut in declinabilibus per sex casus. Velut aũt una uoce diuersas possunt habere significationes, tam declinabilia per quosdam casus, q̃ indeclinabilia per omnes casus, sic ẽ contrario diuersis uocibus sæpe inuenimus unam eandemq; fieri significatiõem, ut labor & labos, honor honos, huius cornus & corni, pinus & pini, huius quæstus uel quæsti, ornatus uel ornati, tumultus uel tumulti, Achillis uel achilli, Aulai & aulæ, à felice uel felici, deis & dijs, sapientium uel sapientum. nec solum in nominibus, sed etiam in alijs partibus, ut amauerũt uel amauere, amaueram uel amaram, ei uel ij, eis uel ijs, nimiũ uel nimis, satis uel sat. Est autem rectus qui & ntũs dicitur: per ipsum enim nominatio fit, ut nominẽ iste Homerus, ille Virgilius. Rectus autem dicit ꝙ ipse primus natura nascit uel positione, & ab eo facta flexione, nascunt obliqui casus. Genitiuus aũt qui & possessiuus & paternus appellaẽ, genitiuus uel ꝙ genus per ipsum significamus, ut genus est Priami: uel ꝙ generalis uideẽ esse hic casus gtũs, ex quo ferè omnes deriuatiões, & maxime apud Græcos solent fieri. Possessiuus uero ꝙ possessionem quoq; per eum casum significamus, ut Priami regnum, unde possessiua quoq; per eum casum interpretamur. quid est enim Priameium regnum nisi Priami regnum? paternus etiam dicitur, ꝙ p eum casum pater demonstraẽ, ut Priami filius. unde patronymica pariter in eum resoluunt. Quid est enim Priamides nisi Priami filius? Post hunc est datiuus, quem etiam commendatiuum quidam nuncupauerunt, do homini illam rem, & commendo homini illam rem. Quarto loco est accũs, siue causatiuus, accuso hominẽ. & in causa hominem facio. Vocatiuus salutatorius etiam uocaẽ, ut ò Aenea, & salue Aenea. Ablatiuus etiam comparatiuus, ut aufero ab Hectore, & fortior Hectore. Multas tñ alias quoq; & diuersas unusquisq; casus habet significationes, sed à notioribus & frequentioribus acceperunt nominationem, sicut in alijs quoq; multis hoc inuenimus: ut patronymica uocamus, non ꝙ omnia, sed ꝙ pleraq; à patribus deriuantur: neutra dicimus uerba, non ꝙ solum ea in hac specie inueniantur quæ neutram habent significationem, id est nec actiuam nec passiuam absolute dicta, sed ꝙ ex maxima parte sunt neutra. Syllabas nominamus, non ꝙ omnes comprehensiõe literarum constent, sed ꝙ pleræq;. sic ergo etiam casus ab aliqua notabiliore si-

gnificatiõe sunt nominati. Ordo quoq; naturalis eis datus est: quippe nominatiuus quẽ primum natura protulit, ipse primum sibi locum defendit: unde uerbis quoq; intransitiue, iste quasi egregius adhæret. Gtũs secundum locum sibi defendit. hic quoq; naturale uinculum generis possidet, & nascitur quidem à ntõ, generat autem omnes casus obliquos sequentes. Datiuus, qui magis amicis conuenit, tertium locum tenet, & q; uel eãdem habet uocem genitiuo, uel unius abiectione uel mutatione literæ ab eo fit. Qui uero ad inimicos magis attinet, id est accũs, quartum. Extremum apud Græcos obtinuit uocatiuus, quippe cum imperfectior cæteris esse uideat. nisi enim secundæ personæ cõiungi non potest, cum superiores quatuor omnes personas possint complecti, figurate adiuncti pronominibus, ut ego Priscianus scribo, tu Priscianus uel Prisciane scribis, ille Priscianus scribit. Mei Prisciani eges, tui Prisciani egeo, illius Prisciani eget. Mihi Prisciano das, tibi Prisciano do, illi Prisciano placet. me Priscianum uides, te Priscianum uideo, illum Priscianum uidet. Similiter ablatiuus tribus adiungitur psonis, à me Prisciano accipis, à te Prisciano accipio, ab illo Prisciano accipit. Non egent autem nomina pronominibus, quamuis omnes circũeant personas, si cum uocatiuis aut substantiuis uerbis coniungant, ut Virgilius nominor, uel sum, Virgilius nominaris uel es, Virgilius nominatur uel est. Igit ablatiuus proprius est Romanorum, & quamuis ipse quoq; tribus sociari possit, ut diximus, personis, tamẽ quia nouus uidetur à Latinis inuentus, uetustati reliquorum casuum concessit. quamuis hunc quoq; à uetustissimis Græcorum grammaticis accepisse uident Latini, qui sextum casum dicebant ὀυρανόθεν, ἐμέθεν, qui profecto ablatiui uim possidet. nam etiam præpositionem assumit, ut ἀπ ἐμέθεν, ἀπ ὀυρανόθεν. Homerus, ἀπ ἐμέθεν γάρ φασι κακὰ ἔμμεναι. Sunt igit formæ casuales sex: Monoptota, quæ una terminatione pro omni casu funguntur, ut supradictum est, ut nequam, gummi, alpha, beta, cornu, quatuor, quinq;, sex. his quidam addũt illa quæ tam uoce quam significatione unum casum habẽt, ut hmõi, istiusmodi. Diptota, quæ duos diuersos casus habent tantum, ut uerua uerubus: nam ueruum in usu non inuenimus. & fors, forte. Terẽ. in Phormione: ò fortuna, ò fors fortuna. Virg. in primo: Forte sua libycis, tempestas appulit oris. Et tabi tabo. Alia triptota qualia sunt omnia neutra secundæ declinatiõis in singulari numero, ut templum templi templo, & in plurali tam in secũda q̃ in tertia & quarta, id est omnia neutra pluralia, ut templa temploꝝ templis, sidera siderum sideribus, cornua cornuum cornibus. Alia tetraptota qualia sunt omnia in r definentia secũdæ declinationis, puer pueri puero puerum. Alia pentaptota, qualia sunt omnia masculina uel fœminina secundæ declinationis in us terminãtia, doctus docti docto doctum docte, Virgilius uirgilij uirgilio uirgilium uirgili. Hexaptota, sunt quæ sex diuersos casus habent, qualia sunt masculina in us definentia, quæ secundum declinationem quorundam pronominum in ius efferunt genitiuum, unus unius uni unum une ab uno: cuius de uocatiuo quia qdam dubitant, Caper doctissimus antiquitatis perscrutator, ostendit hoc usum Catullum & Plautũ. Catullus, tu præter oẽs une de capillatis celtiberose celtiberie fili. Plautus in Fribolaria: O amice ex multis mihi une Cephalio. Sole quoq;, Atticidas in Hymenæo: Felix lectule talibus sole amoribus. Sunt alia quoꝝ quidem nominatiuus in usu non est, obliqui aũt sunt, ut Iouis ioui iouem à ioue. Quamuis uetustissimi ntm̃ quoq; hic Iouis proferebant, sicut de nominatiuo tractantes, ostendemus. Sunt alia in quibus tres obliqui inueniuntnr, precis preci prece, frugi frugem fruge. uetustissimi tamen, & frux & fruges nominatiuum protulerunt. Alia in quibus duo, uicem uice, tabi tabo. Alia in quibus unus, ut sponte, laterem. quamuis & ablatiuus eius singularis, & nominatiuus & accusatiuus plurales inueniuntur. Plautus in Trucu. quid maceria illa ait, in horto Quæ est? quæ in noctes singulas, latere fit minor? qua is ad uos, Damni permensus uiam est? non mirum (uetus est maceria), lateres Si ueteres ruunt, ain' tu ueteres lateres ruere? Fas nefas, cepe. Illud quoq; non est prætermittendum, q̃ q̃busdam septimus casus esse uidetur ablatiuus, qñ sine præpositione proferẽ, quod satis irrationabile uidẽ, minime eñ præpositio addita uel subtracta mutare ualet uim casus.

Neq; enim cum accusatiuo casui multæ præpositiones solent adiungi, alius casus est qñ habet eas præpositiones, & alius qñ absq; his profertur. quis aũt dubitat q; omnes præpositiones, uel accõ, uel ablatiuo apud Latinos iungi solent? Ergo si adiunctæ uel nõ ablatiuo mutant eius uim, accõ quoq; adiunctæ uel non, debẽt similiter mutare casum. de niq; in comparationibus absq; præpositione solet proferri ablatiuus, nec tamen dicit qsquam septimum tunc esse casum, sed ablatiuum cum dico fortior Achilles Hectore. In quo omnes artium scriptores consentiunt: & sex esse casus cõfitentur, non septem. Vno enim non duobus Latini casibus superant Græcos. Septimum igit̃ qui addunt superuacuum faciunt, qui nulla differentia uocis in ullo nomine distet à sexto. Sciendum tñ q; hic casus, id est ablatiuus, est quando pro gtõ, est qñ pro datiuo accipitur græco. Pro genitiuo, qñ præpositionibus uel aduerbijs ablatiui casus subiungit̃, ut ex illo, de illo, ab illo, pro illo, coram illo, cum illo: & quando comparat̃, fortior illo. & qñ nominis & participij ablatiuus, uerbo & ntõ alterius nominis cum transitione psonarum adiungit̃, ut Sole ascendente dies fit, & Traiano bellante uicti sunt Parthi. Hac autem utimur cõstructione, qñ consequentiam aliquam rerum quæ uerbo demonstrant̃, ad eas res quæ participio significant̃, ostendere uolumus. Quid est enim, Traiano bellante, uicti sunt Parthi, nisi q; secuta est uictoria Traianum bellantem? & Sole ascendente factus est dies, nisi q; ascensionem solis secutus est dies? Inueniunt̃ tamẽ etiam nomina loco participiorum in huiuscemodi elocutione posita, ut Virgil. in. vij. non uobis rege Latino Diuitis huber agri Troiæ ue opulentia deerit. Rege Latino, pro regnante Latino. quamuis in huiuscemodi quoq; cõstructionibus subaudit̃ participium substantiuum. Græci autem in huiusmodi constructione solent pro gtõ participij, etiam infinitum uerbum ponere, ut

ὢν τοῦ βασιλεύσαι Τροίαν, ἀντὶ τοῦ, βασιλεύοντος Τροίαν. Etiam tunc pro genitiuo ponit̃ græco qñ per participium habens & accñ interpretamur eum, ut pulchra forma mulier, id est pulchram formam habens. Magna altitudine domus, id est magnam altitudinem habens. Pro datiuo quoq; qñ cum in, uel sub præpositionibus iungit̃, ut in illo, sub illo: & quando ipsum ablatiuum interpretamur per accusatiuum, & per præpositionem per, ut uinco te manu, id est per manum, uideo te lumine, id est per lumen.

Hic finis libri quinti de generibus, de numeris, de figuris, de casibus: quod uero sequitur caput subditicium est.

HOc penum huius peni, hoc penus penoris, hic penus penus, hæc penus penus, hoc penu penu, hoc specus specoris, hic specus specus, hoc specu specu. Algor algoris, hic algus huius algus. Plautus in Vidularia: Inopiam, luctum, mœrorem, paupertatem, algum, famem. Idem in Rudente: Tu uel suda uel peri algu, uel etiam ægrota uel uale. Optimates sunt qui defendunt senatores. Populares qui defendunt populum. Ex asse hæredem facit, id est ex duodecim uncijs. A mobilibus fixa deriuata fiunt, clarus claritas, magnus magnitudo, latus latitudo, altus altitudo, pius pietas. Item à fixis mobilia, deriuata, Iuno iunonius iunonia iunonium, æquor æquoreus æquorea æquoreum, marmor marmoreus marmorea marmoreum, sanguis sanguineus sanguinea sanguineum. œ & æ diphthongi longæ sunt. Inde Virgilius: Insulæ Ionio in magno dixit. œ autem diphthongus apud Græcos etiam in principio dictionis pro breui accipitur,

τοιαῦτας οἵσδ' παρθένους λοχεύειν.

Aliter enim iambus stare non potest. r & s literas Græci uim penè literarum uocalium habere affirmant. Vnde r quoq; aspiratur, sicut aliæ uocales apud Græcos. rhetor, Rhodanus, Pyrrhia, Pyrrhus, & s similiter uim uocalis habere dicunt. Et hoc ex latina lingua maxime intelligere possumus, cum s litera in metro & liquescit & synalœpham facit, ut

Ponite spes sibi quisq;,
Aut ouium fœtus, aut urentes culta capellas.

& aspirationis loco fungitur. pro ἓξ enim, uel ἑπτὰ ἢ μισοῦς ἕκτον, sex, septem, semis, sextum dicimus. οἶδα μ' ὡς ἀπό του, γέρον, βεβύσθω, μέναδρον, δ' μεχύμ τῇ ἀσπίδι. Vnde Romani ebrius dicunt. ψολὶ δι ἕλληνες ἔχουσιν ἀπρόσωπα, ῥήματα. χρῆμε δᾶμε, πρέπμε, moderor tibi. Sallustius in Catilina. Tempus, fortuna, cuius libido gentibus moderatur, moderor te. Lucanus: Sideribus quæcunq; fugam moderantur Olympi. Quæro te, quæro à te. διὰ τοῦτο οὐ λέγουσιν οἱ ῥωμαῖοι, τὸ πρὸ ὀφθαλμῶν καλαυδῶν, ἢ πρὸ ὀφθαλμῶν ὑδῶν, ὡς μὴ ἔχοντες τὸν ὀφικὸν ἀριθμόν.

Hoc caput totum uacare puto: sumptum tamen esse ex aliquo uetere erudito grammatico, & hic appositum.

PRISCIANI GRAMMATICI
CAESARIENSIS LIBER SEXTVS.

Proœmium.



REVITER *regulas tibi me iussisti Iuliane consul ac patricie, nominum colligere, quibus latina utitur eloquentia: quod suscepi non tam rei facilitate, uel ingenij confidentia, quam ne quid tibi (cui omnia debeo) prorsus negarem. Et quoniam ornamẽtum te esse Latinorum, non minus quam Græcorum studijs gaudebam, igitur excusatio mihi sit audacis incepti, difficillima recusatio tuæ iussionis. Nunc de nominatiuo, genitiuo singulari, quibus inuentis alij casus tam singularis quam pluralis numeri facile dinoscuntur. Pleraq; quidem a doctissimis uiris: paucula tamen, & a me pro ingenij mediocritate inuenta exponam. Et hæc modo compendij causa, postea uero (deo uitam præbente) de accusatiuo & ablatiuo singulari, & genitiuo plurali tertiæ declinationis, cum de obliquis tractauero casibus, multo labore inuenta, & diuerso autoritatis usu approbata subiungam. De uerbi quoq; præterito perfecto, cum de eius temporib. disseram explanabo, in quibus uos dubitare dicitis: nec mirum cum etiam ipsi probatissimi artium scriptores non omnino certis hæc regulis differuisse noscuntur. Quoniam in superioribus libris de literis & syllabis, & accidentibus nomini, & de omni deriuatiuorum specie nominũ, quantum potui, exposui. nunc de regulis in hoc quidem libro nominatiui & genitiui, in sequenti uero cæterorum casuum tractare incipiam. Nec me pigeat dum uiuo, & hæc, & quæcunq; scripsero, uel mea diligentia, uel amicorum monitu, uel inuidorum ui tuperatione, si iusta fuerit, emendare. Solatio enim mihi ipse esse possum, qui ueterum scriptorum artis grammaticæ uitia corrigere, quamuis audacissime, sed maximis autoribus Herodiano & Apollonio, confisus ingredior, si quid in meis quoq; humani erroris scriptis acciderit, quod sit emendandum.*

De nominatino & genitiuo.

QVatuordecim sunt literæ terminales nominum, quibus latinus utitur sermo. Vocales omnes, semiuocales similiter omnes, absq; z & f, quam magis mutam esse cũ de litera tractabamus in primo libro ostendimus. Præterea mutæ tres c d t, ut sophista, mare, gummi, Cicero, cornu, sol, templum, numen, Cæsar, uirtus, pax, lac, aliud, Bogud, caput. In Græcis autem inuenit etiam y, ut Dory nomẽ oppidi pontici, & Aepy. Statius in. iiij. Theb. & summis ingestum montibus æpy. In a definentia nomina siue latina seu græca, masculina nel fœminina uel communia, addita e faciũt genitiuum in æ diphthongon, ut hic scriba huius scribæ, hæc musa huius musæ, hic & hæc auriga huius aurigæ. Inueniuntur tamẽ quædam ex communibus etiam neutro generi adiuncta, sed figurate per ἀλλοιότητα, ut aduena, mancipium. Valerius autem Maximus in secundo memorabilium, ponit alienigena studia, quod prima declinatio non habet. Nullum em̃ neutrum, nec primæ, nec quintæ declinatiõis potest inueniri. Nec idem esse singularis nominatiuus neutri generis in a definens, & nominatiuus pluralis. Sed antiquissimi hic alienigenus, & hæc alienigena, & hoc alienigenum dicebant, ex quo potest hoc esse plurale. Necnon cætera similiter à genere composita proferebant, caprigenus, terrigenus, taurigenus. Idq; usus confirmat. Pacu. in Paulo: Quæ uia caprigeno generi gradibilis gressio est. Cicero in prognost. Caprigeni pecoris custos de gurgite uasto. Virg. in tertio æneidos: Caprigenumq; pecus, nullo custode per herbam. Hoc tamen potest & per syncopam accipi pro caprigenarum, sicut idem in. viij. Optime graiugenum, cui me fortuna precari, pro graiugenarum. Actius in Ioe: Ex taurigeno semine ortam fuisse an humano eam. Illud etiam obseruandũ, q; octo sunt nomina in a definentia fœminina, quorum masculina in ius plerunq; terminant gtm̃, & in i datiuum, more quorundam pronominum. Itaq; fœminina quoq;, necnon & neutra eosdem habent genitiuos & datiuos.

Vnde quidam decepti inter pronomina posuerunt ea. sunt autē hæc: Vnus una unum unius uni, ullus ulla ullum ullius ulli, nullus nulla nullum nullius nulli, solus sola solū solius soli, totus tota totum totius toti, alius alia aliud alius alij, uter utra utrum utrius utri, alter altera alterum alterius alteri. Similiter ab eis cōposita, uterq; utraq; utrūq; utriusq; utriq;, alteruter alterutra uel altera utra alterutrū uel alterum utrū, alterutri us, uel alterius utrius, alterutri uel alteri utri: utraq; enim declinatio in usu uetere est. neuter neutra neutrū, neutrius neutri. Sed in hoc nomine neuter ex cōtrario alijs quæ simili forma declinantur, frequentior est usus genitiui in i, & datiui in o terminantis in masculino & neutro. In fœminino uero in æ diphthongum, hic neuter & hoc neu trum, huius neutri, huic neutro: hæc neutra, huius & huic neutræ. Et sciendum quòd quoties superiora masculina in i definunt in genitiuo, & in o in datiuo (hoc em̄ quo q; rarior habet usus, & uetustior) necessario fœminina supradictos in æ diphthōgum terminant casus. Itaq; nō solū una unius uni, sed etiam huius & huic unæ. & similiter ullæ, nullæ, solæ, totæ, aliæ, alteræ in usu antiquiore inuenimus. Cicero pro M. Tullio: Hoc iudicium sic expectatur, ut non unæ rei statui, sed omnibus constitui putetur. Idē ad Herennium: Non res totæ rei necesse est similis sit. Terentius in Heautontimoru. Hæc ipsa in itinere alteræ dum narrat forte audiui. Idem in Eunu. Nūquam ædepol, quicquam iamdiu quod magis uellem euenire mihi, euenit, Quam q; modo senex, intro ad nos uenit errans mihi solæ ridiculo fuit, quæ quid timeret sciebā. Cæcilius: Nul læ nationi tot, tantas, tam continuas uictorias, tam breui spatio datas arbitror quàm uo bis. Eiusdem id est primæ declinationis fœminino r̄, genitiuum etiam in as more græ cor̄ solebant antiquissimi terminare: unde adhuc paterfamilias & materfamilias pro familiæ solemus dicere, & frequens hoc habet usus. Liuius in Odyssea: Atq; escas ha bemus mentionem. escas pro escæ. ibidem: Nam diua monetas filiam docuit. monetas pro monetæ. in eodem: Mercurius cumq; eo filius Latonas: p Latonæ. Neuius in car mine belli punici primo: Inerant signa expressa quomodo Titani bicorpores, gigātes, magnīq; Atlantes, Rhuncus, atq; Purpureus filij Terras, pro Terræ. In eodem: ei ue nit in mentem hominum fortunas, pro fortuuæ. Ennius in vij. Annalium: Dux ipse uias. pro uiæ. Cicero in quarto Verrinar̄, Liberos matres familias bona fortunasq; o mnes. Dicitur tñ & paterfamiliæ, & patresfamiliæ, & familiar̄, & familijs. M Brutus de officijs: Itaq; patresfamiliæ domini fumus. Sallustius in Catil. sed filij familiarum, quor̄ ē nobilitate maxima pars erat, qui parentes interficerent. Cicero in Frumentaria: Itaq; ex his scribis qui digni sunt illo ordine patribus familijs uiris bonis, atq; hone stis percontamini. Neutra eiusdem terminationis græca sunt, & addita tis faciūt geni tiuum, ut hoc peripetasma, huius peripetasmatis, hoc poema, huius poematis. Hæc ta men antiquissimi secundū primam declinationem sæpe protulerunt, & generis fœmi nini, ut Plautus in Amphitruone, cum seruili schema, pro schemate: Nunc ne ornatū hunc Vos meum admiremini, quod ego huc processi sic cū seruili schema? Valerius in Phormione: Quid hic cum tragicis uersibus, & syrma facis? pro syrmate. Plautus in Perſa: Theatrum lepida cum decorat schema. Cæcilius in Hippo. Filius in me ince dit satis hilari schema. Pomponius in satyra: Cuiusuis lepōris liber diademam dedit, p diadema. Liberius in Cancro: Nec Pythagoream dogmam doctus. Plautus in milite glorioso: Glaucomam ob oculos obijciemus, eumq; ita Faciemus, ut quod uiderit ne uideat. Quidam autem in um etiam teste Celso huiuscemodi nominum protulerunt nominatiuos, hoc emblematum huius emblemati, hoc toreumatum huius toreumati declinantes. Vnde frequens usus eor̄ datiuos & ablatiuos plurales in is terminat, his & ab his schematis, emblematis, peripetasmatis toreumatis, quibus frequenter casibus in Verrinis utitur Cicero. Nam ā & h & k nomina literar̄ indeclinabilia sunt, sicut aliar̄ quoq; omnium literar̄, necnon numerorum à quatuor usq; ad cētum: sed & mil le. Nam à centum compositi numeri declinant, ut ducenti ducentor̄ ducentis & simi les. Et literar̄ quidem nomina neutri generis sunt, numeri uero qui sunt indeclinabi

les omnis sunt generis, hoc est & masculini & fœminini & neutri. Mulucha flumẽ, & Turia, & siqua similia inueniunt magis figurate masculina cum neutris iungũtur, ut si dicam Tiberis flumen, uel Hister flumen: q autem non sint neutra Turia & Mulucha & similia, ostendit etiam natura ipsius sermonis punici, in quo omnia nomina uel masculina sunt uel fœminina. Ergo Capsa quoq & Thala oppidum, & Thirimida similiter fœminina figurate neutris sunt coniuncta. Vnde Sallustius in.ij. historiarum: Inter leuam mœnium & dextrum flumen Turiam, quod Valentiam paruo interuallo præterfluit. Turiam dixit, qui accusatiuus masculini est generis, non neutri. Plurima tamẽ non solum in Africa, sed etiam in alijs regionibus nomina fluuiorum in a inueniuntur definentia. Lucanus in secundo: nullasq; uado qui Macra moratus Alnos. In eodem: Senaq; & Adriacas qui uerberat Ausidus undas, qui sunt Italiæ. similiter Himella, & Allia. Virgilius in septimo: prope flumen Himellæ. Idem in eodem: Et quos infaustum interluit Allia nomen. Sallustius in.ij. historiarum: Nisi quia flumẽ Lurda Tauro monte defluens. Necnon etiam græca nomina tam fluuiorum quàm aliorum in as apud illos definentia, quæ in ου faciunt genitiuum græcum, nostri absq; s solent plerunq; proferre, ut Marsya, Geta, Chærea, Sofia. Lucanus in tertio: Qua celer & rectis descendens Marsya ripis, Errantem Mæandron adit. Hoc etiam sciendũ quòd omnis nominatiuus in a definens, corripitur, quamuis sit apud Græcos productus, ut Lydia, Syria, Phrygia, Italia, Hispania. Vnde accentus quoq; cum tempore mutatur. In paucis tamen inueniuntur nostri poetæ græcis, seruasse morẽ græcũ. Statius in.iij. Theb.

Non Tegea non ipsa deo uacat alite felix
Cyllene. Idem in sexto: te plangeret Argos.
Te Nemea, tibi Lerna comas, Lariſſaq; supplex Poneret.

In e correptam latina sunt neutra, quæ e in is conuersa faciũt genitiuũ, ut hoc mare, huius maris, hoc monile huius monilis, hoc mantile huius mantilis. Ouid. in.iij. Fast.

Dixerat ad dextram uillis mantile solutis
Cumq; meri patera thuris acerra fuit.

Hoc Soracte huius soractis. Horatius in primo carminum: Vides ut alta stet niue cãdidum, Soracte. Virgilius in.xi. Sancti custos Soractis Apollo. Excipitur unum inde clinabile in singulari numero, hoc cepe huius cepe. Apuleius in Medicinalibus: Cepe succum melle mixtum. quod in plurali numero fœmininum est primæ declinationis, hæ cepæ cepaꝝ, quamuis antiquissimi in a quoq; singulare fœminino genere hoc recte protulisse inueniuntur. Neuius in Apella: ut illum dij terant, qui primũ olitor cepam protulit. Lucilius in.vi. Satyrar. lippus edẽda acri assidue κρομμυοπώλης homo cepurius cepa, frequentior tamen usus hoc cepe protulit. Neuius in Apella: Cui cepe edendo oculus alter profluit. Idem in Eculeo: Oleas cepe, ficus. Varro de actionibus scenicis tertio: Multifariam in patellis coquere cepe. Caper tamen & cepitius & cepitium ueteres dixisse ostendit. In e productam græca, sunt fœminina, & uel græce declinant, ut Libye Libyes: uel mutata e in a, & accepta d faciunt in æ diphthõgum genitiuum, ut Helena Helenæ. In i latina siue græca inueniunt & neutra, sunt uel omnis generis, & aptota, ut hic & hæc & hoc frugi, nihili, mãcipi, huiusmodi: nauci quoq; quod putamen nucis significat, & pro nihilo accipit. Plautus in Mostellaria: Qui homo timidus erit, in rebus dubijs nauci nõ erit. Idẽ in Truculento: Tympanotribam amas hominẽ non nauci. Quibusdam aũt non irrationabiliter genitiui uel datiui casus isti sunt existimati, q figurate cum omnibus alijs casibus & generibus possint adiungi. Nã frugi datiuus est à nominatiuo frux uel fruges, & mancipi à manceps, et nihili gtũs à nominatiuo nihilũ. hoc gummi, hoc sinapi, magis peregrina sunt: q̃uis quidam hæc sinapis dixerunt, ut Plautus in Pseudolo: terit sinapis scelerata cũ illis qui terunt, Priusq̃ triuerint, oculi ut extillent, facit. Inueniunt & barbara in i, ut Illiturgi oppidum. Liuius in.xxij. ab urbe cõdita: Illiturgi oppidũ oppugnabat. Traianus in primo Dacicoꝝ: Inde Berzobim, deinde Aixi processimus, Herodianus gummi quoq;

& piperi barbara dicit esse: sed nostri piper piperis declinauerunt, ut Persius: & piper & pernæ. Idē: Rugosum piper. Et Iuuen. soluite funem, Frumenti dominus clamat piperis ue coemptor. De huiusmodi, istiusmodi, illiusmodi, & alijs talibus multi dubi tauerunt, utrū compositā sint an non: sed ea cōpositā esse ipse accentus docet, qui in fine præcedentis dictionis poni non posset nisi essent cōpositā. Ideo autē indeclinabilia sunt, quia utraq; pars gtūm casum habet. Quomodo igitur si uterq; sit nominatiuus in cōpositis, uterq; declinaē, sic in his nominibus, quia uterq; gtūs est, manst indeclinabilis. In o correptam, quam tamē ueteres frequenter producunt, latina sunt: & si fœminina fuerint g uel d antecedētibus, mutāt o in i, & accepta nis faciunt genitiuum, ut hæc Carthago huius Carthaginis, hæc uirgo huius uirginis, hæc dulcedo huius dulcedinis, alcedo alcedinis. Plaut. in Penulo: Quā mare est olim, cum ibi alcedo pullos educit suos. Alia uero omnia ꝓducunt o in genitiuo, ut hic Cicero, huius Ciceronis, caupo cauponis, hæc Iuno huius Iunonis, Castulo Castulonis, Ruscino Ruscinonis, nomina sunt urbiū Hispaniæ. Hic & hæc bubo huius bubonis. Excipiunt hæc quæ in genitiuo nō seruāt o, ut hic cardo huius cardinis. Quidam tñ uetes etiam fœmininо genere hoc ꝓtulerunt. Gracchus in Atalanta: O grata cardo, regiū egressum indicās. Ordo etiam ordinis, homo hoīs, qđ est cōmune. Cicero ꝓ Cluentio, cū de eius matre loqueret ait: Cuius ea stultitia est, ut eā nemo hominē appellare possit. Et Luca. in. v. de Phemonoe: Atq; hoīem toto sibi cedere pectore iussit. Virg. in. i. Ae. Nec uox hoīem sonat, de fœmina loquēs. uetustissimi tamen etiā homo homonis declinauerūt. Ennius: Vulturis in syluis miseq; mandebat homonē. Heu q̄ crudeli condebat mēbra sepulchro. Nam & uultur & uulturis, & uulturius dicit. Nemo quoq; siue ex hoc compositū, ut quibusdam uidet, seu nō, coīs est generis, & similiter o in i cōuertit in genitiuo, ut nemo neminis. Lucilius in. xxx. Neminis ingenio quenq; confidere oportet. Plau. in captiuis: Neminis misereri certū est, quia mei miseret nemo. Titinn. Quod rogas neminē decet bonam. Terē. in Andria: Hoc ego scio unū neminē peperisse hic. Nec solum de hominibus dicitur. Virgilius in nono: Turne qđ optāti diuūm promittere nemo. Turbo turbinis, quando de ui uentoq; loquimur. Nam si sit proprium, seruat o in genitiuo, hic Turbo nomen proprium gladiatoris Turbonis. sic Horatius in secundo sermonum: Corpore maiorē rides Turbonis in armis Spiritum. Anio etiā Anienis, quod antiquissimi secundum analogiam Anien nominatiuum proferebant. Cato contra Veturium: Aquam Anienem in sacrarium inferre oportebat, nō minus quàm. xv. millibus Anien abest. Ouidi. Quaq; Numici Aut Anienis aquæ, cursuq; breuissimus Almo. Cicero pro Cornelio in primo, trans Anienē. Horatius in. i. carminum: Et præceps Anio ac Tiburti locus. Apollo Apollinis. Præterea Cupido Cupidinis, quod masculino quidem genere deum significat plerunq;, & est propriū: Fœminino uero ipsam rem. Itaq; fœminini prævaluit declinatio. Margo quoq; marginis. Notandum q̄ tam masculini q̄ fœminini generis inuenit. Statius in iij. Theba. Soluerat hesperij deuexo margine ponti. Iuuenalis in primo: aut summi plena iam margine libri. Excipitur etiam caro fœmininum carnis. Vetustissimi tamen etiam nominatiuum hæc carnis proferebant, qui magis rationabilis est ad genitiuum. Liuius Andronicus in Odyssea: Carnis ait uinum quoq; qđ libabant anclabat: ἐξηρύσαν. Et T. Liuius in. xxvi. ab urbe condita: Latinæq; instauratæ, q̄ Laurētibus, carnis quæ dari debet data nō fuerat. Itaq; eiusdem caro diminutiuū caruncula est, ut uirgo uirguncula, ratio ratiuncula. Varro in Andabata. Sed qd uis potius ò homo q̄ caruncula nostra. Ab eo aūt qđ est carnis carnicula debet esse, ut canis canicula. Et sciendū q̄ quinq; inueniunt in o terminantia, quæ faciunt in a fœminina, ut leo leæna, uel lea, draco dracæna, leno lena, caupo caupona: quod significat tam ipsam tabernam q̄ mulierem. Lucilius in. iij. Caupona hic tñ una Syria. Strabo etiam straba facit. Varro de Numismatis: Nō hæc res de uenere pæta strabam facit ἑπερόφθαλμον. In o productam definentia Græca sunt fœminina, & uel græce declinantur, ut Manto Mantus. Virgilius in decimo:

Fatidicæ Mantus & Tuſci filius amnis. Vel addita nis faciunt genitiuum, ut Dido Didonis, Calypſo Calypſonis, Io Ionis. idq; uſus antiquor̃ comprobat. Actius in Ione: Cuſtodem aſſiduum Ioni appoſuit uirgini. Pacuuius: filios ſibi procreaſſe dicit, eundem per Calypſonem autumant. Plaut. in Aululatia: Quod ſi Argus ſeruet, qui oculeus totus fuit, quem quondam Ioni Iuno cuſtodem addidit: q̃ autem Ionis, & Didonis, Calypſonis dicitur, oſtendit hoc etiam Ceſellius uindex in Stromateo his uerbis: Calypſonem ita declinatum eſſe apud antiquos, Liuius: apud nympham Atlantis filiam Calypſonem. Ennius in .vii̇. Pœnos Didone oriundos. Actius in Ione: Cuſtodem aſſiduũ Ioni inſtituit uirgini. In u latina ſunt generis neutri, & aptota in ſingulari numero, non etiam in plurali, ut hoc cornu cornu, tonitru, genu, gelu, quæ tñ antiquiſſimi inueniunt in um quoq; proferentes, in eodem genere, & in us genere proferentes maſculino, & quartæ declinationis, ut Lucanus in ſeptimo: cornus tibi cura ſiniſtri. Idem in eodem: Seu tonitrus actela louis præſaga notauit. Cicero tamen in Arato, hoc genus pro genu protulit:

Tertia ſub cauda ad genus ipſum lumina pandit. In eodem:
Ac propter leuum genus omni ex parte locatas,
Paruas Vergilias tenui cum luce uidebis. In eodem:
Hæc genus ad leuum nixi delapſa reſedit
Atq; inter flexum genus & caput alitis hæſit.

Actius in Prometheo: Profuſus flamine hyberno gelus. Illud etiam notandum, quòd cum plerunq; compoſita ſimplicium declinationem ſeruent, Capricornus ſecundæ inuenitur declinationis. Cicero in Arato:

Corpore ſemifero magno Capricornus in orbe. Idem in eodem:
Tum magni curuus Capricorni corpora propter
Delphinus iacet, haud nimio luſtratus nitore.

Ouid. in .ii̇. Metamorph. Dextra cornum tenet. Idem in .v. flexile cornum. Lucretius ſimiliter in .vi. Propterea fit uti, quæ ſemina cunq; habet ignis Demittat, quũ ſæpe gelum, qđ cõtinet in ſe, Mittit. Actius uero in Troadibus: Sed utrũ terræmotus ſonitus ne inferũm peruaſit aureis inter tonitra & turbines. In c duo ſunt generis neutri, lac lactis: quod antiquiſſimi etiam hoc lacte protuliſſe inueniuntur teſte Capro, apud quem exempla inuenies. Plautus in Menæchmis: Neq; aqua aquæ, neq; lacte eſt lacti, crede mihi, uſquam ſimilius. Et alec alecis. Sic Martialis:

Capparim, & putri cepas alece natantes.
Et pulpam dubio de petaſone uoras. Horat. in .ii̇. ſermonum:
Peruellunt ſtomachum ſiſer, alec, fæcula coa.

Eſt autem alec genus piſcis. Inueniunt tamen quidam uetes etiam hæc alec fœminino genere protuliſſe: quod autem Caper oſtendit de dubijs generibus Verrium Flaccum poſuiſſe, alecem hanc dicens, non habet plurale, nec hoc neq; lac. Nam hæ lactes partes ſunt inteſtinor̃ à græco γαλακτίδες dictæ, & ſeruauerũt apud nos quoq; idem genus, cuius ſingulare hæc lactis eſt. Titinnius in Ferentinati: Craticula, cerebellum, lactis agnina. Pomponius in lare familiari: Oro te Baſe per lactes tuas. In d quoq; duo ſunt neutra, quæ à maſculinis naſcuntur in s deſinentibus, aliud & quid: & ex eo compoſita, ut aliquid, ſiquid, nequid, quor̃ genitiuus in ius proferũt, ut alius & cuius. & datiuus in i, alij, & cui ſecundum quorundam pronominũ declinationem. unde q dam indocti pronomina ea eſſe putauerũt. ſed ipſa ſignificationis ratio, & omnes Græcorum doctiſſimi hæc nomina eſſe cõprobant. Probus etiam alius alia aliud inter nomina poſuit. Latius autem de his in pronomine differemus. Inueni tamen apud Liuium in . cxij. ab urbe condita in d deſinens Barbarum regis Mauror̃ nomen Bogud, cuius genitiuum ſecundum tertiam declinationẽ Bogudis protulit, ut: Caſtra quoq; diuerſis partibus Caſſius & Bogud adorti, haud multum abfuere quin opera perrum perent, In eodem: Quo tempore firmandi regni Bogudis cauſa exercitum in Africã

uelociter trahĩcere conatus sit. Idem in eodem: Cassius gessisset cum Treboniõ bellum, si Bogudem trahere in societatem furoris potuisset. Idem in .cxiĩ. Oppidi nomẽ in d desinens per accñ casum neutro genere protulit, Et ipse circa pulpud oram tuebatur. In t hoc caput capitis inuenit, & ex eo composita syncíput syncipitis, occíput occipitis. Sit μελάνθιον, & nepet nomen oppidi Italici, indeclinabília sunt. In al latina & barbara inueniunt, & sunt masculini generis uel neutri, quæ addita is, faciũt genitiuum, ut hic sal huius salis, hic Annibal huius Annibalis, hoc tribunal huius tribunalis, ceruical ceruícalis. sed neutra ā producunt in obliquis casibus. In el desinentia correptam latina sunt & neutra, & addita lis, faciunt gtñ, ut mel mellis, fel fellis. In el productam quæ sunt barbara, uel in il uel in ol uel in ul desinentia, cuiuscunq; sint generis, latina siue barbara, addita is, faciunt gtñ, ut hic Daniel huius danielis, hæc Tanaquil huius tanaquilis, hic sol huius solis, hic consul huius consulis, hic & hæc exul huius exulis. Nihil indeclinabile est, quia per apocopen ab eo quod est nihilum prolatũ est. Sicut etiam apud Græcos κρῖ & δῶ & κυκεῶ, p κρυθλὸ & δῶμα, & κυκεῶνα. Quidam tñ aduerbium esse putant, quod nomen esse adiectiuum quantitatis ipsa ostendit constructio. Quomodo enim dicimus multum bonum & boni & bonorum, & minimum lucrum & lucri & lucrorꝫ, sic nihil malum uel mali uel malorꝫ. Teren. in Andria: Nihil horum egregie præter cætera. Et Cicero de signis: Nihil minus ferendum, pro nihil intolerabilius. Potest tñ etiam loco aduerbiĩ accipi, quõ multum & primũ. Nihil aũt uel nihilum, à non & hilum est compositũ, quod sine dubio est nomen. hilum enim p ullum uetustissimi proferebant. Lucil. in .xiiĩ. Naumachiam, licet hæc inquã alueolumq; putare, Et calces delectes te hilo non rectius uiuas. In am unũ definit generis omnis indeclinabile, hic & hæc & hoc nequã. In im quoq; unũ indeclinabile Cim nomen uici, ut dicit Celsus. In um latina seu græca, apud Græcos in on desinentia, neutra sunt, & mutata um in i, faciunt gtñ, ut hoc templũ huius templi, hoc pelium huius peliĩ, hoc hostorium huius hostoriĩ, lignũ quo modius æquat. Inueniunt tñ apud comicos multa huiusce modi neutrorꝫ formam habẽtia, mulierꝫ nomina, quibus articulos fœminini generis necessario significationis gratia præponere solent, ut ἡ δόρκιον hæc dorcium, ἡ γλυκερίον hæc Glycerium, ἡ χρύσιον hæc Chrysium, ἡ ἀβροτόνιον hæc Abrotoniũ, ἡ λεόντιον hæc Leontium. hoc aũt solet fieri adulationis causa, siue diminutionis ætatis. In an aut in on, aut in in desinẽtia græca sunt masculina uel fœminina, & producunt omnia, & uel græce declinantur, ut pan panos. Virg. in .viiĩ. Parrhasio dictũ Panos de more Lycæi. uel ex gtõ græco fit latinus, mutatos ultima in is, ut τιτὰν τιτάνος Titan titanis, δελφὶν δελφῖνος uel delphin delphinis. Dicit tñ & delphinus delphini. In multis cñ inuenimus à gtõ græco factum latinũ nominatiuũ, ut ἐλέφας ἐλέφαντος hic elephas huius elephantis, & hic elephãtus huius elephanti, à gtõ græco elephantos. Similiter hic abacus huius abaci, à gtõ græco abacos. Arabs arabos, arabs arabis, & arabus arabi, titan titanos, hic titanus huius titani. Plaut. in Menæch. Barbatũ tremulum titanum q lucet Cygno patre. Necnon & ab accõ græco fit ntũs latinus, panthera, cratera, quod Græci quoq; in multis fecere. quos in hoc quoq; sequimur, q sæpe & gtõ & aliis casibus pro ntõ sunt usi, ut ὁ μάρτυς, τ μάρτυρος, ὁ μάρτυρος, μαρτύρου, ἰκτὶν, ἰκτῖνος, ὡς ὁ ἰκτῖνος, ἰκτίνου. Virg. in .viiĩ. Hircanis ue arabis ue parãt seu tendere ad Indos. qui est à ntõ hic arabus. Idem in .viiĩ. Omnis Arabs, oñes uertebant terga Sabæi. Lucil. in .iiĩ. Aethiopus dixit pro æthiops, Rhinocerus uelut æthiopus. Titanus quoq; pro titan dicebant. Vnde Neuius in carmine belli punici primo: Inerant signa expressa quomodo titani bicorpores gigantes, magnícq; Atlantes. Lucanus in .ix.

Nec tutus spatio est elephas. Iuuena. in .iiĩ.

Rursus ad Aethiopum populos aliosq; elephantos. Virg. in .viiĩ.

pantheræ terga retorquens. Cicero in Arato: Tum magni curuus capricorni corpora propter delphinus iacet, haud nimio lustratus nitore. Horat. in .ĩ. carminum:

Nec curat Orion leones, Aut timidos agitare lyncas. Et notandum est etiam de genere, q masculino genere protulit Horatius, cum Virgilius fœminino in .iiĩ. Georgicõ:

Quí lynces Bacchi uarie? Perſius: Crateram argenti ſudabit pertrepidum cor. Iuuena. in primo: Lectus erat Codro procula minor, urceoli ſex Ornamentũ abaci. Idem in. iiij. Quanto delphinis balæna Britannica maior. Horat. in. ij. carminũ: Nulla decempedis metata priuatis Opacam porticus excipiebat arcton. Hæc decempeda ab accõ græco ἀπὸ τῶ δεκάποδα. Idem in. ij. epiſtolarum: Diuerſum confuſa genus panthera camelo. Caſſida quoq; accũs eſt græcus, ab eo qđ eſt caſſis, quo uſus eſt pro ntõ Virg. in. xi. aurea uatí Caſſida. Statius uero caſſis protulit in. ij. Theb. Bellipotens cui torua genis horrore decore Caſſis, & aſperſo crudeſcit ſanguine gorgon. Quod autẽ græcum eſt hoc nomen, oſtendit etiam Probus in libro qui eſt de catholicis nominũ. Et ſciendum q̃ oĩa in in deſinentia, etiam in is productam finiunt. Arin proprium nomen & Aris, Delphin & delphis, eleuſin & eleuſis, trachin & trachis. Et notandum q̃ autores Græcorũ in is magis terminatione ſunt uſi. Noſtri uero frequentius in in, quamuis Cicero pro Scauro, cum dare nollet, inquit Aris, clàm ex Sardinia eſt fugere conatus. In eadẽ: Arinis uxorem pellicatus dolo concitatam. In yn quoq; terminantia, addita is, faciunt genitiuum, Adramyn nomen herois adramynis, Phorcyn phorcynis. Vnde Lucanus in libro. ix. Squallebant late phorcynidos arua Meduſæ. Nam Phorcys per s phorcyis declinatur, non phorcynis. Euan euantis, notandũ q̃ t aſſumpſit in genitiuo. Ouid. in. iiij. Metamor. Nicteliusq; Eleleusq; parens, & Iacchus & Euan. Statius in. v. & à ſummis auditus montibus Euan. Virg. in. vi. Illa chorum ſimulans Euantis orgia circum. Quídam tamen participium accuſatiui caſus pluralis hoc magis eſſe uolunt, ne ſit communis extrema ſyllaba, Euantis Phrygias pro bacchantis. In on quoq; genitiui Græci ſupradictam ſeruant regulam, penultima ſecundum Græcos manente producta uel correpta, μέμνων μέμνονος, hic memnon huius memnonis, σίνων σίνωνος, hic Sinon huius ſinonis, λαοκόων λαοκόοντος, hic laocoon huius laocoontis. Hæc tamẽ antiqui ſolebant ablata n proferre, & ſecundum Latinos regulam in o terminantium, quod ubiq; Terentius facit, declinare, ut hic Antipho huius antiphonis, hic draco huius draconis, hic leo huius leonis. Si enim leon dicas neceſſario ſeruas, ut genitiuus quoq; ſecundum Græcos t habeat leontis. Vnde Cicero in li. Verri. qui eſt de ſupplicijs, proprium nomen, Leon Leontis declinauit, quid in Leonte Macharenſi non idem feciſti? Idem in Frumentaria: tum iſte uenerijs magna uoce imperat, ut Xeno audiret, pro ξένων græco. idem de ſupplicijs: Dexo Tindaridanus homo nobilis pro Dexon. Idem pro Muræna Zeno pro Zenon profert. Idem pro Fundanio: Eſſet ne id quod Meno nuntiaſſet, Meno pro Menon. Statius in. i. Achilleidos: Conclamant Danai, ſtimulatq; Agamemno uolentes. Hora. in iij. carminum: Diffidit urbium portas uir Macedo, & ſubruit æmulos. pro Macedon. In en deſinentia correpta latina ſunt maſculini uel neutri generis, quæ mutant e in i, & addita is, faciunt gtm̃, ut hic flamen huius flaminis, hoc numen huius numinis. In en producta latina & græca generis ſunt maſculini uel fœminini, & accepta is faciunt genitiuum, ut hic lien huius lienis, rien rienis, uel ren renis. Horat. in. ij. ſermonum: Quod latus aut renes morbo tentantur acuto. Splen ſplenis. Damen nomen proprium hiſtorici Græci, Damenis. Similiter Seben nomen herois ſocij Vlyſſis, q habitauit Temeſe, Sebenis, Hymen hymenis, hæc Siren huius ſirenis. hæc Troezen huius troezenis. In ar latina & græca inueniunt, & barbara, generis maſculini uel neutri uel oĩis, quæ accepta is, faciunt genitiuum, ut hic Cæſar cæſaris, hoc nectar nectaris, hic & hæc & hoc par huius paris, hic Aſpar huius aſparis, hic Boſtar huius boſtaris. ſed neutra ſi deriuata ſint producunt a in obliquis caſibus, à lupa hoc lupanar huius lupanaris, à lacu hoc lacunar huius lacunaris, à laqueo hoc laquear huius laquearis, à calce hoc calcar huius calcaris. Horatius in. ij. epiſtolarum:

ſi munus Apolline dignum
Vis complere libris, & uatibus addere calcar. Virg. in ſexto:
Seu ſpumantis equi foderet calcaribus armos.

Nar quoq; naris monoſyllabum, ſimiliter producit a in gtõ, & eſt pprium fluuij. Nam ſi naſum uelimus ſignificare, hæc naris huius naris, ſimilem gtõ ntm̃ proferemus, ſicut

frequenter ponit Ouid. in. iij. Metamor. & panda loquenti naris erat. Idem in. vij. Defluxere comæ, cum quis & naris & auris. Lucanus in. ij. genitiuum protulit, hic aures, alius spiramina naris aduncæ, Amputat. Far etiam farris positione habuit penultimam longam, ꝙ solum r literam geminauit. & puto differentiæ causa, ne uerbum esse putetur secundæ personæ, for faris fatur. Et sciendum ꝙ par & nar producunt in nominatiuo, ut Lucanus in. iiij. Par animi laus est, & quos speraueris annos. Et Virg. in. vij. Sulphurea Nar albus aqua. Sed Nar seruauit a productam etiam in obliquis casibus. Ennius in. vi. Annaliū: Sulphureas posuit spiramina Naris ad undas. Par corripuit obliquos. Virg. in Buco. numero deus impare gaudet. Lucanus in. ix. Ergo pari uoto gessisti bella iuuentus. Virg. & paribus se sustulit alis. Similiter Lar laris. Virg. in. v. Pergameumq; larem, & canæ penetralia Vestæ. Plau. Ego sum lar familiaris. In er correptam definentia, s & t antecedentibus, nisi sint possessiua, quorum in is desinant fœminina, er in ri mutant, & faciunt genitiuum, ut hic auster huius austri, hic oleaster huius oleastri, hic apiaster huius apiastri. Excipitur sequester sequestris, quod duplici ratione compellitur secundæ esse declinationis, quoniam & t & s ante r habet, nec est possessiuum, & ꝙ in a facit fœmininum, id est sequestra. Virg. inundecimo: Et pace sequestra. Tertiæ tamen inuenitur declinationis apud plerosq;. Cicero in. ij. Verrina. Aut sequestres, aut interpretes corrumpendi iudicij. Sed Plautus hoc quoq; secūdum analogiam declinauit, ut in Vidularia: animum aduortite ambo, si uultis, uitulum hic apponite: Ego seruabo quasi sequestro detis, neutri reddibo, donicum res iudicata erit hæc. In eadē: Aut fugio sequestrum. In er definentia græca quoq; masculina, supradictam seruant regulam, quæ in ros apud Græcos finita, antecedente alia in eadem syllaba consonante, mutant ros in er apud Latinos, μένανδρος Menander menandri. ἀλέξανδρος Alexander alexandri. μελέαγρος meleager meleagri. Excipitur congrus, quamuis gonger dixit Plautus in Persa, memini, ut muræna & gonger ne calefierent. Codrus, Petrus, Hydrus, Scombrus, Ebrus, Amphimacrus, Locrus, quæ non ros in er, sed o in u mutant. Quāuis antiqui etiam in aliis nominibus eiusdem terminatiōis est quando sic protulerint nominatiuos, ut Virgilius Teucrus & Euandrus protulit in. iij. Aeneidos: Teucrus rheteas primum est aduectus ad oras. Idem in. viij. Rex Euandrus ait non hæc solēnia nobis. In eodem: Tum pater Euandrus dextram complexus euntis. Idem in. x. Pallas, Euander in ipsis Omnia sunt oculis. Illa quoq; latina nomina, quæ fœminina in a faciunt er in ri mutant in genitiuo, ut par sit syllabis suo nominatiuo, ut ater atri, facit enim atra, niger nigri nigra. exceptis illis quæ s uel sp uel n ante r habent, & à gerendo uel ferendo compositis, quæ accepta i faciunt genitiuum, una syllaba uincentem suum nominatiuum, ut miser miseri, prosper prosperi. Domitianus in senatu pro se, ut prosper dicendi successus ostenderet auditorum beneuolentia crescere dicentium facultatem. Cicero tamen prosperus protulit in sexto de republica: Deinde est hominum generi prosperus & salutaris. asper asperi. Nam aspri per syncopam dicitur, Lucifer luciferi, corniger cornigeri, tener teneri. Liber quoq; quando ingenuum significat liberi, differentiæ causa declinamus, ne si libri dicamus, aliud significare putetur. dexter similiter dextri & dexteri, & adulter adulteri. Et notandum, quod tot syllabarum est masculini genitiuus, quot sit nominatiuus fœminini. Excipiuntur alter & uter, & ex his composita, quæ pro nominum declinationem sequuntur: alterius enim & utrius faciunt genitiuum. ex quo quidam errantes ea pronomina, sicut supra diximus, uoluerunt esse. Ex eis compositum alteruter quamuis in masculino ex duobus sit nominatiuis, tamen quia in fœminino alterutra, & in neutro alterutrum ex corrupto & integro est, ex altera parte plerunq; declinatur, id est exteriore, alteruter alterutrius, ut sit genitiuus & datiuus trium generū similis, quod proprium est omnium in ius terminantium genitiuos. Cicero pro M. Marcello, quod si in alterutro peccandum sit. Lucanus in sexto: placet alea fati,

Alterutrum mersura caput. Inueniuntur tamen

& altera utra, & alterum utrum protulisse ueteres, & ex utraque parte ea declinasse.

Cicero in Protagora: Quæ igitur potest esse indignitas uoluntatis ad molestiam, nisi in magnitudine aut longitudine alterius utrius posita? Cato de ambitu: Sed sunt partim q̃ duarum rerum alterius utrius causa magistratum petunt. Neuter tamen plerique neutri declinauerunt. Sed Plau. in Vidularia, neutri reddibo dixit datiuum, cuius gtūs neutrius sine dubio est. quamuis uetustissimi solebant omnium genitiuum in ius terminantiū & in i datiuum, & etiam in i genitiuum, & in o datiuum in genere masculino & neutro, in fœminino uero secundum primam declinationem in æ diphthongon proferre. M. Cato in Censura de uestitu, & de uehiculis: Nam periniurium fiet cum mihi ob eos mores quos prius habui honos detur, ubi datus est, tamen uti eos mutem atq; alĩ modi sim, pro alius modi. Cæcilius in .v. nullius alius rei nisi amicitiæ eorum causa. C. Licinius in .ĩ. Peruersum esse alĩ modi postulare. Cæsar in Anticatone priore: Vno enim excepto, quem aliusmodi, atq; omnis natura finxit suos quisq; habere charos. uni pro unius Titinnius in Barbato: Quod quidem pol, mulier dicit, nanq; uni collegĩ sumus. Ipsi quoq; pro ipsius Afranius in homine, ipsi me uelle uestimenta dicito. Toti pro totius idem in suspecta: adeo ut te satias caperet toti familiæ. Soli pro solius Cato in primo originum: Nam de omni Tusculana ciuitate soli Lucilĩ Manulei beneficium gratum fuit. Idem nulli pro nullius: Quod tantisper nulli rei est, dum nihil agas. potest tamen hic datiuus accipi, nulli rei pro nulli utilitati. Terẽ. in Andria: Quandoquidem tam iners tam nulli consilĩ. Vlli pro ullius. Plautus in Trucu. Quasi uero corporis reliqueris potestatem, coloris ulli capiendi mala. Illi pro illius. Cato in M. Cæcilium, & quis illi modi esse uult? Idem de moribus Claudĩ Neronis isti pro istius: Pecunia mea reipub. profuit q̃ isti modi uti tu es. Et sciendum q̃ in ius terminantium gtūs producit penultimam, nisi poetica autoritas eam corripiat, excepto alter alterius, quod ideo magis correptam habuit penultimam, q̃ duabus syllabis uincit genitiuus nominatiuum. Quod igitur creuit syllabis, hoc minuit tempore. Terentianus tñ inuenit huius etiam i penultimam pduxisse in trochaico metro, quod est ex septem pedibus & syllaba, sexcuplo uel una uincet alterius singulum. Sextus enim pes uult à longa incipere. Propria eiusdem, id est in er terminationis, nomina si sint appellatiuis similia eorum sequunt regulam, ut Asper proprium & asper appellatiuum asperi & aspri per syncopam. Liber proprium & appellatiuum liberi. Caper similiter proprium & appellatiuum capri. Reliqua uero omnia in er correptam, siue productam, tertiæ sunt declinationis. Græca siue latina cuiuscunq; sint generis, & t antecedente r in ris mutantia, faciunt gtñ, ut pater patris, mater matris, equester equestris. Excipitur hic later huius lateris. Præterea Iupiter cuius gtūs ad aliud nomẽ transit. dicimus enim huius Iouis. Et hoc iter. dicimus enim huius itineris: quamuis antiqui hoc iter iteris, & hoc itiner itineris dixerũt. Plau. in Mercatore: Quin tu ergo itiner exequi meũ me finis? Neuius in Lycurgo: Ignoti itineris sumus tute scis. quæ sunt nunc ἐπρόκλιτα. Inueniunt tamen apud uetustissimos hæc ancipitis genitiui: hic accipiter huius accipitris & accipiteris. opiter opiteris & opitris. maspiter maspiteris & maspitris. diespiter diespiteris & diespitris. sic etiam Iupiter iupiteris & iupitris, ut Cesellio Vindici placet, debuit declinari. Nam Iouis ntō quoq; casu inuenit. Cæcilius in epistola: Nam nouus quidem deus repertus est Iouis. Actius in ἐπινανσιμάχῃ: Lucifera lampade exurat Iouis arietem. Ex quo etiam pluralem numerum Plautus protulit in Cassina, repente, ut emoriant humani Ioues. C quoq; antecedente supradictam seruant regulam, id est er in ris conuertunt in gtō, si sint communia, uel in is facientia fœminina, ut alacer alacris, acer acris. Et sciendum q̃ in utraq; terminatione utriusq; generis inueniunt hæc nomina. Virg. in .vi. de Anchisa dicens: alacris palmas utrasq; tetẽdit. potest tamen alacris esse pluralis accūs. Neuius in carmine belli Punici: Fames acer augescit hostibus. Ennius in .xĩ.

Omnes mortales uictores cordibus uiuis
Lætantes, uino curatos somnus repente
In campo passim mollissimus perculit acris.

Alia uero omnia cuiuſcũq; ſint generis,accepta is, faciunt genitiuum, una ſyllaba abundante,ut aer aeris,carcer carceris, mulier mulieris, ſuber ſuberis, mulciber mulciberis & mulcibris,ut Ceſellius in Stromateo docet:quod ſi eſt à mulcendo & imbri compoſitum,ut pleriſq; uidetur,melius ſimplicis declinationem ſeruat, celer celeris, agger aggeris,Liger ligeris,uomer uomeris,degener degeneris,pauper pauperis,cadauer cadaueris,cicer ciceris.excipitur imber imbris,& ab eo compoſita,ſeptember ſeptembris, october octobris. q; ſimilis eſt numerus ſyllabarum tam in ntõ quàm in gtõ. uetuſtiſſimi tamen genitiuo quoq; ſimilem ntm̃ eorum proferebant. Cato de ſacrificio commiſſo,mẽſe octobri fecimus,nouẽbris reliquus erat.Et omnia quæ faciunt fœminina in is, ſic ſolebant etiam in maſculino proferre,ut hic equeſter & equeſtris,alacer & alacris,celeber & celebris,hic campeſter huius campeſtris.Cato in primo originum:Agrum quẽ Volſci habuerunt,campeſtris plerus aboriginum fuit.Virg.in.vi.de Anchiſa: Iſq; ubi tendentem aduerſum per gramina uidit Aeneam,alacris palmas utrasq; tetendit. Hæc etiam contra rationem ſupradictarum regularum declinanť,puer pueri, cuius fœmininum puera dicebant antiqui,unde & puerpera dicitur,quæ puerum uel pueram parit, id eſt puellam,quod eſt diminutiuum pueræ,ut capra capella,tenera tenella,umbra umbella,ſic puera puella.Ouid.etiam hoc approbat,qui in.vi.Metamor. de puella Proſerpina narrans,dicit:Tantaq; ſimplicitas puerilibus affuit annis:quod deriuatiuum nõ pertineret ad fœminas,niſi etiam puera eſſet dictum.quod tamen comprobat etiam Suetonius diuerſos ponens uſus in lib.qui eſt de inſtitutione officiorum. Liuius in Odyſſea: Mea puera mea puera quid uerbi ex tuo ore profugit? Idem alibi: puerarum manibus confectum pulcherrime. Non eſt tamen ignorandum, q; etiam hic puerus,hic & hæc puer uetuſtiſſimi protuliſſe inueniunť,& puellus & puella. Lucilius in.xi. Inde uenit Romam tener ipſe etiam atque puellus. Cæcilius in umbris,age age puere duce me ad patrios fines,decoratum opipare.Afranius in incendio:ò puere puere ſine me proſpicere mihi.Plautus in Lenonibus geminis: dolet hic puellus ſeſe uenum ducier. Lucil.in iiij. Cumq; hic tam formoſus homo ac te dignus puellus. Liuius in Odyſſea: Sancta puer Saturni filia regina. Neuius in.ij.belli punici: Prima incedit Cereris Proſerpina puer. Varro in ſatyra,quæ inſcribitur ἄλλος ὄυτος ἡρακλῆς, Grauidaq; mater peperit Ioui puellum.Liber quoq; excipiť libri,fiber fibri. quæ etiam rationabiliter uidentur eſſe ſecundæ declinationis.habent enim fœminiua in a definẽtia quantum ad uocem, libra & fibra,quamuis non ſint eiuſdem ſignificationis,ſicut apud Græcos quoq; multa inueniunť fœminina,à maſculinis deriuata non eiuſdem ſignificationis, ut λάκων λάκαινα, non ſimilem habent ſignificationem, ſicut ἀρκάων ἀρκάδα,λέων λέαινα, regulam tamen eandem ſeruant. Item excipiunť culter cultri,cancer cancri, quod neutrum etiam inuenitur,ſed qñ morbum ſignificat. Claudius in.iiij.hiſtoriarum, ut uideret ne reſpueret, uerminaret literis addialis,quod uerminatione ad cancer puenerit, eius genitiuus cancris eſſe debet,ut cicer ciceris.præterea notãdum ſocer ſoceri, cuius fœmininum cum ſecundum analogiam hæc ſocera eſſe deberet,hæc ſocrus in uſu eſt. Iuue. in.ij.

Deſperanda tibi ſalua concordia ſocru.

Vetuſtiſſimi tamen communiter hic & hæc ſocrus proferebant. Actius in Atreo: Simul & piſæa præmia arrepta à ſocru poſſedit ſuo. gener generi differentiæ cauſa, ne ſi generis dicamus aliud ſignificare putetur.aper apri, cuius fœmininum ueteres protulerunt apra,ut Plinius Secundus in primo artium.coluber etiam colubra facit,hæc acer arbor acri,dicit Seruius in commento Virgilij,cum nullum in er fœmininum ſecundæ inueniatur declinationis, Ouidius nominatiuum protulit: Et platanus genialis,acerq; coloribus impar. Solinus uero rectius protulit aceris in admirabilibus de arbore thuris:palàm fieret intorto eam eſſe uimine ramis ad aceris qualitatem. Quæritur Iber iberi,an iberus iberi melius dicatur. Lucanus enim utrunq; protulit in.v.

Si tibi durus Iber,aut ſi tibi terga dediſſet. Idem in.iiij.

Qui præſtat terris aufert tibi nomen Iberus. ergo uel differentiæ cauſa fluuij &

gentis apocopa usus est. quomodo Arar pro Araris dixit, uel more suo abutens diuersis terminationib. quomodo Achillem & Achillea. Nam proprie Iberes sunt gens ab Iberis profecta, qui ultra Armeniam habitant, quorum singularis nominatiuus, hic Iber huius iberis facit, & apud Græcos Ἴβηρ Ἴβηρος. Nam alterum Ἴβηρος Ἰβήρου dicunt. In ir definentia masculina, accepta i faciunt genitiuum, ut hic uir uiri, leuir leuiri, treuir treuiri. unum inuenit, ut quibusdam uidet, fœmininum tertiæ declinationis, Gaddir gaddiris nomen est ciuitatis. Sed Sallustius neutrum esse ostendit in .ij. historiarum, accusatiuum nominatiuo similem ponens, ut alij tradiderunt, Tarteſſum Hispaniæ ciuitatem, quam nunc Tyrij mutato nomine Gaddir habent. Nam si esset fœmininum Gaddirem dixisset accusatiuum, non Gaddir. Et unum neutrum Ir, quod est indeclinabile. quamuis quidam (ut Carisius) Ir iris declinauerint. abdir quoq; & abaddir ὁ βαίτυλος decli natum non legi. In or definentia latina si sint masculini generis aut fœminini uel communis, accipiunt is, & producta o, faciunt genitiuum, ut orator oratoris, Salinator salinatoris, hæc uxor uxoris, soror sororis, hic & hæc autor autoris, pallor palloris, pudor pudoris, stridor stridoris, calor caloris, humor humoris, macor macoris, p macies, marcor marcoris ipsa res, feruor feruoris, rubor ruboris, mador madoris. Sallust. in .iij. hist. Monumenta madore infirmantur. algor algoris, quod etiam hic algus huius algus dicitur. Plautus in Vidularia: Inopiam, luctum, mœrorem, paupertatem, algum, famem. Idem in Rudente: Tu uel suda uel peri algu, uel etiam ægrota, uel uale. Excipiunt corripientia o etiam in genitiuo, ut hic & hæc & hoc memor memoris, immemor immemoris, quod à uerbo memoro natũ, penultimam eius seruauit syllabam. uetustissimi tamen similem genitiuo protulerunt eius nominis nominatiuũ. Cæcilius in Epiclero:

Ita'ne Antipho inuentus profluuia fide?
Itan' est immemoris, itan' est madida memoria?

Et hoc solũ in or desinẽs, habuit cõparatiuũ memorior. Indecor indecoris. Virg. in .xi.

Non tamen indecorem tua te regina reliquit.

Idem in .xij.

Nec genus indecores sine me hæc haud mollia fatu.

Inuenitur tamen etiam simplex, decor decoris, penultima correpta apud uetustissimos, quando pro decorus decora decorum, accipitur. Neuius in carmine belli punici: Magnamq; domũ decoremq; ditem uexerant. aliter enim iambus stare non potest. Sallustius in .iij. equis & armis decoribus cultus. Idem in eodem: Dedecores multiq; per terga ab hostibus cædebantur. Quæ ab eo deriuata sunt uel composita, quod est decus decoris, illius declinationem seruant, ficut à corpore quoq; composita eiusdem declinationem seruant, bicorpor bicorporis, tricorpor tricorporis, ut Actius in Eriphyla:

Pallas bicorpor anguium spiras trahit.

Virg. in sexto:

Gorgones harpyiæq; & forma tricorporis umbræ.

Hæc arbor quoq; huius arboris, quod à robore deriuatum illius declinationem seruans corripuit penultimam genitiui, & à puero composita, publipor publiporis, marcipor marciporis, sic Probus. Ita enim antiq pro Publij puer, & Marci puer dicebant, quæ o non pducunt in obliquis casibus. Sallust. in .iij. hist. hoc ptulit, unus cõstitit in agro Lucano gnarus loci nomine Publipor. Neutra quoq; & græca omia correpta o & addita is, faciunt gtm̃, ut hoc marmor marmoris, æquor æquoris, hic Hector hectoris, hic Actor actoris, qñ est nomen ppriũ græcum. Virg. in .xij. Actoris Aurũci spoliũ, quassatq; trementẽ. ab eo aũt quod est hoc ador gtũs in usu frequenti non est, cuius deriuatiuũ o producturn habet contra rõnem alioꝝ quæ ex neutris eiusdẽ terminatiõis deriuant. Virg. in .vij. & adorea liba per herbã Subijciunt epulis. Et puto ideo pduci, quia à uerbo deriuat pducente o penultimã, id est adoro. Ergo ador quoq; cum ab eodẽ fit uerbo deriuatũ, necessario si declinaret, pduceret in gtõ o, qd rursus regula neutroꝝ phibet, in or terminãtiũ. Duabus igit sibi aduersis regulis repugnãtib. mãsit ĩdeclinabile. q̃uis iueniatur huius quoq; apd quosdã uetereꝝ gtũs, mõpducẽs, mõ corripiẽs penultimã scdm supra dictas diuersas rõnes, ut Gãnius in .i. Hic adoris dat primitias sibi sanguĩe libat, Idẽ in .ij.

Illam ſponte ſatos adoris ſtrauiſſe maniplos. Idem in.iij.
Emicat in nubes nidoribus ardor adoris.

Excipitur etiam hoc cor cordis,quod aſſumit d in genitiuo. Vt breuiter igitur ſupra dictam colligamus regulam:in or definentia neutra latina & græca,& quæcunq; deriuantur uel componuntur à primitiuis penultimam corripientibus,ea genitiui penultimam corripiunt,cætera producunt, exceptis cor & ador. In ur definentia cuiuſcũq; ſint generis,accepta ris facĩũt genitiuum,ut hic uultur huius uulturis,turtur turturis, hoc ſulphur huius ſulphuris,hic & hæc fur huius furis.Excipiũt hic ſatur huius ſaturi. unde Lucanus: ſaturum tamen obſidet hoſtem, quod ideo eſt ſecundæ declinationis, quia facit fœmininum in a definens,id eſt hæc ſatura.Terentius in Hecyra: Sed cum tu ſatura atq; ebria eris,puer ut ſatur ſit facito: quod à Probo prætermiſſum, doctiſſime præceptor noſter atendit Theotiſtus,omnis eloquentiæ decus: cui quicquid in me ſit doctrinæ poſt deum imputo. Excipiunt etiam in neutris hæc, quæ pro u o correptum habent per obliquos caſus,ut hoc robur huius roboris,ebur eboris,femur femoris. Horat. Femur ò Cherinte tuũ. Virg.in.x. ocyus enſem, Aeneas uiſo Tyrrheni ſanguine lætus, Eripit à femore. dicit tamen & hoc femen feminis, cuius nominatiuus in uſu raro eſt. iecur iecoris uel iecinoris,qui genitiuus uidetur à nominatiuo iocinus uenire,qui in uſu non eſt. Perſius: & quæ ſemel intus Innata eſt rupto iecore,exierit caprificus. In as definentia latina maſculini generis ſunt,uel fœminini,uel communis,& ablata s & addita tis faciunt genitiuũ, ut hic Mecœnas huius Mecœnatis, hæc ciuitas ciuitatis,hic & hæc Arpinâs huius Arpinatis.Excipiunt monoſyllaba,hic as aſſis,hoc uas uaſis,qđ in ſingulari numero tertiæ,in plurali ſecũdæ declinationis eſt, ut hic uas uadis,hic mas maris,& hoc fas,nefas,& hic & hæc & hoc nugas, indeclinabilia. Græca uero eiuſdem terminationis nomina in ου uel in a definentia in genitiuo græco,primæ ſunt declinatiõis,ut ὁ Λυσιας τ̃ Λυσίου, hic Lyſias Lyſiæ, ὁ ἄνταϛ τ̃ ἄντα, hic Antas huius Antæ: huiuſcemodi nominatiuum nominum frequenter ſine s termina li ſolent Romani proferre,ut hic Geta,Byrrhia,Marſya. In os autẽ terminantia genitiuum græcum o in i mutata faciunt latinũ genitiuũ,ut κάλχας κάλχαντος, hic Calchas Calchantis. q̃uis hic Calchas huius Calchæ antiquiſſimi declinabant. Plautus in Menæchmis: Nouiſtin illum,noui cum Calcha ſimul. ὁ πάλλας τ̃ πάλλαντος hic Pallas Pallantis. ἡ πάλλας τ̃ πάλλάδος, hæc Pallas,huius Palladis. Et ſciendũ q; in as deſinentia maſculina ſi n t habeant in genitiuo,uocatiuum in an uolunt terminare more græco,& ſimilẽ hunc nominatiuo ſeruare,ut ò Calchan,uel ò Calchas,& ò Pallan, uel ò Pallas. Virgilius tamen autoritate poetica ò Palla protulit in.xi.

ſalue æternum mihi maxime Palla. In eodem:
Quin ego non alio digner te funere Palla.

in hoc quoq; Græcorum poetas ſecutus. Homerus in μ. ἰλιάδος:

πολυδάμα, σὺ μὲν οὐκέτ' ἐμοὶ φίλα ταῦτ' ἀγορεύῃς.

πολυδάμα, dixit, ἀντὶ τ̃ πολυδάμαν. Menander quoq; in Dardanio δρία, πᾶν δρία, dixit pro δρίαν. In es correptam latina maſculini uel communis generis cum ſint,mutant e in i, & ablata, s, & addita tis faciunt genitiuum,ut hic miles huius militis,trames tramitis,termes termitis,merges mergitis, hic & hæc ſoſpes ſoſpitis, pedes peditis,eques equitis.hic & hæc ſuperſtes huius ſuperſtitis,gurges gurgitis,hic & hæc diues diuitis. Excipiunt hæc quæ habent penultimam æ diphthongon,uel quæ à uerbis deriuantur in penultima ſyllaba ĕ habentibus breuem,quæ e ſeruant in genitiuo, ut hic & hæc & hoc præpes huius præpetis,tero teris,hic & hæc & hoc teres teretis,hebeo hebes,hic & hæc & hoc hebes hebetis,indigeo indiges, indiges indigetis,impeto impetis,impes impetis. Ouid in.iij. Metamorp. impete nunc uaſto pro impetu. Similiter Statius in ſeptimo Thebaid. Tranſiliunt campos,aurigamq; impete uaſto Amphiarae tuum. interpretor interpres interpretis.Sic declinantur etiam i ante e habẽtia,ut hic paries parietis,hic aries huius arietis,hic & hæc & hoc inquies inquietis:qđ

quamuis in nominatiuo ĕ correptam habeat,ut Probo uidet, in genitiuo tamē eādem producit ſecundum genitiuū quies quietis principalis. Sic etiam ſeruant fœminina ĕ correptā,ut hæc ſeges ſegetis,teges tegetis. Illud quoq; notandū ꝙ à pede uel à ſedendo compoſita per dis non p tis efferunt genitiuum. & à pede quidem compoſita ſeruant e: A ſedendo uero mutant e in i, ut hic & hæc & hoc quadrupes quadrupedis, bipes bipedis, compes cōpedis. Iuuenal.in. iiij. Squallidus in magna faſtidit cōpede foſſor. Hic & hæc obſes obſidis,deſes deſidis. Excipit hæc apes huius apis, quia hoc ſolum à pede compoſitū,ut quibuſdam uidet, e longam ſeruauit,neq; ulla creuit ſyllaba in genitiuo:q̄uis & alia cōpoſita ab eo quod eſt pes autores producant. Vir.in iiij. Ae.

Stat ſonipes ac frena ferox ſpumantia mandit. Idem in.x.
Tollit ſe arrectum quadrupes,& calcibus auras Verberat Hora in.i.ſerm.
Omnia magna loquens modo ſit mihi menſa tripes,& Concha ſalis puri.

Probus tñ inter correpta hoc ponit. Ouidius tñ ntūm hæc apis protulit in. vij. Meta.

Non apis inde tulit collectos ſedula flores.

Quod etiam diminutiuum oſtendit apicula,quomodo docet fidicula primitiui ſui nominatiuum fidis non fides eſſe, quod Seruio placet de cithara. In es productam latina i antecedente ablata s,& addita i faciunt genitiuū,ut hic meridies huius meridiei,hic uel hæc dies huius diei, hæc acies aciei. excipitur hæc quies quietis. uetuſtiſſimi tamen hoc quoq; ſecundū ſupradictam proferebant declinationem. Afranius in Emācipato: Sollicito corde corpus non potitur nunc quie. Neuius in Proteſilao: Laodamia complexa ſomno corpora operiunt ac ſuaui quie dicantur. Iure igitur compoſitum quoq; ex eo requies,quod in eodem genere manſit,tam quintæ quàm tertiæ declinationis inuenit. Virg.in.iiij. Aenei. Tempus inane peto, requiem ſpaciumq; furori. Cicero in dialogo de ſenectute, ut meæ ſenectutis requietē oblectamētumq; noſcatis. Nam inquies,cuius extremam corripi dicit Probus, inquietis declinat, quod trium factum eſt generꝫ,ut ſupra oſtendimus,cuius etiam ſimplex in uſu inuenitur trium generum. Neuius in carmine belli punici.ij.libro: Iamq; eius mentē fortuna fecerat quietem. Licinius Macer in.i.Annaliū: Non minimo opere milites quietes uolebant eſſe. Salluſtius in.ij. hiſtoriaꝝ: Quia corpore & lingua percitum & inquietem nomine hiſtrionis uix ſani Barbuleium appellabant. alia uero eiuſdem terminationis nomina e in i mutantia faciunt genitiuum, ut hic Verres huius uerris, hæc cædes huius cædis. excipiuntur hic pes pedis,hæc Ceres huius Cereris, merces mercedis, hic & hæc hæres hæredis,locuples locupletis,& tria quintæ declinationis e corripientia tam in genitiuo,q̄ in datiuo,fides fidei,res rei,ſpes ſpei. Inuenit & plebes plebei. Salluſtius in.i. hiſtoriaꝝ: Plebei tribunitiam poteſtatem. Nam plebs plebis facit genitiuum. Et fames famei dicebant ueteres,unde adhuc fame producitur in ablatiuo. Virg.in.vi.

Melle ſoporatam & medicatis frugibus offam
Obiecit,ille fame rabida tria guttura pandens. Iuuenalis in.v.
inde autem cum ſe matura leuauit,
Progenies ſtimulante fame feſtinat ad illam,
Quam primum prædam rupto guſtauerat ouo. Idem in eodem:
Membra aliena fame lacerabant,eſſe parati Et ſua:

quaſi quintæ declinationis produxerunt ablatiuum. In es productam græca eiuſdē declinationis, in ους uel in ως uel in της genitiuum græcum terminantia, ου uel ο uel ω in i mutantia,faciunt genitiuum latinū, ut παλαμήδης παλαμήδου, Palamedes Palamedis,ἐτεοκλῆς,ἐτεοκλέους, Eteocles Eteoclis, χρήμης, χρήμητος, Chremes Chremetis & Chremis. Terent. in Andria: Etiam puerum inde abiens conueni Chremis. Idē in eadem: Egomet continuo ad Chremem. μέμφις μέμφιτος nomen eſt urbis Aegyptiacæ,cuius mentionē Pindarus facit,Mendes Mendetis & Mendis. Sic quoq; ῥάμνης ῥάμνητος, Rhamnes Rhamnetis & Rhamnis, qđ græcum eſſe oſtendit aſpiratio poſt r poſita,qđ in latinis nominibus non fit, λάχης λάχητος, Laches Lachetis & Lachis, Sic &

similia in ων terminantia gtūm græcum. nec est mirum duplicem declinationē hæc habuisse apud Latinos, cū apud Græcos quoq; multa inueniant huiusce modi ancipitē habentia declinationē teste Herodiano. γύγας nomen gigantis γύγα & γύγαντος. κώμης proprīū κώμα & κώμητος. μύκης μύκα & μύκητος. ὁ μύκης μύκα & μύκητος. & ὁ πέλης πέλα & πέλητος. μίγης μίγα & μίγητος. πύλης πύλα πύλητος. Similiter Thales, Menes, Ageles, Calles, Dares uarie declinant. unde Virgi. duplicē accusatiuū græcū protulit in. v. Aene. Dareta & Daren, illos secutus, qui πόδητα & πόδην, μήτητα & μήτην protulerūt, ut

Præcipitemq; Daren ardens agit æquore toto. In eodem:

Sed finem imposuit pugnæ, fessumq; Dareta, Sin in α terminat genitiuum græcū primæ sunt declinationis, ut ἀχάτης ἀχάτα, Achates Achatæ, ἀγχίσης ἀγχίσα, Anchises Anchisæ. Sæpissime tñ huiusce modi nomina antiqui & secundum tertiam protulerūt declinationē, ut Orontes Orontæ & Orontis, Timarchides Timarchidæ & Timarchidis, Herodes Herodæ & Herodis. Horat. in. ij. episto. Præferat Herodis palmetis pinguibus, alter. Cicero in primo Tusculan. Non sine causa cum Orestis fabulam doceret Euripides. Sallustius in. ij. historiarum: Eam deditionem senatus p nuntios Orestis cognitam, approbat. Idem in. iiij. historiarum: Nanq; primum Iasonem nouo itinere maris Aeetæ hospitis domum uiolasse. A. Gellius noctium Atticarum nono: historia ex libris Heraclidæ Pontici iucunda memoratu & miranda. Sciendum tamen quòd frequentissime & tertia utuntur declinatione in propriis, quæ formā habent patronymicorum, & in barbaris, ut Thucydides, Thucydidæ & Thucydidis, Mithridates Mithridatæ Mithridatis, Tigranes Tigranæ Tigranis. huiusce modi enim nomina Parthica etiam Græci ancipiti terminant genitino, modo ου, modo ους, τιγράνης τιγράνου τιγράνους. Virgilius in. xij. nec Drancis dicta refellam. Et sciendum q; in huiusmodi nominibus quando tertiæ sunt, frequentissime ueteres datiuum proferebant pro genitiuo, Aristoteli, Demosthení, Thucydidi, Euripidi, pro Aristotelis, Demosthenis, Thucydidis, Euripidis ponentes. Virgil. in primo Aeneidos:

Præcipue pius Aeneas nunc acris Oronti,
Nunc Amyci casum gemit. Idem in eodem:
Troas reliquias Danaûm atq; immitis Achilli. in. ij. quis talia fando
Myrmidonûm Dolopûm ue aut duri miles Vlyssi.

Terentius in Heautontim. Archonidi filiam pro Archonidis. Cicero in. iiij. Verrinarū: In Timarchidi potestate socioꝝ populi Romani antiquissimoꝝ, atq; amicissimorum liberos, matresfamilias, bona, fortunasq; omnes fuisse. Idem in eodem datiuum similiter protulit: Neq; in præsentia Timarchidi quid respondeat habuit. & magis secundū tertiam ea proferunt nominatissimi autores. Idem in Arato: Sub pedibus profert finita booti, pro bootis. Terent. in Hecyra: Callidemidem hospitem Myconiū. Cicero in Protagora: Quid tu, unde tandem appares ὦ Socrate, an quidem dubium nō est, quin ab Alcibiade. Trogus Pompeius in lib. vi. inde Scepsim petit, quo se Media interfecta socru cōtulerat, is ab Herculide petito colloquio M. Velleius Paterculus, primus, nec minus clarus ea tēpestate fuit Miltiadis filius Cimon. Plinius in. ij. naturalis historiæ, ab Euclide. Idem in. iiij. Thucydide. Idem in. iiij. Philistide, Anticlide, Philonide. In v. Sothade. In. vi. Simonide minore. In. vij. Agatharchide, Apollonide, Duride, Heraclide pontico, Asclepiade. In. xi. Menecrate. In. xij. Mnesicle. In. xv. Commiade. In. xxxvij. Neuripide. possunt tamen ea si producte proferantur datiui esse græci pro ablatiuis, quomodo Virgilius in primo Aeneidos: uno comitatus Achate. Iuuenalis:

Penelope melius leuius torquetis Arachne. In is definentia longam cu iuscunq; sint generis latina ablata s, & addita tis faciūt genitiuum, ut hæc lis litis, hic & hæc dis ditis, unde hi & hæ dites & hæc ditia, cuius nominatiuum singularē in usu non inueni. debet tamen secundum analogiam hoc dite esse. Nam in is finiri neutrū nō potest. Lucanus in. vij. Non illic Libycæ posuerunt ditia gentes Templa. hic & hæc samnis huius samnitis. Sic Cæsar de analogia. Lucanus in secundo: Romanaq;

ſamnis, Vltra caudinas ſperauit uulnera furcas. huius neutrum Neuius ſamnite protulit in carmine belli Punici, ad cuius ſimilitudinem debet etiam hoc dite dici. Excipitur hic glis gliris. quod p t r habuit, & hæc uis huius uis, cuius plurale ſimiliter uis tã Lucretius q̃ Salluſtius protulerunt. Lucretius in. ij. Sed quam multarũ rerũ uis poſſidet in ſe, Atq; poteſtates. Salluſtius in. iij. hiſtoriarũ: Male iam aſſuetum ad omnes uis controuerſiarum. Illa quoq; tam in is q̃ in er finita nomina regulam ſeruãt in er terminatorum, id eſt accepta is faciunt genitiuum, ut hic puluis & puluer pulueris, hic cucumis & cucumer cucumeris, hic cinis & ciner cineris, hic uomis & uomer uomeris. Præterea Cæſar declinat pubis puberis: quidã, ut Probus, pubes puberis, qudã puber puberis. Ex eo tamen compoſitum inuenit ſimilem habẽs nominatiuu genitiuo, Hic impubis huius impubis. Virgilius in. v. impubis Iuli. ab eo neutrum impube Horatius protulit in Epodo, ut: Hæc trementi quæſtus ore Cõſtitit puer impube corpus. Cicero tamẽ in. iiij. inuecti. Filium q; eius impuberem legatum à patre miſſum. Idẽ in. ij. de Oratore: Quod niſi puberẽ te iam inquit haberem. Alia uero omnia eiuſdem terminationis, correptæ, ſimilem habẽt genitiuum nominatiuo. Hic collis huius collis, hæc puppis huius puppis, hic & hæc ſuauis huius ſuauis, hic & hæc ciuis huius ciuis. Excipiũtur hic lapis huius lapidis, uetuſtiſſimi tamen etiam huius lapis protulerunt. Ennius in. xv. Annalium: Occumbũt multi letum ferro q; lapiq;: hic ſanguis huius ſanguinis, quod ueteres hoc ſanguen dixerunt. Cicero in Hortenſio, ut ait Ennius:

Refugiat timidos ſanguen atq; exalbeſcat metu. Idem in. ij. Annaliũ:

O genitor, ò ſanguen dñs oriundum. hæc pollis pollinis, ſic Cariſius. Probus autem & Cæſar, hoc pollen pollinis declinauerunt. hæc cuſpis cuſpidis, ſemis ſemiſſis. Apuleius in Epitoma: Sed tum ſeſtertius dipondiũ ſemiſſem, quinarius, quin queſſis, denarius decuſſis, ualebat. hæc caſſis caſſidis, qđ etiam hæc caſſida caſſidæ declinat. Virgil. in. xi. aurea uati Caſſida. A ſanguine cõpoſitum non ſeruat declinationem ſimplicis, hic & hæc exanguis huius exanguis: à cuſpide ſeruat, tricuſpis tricuſpidis. Ouidius in primo Metamorpho. poſitoq; tricuſpide telo, Mulcet aquas. Inuenit etiam hæc capis capidis, cuius diminutiuũ eſt capidula, Haruncius: capis uaſis genus eſt põtificale, diminutiuũ capidula. Lucili. in. ix. Hinc ancilia ab hoc apices capidasq; repertas. Et uide q; magis græcũ eſſe oſtenditur, cum in as protulit accuſatiuum pluralem. Hic & hæc potis & hoc pote, nomina eſſe oſtendit comparatio potior & potiſſimus. Sine uerbis autem raro inuenies ea, uel cum obliquo caſu prolata. Perſius:

Quí pote uis dicam, nugaris cum tibi calue,
Pinguis aqualiculus protento ſeſquipede extet. Virg. in. iij.
Nec potis Ionios fluctus æquare ſequendo. Idem in. xi.
At non Euandrum potis eſt uis ulla tenere. In is definẽtia, ſi græca in genitiuo græco conſonantem habuerint ante os, o in i mutant, & faciunt genitiuum latinum, ut σιμόεις σιμόεντος, Simois Simoentis, ἄδωνις ἀδώνιδος, hic Adonis huius Adonidis, εὐπόλις εὐπόλιδος, Eupolis Eupolidis, Δώρις Δώριδος, Doris Doridis, θέτις θέτιδος, Hæc Thetis huius Thetidis. quamuis ablatiuum eius ab hac Theti Plaut. protulit in Epidico: Tum ille prognatus Theti ſine perdat, alia apportabant ei Nereĩ filiæ. εὐχάρις εὐχάριδος, Eucharis eucharidis, ἐπίχαρις ἐπιχάριδος, Epicharis epicharidis. Sin in os puram græcus definat genitiuus, ſimilis erit nominatiuo apud Latinos, ut ἄδωνις ἀδώνιος, hic adonis huius adonis, νεάπολις νεαπόλιος, hæc Neapolis huius neapolis. Sin apud Græcos in ις diphthongum terminent n t habẽt in genitiuo latino, σιμόις σιμόεντος, hic Simois Simoentis. In os productam maſculina ablata s, & addita ris faciunt genitiuũ, ut hic lepos leporis, ros roris, mos moris, flos floris. Excipit nepos nepotis, quod quidam cõmune putauerunt, quamuis fœmininum ſit neptis. Alia uero omnia in tis definũt, ut hic & hæc ſacerdos huius ſacerdotis, hic & hæc compos compotis. Liuius in. xxv. Profecto ſatis compotẽ menti ineſſe: o tamen in hoc ſolo corripitur, Seneca in Phædra: Hippolyte me nunc compotem uoti facias, In eadẽ: Com-

pote uoto. & est Adonium metrum. Eius contrariũ impos impotis. Actius in primo Didascalion: Falsidica audax gnati mater pessimi odibilis, natura impos, excors, & fera. Similiter hæc cos cotis, dos dotis. Excipit hic & hæc bos bouis, quod ideo assumit genitiuo u loco digamma, quia Aeoles quoq; solent inter duas uocales eiusdẽ dictionis digamma ponere, quos in multis nos sequmur ὄϜις ouis, ΔάϜος Dauus, ὠϜὸν ouũ. Vnde in nominatiuo quoq; huius nominis illos sequimur. Nam & Aeoles & Dores βῶς dicunt p βοῦς. ω diphthongon in ω longam uertentes. Et q̃ hoc uerum est, ostẽdũt epigrammata uetustissima, quæ literis antiquissimis scripta in multis tripodibus legi, & maxime in tripode Apollinis, q̃ est Constantinopoli, in loco quẽ ξηρολοφον uocant. Sunt aũt scripta sic ΔημοφόϜων pro Δημοφόων, λαοκόϜων p λαοκόων. Hæc glos gloris, hoc os correptum ossis. Ouid. in. v. Metamor. Qui postq̃ cecidit ferrum q̃ ex osse reuulsum est. Quidam tñ uetere & hoc ossum, & hoc ossu proferebant, unde Pacuuius in Chryse: ossum inhumatum æstuosam auram. Actius uero in Annal. Fraxinus fixa ferox infensa iusundit ossis. Cato tamen os protulit in. iiij. originum, Si quis membrũ rupit aut os fregit, talione proximus cognatus ulciscit. os productum oris, hic & hæc custos custodis, ideo in dis definit, quia uenit à uerbo custodio. Græca eiusdẽ terminationis græcum gtũm sequunt os finali in is conuersa, ut χρυσέρος χρυσέρωτος, Chryseros chryserotis, ἥρως ἥρωος, heros herois, μίνως μίνωος, Minos minois. Sallust. tñ protulit Minonis genitiuum in. v. historiarũ: Dædalum ex Sicilia profectum quo Minonis iram atq; opes fugerat. Nec tñ hoc sine exemplo apud Græcos quoq; inuento. Syracusij em̃ Heron pro Heros dicunt, sic Sophron, ἥρων ἥρωος dixit. Similiter ergo & μίνων p μίνωος. Romani aũt plerunq; solent in on terminantia etiã abiectione n proferre per o ut Leo Draco. Sic ergo Mino, Gobio quoq; dicunt p γώβιος, abiecta s. Et qđ mirabilius est Athos Athonis protulit Cicero in. iij. de repub. Quid ergo illa sibi uult absurda exceptio, nisi quis Athonem p monumẽto uult funditus efficere? Quis em̃ est Athos, aut Olympus tantus? Sed hoc in us correptam dehinc attice prolatum est, quomodo ἀνδρόγεως pro ἀνδρόγεος. In us correptã definentia masculina latina s uel t uel x an tecedentibus, si sint reꝝ incorporalium uocabula, quartæ sunt declinationis, ut hic uisus huius uisus, hic casus huius casus, hic situs huius situs, hic positus huius positus, hic partus huius partus. quamuis hæc partio huius partionis antiqui protulisse inueniantur. Plautus in Truculento: Horresco misera mentionem quoties fit partionis. hic sexus huius sexus, hic luxus huius luxus. Similiter quartæ sunt quæ reꝝ uocabulis homonyma inueniunt, ut hic magistratus ἡ ἀρχή ἡ ὁ ἄρχων huius magistratus, hic saltus ἡ ἀκρώρεια ἡ νάπη huius saltus, hic uersus ἡ στροφή ὁ στίχος huius uersus, hic exercitus ἡ γυμνασία ὁ στρατὸς huius exercitus. Fastus quando à fastidio est uerbo, quartæ est: quando uero pro Annali accipitur à fastis & nefastis diebus sic dictum, frequentius secundæ est. Inuenitur tamen & quartæ. Lucan. in decimo: Nec meus Eudoxi uincetur fastibus annus. quod tamen errore Lucani prolatum dicit Seruius in commẽtario tertij libri Virgiliani, cum antiquiores quoq; similiter idem protulisse inueniãtur. Oui. Fastorũ inscripsit libros. Nam apud Horatium duplicem inuenio scripturam & fastos & fastus in tertio carminum: Per memores, genus omne fastos, & fastus in alijs codicibus. Varro in Ephemeride: Postea honoris uirtutũ causa Iulij Cæsaris qui fastus porrexit, mensis Iulius appellatus est. Senatus quoq; ideo quartæ est, q̃ à uocabulo natus cõponitur. Et si ante tus alia sit in eadem syllaba cõsonans, etiam corporalia quartæ sunt declinationis, nisi sint propria uel mobilia, ut hic fluctus huius fluctus, hic quæstus huius quæstus, hic rictus huius rictus, hic uictus huius uictus. Excipit hic lectus ἡ κλίνη huius lecti, quòd tamen etiam huius lectus antiquissimi protulerunt. Cornificius in primo de cœnis deorũ: Ipsis uero ad Cereris memoriæ renouãdæ gratiã lectus sternuntur. Plaut. in Amphitruone: quàm lectus ubi cubuisti concaluit locus. Mustus quoq; musti excipit Probus, quod tamen mobile uidetur, cum ueteres & fœminino & neutro genere inueniuntur hoc protulisse, pro nouus noua nouum. Mart. in primo:

Quod te Tucca iuuat uetulo miſcere falerno
In uaticanis condita muſta cadis? Ouid.in.xiiij.Metamor.

Tercentum meſſes tercentum muſta uidere. Cato Cenſorius de agna muſta paſcenda,muſta agna pro noua dixit. Inueniũtur tamen antiquiſſimi multa ex ſupradictis in genitiuo etiam i terminaſſe. Terentius in Andria: Nihil ornati,nihil tu multi,pro ornatus & tumultus. Idẽ in Adelphis,fructi pro fructus: Nunc exacta æta te hoc fructi pro labore ab his fero. quæſti pro quæſtus. Idem in Hecyra: Nunquam animum quæſti gratia ad malas adducam partes.aduenti pro aduentus.Idem in Phormione: Patrem ut extimeſcam ubi eius aduenti uenit in mentem. ſenati pro ſenatus. Salluſt.in Catil.Senati decretũ fit,ſicut ille cenſuerat.uerſi quoq; pro uerſus. Laberius: In lacu Auerno uerſoꝝ non numerum numero ſtuduimus. Valerius in Phormione: Quid hic cum tragicis uerſis & ſyrma facis? Leuius in Polymetris: Omnes ſunt de nis ſyllabis uerſi.hic uictus huius uicti. Plaut.in Captiuis: Proin tu tui quotidiani uicti uentrem ad me afferas. Idem in Aulularia huius gemiti dixit: tantũ gemiti & ma læ mœſtitiæ hic dies mihi obtulit,famem & pauperiem.Alia uero omnia eiuſdem generis latina in us definentia ſecundæ ſunt declinationis,ut hic Virgilius huius Virgilij,ſomnus ſomni,lacertus lacerti,numerus numeri, ſanctus ſancti, uentus uenti,cibus cibi.quamuis & huius cibus antiqui protuliſſe inueniuntur. Plaut.in Captiuis: Tantus uentri commeatus meo adeſt in portu cibus.Excipitur arcus,quod differentiæ cauſa quidam tam ſecundæ q̃ quartæ protulerunt,de cæleſti enim, id eſt de Iride, Cicero dicens in.iij.de deoꝝ natura in i finiuit genitiuum: Cur autem arci ſpecies nõ in deorum numero reponatur. inuenitur tamen apud ueteres etiam fœminini generis, ſecũdum quod bene quartæ eſt declinationis. Ennius in. xv. Annalium: Arcus ubi aſpiciunt mortalibus quæ perhibentur. Acus etiam quartæ eſt quod tam maſculinũ quàm fœmininum inuenitur. Lucanus in decimo:

Quod Nilotis acus compreſſum pectine ferum. Iuuena.in primo:
Illẽ ſupercilium madida fuligine tinctum, Obliqua producit acu.

Idem in ſecundo: Emerita quæ ceſſat acu. diminutio tamen fit à maſculino aculeus teſte Probo,quomodo ab equo equuleus.Et lacus quartæ,& hic ſpecus quod tam maſculinum q̃ neutrum inuenitur. Hora.Carm.lib.iij.Quo me Bacche rapis tui plenũ. quæ nemora,aut quos Agor in ſpecus? Sed hoc ſpecus melius dici in ſingulari numero,in plurali hi ſpecus,Seruio placet.Fœmininũ tñ hoc quoq; nomen inueniẽ. A.Gellius noctiũ Atticarꝝ.vi. Sole medio inquit & arido & flagranti,ſpecum quandã nactus remotam,latebroſam q̃ penetro & recondo.Ennius in. xvi. Annal. Tũ caua ſub mõte late ſpecus intus patebat.Pacuuius in nuptijs: Aduenio in ſcrupuloſam ſpecũ.Dicebãt tñ & hoc ſpecum et hæc ſpeca.Cato: Speca appoſita quo aqua deuia abiret. Sed Liuius etiã in ſingulari numero hoc ponit maſculinũ in primo ab urbe condita:Lucus erat quem mediũ ex opaco ſpecu fons perenni rigabat aqua.Similter Ouid in.iij.Meta.

Eſt ſpecus in medio uirgis ac uimine denſus. Idem in.vij.
ſpecus eſt tenebroſo cæcus hiatu. Idem in.xi.
Eſt ſpecus in medio natura factus an arte Ambiguum.

Penus quoq; & maſculini & fœminini & neutri inuenitur, teſte Donato & Capro, Plau.in Pſeudolo: Niſi mihi annuus penus ab amatoribus congeritur.Lucilius:

Magna penus paruo ſpacio conſumpta peribit. Hor.in.i.epiſtolarꝝ:
Annonæ profit portet frumenta penusq;.

cuius neutri genitiuus eſt penoris, ut pecus pecoris. Cæſar Strabo contra Sulpitium Tribunum plebis: Propinquos noſtros Meſſalas domo deflagrata penore uolebamus priuare. hoc penum etiam Afranius protulit: In penum herile. Etiam hic ficus uitiũ corporis quartæ eſt. Martialis in primo Epigrammatõ:

Cum dixi ficus rides quaſi barbara uerba,
Et dici ficos Cæciliane iubes,

Dicemus ficus quas ſcimus in arbore naſci,
Dicemus ficus Cæciliane tuos.

Ex quo oſtendit & uitium & fructũ poſſe quartæ eſſe declinationis, genere autem differre. Vultus præterea quartæ eſt, quod quaſi rei eſt uocabulum à uolo uerbo deriuatum, quomodo à colo cultus, ab occulo occultus, ab ulciſcor ultus. Nec mirum, cũ Ariſtoteles ſpecies incorporales circa corpora uelit eſſe, uultum quoq; quomodo colores & figuras cum ſint incorporales (uoluntatis enim ſignificat affectum) in facie intelligi, quomodo metus, gaudium, lætitia, triſtitia, quæ omnia rerũ incorporalium ſunt uocabula. Iure igitur quartæ eſt. Similiter artus, hoc enim quoq;, cũ neutro etiam genere hoc artu ueteres proferebant, bene ſecũdum quartam declinat. Omnia enim maſculina definentia in us, quæ neutra quoq; in u definentia inueniunt, eiuſdem ſunt declinationis, ut hic tonitrus hoc tonitru, hic cornus hoc cornu, ergo ſimiliter hic artus hoc artu. Plaut. in Menæchmis: Ita mihi imperas, ut ego huius mẽbra atq; oſſa atq; artua cõminuam. Illud etiam poſſumus dicere, ꝙ artus ideo quartæ eſt declinationis, qđ à uerbo arto artas rei uocabulum fit artatus, & ꝑ ſyncopam artus, quomodo à poto potas potatus, potus. Ideoq; nomen etiam qđ ſignificat ἄχθος, id eſt artus, quia uocabulo rei eſt ſimile, etiam eandẽ ſeruauit declinationẽ, quomodo exercitus, ſaltus, magiſtratus. Et forſitan ideo etiam acus ab acutu, portus à portatu, lacus à laqueatu, ſinus à ſinuatu, currus à curſu, gradus à greſſu nata, primitiuos ſeruant declinationem, quomodo uniuoca fixa, à portu compoſitum tam maſculini q̃ neutri generis inuenit & ſecundæ declinationis, hic angiportus et hoc angiportũ, his angiportis. Sic Plinius Secũdus in primo artis grammaticæ. Terentius quoq; in Adelp. Id quidem angiportum nõ eſt peruium. Idem in Phorm. Sed hinc concedam in angiportũ hunc proximũ. gradus quoq; eſt quartæ, ut oſtendimus, & ſinus, dicit tamen & hoc ſinum i producta in neutro genere, & ſignificat uas. Varro de uita populi Romani lib. i. ubi erat uinum in mẽſa poſitum, aut galeola, aut ſinum. Virgilius in Bucolicis: Sinum lactis & hæc te liba Priape quot annis. Sed hoc etiam maſculino quidam protulerunt. Plaut. in Curculione, Hic cum uino ſinus fertur. Forte igitur etiam differentiæ cauſa hoc ſecundæ, illud quartæ declinauerunt. Currus ſimiliter excipit, qđ quartæ eſt declinationis, ut ante docuimus, & poſſumus ſimilẽ de his omnibus rationẽ, ut ſuperius demõſtrauimus reddentes dicere, ꝙ ea quæ à participijs deriuant in us definentia, ſi ſint fixa quartæ ſunt, portat⁹ portus, artatus artus, arcuatus arcus, laqueat⁹ lacus, acutus acus, ſinuatus ſin⁹. à curſu quoq; uel curro currus, à greſſu uel gradior gradus. Adeo aũt cognatio eſt currus ad curſum, quòd diminutiuum currus curriculus pro curſu accipit. Cicero ꝑ Marcello: Nefas eſſe dicendum uerſari me in uetere noſtro curriculo. Quomodo igitur ſi eſſent participijs ſimilia, fixa, quartæ proferrentur declinationis, ſicut omnia quæ ſimilia ſunt participijs non mobilia, ſic etiam per ſyncopam prolata uel mutatione conſonantium ante us poſitarum, eandem tamen declinationem ſeruauerunt. Nec mirum in nominibus hoc fieri, cum etiam ipſa participia inueniantur. eſt quando per ſyncopam prolata, ut potus pro potatus, cretus pro creatus, dictus pro dictatus, faucius pro fauciatus, truncus pro truncatus, laſſus pro laſſatus: tonitrus quoq; & cornus, quando ſunt maſculina notantur ꝙ quartæ ſunt. Nam plerunq; neutra inueniuntur, hoc tonitru, hoc cornu, de quibus ſupra quoq; docuimus. Quomodo autem quædam quartæ declinationis nomina etiam ſecundæ regula protuliſſe ſuperius uetuſtiſſimos oſtendimus, ſic econtrario quæ debuerunt ſecundæ eſſe uetuſtiſſimi quartæ eſt quando declinauere, ut hic fibilus huius fibilus, uadus, uulgus, fretus. Siſenna in .xij. hiſtoriarum: Procul fibilus ſignificare conſuli cœpit. Excipitur etiam lepus, leporis, quod ſolum in us correptam definens, maſculinum tertiæ declinationis inuenitur. Nam uetus ueteris commune eſt trium generũ, & lygus quoq; lyguris commune eſt. Salluſti. in .ij. hiſtoriarũ: Sed ipſi ferunt taurum ex grege, quem prope littora regebat nomine Corſa lygus mulier, inuenit tamen etiam in ur definens, lygur, ut Lucanus in primo

Et nunc tonſe lygur quondam per colla decora,
Crinibus effuſis toti prælate comatæ.

quamuis etiam ueter analogia exigit, ut bene ſit dictum. Actius in Hecuba: Veter factorum terminus ſic iuſſerat, pro uetus. Quod Capro quoq; prudentiſſime uidetur, cũ comparatiuus ueterior, & ſuperlatiuus ueterrimus, ueter deſiderent poſitiuum. Cato in primo originum: Antemna ueterior eſt quàm Roma. Plautus in Bacchidibus: Senem tibi dedò illum ueteriorem Lepide ut lenitum reddas. Monoſyllaba quoq; in us omnia cuiuſcunq; ſint generis tertiæ ſunt declinationis, quæ & producuntur. Eſt autẽ maſculinũ unum à Græcis ſumptum μῦς, hic mus muris, quod & per obliquos caſus ꝓducit u, muris muri. Ideoq; aſſumpſit r, quia nõ poterat u uocalis penultima produci, uocali altera conſequente. Itaq; in omnibus monoſyllabis u lõga eſt per omnes caſus, & ſimilis declinatio ſupradicti nominis, ut mus muris, plus pluris, ius iuris, thus thuris, crus cruris. exceptis grus & ſus, quæ ſola in monoſyllabis communia inueniuntur, & in nominatiuo producunt̃, in obliquis uero corripiũtur. ϙ apud Græcos quoq; σῦς productum in nominatiuo reliquos caſus corripit. & u penultima ante uocalẽ poſita longa nõ inuenitur apud Latinos, ut arduus, ſuo, fluctuo, ruo. Sunt autem nomina in us deſinentia communia quatuor, duo in us productam, monoſyllaba, & duo diſſyllaba in us correptam, de quibus ſupra diximus, hic & hæc ſus ſuis, grus gruis. Virg. in primo Georg. Strymoniæ dant ſigna grues. Hora. in ſecundo ſermonum: diſcerpta ferẽtes Membra gruis, ſparſi ſale multo nõ ſine farre. uetus etiam ueteris, & lygus quod in ur terminat nominatiuum lygur, ut ſupradictum eſt, lyguris. Præterea unus ullus, nullus, ſolus, totus, alius, quamuis ueriſſima ratione nomina eſſe oſtendantur, ut in pronomine docebimus, tamẽ pronominum ſequũtur declinationem illorum, quæ in ius terminant genitiuum, quanquam inueniãtur apud ueteres, & nominum modo declinata, id eſt genitiuum in i, & datiuum in o deſinentia. Nec ſolũ hæc, ſed omnia quæ ſimili declinatione proferuntur, ſicut iam in ſuperioribus oſtendimus. Titinnius in Barbato: Quod quidem pol mulier dicet, nanq; uni collegꝭ ſumus, uni pro unius. Afranius in Suſpecta: Adeo ut te ſatias caperet totæ familiæ, pro totius. Cato in primo originum: Nam de omni Tuſculana ciuitate ſoli Lucꝭ Manilꝭ beneficium gratũ fuit, ſoli pro ſolius. Idem in.ij. Qui tantiſper nullæ rei ſies dum nil agas, nullæ ꝓ nullius. Plaut. in Truculẽt. Quaſi uero corpori reliqueris poteſtatem, coloris ulli capiendi mala, ulli pro ullius. Alius quoq; tam huius alius penultima circunflexa, quàm alꝭ genitiuus inuenitur apud ueteres. Cæcilius in. v. nullius aliæ rei, niſi amicitiæ eorum cauſa, aliæ pro alius dixit. Cæſar in Anticatone priore, uno eñ excepto quem alius modi, atq; omnis natura finxit, ſuos quiſq; habet charos. M. Cato in cẽſura de ueſtitu & uehiculis: Nam periniurium fiet cum mihi ob eos mores quos prius habui honos detur, ubi datus eſt, tum uti eos mutem, atq; alꝭ modi ſim. C. Licinius in ſecũdo: peruersum eſſe alꝭ modi poſtulare. Fœminina eiuſdem terminationis correptæ, ſi ſint arborum nomina ſecundæ erunt declinationis, ut hæc cornus huius orni, hæc fagus huius fagi, hæc pirus piri, hæc cupreſſus cupreſſi. excipiũtur quærcus, laurus, pinus, cornus, ficus, quæ tam ſecũdæ quàm quartæ inueniũtur. Cicero in orthographia: Ibi quærcoꝫ rami ad terram iacẽt, ut ſues quaſi capreæ ex ramis glande paſcãtur. Virg. in. viij.

Arma ſub aduerſa poſuit radiantia quærcu.

Statius in ſeptimo Theb. cornu depreſſus achiua. Virg. in. xi. ferro ſonat alta bipẽni
Fraxinus, euertunt actas ad ſidera pinus.

Cicero in ſecũdo de Oratore: Cum familiaris quidam quereretur, quòd diceret uxorem ſuam ſuſpendiſſe ſe de ficu, amabo te inquit, da mihi de iſta arbore quos ferã ſurculos. Martialis in Epigrammatibus: Dicemus ficus, quas ſcimus in arbore naſci. Sin uero in us productam terminentur, ablata s, & addita tis faciunt genitiuum, ut hæc ſeruitus huius ſeruitutis, uirtus uirtutis, ſalus ſalutis, ſenectus ſenectutis, iuuentus iuuẽtutis, Excipiuntur tellus telluris, palus paludis, quæ duo nõ habuerunt t in genitiuo,

palus tamen etiam correpta us inuenitur apud Horat. de arte poetica:

Debemur morti nos nostraq; siue receptus,
Terra Neptunus classes Aquilonibus arcet,
Regis opus, sterilisq; diu palus aptaq; remis.

Alia omnia eiusdem generis, id est fœminini in us correptam desinentia, quartæ sunt declinationis, ut hæc nurus huius nurus, hæc tribus huius tribus, hæc manus huius manus: ex quo compositum eius declinationem sequit, hic centimanus huius centimanus. Horat. in .ij. carminum: Testis mearum centimanus Gyges, Sententiarum. hæc anus huius anus. Nam Terentius contra hanc regulam in Heauton. dixit, anuis, more antiquo, ipsam offendimus Mediocriter uestitam, ueste lugubri, Eius anuis causa opinor quæ erat mortua. Excipitur hæc aluus huius alui, quod ueteres frequenter masculino genere protulerunt. Actius in annalibus: ut quamfragilissimus aluus. Cato ad filium: Ex dolore, ex febri, ex siti, ex medicamentis bibendis, ex cataplasmatis, ex aluo lauando. Cinna in Smyrna: At scelus incesto Cinyræ crescebat in aluo. Itaq; secundum hoc genus bene declinatur aluus alui. Virgilius tamen hoc protulit fœmininum in .ij. æneid.

In latus inq; feri curuam compagibus aluum.

Humus humi. hoc etiam neutrum in um desinēs inuenit apud ueteres, secundum q; opportune hanc declinatiōem seruauit Liuius in Adone, humum humidum pedibus fodit. Gracchus in Thyeste: Mersit sequentis humidum plantis humum. Domus huius domus, & domus huius domi. Terentius in eunu. Domi fociq; fac uicissim ut memineris. Virg. in sexto: Hic labor ille domus & in extricabilis error. Ouid. in .iij. metamor. domui communis utriq;. & colus coli & colus. Virgilius in .vij. Cui tolerare colo uitam tenuiq; Minerua. Statius in sexto Theb. Sed huius extrema iam fila colu, datur ordo senectæ. Venus ueneris quoq; excipitur, quod solum proprium fœmininum inuenitur latinum in us desinēs correptam. & forte ideo sic declinatur, ne si Venus ueni declinaret, dubitatiōem haberet genitiuus cum ueni uerbo imperatiuo. Incus etiam incudis, quod ponit Nonius Marcellus de doctorum indagine: Ferri massa malleis cudit. unde etiam incus est appellata. Cuius quia & genitiui penultima cu, & in uerbo cudo eadem syllaba producitur, debet quoq; in nominatiuo produci. pecus quoq; fœmininum pecudis facit, quod etiam neutrum est hoc pecus pecoris. Cæsar in Auguralibus: Si syncera pecus erat. Virgi. iu. iij. Georg.

Ignauum fucos pecus a præsepibus arcent.

Vetustissimi etiam hoc pecu, hæc pecua plurale dicebant. Hostilius in primo annal.

Sæpe greges pecuum ex hybernis pastibus pulsi.

Plautus in Mercatore:

Nec pecua ruri pascere, nec pueros nutricare.

Idem in Truculento:

Pecua ad hanc collo neruina ego obligata defero.

Idem in Rudente:

Non uides referre me uuidum rete fine squamoso pecu?

Et Solinus in memorabilibus de Britannia dicit: Ita pabulosa ut pecua, nisi interdum a pastibus arceantur ad periculum agat satietas. Præterea inuenitur apud uetustissimos intercus intercutis, & proprie intercus aqua dicitur, quam Græci ὕδρωπα nominant. Plautus in Fribolaria: Is mihi erat bilis, aqua intercus, tussis, febris. Cato autem quasi adiectiuo eo est usus, dicens intercutibus stupris obstinatus, p intestinis, ut sit secundū eum, hic & hæc & hoc intercus, id est qui uel quæ uel quod intra cutem est. Nec est mirum declinationem simplicis sui, id quoq; seruare, quamuis nominatiui terminatiōe mutata, quod in omnibus penè fieri compositis inuenimus. Hoc cor huius cordis, hic & hæc & hoc concors huius concordis. hoc caput quoq; huius capitis, hic & hæc & hoc triceps tricipitis. Similiter hoc corpus huius corporis, tricorpor tricorporis, & omnia talia. Excipitur hic & hæc exanguis: quod quia commune est in is breuem desinens, & in e breuē facit neutrum, parem habuit nominatiuo genitiuum huius exanguis, quomodo omnia similia. Græca, quæ apud Græcos in os desinentia, mutant o in u, secundæ sunt declinationis, ut κῦρος Cyrus cyri, πύλος pylus pili, πέλαγος pelagus pelagi. Sic χάος chaus chai. Ouidius in quartodecimo Metamorphoseon:

Et noctem noctisq; deos,hereboq; chaoq; Conuocat, id est ab herebo & à chao, sicut à pelago,absq; illis quæ in ros definentia antecedente alia, sub eadem syllaba consonante ϱος in er,conuertunt plerunq;,ut ἀγϱὸς ager, μέναδϱ Menãder. de quibus supra docuimus:Sin eiusdem sint & apud Græcos terminationis, in is faciunt genitiuum. à genitiuo eñ græco mutant o in i, & faciunt genitiuũ latinum,ut ὁ Οἰδίπους τοῦ Οἰδίποδος, Oedipus œdipodis,quamuis Plautus ablatiuo casu ab œdipo dixit, pro œdipode in Penulo:Nam isti quidem hercle orationi œdipo opus est coniectore, qui Sphingis interpres fuit. μελάμπους μελάμποδ Melampus melampodis.Panthus enim & Eunus & Antinus,quæ per synæresim οος in ους diphthongum apud Græcos proferuntur, cum apud illos secundum integrorum regulam declinentur,id est in ος definentium (in ου enim diphthongum terminant genitiunm)apud nos quoq; debent secundæ esse declinationis: & sicuti si integra eorum inueniant,necesse est ea declinare, πάνθο πανθόου & πάνθους πάνθου.Et nos ergo Panthous panthoi, Panthus panthi.Horatius Alcinous alcinoi declinanit in primo epistolarum:

Nos numerus sumus & fruges consumere nati,

Sponsi Penelopes,nebulones Alcinoiq;. apud Virg.tamen nominatiuus & uocatiuus secundum Græcorum regulam inuenitur prolatus in.ῃ. ænei. Panthus othriades arcis Phœbiq; sacerdos.In eodem: Quo res summa loco Panthus? quam prendimus arcem? Neutra eiusdem terminationis,si sint monosyllaba,producuntur, & ablata s & addita ris faciunt genitiuum,ut hoc ius iuris,thus thuris,rus ruris,crus cruris.alia uero d uel I uel n ante us posita,mutant us in e correptam,& accepta ris, faciunt genitiuum,ut hoc pondus huius ponderis,uellus uelleris, holus holeris,munus muneris,onus oneris,scelus sceleris,genus generis:quod latinum esse ostendit & declinatio & uerbum genero generas.Excipitur fœnus fœnoris. Iuuenalis in.iiῃ. ære paterno

Ac rebus mersis in uentrem fœnoris, atq;

Argenti grauis,& pecorum agrorumq; capacem. quod tamen antiqui fœneris dixerunt.unde & fœnero uerbum & fœnerator.Et pignus pignoris & pigneris, unde pignero pigneras.Lucanus in.ῃ. Pignora nulla domus nulli coiere propinqui.Iuuenalis in.iiῃ. uigintí millia fœnus Pigneribus positis. Alia omnia mutant us in o pductam quidem,si sint comparatiua,& accepta ris,faciunt genitiuum,ut hoc melius huius melioris,hoc felicius huius felicioris:correptam uero si non sint comparatiua,ut hoc decus huius decoris,hoc stercus stercoris,pecus pecoris,frigus frigoris,tergus tergoris,nemus nemoris,corpus corporis,tempus temporis.Excipiuntur ea quibus uerba adiacẽte habentia in penultima syllaba,ulcus ulceris ulcero,opus operis operor, latus lateris latero,uiscus uisceris uiscero,ex quo compositum euiscero. Ouidius in sexto Metamor. E quibus nna trahens hærentia uiscera tela. Et alia penè omnia e habentia ante ris in genitiuo,habent similiter huiuscemodi uerba,ut pondus ponderis,pondero ponderas, sidus sideris,sidero sideras.unde compositum consídero consideras, & desidero desideras.munus muneris, munero muneras, genus generis, genero generas. quæ pro o habent e in penultima syllaba. Breuiter igit̃ possumus colligere regulam & sic dicere: Omnia neutra supra syllabam in us definentia,si habuerint uerba in ero exeuntia,peneris faciunt genitiuum,ut pondus ponderis,pondero ponderas,ulcus ulceris, ulcero ulceras,latus lateris,latero lateras,holus holeris,holero holeras.Cn.Martius,meos hortulos plus stercoro,quàm holero.Alia uero omnia o habent penultimam correptam,nisi sint comparatiua,ut tempus temporis,littus littoris.Excipitur uirus,quod quidam indeclinabile,quidam secundæ declinationis esse uoluerunt,scdm Lucretium, q sic ptulit:

Liquit enim supra tetri uestigia uiri. Idem:

Contractosq; suo contractas perdere uiro. uulgus quoq; excipit̃,quod tam neutri q̃ masculini est generis,& secundum regulam masculini declinat̃. Similiter pus non habet in usu gtm̃,ne si puris diceret̃, esset quantũ ad eandem scripturam dubitatio utrũ dtũs esset pluralis,à puro puris,an gtũs singularis ab eo qd̃ est pus indeclinabile,In

ys græca ſunt tantummodo & tertiæ declinationis: mutant enim os genitiui græci in is,phorcys phorcyos phorcyis,erinnys erinnyos erinnyis,amphibrachys amphibrachy os amphibrachyis,chlamys chlamydos chlamydis. Sed hæc græce quoq; prolata inue-niunt. In æs diphthongum duo inueniunt,hic præs huius prædis, hoc æs huius æris. In aus diphthongon definētia fœminina ſunt,& ablata s, & addita dis, faciunt geniti uum,ut hæc laus huius laudis,fraus fraudis. In eus græca ſunt, & mutantia us in i, fa ciunt genitiuum,ut hic Tydeus huius tydei. In huiuſcemodi tamen terminatione quæ-dam inueniunt mutatione eus diphthongi in es longam prolata,ut ἀχιλλεὺς Achilles, περσεὺς Perſes, ὀδυσσεὺς Vlyſſes.In quo Dores ſequimur,qui p φιλεὺς,φίλης, & p ὀρφεὺς, ὄρφης & ὄρφη, dicūt,pro τυδεὺς,τύδης. Sic Antimachus in.i. Theba. τύδης τε ὁινείδης. Et uocatiuum in e pductam τὸμ ἢ ζωγρήσας προσέφης ὁινείδη τύδη, teſte Herodiano, qui hoc ponit in.i.catholicorum. Similiter Ibycus ὄνομα κλυτὸν ὄρφη dixit.Et quia Græci ab hu iuſcemodi nominatiuis,id eſt quæ eus in es conuertunt uocatiuum in ē longam ter-minant,ut ὦ τύδη, ὦ ὄρφη, in eo quoq; caſu aliquando illos ſequuntur Latini, ut Achille, Perſe. Ouidius in.xiij.metamor. Tuq; tuis armis nos te potiremur Achille. Ab Vlyſ-ſeus nominatiuo quoq; proferunt Latini in ei genitiuum.Horat.in.i. carminum:

Nec curſus duplices per mare Vlyſſei. Idem in primo epiſtolarum:
cerite cera Digni,remigium uitioſum Ithacenſis Vlyſſei. Oui.in.xiij.metam.
Nericius Machareus comes experientis Vlyſſei.

Et ab Achilleus accuſatiuum græcum protulit Lucanus in.x. famulumq; tyranni Ter-ribilem uiſu traiecit Achillea ferro. Ex quo apparet Latinos quoq; tam in eus q̄ in es hæc nomina ſolitos eſſe proferre:& contrà tamen in quibuſdam es productam termi-nantibus fecerunt Græci poetæ eus pro es proferentes, ἀνδροφατεὺς p ἀνδροφάτης,γηρυονεὺς p γηρυόνης,δαρεὺς p δάρης, ut Sappho, ὁ δαρεὺς φίλω εἶπεν,ἄφετον, ἀγυῆι βίᾳ. In x definentia, ſi à uerbis ſint in go definentibus,ablata x & addita gis, faciunt genitiuum,ut grego grex gregis,Statius in primo Achille.

Qualiter idaliæ uolucres ubi mollia frangunt
Nubila iam longum cœloq; domoq; gregatæ.

Remigo remex remigis,lego lex legis, rego rex regis, coniungo coniunx coniugis. qđ etiam in genitiuo differentiæ cauſa n amittit,ne ſi coniungis dicamus, uerbum putet. Nec mirum: Græcos enim in oīnibus ferè imitati,in hac quoq; regula ſequimur. apud illos enim ſi in x definentia nomina habeant uerba cum g, nominum quoq; genitiuus per g declinatur, λέγω,λέλεξ,λέλεγ☉. unde frux etiam frugis facit genitiuum, quia ἀπὸ τ̄ φρύγω uerbo græco naſcitur.Ennius in.xvij.annalium: Si luci,ſi nox,ſi mox,ſi iam data ſit frux. Idem in.ix.pro frugi homo,frux ponit,quod eſt adiectiuum. Sed quid ego hæc memoro dictum factumq; facit frux,id eſt frugi homo? Alia uero omnia latina ab-lata x & addita cis proferunt genitiuum,ut fallax fallacis,lux lucis, uox uocis, nex ne-cis.Cicero pro Milone: Inſidiatori uero & latroni quæ poteſt afferri iniuſta nex? Nota tamen quod ſi habeant ĕ correptam ante x poſitam,ſi non ſint monoſyllaba,uel ab illis compoſita,mutant e in ĭ correptam per obliquos caſus,ut apex apĭcis,uertex uertĭcis, remex remĭgis.Similiter in ix definentia maſculina tantum latina corripiunt ĭ penul-timam in obliquis,ut hic fornix fornĭcis,hic calix calĭcis, hic uarix uarĭcis. Barbara quo q; in x corripiunt penultimam,uolux uolucis,Pharnax pharnacis.Lucanus in ſecundo: Tigranemq; meum nec Pharnacis arma relinquas. Alia uero omnia in x definentia p obliquos caſus,longam habent penultimam,uel natura,uel poſitione:exceptis grex gre gis,dux ducis,crux crucis,fax facis,nux nucis, pix picis,trux trucis,coniunx coniugis, ſa lix ſalicis.Excipiuntur ea quoq; quæ nec g nec c habent ante is in genitiuo, nix niuis. antiqui tamen etiam ninguis dicebant.unde Apuleius in primo Hermagoræ: Aſpera hyems erat omnia ningue canebant. Supellex ſupellectilis. ueruſtiſſimi tamen hæc ſu-pellectilis ntr̄ proferebant.Cato aduerſum Tiberium Sempronium Longum: Si poſ-ſet auctio fieri de artibus tuis,quaſi ſupellectilis ſolet, Senex ſenis, quamuis Plautus ge

nitiuum eius senecis protulit in Cistellaria: Datores bellissimi uos negotioli senecis soletis esse. Nox quoq; noctis secundum Græcos, qui νὺξ νυκτὸς declinant. græca enim eiusdem terminationis eam seruant in genitiuo ante is consonantem, quam in græca declinatione ante ος habueruut, φαῦαξ φαίακος, phæax phæacis, σφίγξ σφιγγὸς, sphinx sphingis, ὄνυξ ὄνυχος, onyx onychis genus est lapidis. Composita simplicium declinationem sequuntur, ut pernox pernoctis, exlex exlegis. Cicero pro Cluentio: Non q; illi aut exlegem esse Syllam arbitrentur. In bs uel ms uel ps definentia, interposita i, faciunt genitiuum, ut urbs urbis, hyems hyemis, inops inopis. Notandum hic quoq; quod si e ante bs uel ps sit, & non sint monosyllaba, mutatur e in i, ut princeps principis, municeps municipis, cœlebs cœlibis. A capite solum composita, ablata s, & mutata e in i & addita itis, faciunt genitiuum, anceps ancipitis, præceps præcipitis, biceps bicipitis: antiqui tamen ancipes & præcipes, & bicipes, pferebant in nominatiuo, & sic secundum analogiam, sequebatur genitiuus ancipes ancipitis, ut sospes sospitis. Plautus in commorientibus: saliam in puteum præcipes. Idem in Rudente: Post altrinsecus est securicula ancipes, item aurea. Idem tamen uetustissimi etiam præcipis genitiuum, qui à nominatiuo præceps est secundum analogiam nominatiui protulerunt. Liuius in Ione; Seq; in alta maria præcipem inops, ægra sanitatis Heros. Ennius in. xvii. annalium:

Occumbunt multi letum, ferroq; lapiq;,
Aut intra muros, aut extra præcipe casu.

In ns uel rs uel ls definentia, ablata s & addita tis, faciunt genitiuum, ut mons montis, sapiens sapientis, cohors cohortis, ars artis, pars partis, hæc puls pultis. excipiunt duo differẽtiæ causa, frons frondis, quando de arborum foliis loquimur. Nam frons frontis ad capitis partẽ pertinet, lens lendis animal. Nam lens lentis legumen est, & glans glandis. Sic Ouid. in. xiii. metamor. ut lata plumbea funda, Missa solet medio glans intabescere cælo. Similiter Lucretius protulit, & Liuius in. xxvii. Et est non simplicis habenæ, ut balearica aliarumq; gentium funda, sed triplex scutale crebris suturis duratũ, ne fluxa habena uolutetur in iactu glans, sed librata cum sederit uelut neruo missa excutiatur. Nam quod apud Virg. in. iii. Georg. inuenitur, glandis, in dubium uenit utrum nominatiuus sit, an figurate genitiuus: Nec de concussa tantum pluit ilice glandis. Potest enim tantum glandis intelligi τοσοῦτον βαλάνου, ut hoc regni & tantum lucri. A pendo quoq; compositum libripens libripendis, Caius in primo institutionum, adhibitis non minus quàm quinq; testibus ciuibus Romanis puberibus, præterea alio eiusdem conditionis, qui libram æneam teneat, qui appellatur libripens. A corde quoq; composita, ablata s & addita dis, faciunt genitiuum, uecors uecordis, discors discordis, concors concordis. Antiquissimi tamen solebant genitiuo similem proferre in his nominatiuũ. Cæcilius in Cratino: Modo fit obsequens hilaris, comis, communis, cõcordis, dum id quod petit potitur. Pomponius in satyra: Blanda, fallax, impotens superba discordis.

PRISCIANI CAESARIENSIS
GRAMMATICI LIBER .VII.
De cæteris casibus.

TErminales sunt nominũ literæ apud Latinos, ut suprà quoq; docuimus, quatuordecim, uocales quidẽ quinq; a e i o u: Consonantes uero nouem: Semiuocales sex l m n r s x: Mutæ tres c d t. Vocales ut poema, mare, gummi, uirgo, cornu: Semiuocales ut sol, templum, flamen, Cæsar, ciuitas, Pollux: Mutæ ut lac, caput, aliud. hoc enim nomen esse, & Probus in institutis artium ostendit, & ratio ipsa, de qua in pronomine latius tractabimus. Ostendit autem Probus his uerbis, hoc unum nomen tantum, id est alius, quammaxime propter structuras genitiuo & datiuo casu numeri singularis, sic anomale confirmatum sit declinari; hic alius, huius alius, huic alii. Inueniuntur etiam in

ꝑ definentia græca,hoc Dory,hoc Aepy,nomina ciuitatum sunt. Statius in.iiij.Thebai.

Quos Thrion & summis ingestum montibus Aepy.

Igitur masculinorum nominum finales sunt literæ septem, a o l n r s x, ut scriba, Cicero,consul,pæan,pater,Priamus,rex. Fœmininorum quoq; eædem, necnon e producta in græcis, & m figurate in comicis nominibus,ut hæc aurora, Iuno,Tanaquil, Siren, mater, uirtus, lux Taygete,Glycerium. Neutrorum uero duodecim, id est omnes absq; o & x: per se enim neutrum in has literas nullum definit, ut hoc poema, sedile, gummi,cornu,tribunal,saxum,numen,marmor,tempus,lac,caput,aliquid. Communium uero masculini & fœminini sex,a o l r s x, ut hic & hæc aduena, homo,uigil,memor,custos,coniunx. Communiũ trium generꝫ sunt quinq;,i m r s x, hic & hæc & hoc frugi,nequam,par,uetus,felix. Et hæ quidem generales sunt nominatiui terminationes,de quibus in ntõ latius tractatum est. Nunc uero de gtõ & aliꝭ casibus obliquis,ꝑ singulas declinationes doceamus. De obliquis casibus primæ declinationis.

PRima declinatio habet terminationes, in ntõ tres, a as es. In a tam Latinorum q̃ Græcorum,tam masculinorꝫ q̃ fœmininorꝫ & cõmuniũ. In as uero & in es Græcorum tantum & masculinorꝫ,ut hic scriba, poeta,hæc Roma,musa,hic & hæc aduena, hic Aeneas,hic Anchises. Eius gtũs & dtũs in æ diphthongon desinit,& pares habet sylabas ntõ,ut hic poeta huius poetæ huic poetæ,hic Aeneas huius æneæ huic æneæ, hic Anchises huius anchisæ huic anchisæ, nisi diuisio fiat in gtõ poetica licentia, qua frequẽter ueteres Romanorꝫ poetæ utunt̃,ut Aeneai, Anchisai,& pictai, & aulai,pro Aeneæ, Anchisæ,pictæ,aulæ dicentes. unde Virgi.in.iiij.ænei. Aulai in medio libabant pocula Bacchi. Idem in.ix. Diues equũm diues pictai uestis & auri. Cicero in Arato: Atq; oculos urget pedibus pectusq; Nepai: pro nepæ,id est scorpij. In eodem: Serius hæc obitus terrai iussĩt equinis. Lucretius in.i. Effice ut interea fera munera militiai. Idem in eodẽ: Aulide quo pacto triuiai uirginis aram, Iphianassai turparunt sanguine fœdi.

De accusatiuo singulari primæ declinationis.

ACcusatiuus æ diphthongon genitiui siue datiui mutat in am,ut poetæ poetam, musæ musam. Frequentius tñ inuenimus in græcis nominibus as & es terminantibus accm̃ græcum ꝓferre autores,hunc Aenean & Anchisen. Virg.in.v.ænei. Aenean credam quid enim fallacibus austris? Et in.vi. Isq; ubi tendentẽ aduersum per gramina uidit Aenean,alacris palmas utrasq; tetendit. Idem in.iij. Anchisen facio certũ, remq; ordine pando. Romanæ tñ ratio declinationis exigit hunc Aeneam, & hunc Anchisam dicere. Hora.in.ij.serm. & scribere fortẽ Scipiadam,ut sapiens Lucilius: Scipiadam dixit,non scipiaden. Cuius ntũs in es desinit secundũ formã patronymicorꝫ,quæ est græca hic Scipiades. Quamuis antiqui huiuscemodi quoq; nominũ,id est in as uel in es definentiũ primæ declinationis,ntõs etiam in a finiebant,ut est Geta,Sofia,Byrrhia,Chærea,Marsya. similiter poeta,sophista,Scytha. Teren.in And. Poeta cum primũ animũ ad scribendũ appulit. Lucanus: & iuncto Sarmata ueloxPannonio. Terẽ.in adel. Geta aũt hic non adest. In eodem, hic Geta præterea ut captus est seruorꝫ,non malus, neq; iners. Idẽ in And. aut tu aut hic Byrrhia. Idem in Euñ. hic Chærea? qui Chærea. Iuue.in.iiij. Occurris fronte obducta ceu Marsya uictus. Oportet tñ scire q; in fœmininis in a terminantibus græcis etiam si producta sit apud illos ā finalis,plerũq; corripiũt eam Latini. omnis enim ntũs latinus a terminalẽ corripit. Est tñ qñ seruant eam ꝓductam,sed raro. ergo qñ corripiunt eam secundũ Romanã consuetudinẽ,accentu quoq; latino ꝓnuntiãtur,ut in his,Italia,Phrygia,Lydia,Syria,Troia. hæc enim ante penultimã habent acutam,quia a finalẽ corripiunt,quamuis apud Græcos sit ꝓducta. Hora.in.i.carm. Lydia dic per oñes Te deos oro. Vocatiuum q̃ est similis in hac terminatiõe ntõ corripit. Est enim choriambus & bacchius. Ex quo ostendit̃ correpta esse in ntõ quoq; Lydia finalis a. Virg.in.v. Troia Criniso conceptũ flumine mater Quem genuit. Apud Statiũ uero Nemea,quia seruauit a ꝓductam accentũ quoq; græcum seruauit,id est penultimã acutam in.v. Theb. Nec facilis Nemea latas euoluere uires. Accm̃ quoq; græcum in fœmi-

ninis in an inuenimus à poetis ꝓferri,sed raro. Idem Stat.in.vij. Nanq; ferunt raptam patrijs Aeginan ab undis. De uocatiuo casu primæ declinationis.

VOcatiuus casus primæ declinationis in ă correptam efferẽ, ut ò poeta ò musa,nisi sit græcus,& apud Græcos producẽs a seruet eandem etiam apud nos ꝓductam, ut Aenea.Virg.in.x. uigilas ne deûm gens Aenea uigila. Est tamen qñ in es ꝓductam terminantium Græcoꝝ uocatiuus in ē longam exit,secundũ Græcos uel communiter uel poetice,ut Achate,Anchise,Polite,Laertiade.Virg.in.i. qs iam locus inquit Achate.Idem in.iij.æneid.Coniugio Anchise Veneris dignate superbo.Idem in.v. tua clara Polite Progenies.Hora.in.ij.serm.O Laertiade quicquid dicam,aut erit aut non.Virg. in.vij. Sit satis æride telis impune Numanum, Oppetijsse tuis. Nec solum in his quæ sunt primæ,sed etiam in illis quæ tertiæ,id est in omnibus græcis es ꝓducta finitis, similiter inuenies uocatiuum in ē ꝓductam ꝓferri,Chreme,Lache,Anchise.Teren.in And. Imò ita uolo itaq; postulo,ut fiat Chreme. Idem in eadẽ: O Chreme pietatẽ nati, non ne te miseret mei? Idem in Hecyra:A Myrrhina hæc sunt mea uxore exorta omnia,Mutatio fit,ea nos perturbat Lache. Ouid.in.xiij.metamor. Tuq; tuis armis nos te potiremur Achille. Idem in. xij. Armiger ille tui fuerat genitoris Achille. Nec mirum cum Græcoꝝ quoq; poetæ similiter inueniant protulisse uocatiuos in supradicta terminatione.Anacreon, κάλλι λαμπήτι posuit pro κάλλα λαμπήτα. Hipponax, ἀπήτι ꝓ ἀπήτα. & Apollonius Argonau.iij. αὐήτι,κείνηφι ἄφαρ,δι᾽ἐχθὺαω ἀέλλαι ꝓ αὐήτα. In eodẽ, αὐήτι,χέο μοι τῷ δ᾽ἐσόλῳ,οὔτε γὰρ ἄντωος. In fœmininis etiam Alcæus νέπτι pro νέπτις posuit. Et Theopompus χάρι pro χάρις.latina uero proportio in ă correptam uult uocatiuũ primæ declinatiõis,sicut supradictum est,terminari etiã in græcis.unde Hora.in.ij.serm. Nequis humasse uelit Aiacem Atrida uetas cur.Fœminina quoq; græca,est qñ apud poetas græcum uocatiuum seruant in a uel in e ꝓductas desinentẽ secundum ꝓprium ntm̃,ut Taygete, Nemea.Virgi.in.vij. Vos ò Calliope precor aspirate canenti. Statius Nemea,ut ostendimus, ā producta ꝓtulit more græco. De abltõ casu singulari primæ decli.

ABlatiuus huius declinationis in ā ꝓductam definit, ut ab hoc poeta, ab hac musa, ab hoc & ab hac aduena.Est aũt qñ hunc quoq; poetæ ē ꝓducta terminãt in græcis nominibus,quæ datiuum græcum in ι finiunt.Virg.in.i.æneid. uno gradiẽ comitatus Achate,pro achata.Ouid.in.vi.metam̃. cumq; Pheretiade & Hyantæo Iolao. Iuuena.in.i.Penelope melius leuius torquetis Arachne.Et hoc uel metaplasmus est dicendus,qui fit more poetico mutata ā longa in ē productam,uel potius datiuus græcus ꝓ ablatiuo positus,qui quamuis apud Græcos ι habeat post ι, tamen apud Latinos secũdum eorum consuetudinem scripturam seruauit, apud quos scribi ι post uocalem, & pronuntiari non solet. hoc & ex alijs possumus conijcere, quæ quamuis græce ꝓferantur,scripturæ tamen latinæ rationem seruant.Virgilius in Bucolicis:

Orphi Calliopea,Lino formosus Apollo.

Nam cum sit datiuus græcus pro ῳ diphthonho, ī longam habuit more scripturæ nostræ.Illud miror,q; Iuuenalis calpe ablatiuum corripuit, cum sit simile hoc nomen Penelope,Arachne,Calliope, quorum ablatiuus nunquam in e correptam terminatur. Lucanus in primo: Tethys maioribus undis, Hesperiam Calpem summumq; impleuit Atlanta.Iuuenalis in.v. nec carpathium getulaq; tantum,

Aequora tranfiliet,sed longe calpe relicta,
Audiet herculeo stridentem gurgite solem.

De nominatiuo & uocatiuo plurali primæ declinationis.

NOminatiuus & uocatiuus pluralis eiusdẽ declinatiõis similis est genitiuo & datiuo singulari.Nam per æ diphthongon proferuntur, ut hi & ò poetæ: sed in his non potest diuisio fieri sicut in illis. De genitiuo plurali primæ declinatiõis.

GEnitiuus pluralis eiusdẽ declinatiõis fit addita abltõ singulari rũ syllaba,ut ab hoc poeta, horum poetaꝝ,ab hac musa,harum musaꝝ. Producit enim a tam in ablatiuo singulari quàm in genitiuo plurali. Et notandum, q; omnes casus tam singularis

quàm pluralis numeri pares habent in utroq; numero ſyllabas in hac declinatione, ex cepto genitiuo plurali. hic enim una ſyllaba abundat. Eſt aũt quando hunc quoq; per conciſionem proferunt, & maxime in cõpoſitis & patronymicis, ut graiugenûm pro graiugenarũ. Virg. in. iĳ. Aeneid. Graiugenûmq; domus, ſuſpectaq; linquimus arua. In eodem: Caprigenûmq; pecus, nullo cuſtode per herbam, pro caprigenarũ. Idem in. viĳ. Optime Graiugenûm cui me fortuna precari. in eodem: Omnigenûmq; deûm monſtra, & latrator Anubis, pro omnigenarũ. Sic cælicolûm pro cælicolarũ, & trinũdinûm pro trinundinarũ. Cicero pro Cornelio: Primo ex promulgatione trinũdinûm dies ad ferendũ poteſtasq; ueniſſet. Amphorûm pro amphorarũ, & Aeneadûm pro Aeneadarũ. Lucretius in primo uerſu: Aeneadûm genitrix hominum diuûmq; uoluptas. Similiter Dardanidûm p Dardanidarũ. Virg. in. iĳ. O patria ò di uûm domus Ilion & inclyta bello, Mœnia Dardanidûm. Idẽ in. xi. uariusq; per ora cucurrit Auſonidûm turbata fremor. De datiuo & ablatiuo plurali pri. decli.

DAtiuus pluralis & ablatiuus ſupradictæ declinationis mutãt a extremam ablatiui ſingularis in is productam, ut à poeta his & ab his poetis, & ab hac muſa his & ab his muſis. Inueniunt tamen pauca fœminini generis, quæ ex maſculinis transfigurantur, nõ habentibus neutra, quæ & animaliũ ſunt demõſtratiua, naturaliter diuerſum genus habentia, quæ differentiæ cauſa ablatiuo ſingularibus aſſumunt, & faciũt datiuum & ablatiuum pluralẽ, quod nulla alia habet declinatio, in bus terminans ſupradictos caſus, ut ā longam in eis penultimã habeat, ut his natabus, filiabus, deabus, equabus, mulabus, libertabus, aſinabus. M. Cato in originibus: Dotes filiabus ſuis nõ dant. & filĳs tamen in eodem genere dictũ eſt. Ennius in Andromeda: filĳs propter te obiecta ſum innocens Nerei, id eſt filiabus. natis tamen pro natabus, Plautus in Sticho: Ego ibo intro, & gratulabor ueſtrum aduentũ filĳs, pro filiabus. Idẽ: qui talis eſt de natis ſuis, pro natabus. Ouid. deabus poſuit in. xiĳ. Metamorp. Eubœa deabus Et totidem natis Andros fraterna potita eſt. Cicero pro Cornelio in primo: Vt ab Ioue optimo maximo, cæteriſq; dĳs deabusq; omnibus opem & auxilium petamus. Eabus etiam pro eis differentiæ cauſa in fœminino genere Hemina protulit in. iiĳ. Annaliũ: Scriba põtificius qui cum eabus ſtuprum fecerat. dicit eũ de Veſtalibus. Multa tamẽ alia quoq; contra regulã uitioſe, & in his & in alĳs caſibus uetuſtiſſimi protuliſſe inueniunt, in quibus non ſunt imitandi. Ambæ etiam & duæ, quanuis nulla ſimili differentiæ cauſa cogente ſimilem habent datiuum & ablatiuum ambabus & duabus, quanq; genitiuum ambarũ & duarũ faciunt. De accuſatiuo plurali primæ decl.

ACcuſatiuus quoq; pluralis fit, addita s ablatiuo ſingulari. Producit enim, ut hos poetas, has muſas. De ſecunda declinatione.

SEcunda declinatio terminationes habet nominatiui ſex, in er in ir in ur in us in eus in um. In er maſculinorũ tam latinorũ quàm græcorũ, ut caper capri, Alexãder Alexandri. Iber etiam Iberi, quod p apocopam extremæ ſyllabæ prolatum ſolum in hac declinatione producit er, & ab eo compoſitum Celtiber Celtiberi. Dicitur tñ & Iber Iberi pro Hiſpanus, & Iber Iberis, quãdo de illa gente loquimur quæ eſt iuxta Armenios, & Iberus Iberi fluuius. Vnde Lucanus in. iiĳ. Qui præſtat terris aufert tibi nomen Iberus. In ir & in ur latinorũ tãtum maſculinorũ, ut hic uir huius uiri, hic ſatur huius ſaturi. In us latinorũ & græcorum, maſculinorum, & fœmininorum, & neutrorum quoq;, ut hic clarus huius clari, hic Homerus huius Homeri, hæc cupreſſus huius cupreſſi, hæc platanus huius platani, hoc pelagus huius pelagi, hoc uulgus huius uulgi. dicitur tamen & hic uulgus. In eus græcorum tantum maſculinorũ, hic Tydeus huius Tydei, hic Orpheus huius Orphei. In um neutrorum tam græcorum quàm latinorum, & figurate fœmininorum apud comicos, hoc regnum huius regni, hoc pelium huius peliĳ, hæc Glycerium huius Glyceriĳ, hæc Sophroniũ huius Sophroniĳ. Panthus per ſinæreſim p Panthous, quomodo Alcinus pro Alcinous prolatũ eſt. Vnde Horatius in primo epiſtolarũ: Nos numerus ſumus, & fruges conſumere nati

Sponſi Penelopes nebulones Alcinoíq;. Virg.in.ij. Georgicor: Pomaq; & Alcinoi ſyluæ. Idem Hora: Alcinoíq; plures. De genitiuo ſingulari ſecundæ decl.

GEnitiuus ſingularis ſecundæ declinationis in omni nomine ī longa terminatur, ſed in quibuſdam pares habet ſyllabas nominatiuo, ut niger nigri, magnus magni, templum templi. In quibuſdam una ſyllaba abundat, ut tener teneri, uir uiri, ſatur ſaturi, Tydeus Tydei. Cuius rationem quanuis in libro quem de nominatiuo & genitiuo expoſuimus latius tractauimus, nunc quoq; quantum poſſumus breuiter percurramus. In ir & in ur & in eus definētia, ſemper una ſyllaba uincuntin genitiuo, quæ & penultimam breuem habent, ut treuir treuiri, ſatur ſaturi, Oïleus Oïlei. niſi productio poetica fiat in græcis, ut Tydeī. In us uero & in um definentia pares habent ſyllabas, ut Priamus Priami, Virgilius Virgilij, templum templi, Tauromínium Tauromínij. Frequenter tamen inuenimus ueteres in huiuſcemodi genitiuis, id eſt geminanti bus i ſubtrahere ex eis alteram. Virg. in primo Aeneidos:

Hic tamen ille urbem Patauí ſedesq; locauit, pro Patauij. Idem in Bucol.
Nec ſpes libertatis erat, nec cura peculi, pro peculij. In eodem:
Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen, pro tugurij. Idem in.iij. Georg.
Parthenope ſtudijs florentem ignobilis oti, pro otij. Iuuenal. in quarto:
Antoni gladios potuit contemnere, ſi ſic Omnia dixiſſet, pro Antonij.

hoc autem faciunt metri cauſa. Nunquam enim minores uult habere ſyllabas genitiuus nominatiuo. In er igitur tantum definētia ancipitem habent regulam genitiui. In alijs em̄ abundat, in alijs non. Abundat quidē in huiuſcemodi, lucifer luciferi, armiger armígeri, tener teneri, miſer miſeri, proſper proſperi: Pares aūt habet in huiuſcemodi, Menander menandri, ſacer ſacri, ater atri. de quibus ſicut iā ſupradictū eſt, cum de nominatiuo & genitiuo tractabaī, ſufficienter expoſuimus. Androgeo Virgilius in ſexto genitiuum poſuit atticum: In foribus letum Androgeo tum pendere pœnas.

De datiuo & ablatiuo ſingulari ſecundæ declinationis.

DAtiuus & ablatiuus ſingularis huius declinationis fit à genitiuo mutatiōe extremæ i in o productam, ut huius luciferi huic & ab hoc lucifero, huius ſacri huic & ab hoc ſacro, huius uiri huic & ab hoc uiro, huius ſaturi huic & ab hoc ſaturo, huius Priami huic & ab hoc Priamo, huius Tauromínij huic & ab hoc Tauromínio, huius Typhoëi huic & ab hoc Typhoëo, Virgil. in nono:

Inarime Iouis imperijs impoſta Typhoëo. In decimo:
Nec Clytio genitore minor nec fratre Mneſtheo.

Eſt tamen quando græco datiuo, in huiuſcemodi nominibus, id eſt in eus finientibus nominatiuū uti ſolent antiqui. Idem poeta in Bucolicis: Orphi Calliopea, Lino formoſus Apollo. Et oportet ſcire in hac declinatione, q̄ omnes caſus obliqui tam ſingulares q̄ plurales, nec non etiam nominatiuus & uocatiuus plurales eundem numerum ſyllabarum ſeruant, quem genitiuus ſingularis habuerit, abſq; genitiuo plurali qui una ſyllaba uult ſuperare, niſi per conciſionem proferatur. unde dij & dijs cum pro monoſyllabis ponūtur, per ſynæreſim ſunt accipienda, ſiue magis per ſynæreſim e & i in unam ſyllabam. Veteres enim finalem i, quæ longa eſt per e diphthongon ſcribebant, longas autem uocales uetuſtiſſimi etiam geminare ſolebant. Quæ uero ſecundum analogiam proferūtur, id eſt dei & deis diſſyllaba ſunt. Lucanus in ſexto: O utinam cælíq; deis herebíq; liceret. Idem accidit etiam in pronomine ei & ij, eis & ijs. E quibus illud apparet qđ uetuſtiſſimi, ut ſupra docuimus, pro una longa uocali ſolebāt duas ſcribere. Ecce enim ueſtigium antiquitatis in his adhuc ſeruatur, cum duæ i pro una longa ponuntur, tam in ſupradicti nominis quàm pronominis ternis caſibus, hi dij, his dijs, ab his dijs, ij ijs ab ijs. Nam ſi dicas dei deis & à deis, ei eis & ab eis diſſyllaba ſunt, ſicut oſtendimus. Iuuen. in quinto: Implet & ad mœchos dat eiſdem ferre cinædis. Puto autem q̄ in his differētiæ cauſa ſeruata eſt in genitiuo geminatio, id eſt ne ſi di & dis, i & is dicamus dubitatio fiat ſignificationis, nam di etiam præpoſitio eſt, & dis præpoſitio eſt & no

men,& i & is uerba. In pluribus aũt inuenis differẽtiæ cauſa huiuſcemodi,quaſdam fieri ſyllabarũ uel literarũ additiones,uel ademptiones, uel accentuũ mutationes, itaq; in compoſitione idem & iſdem per unam i ſcripſiſſe, quia nulla confuſio fit ſignificationis,inueniunt,pro ĩdẽ & ĩſdem. Et quia diximus omnes obliquos caſus genitiui ſequi, ſciendum q; uocatiuus nominatiuum ſuum ſequitur, de quo modo docebimus, ſed prius de accuſatiuo tractemus. De accuſatiuo ſingulari ſecundæ decl.

ACcuſatiuus quoq; à genitiuo fit mutatione i in um, ut huius Priami hunc Priamum,luciferi luciferum,Tydei Tydeum.In huiuſcemodi tamẽ nominibus, id eſt in eus deſinentibus græco,magis accuſatiuo utuntur autores. Virg. in.i. Aeneid.

Ilionea petit dextra læuaq; Sereſtum. Idem in octauo: & amicũ Cretea Muſis,

Cretea Muſarũ comitem. Statius in primo: necnon & uiribus infra Tydea fert animus. Inuenitur tamẽ in uſu etiam in um accuſatiuus huiuſcemodi nominum.Cicero de natura deorum in tertio : Theſeum,Hyppolitũ . Liuius ab urbe condita .xl. Odio cui Perſeus indulgeret. In eodem: Perſeo ſeſe adiungunt.In eodẽ: totus in Perſeum uerſus. In eodẽ: ad Perſeum miſit. In eodem: tranſgreſſus Perſeũ filiũ. In eodẽ: Perſeum Amphipolim miſit. Idem in.xxxix. Areum & Alcibiadẽ.In eodem: Quod Areum & Alcibiadẽ , nec Lacedæmonĩ poſſunt reprehendere. Statius in.ĩ.Thebaid. Pentheũq; trahens,nondũ te Phædimus æquo, Bacche genus. Plaut. in Vidula. Eiuſdem Bacchæ fecerũt noſtrã nauim Pentheum. De uocatiuo ſingulari ſec.decl.

VOcatiuus huius declinationis quando in r uel m finitur nominatiuus, ſimilis eſt ei, ut hic lucifer ò lucifer, hic ſacer ò ſacer,hic uir ò uir, hic ſatur ò ſatur,hoc templum ò templum, hæc Glycerium ò Glycerium. Virgilius cum paulo ante Tymber nominatiuum protuliſſet, mox uocatiuum Tymbre poſuit in. x. Daucia Laride Tymberq; ſimillima proles. Et: Nam tibi Tymbre caput euandrius abſtulit enſis. Sed nõ eſt hic uocatiuus à ntõ in er deſinente,ſed in us accipiẽdus,ut hic Tymbrus ò Tymbre. Solet eñ poeta huiuſcemodi ſæpe nomina tam in er q̃ in us proferre, ut Teucer & Teucrus, Euander & Euandrus . Idem in.x. Pallas Euander in ipſis Omnia ſunt oculis. Idem in.ix. Tunc rex Euandrus Romanæ cõditor arcis. Sed de his latius de ntõ tractantes diſſeruimus. Notandum tamẽ q; Plautus à puer ntõ utñ puere dixit in Mercatore: Egomet memor,tu puere abi hinc intro ocyus. Idem in Curculione:Cedo puere ſinũ,quid facturus es? iam ſcies. Quod quibuſdam rectius à ntõ puerus eſſe uidet. Si uero in eus deſinat nominatiuus,magis græcum ſeruamus uocatiuũ.Hora. in.i.ſerm. Pentheu rector Thebarũ. Statius in.viĩ. Thebai. uade ò primis puer inclyte bellis Arcas, & argolicæ Capaneu iã maxime turmæ. Probo tñ & quibuſdam alĩs artium ſcriptoribus,& ò Penthee,& ò Tydee, & ò Ilionee poſſe dici ſecundum analogiam latinam placet,quod in uſu nõ inueni. In us uero terminãtia ſi ſint propria i ante us habẽtia,abiecta us faciunt uocatiuum, ut hic Virgilius ò Virgili, hic Salluſtius ò Salluſti, hic Pompeius ò Pompei.Hæc tamen eadem etiam in e proferebãt antiquiſſimi,ò Virgilie,ò Mercurie dicentes. Liuius Andronicus in Odyſſea: Neq; eñ te oblitus ſum Laertie noſter. Liuius in Sereno: Cura nunc Laertie uelle para ire Ithacã. Laertius enim pro Laertes dicebãt,quomodo & Græci, λαέρτιος pro λαέρτης. σοφοκλῆσ ἐμ οἰάντι μαστιγοφόρῳ: ἀεὶ μὴν ὦ παῖ λαερτιάδ ἀέθλοισά σε. Iuniores autem gaudentes breuitate per extremæ ſyllabæ abſciſſionem protuleruntpro Virgilie Virgili, & pro Mercurie Mercuri . Horatius in primo carm. Mercuri facunde nepos Atlantis . In eodem: Multis ille bonis flebilis occidit, Nulli flebilior q̃ tibi Virgili . Vnde accẽtus perfecti uocatiui in his ſeruatur. Si eñ non eſſet abſciſſio,debuerunt huiuſmodi uocatiui,id eſt qui in i deſinentes,penultimã correptam habent antepenultimam acuere , ut Virgili, Mercuri,quod minime licet.nam penultimam acuimus.In abſciſſionibus eñ,ſi ea uocalis in qua eſt accẽtus integra manet,ſeruat etiam accentum integrũ,ut audiuit audĩt, noſtratis noſtrãs,illĩce illĩc.De Pompei & Vultei,& Cai,& ſimilibus uocatiuis,quæ i loco cõſonantis ante us habẽt in ntõ, dubitatur utrum i extrema pro uocali, an pro

consonante sit accipienda, quomodo in alijs casibus. quod magis more antiquo rationabilius esse uidetur. Nam solebát illi non solũ in principio, sed etiam in fine syllabæ ponere i loco consonantis, idq; in uetustissimis inuenies scripturis, quoties inter duas uocales ponitur, ut eius, Pompeius, Vulteius, Caius. Quod etiam omnes qui de litera curiosius scripserunt, affirmant. Necnõ etiam metra ostendunt quod dicimus, & regulæ ipsius ratio in supradicto uocatiuo. Omnis enim uocatiuus in i desinens, una syllaba minor esse debet nominatiuo suo, ut Sallustius ò Sallusti, Virgilius ò Virgili, Terẽtius ò Terenti. Ergo si Pompeius & Vulteius trisyllaba sunt in nominatiuo, necessario in uocatiuo dissyllaba esse debent: quod non potest fieri nisi i loco cõsonantis accipiatur. Vnde illud quoq; possumus scire, q̃ bene cui pro monosyllabo accipiunt metrici, & huic. Omnis em̃ genitiuus in ius desinens, una uult superare syllaba suum datiuum, ut ille illius illi, ipse ipsius ipsi, unus unius uni, alter alterius alteri. Alius quoq; p duas ij̃ debuit esse genitiuus causa datiui, quod est alij̃, sed uel hiatus causa est, uel quia inter duas uocales i uocalis esse nõ poterat. Datiuus aũt loco consonantis eam accipi prohibebat, quam ipse duplicabat uocalem. & credo differentiæ causa, ne ali uerbum infinitum esse putaret. Ideo pleriq; recusauerunt eum frequenti usu proferre. Vetustissimi tamen simile genitiuum nominatiuo posuisse inueniunt, sed accentu differt. Quippe circunflectitur in genitiuo penultima. Cæsar in Anticatone priore: Vno em̃ excepto quẽ alius modi, atq; omnis natura finxit, quisq; suos habet charos. Cæcilius in quinto: Nullius alius rei nisi amicitiæ eor̃ causa. Ei quoq; cum rationabiliter monosyllabum esse deberet, cum gtũs eius sit dissyllabus per diæresim à poetis proferri inuenitur differentiæ causa, ne si monosyllabum sit, interiectio esse putet. Virg. in. ij̃. Aene. Hei mihi qualis erat quantũ mutatus ab illo, Hectore? Nihil tamen mirum i loco consonantis positum tranfire in uocalẽ, cum u quoq; idem patiat in quibusdam dictionibus apud poetas, ut Hora. in Epodo: Niuesq; deducunt Iouẽ, nunc mare nunc syluæ. Hic enim diuisione facta uæ extremæ syllabæ u à consonante tranfit in uocalem. Est em̃ dimetrum iambicũ coniunctum semiquinariæ heroicæ. Similiter ergo ei & eis & eidem & eisdẽ, per diæresim proferunt. Iuuen. in. v. Iuuenes hortant ut illam, Ire uiam pergant, & eidem incumbere sectæ. In eodem: Ceras nunc hac dictante pusillas Implet, & ad mœchos dat eisdem ferre cinædis. In cõpositione aũt nec aliter possunt proferri, cum sequens cõsonans cogit i secum loco uocalis proferri. Cui quoq; inueniunt quidam dissyllabe protulisse per diæresim: Vt Albinus rer̃ Romanar̃ primo: Ille cui ternis Capitolia celsa triumphis, Sponte deum patuere cui freta nulla repostos, Abscondere sinus nõ tutæ mœnibus urbes. Quod aũt Pompei, & Vultei, & Cai, & similia i finalem, & ante eam uocalẽ pro una syllaba habent, usus quoq; cõfirmat. Hora. in. i. epistolar̃: Durus ait Vultei nimis attentusq; uideris. Vultei dissyllabũ accipit secundum analogiam. Alia uero omnia masculina seu fœminina desinentia in us conuersa us in e faciunt uocatiuũ, ut Priamus ò Priame, Pius ò pie, myrtus ò myrte, scyphus ò scyphe. Excipit unum quod tam in e q̃ in i facit uocatiuũ, quanuis sit appellatiuum, ò filie uel fili. Liuius Andronicus in Odyssea: Pater noster Saturni filie. Catullus aũt: Tu præter omnes une de capillatis cuniculosæ Celtiberiæ fili. Terentian⁹ de syllabis: Hic prius tu Basine fili, & tu gener Nouate mi. Est tamen quando nominatiuo quoq; terminato in us pro uocatiuo siue metri, siue euphoniæ causa utunt. Virgi in. viij̃. Corniger hesperidum fluuius regnator aquar̃. Luca. in. ij̃. Degener ò populus uix secula longa decor̃, Sic meruisse uiris. De ntõ & utõ plurali sec. decl.

PLuralis nominatiuus & uocatiuus secundæ declinationis, tã masculini q̃ fœminini generis in i finitur, & est similis gtõ singulari, ut huius docti, hi & ò docti, huius platani, hæ & ò platani. In neutris uero extremam i genitiui singularis mutantes in a breuem, facimus ntũm & accusatiuũ & uocatiuum pluralem, ut huius templi, hæc & ò templa, huius munij̃, hæc & ò munia. Alij̃ uero casus plurales in tribus generibus communem possident regulam.

De genitiuo plurali secundæ declinationis.

ET genitiuus quidem pluralis fit in omni genere ab abltõ singulari, assumẽte rum, ut ab hoc uiro, horum uirorum, ab hac platano, harum platanorꝫ, ab hoc templo, horum templorꝫ. Inueniunt tamen per concisionem mediæ syllabæ masculinorꝫ plerunq; nominũ, quæ neutra non habent, hunc casum pferentes maxime poetæ. Est aũt etiam apud ueteres prosam scribentes idem inuenire, sed raro. Virgi. in primo æneid. It cælo clamorq; uirũm stridorq; rudentum. pro uirorum. Idem in. iiij. Cura deũm bis pergameis erepte ruinis. pro deorum. Idem in. v. genus alto à sanguine diuũm. pro diuorꝫ. Nummum uero pro nummorꝫ, & liberum pro liberorum, & sestertium pro sestertiorum, & iugerum pro iugerorum, modium pro modiorum, medimnum, senum, septenum, denum, frequenter etiam oratores per syncopam solent proferre. Cicero in tertio Verrin. Iste unus inuentus est, qui ex complexu parentum abreptos filios ad necem duceret, & parentes pretium pro sepultura liberum posceret, liberum pro liberorum. In eodem: Cum asserat sestertium uicies quingenta millia rem esse constaret. In eodem: Quis est enim qui tueri possit liberum nostrorꝫ pueritiam contra improbitatem magistratuum? Idem in. iiij. Verrin. Et pueri annorum senum, septenumq; denum, senatorꝫ nomen nundinati sunt. Senum pro senorum, septenum pro septenorꝫ, denum pro denorum dixit. Idem in Frumentaria: Sed tritici septies medimnum ex Nymphonis arationibus tollit, medimnum pro medimnorꝫ. In eadem: Minus te iugerum professum esse dico, pro iugerorum. Nam q̃ singulare huius hoc iugerum est, ipse ostendit in eadem: In iugerum Leontini agri medimnum ferè frumenti seritur. Dicitur tamẽ & hoc iugus iugeris. unde Iuuenalis: Iugeribus paucis lumbos donare clientis. Cicero in. iiij. Verrinarum: Quid si doceo iudices eos, qui quadringenta millia modium lucri faciunt pro modiorum. Idem pro Muræna: Præfectum fabrum, pro fabrorum. Idem pro Vareno: Deũm fidem, pro deorꝫ. Idem pro Cluentio: Millibus quadragenis nummũ, pro nummorum. Idem ad Heren. libro. iiij. Pedum tricenum, pro tricenorum. Frequentius tamẽ hac utitur & Cicero, & cæteri syncopa, in eis nominibus, quæ numeros uel mensuras significant. Recusant autem hoc in masculinis habentibus neutra uel in neutris, ne similis sit nominatiuo singulari neutrorꝫ: quamuis in his quoq; nominib. quæ ex se faciũt neutra, licet non frequens, inueniẽt tamen usus huiuscemodi concisionis. Virg. in. ix. Altaq; certant, Prendere tecta manu sociumq; attingere dextras, pro sociorum. Idem in. x. At Rutulum accessu iuuenis tum iussa superba, pro Rutulorum. Quãuis & socius socia socium, & rutulus rutula rutulum dicat. Terentius in heauton. Quare oẽs uos oratos uolo, ne plus iniquum possit q̃ æquũ oratio, pro iniquorꝫ & æquorum. Statius in. i. Theb. illa nouos ibat populata penates, Portarum in biuio lateri duo corpora paruum Dependent, pro paruorꝫ. Virg. in. iij. magnanimum quondam generator equorꝫ. Idem in sexto: Magnanimum heroum pueri innuptæq; puellæ. Quod in pronominibus quoq; fecerunt antiqui, meum pro meorꝫ, tuum pro tuorum, nostrum pro nostrorꝫ dicentes.

Plautus in Trinummo: Vt rem patriam & gloriam maiorum fœdarim meũm.
Idem in Penulo: Ecquid meministi tuũm parentum nomina?
Idem in Menæchmis: Auertit prædam ab hostibus nostrũm salute socium.

De datiuo & ablatiuo plurali secundæ declinationis.

DAtiuus & ablatiuus plurales secundæ declinationis, fiunt similiter ab abltõ singulari, mutatione o finalis in is lõgam, ut à uiro, his & ab his uiris, à platano, his & ab his platanis, à templo, his & ab his templis. Inueniuntur pauca inæqualem habentia declinationem, ut uas in singulari numero, tertiæ est declinationis, hoc uas huius uasis, in plurali uero secundæ, hæc uasa horum uasorꝫ his & ab his uasis. Festorum etiam nomina dierꝫ in ia definentia semper pluralia, gtm̃ quidẽ tam secundũ formã secundæ q̃ tertiæ proferunt, datiuum uero & abltm̃ secundũ tertiam, ut hæc uulcanalia horꝫ uulcanaliorꝫ & uulcanaliũ, his & ab his uulcanalibus. Similiter Saturnalia, Floralia, Compitalia, Terminalia, Quinquatria. Necnon à domo harum domorꝫ & domuum, his & ab his

domibus,non etiam domis.Iuuenalis in.i. Viscera magnarum domuum dominique futuri. Virg.in.ij.ænei.Dardanidæ contrà turres ac tecta domorum Culmina conuellunt. Idem in.ij.geor. domibus cedrosque cupressosque.Sallust.in Catil. Domus suas gloria decorabant.Teren.in Eunu.Domi focique fac uicissim ut memineris.Virg.in.vi.æne.Hic labor ille domus & inextricabilis error. Per omnes igit casus tam secundæ q̃ quartæ inuenit absque datiuo & abltõ pluralibus,q semper in bus exeunt.Sunt tñ quædam nomina quorum aliqui casus in usu deficiunt: quos quamuis secundũ analogiam possumus proferre,tñ quia apud autores nõ inuenimus,recusandos puto,ut huius tabi huic & ab hoc tabo.Lucanus in sexto:Stillantis tabi saniem.Virg.in.ij.ænei. Et terram tabo maculant, mihi frigidus horror.Cæteri uero casus in usu non facile inueniuntur.Maria,æra,uina, mella, hordea, genitiuos quidem & datiuos plurales in usu raro habent,nisi apud uetustissimos:apud quos multa præterea deficientia inuenies.Oportet igit scire quidẽ analogiæ rationem,usum tamen autorum magis æmulari. Duo præterea & ambo gtõs quidem & accusatiuos secundum hanc declinationẽ proferunt,duorum amborum,duos & ambos,quamuis in neutro differentiæ causa duum soleat dici,necnon accũs masculinorum est qñ similis nominatiuo proferẽ quõ in neutris.Virg.in.xi.Si duo præterea tales Idæa tulisset Terra uiros.Lucanus in.i.Quæ mare, quæ terras, quæ totum possidet orbem,Non cepit fortuna duos.Iuuenalis similiter in.ij.Tu'ne duos una sæuissima uipera cœna,tu'ne duos?datiuos & ablatiuos in bus terminãt in omni genere,duobus duabus duobus, ambobus ambabus ambobus.

De accusatiuo plurali secundæ declinationis.

ACcusatiuus pluralis eiusdem declinationis in masculino & in fœminino genere, fit ab ablatiuo singulari,addita s, ut ab hoc docto,hos doctos, à platano has platanos. Neutra enim semper accusatiuum similem habent & ntõ & uocatiuo.

Tertiæ declinationis terminationes septuaginta & octo.

TErtia declinatio terminationes habet nominatiui septuagintaocto uel paulo plus. Definit enim in ă correptam,& in ĕ correptam,in ŏ correptam, & in ō productam,in al correptam,in el correptam, & in el productam,in il correptam, in ol ,productam,in ul correptam,in an ,productam,in en correptam,in en productam,in in ,productam,in on productam,in ar correptam, in ar productam, in er correptam, in er productam, in ir correptam, in or correptam,in ur correptam,in ur productam, in as correptam,in as productam, in es correptam, in es ,productam, in is correptam, in is productam,in os correptam.in os productam,in us correptam,in us productam. in ys, in æs, in aus, in ans, in ens, in ons ,productam & correptam, in uns, in yns, in ars, in ers, in ors, in urs, in uls, in ems, in abs, in ebs,correptam,in ebs ,productam, in obs, in ybs, in urbs, in aps, in eps, in ops, in yps, in irps, in ax correptam,in ax productam,in ex correptam,in ex productam,in ix correptam,in ix productam, in ox correptam,in ox productam,in ux correptam,in ux productam,in yx, in æx, in aux, in alx, in anx, in unx, in arx, in ac, in ec, in ut, in ud. In ă correptam neutra & græca, ut hoc poema huius poematis. In ĕ correptam neutra latina, ut hoc monile huius monilis. In ŏ correptam,quam frequenter & producunt poetæ,masculina desinunt uel fœminina,uel communia latina,uel notha,ut hic Cicero huius Ciceronis,hic leo huius leonis,hæc uirgo huius uirginis,hic & hæc homo huius hominis. Antiquissimi tñ & græca in ō productam desinentia per hanc declinationem proferebant, ut Sappho sapphonis,Dido didonis. In ăl correptam masculina neutra latina,& barbara,ut hic sal huius salis,hic Annibal huius annibalis, hoc tribunal huius tribunalis. In ĕl correptã neutra latina,ut hoc mel huius mellis,fel fellis. In ēl ,productam barbara, ut hic Daniel huius danielis,Michael michaelis,Nechamel nechamelis.In il correptã masculini uel fœminini uel cõis generis sunt,latina,ut hic pugil pugilis, hæc Tanaquil huius tanaquilis,hic & hæc uigil huius uigilis. In ōl ,productam masculinũ latinum,ut hic Sol huius solis,In ŭl correptam masculini uel cõis latina, hic consul huius consulis, hic & hæc

exul huius exulis. In an ꝓductam, maſculina græca, ut hic pæan huius pæanis. In en correptam latina, maſculina uel neutra, ut hic flamen huius flaminis, hoc numen huius numinis. In en ꝓductam latina uel græca, maſculini uel fœminini generis, hic lien huius lienis, hæc Siren huius firenis. In in ꝓductam græca, maſculina uel fœminina, hic Delphin huius delphinis, hæc trachin huius trachinis. In on ꝓductam græca, maſculina uel fœminina, hic Memnon huius memnonis, hæc Sidon huius ſidonis. In ar correptam latina & græca & barbara, maſculini uel neutri generis, hic Cæſar huius cæſaris, hic Boſtar huius boſtaris, hoc nectar huius nectaris, hoc calcar huius calcaris. In ar ꝓductam latina, maſculini uel communis nel neutri generis, & ſunt monoſyllaba uel ex monoſyllabis compoſita, ut hic Nar huius naris, hic & hæc & hoc par huius paris, diſpar diſparis, hoc far huius farris. In er correptam, maſculina & fœminina & neutra & cõmunia, ut hic pater huius patris, hæc mater huius matris, hoc tuber huius tuberis, hic & hæc pauper huius pauperis. In er productam, maſculina græca & unum latinum uel magis nothum, neutri generis, hic aer huius aeris, hoc uer huius ueris. In ir correptam, unũ fœminiñ, hæc Gaddir huius gaddiris. quidam addũt hic abaddir ὁ βαίτυλος, huius abaddiris, lapis quem ꝓ Ioue deuorauit Saturnus, ſed in uſu hoc non inueni. In or correptã, maſculina & fœminina & neutra & cõmunia, tam græca q̃ latina, hic Hector huius hectoris, hic orator huius oratoris, hæc uxor huius uxoris, hoc æquor huius æquoris, hic & hæc & hoc autor huius autoris, hic & hæc & hoc memor huius memoris. Virgil. in

Tum ſi quod non æquo fœdere amantes (iiij.æne.
Curæ numen habet, iuſtumq; memorq; precatur.

Inueniunt tñ & hæc & omnia pene communia maſculini & fœminini, quæ etiam ſi nõ faciant ex ſe neutra, ſæpe tñ neutris adiunguñt figurate, ut Virg. in.x.

Italiam petijt fatis autoribus eſto. Et in Bucolicis:

Pauperis & tuguri congeſtum ceſpite culmen. Et in.vi. curibus paruis & paupere regno. Quamuis pluralis ntũs eorx, hoc eſt neutrorx, ex ſupradictis nominibus in uſu frequenti non ſit ex eis, quõ neq; ex alijs communibus duum generx. Nam ſi ſint cõmunia trium generx, ſine dubio maſculini quidem & fœminini in es, neutri uero proferent in a ntñ pluralem, ut hi & hæ ſapientes & hæc ſapientia, ergo hic & hæc & hoc ſapiens, hi & hæ pares & hæc paria, hic & hæc & hoc par, hi & hæ ancipites & hæc ancipitia, hic & hæc & hoc anceps, hi & hæ felices & hæc felicia, hic & hæc & hoc felix, hi & hæ ueteres & hæc uetera, hic & hæc & hoc uetus. Quæ igitur in plurali numero ã terminationem non accipiunt, quæ propria eſt neutrorum, manifeſtum eſt trium generum non eſſe communia, ſed maſculini & fœminini, figurate tamen per obliquos plerũq; caſus, raro autem per ntñ coniungi etiam neutris, ut Virg. in. ix. Nulla dies unquam memori uos eximet æuo. & Iuuenalis in. vi. ſatyr. titulíq; cupido Hæſuri ſaxis cinerum cuſtodibus. quamuis hoc cuſtos raro, niſi figurate inuenias, & hæc cuſtodia plurali ter nemo dicat. Sic ergo neq; hæc memora, uel auotra, uel paupera, neutraliter puto facile in uſu poſſe inueniri, ſed (ſicut ſupradictum eſt) figurate ſunt prolata, & hæc & alia plurima huiuſmodi apud autores. Inueniuntur tamẽ quædam, quæ obliquos caſus communes poſſident, quamuis nominatiuus non ſit cõmunis, ut plus, cum ſit neutri nominatiuus duntaxat, genitiuus eius communis eſt trium generum, necnõ datiuus & ablatiuus. Vnde pluralia quoq; tam in es quàm in a inuenimus, hi & hæ plures & hæc pluria uel plura, unde compoſitum compluria. Teren. in Phorm. Multa aduenienti noua, ut fit, compluria. Ablatiuus quoq; tam in e quàm in i terminans inuenitur, utpote communis trium generum. Et accuſatiuus pluralis tam in es quàm in is. Virg. in primo georg. Seu pluris calor ille uias & cæca relaxat, Spiramenta. Hora. in. i. epiſto. Tractus uter pluris lepores uter educet apros. In ur correptam latina, maſculina & cõmunia & neutra, hic turtur huius turturis, hic & hæc augur huius auguris. Horat. in iij. carminum: niſi fallit augur, Annoſa cornix. hoc tibur huius tiburis. In ur productam unum inuenitur commune duum generum, ut hic & hæc fur huius furis.

In as correptam græca maſculini uel fœminini uel neutri uel communis generis, hic Arcas proprium huius arcadis, hæc Pallas huius palladis, hoc Ceras proprium loci huius ceradis, hic & hæc arcas gentile huius arcadis. In as ꝓductam græca & latina maſculini uel fœminini uel neutri uel cõmunis generis, ut hic Atlas huius atlantis, hic Mecœnas huius mecœnatis, hæc ciuitas huius ciuitatis, hoc uas huius uasis, hic & hæc Capenâs huius capenatis. In es correptam latina maſculina uel fœminina uel communia duum uel trium generum, ut hic Cocles huius coclitis, hæc ſeges huius ſegetis, hic & hæc miles huius militis. Ouidius in.ij.metamor. Miles erat Phœbes: De Caliſtone dicit, hic & hæc & hoc teres huius teretis. Virgi.in.vij. teretes ſunt aclides illis, Tela ſed hæc lento mos eſt aptare flagello. Hebes hebetis, ſoſpes ſoſpitis. Iuuena.in.iij. Nec unquam depoſitum tibi ſoſpes erit. hic & hæc & hoc hoſpes huius hoſpitis. Lucan. in.v. Hoſpes in externis audiuit curia tectis. hoſpes curia. Inuenitur tamen & hæc hoſpita. Virg.in.iij.ænei. Et pater Anchiſes, bellum ò terra hoſpita portas. Similiter & ſoſpes & ſoſpita prolatum eſt ab autoribus. Ouid.in.ij.faſtorum: Soſpita delubris dicitur aucta nouis. Neutra quoq; ſupradictorum pluralia tradit uſus. Statius in.iij.Thebaidos: Accipias.feſſiſq; libens iterum hoſpita pandas, Flumina. In es productam tam græca q̃ latina maſculini generis uel fœminini uel communis, ut hic Chremes huius chremetis uel chremis, hic Verres huius uerris, hæc cædes huius cædis, hic & hæc hæres huius hæredis. In is correptam tam græca quàm latina maſculini generis uel fœminini uel cõmunis. hic Paris huius paridis uel paris, hic collis huius collis, hæc Thetis huius thetidis, hæc cuſpis huius cuſpidis, hic & hæc utilis huius utilis. In īs ꝓductam græca & latina, maſculina uel fœminina uel communia, ut hic Delphis uel delphin, huius delphinis, hic Aris proprium huius arinis. Cicero pro Scauro: Arinis uxorem. hæc Soteris huius ſoterinis. Plau. in Vidularia: Immo id quod hæc noſtra eſt patria, & ꝙ hic meus eſt pater, Illic autem Soterinis eſt pater. hic Dis proprium, id eſt Pluto, huius Ditis. hic & hæc dis appellatiuum huius ditis. hæc uis huius uis. hic & hæc Samnis huius ſamnitis. In ŏs correptam unum latinum neutrum, hoc os huius oſſis, quod etiam hoc oſſum antiqui protulerunt. Gellius lib.xxx. Caluariæq; eius ipſum oſſum expurgauerunt inaurarunt q;. In ōs productam græca & latina maſculini uel fœminini uel neutri uel communis generis ſunt, hic heros huius herois, hic nepos huius nepotis, hæc dos huius dotis, hoc os huius oris, hic & hæc compos huius compotis. In us correptam latina, maſculini uel fœminini uel neutri uel communis, duum uel trium generum, hic lepus huius lepŏris, hæc Venus huius ueneris, hoc tempus huius temporis, hic & hæc Lygus huius lyguris, hic & hæc & hoc uetus huius ueteris In ūs ꝓductam græca uel latina, maſculina uel fœminina uel communia uel neutra, ut hic Melampus huius melampodis, hic mus huius muris, hæc uirtus huius uirtutis, hic & hæc ſus huius ſuis, hoc thus huius thuris. In ys græca, maſculina uel fœminina, hic amphibrachys huius amphibrachyis, hic Capys huius capyis, hæc erinnys huius erinnyis. In æs latinum unum maſculinũ, ut hic præs huius prædis, & unum neutrũ, ut hoc æs huius æris, cuius plurales obliqui in raro ſunt uſu, æra ærum æribus. Cato in oratione, qua in ſenatu ſuaſit, ut plura æra equeſtria fierent. nunc ergo arbitror oportere reſtitui, quo minus duobus millibus ducentis ſit ærum equeſtriũ. In eodem: De æribus equeſtribus de duobus millibus actum. In aus latina duo fœminina, ut hæc laus huius laudis, hæc fraus huius fraudis. In ans latina, maſculina uel communia, duum uel trium generum, ut hic quadrans huius quadrantis, dodrans dodrantis. hic & hæc infans ἀνήπιος huius infantis, hic & hæc & hoc infans ὁ ἄλαλος huius infantis. Et amans quod nomen eſt, cum pro amatore accipitur, amantis. Inuenit etiam unum fœmininum, hæc glans huius glandis. Sic enim Lucretius, ut ſupra dictum eſt, profert. Et Ouidius in.xiij. metamor. ut lata plumbea funda, Miſſa ſolet medio glans intabeſcere cælo. In ens latina, maſculina, fœminina, uel communia, duum uel trium generum, hic Vfens huius ufentis, hæc mens huius mentis, hic & hæc parens huius parentis, hic & hæc & hoc prudens huius prudẽtis, In ons latina,

masculina uel fœminina uel omnis generis,ut hic mons huius montis, hæc frons huius frontis,hic & hæc & hoc insons huius insontis,quod solum, teste Probo, o ante ns habet correptam,& eius simplex sons sontis. In uns similiter latina masculina, hic Aruns huius aruntis.In yns unum inuenitur fœmininum græcum,ut hæc Tiryns huius tiryntis. In ars latina masculina uel fœminina,ut hic Mars huius martis, hæc ars huius artis.In ers latina omnis generis cõmunia,hic & hæc & hoc iners huius inertis.In ors latina masculina uel fœminina uel omnis generis,ut hic Mauors huius mauortis,hæc cohors huius cohortis,hæc sors huius sortis,cuius nominatiuum ptulit Plautus in Cassina, Hæc sortis, Vídene qua illic insit alia sortis sub aqua. Hic & hæc & hoc concors huius concordis. In urs latina communia trium generũ, hic & hæc & hoc Tyburs tyburtis, gentile. In uls unum latinum fœmininum,hæc puls huius pultis. In ms quoq; unum fœmininum,hæc hyems huius hyemis. In abs græca & latina,masculina & fœminina, hic Arabs huius arabis,hæc trabs huius trabis. uetustissimi tamen & trabes pro trabs proferebant. Ennius in Medea: Vtinam'ne in nemore Pelio securibus Cæsa accidisset ad terram abiegna trabes. In ebs correptam latina, omnis generis communia, hic & hæc & hoc cœlebs cœlibis. In ebs productam unum fœmininũ latinum, hæc plebs huius plebis, dicitur tamen & hæc plebes plebei. Lucanus in.iŋ. nescit plebes ieiuna timere. In obs fœminina latina,ut hæc scobs huius scobis,& hæc scrobs huius scrobis.fic aliŋ,sed Probus ntm̃ similem protulit genitiuo,quod Plaut.in masculino genere profert in Amphitryone: Ibi scrobes effodito duplos sexagenos indies. In ybs unum masculinũ, hic chalybs huius chalybis. In urbs unum fœmininum,hæc urbs huius urbis. In aps unũ fœmininũ,hæc daps huius dapis.sed nominatiuus frequenti non est in usu, quem Liuius Andronicus in primo Odysseæ ponit: Quæ hæc daps est quis festus dies? Horatius accm̃ protulit in.iŋ.carm. Ergo obligatam redde Ioui dapem. Idem genitiuum in. iiiŋ. Nunc in reluctantes dracones, Egit amor dapis atq; pugnæ. Idem in Epodo: Mutatæ dapis inemori spectaculo. In eps masculina & omnis, ut hic manceps huius mancipis, hic & hæc & hoc particeps huius participis.adeps uel adipes,in utroq; genere inuenit̃. Varro in.iŋ.rerum rusticarum: Adipes illa. In ops latinum fœmininum unum,ut hæc ops huius opis,nomen matris deorum & copia. Eius quoq; nominatiuus in usu frequẽti non est,sed illius quod ex eo componitur commune omnis generis,hic & hæc & hoc inops huius inopis. Vetustissimi tamen hic & hæc & hoc ops & cops pro opulentus & copiosus dicebant. Actius de Hercule dicẽs, quorum genitor fertur esse ops gentibus, pro opem ferens & auxilium gentibus.Sic Caper.Potest tamen etiam fœmininogenere hic intelligi figurate coniunctum masculino,ut si dixisset,quorum genitor auxilium fuit gentibus.tamen nominatiuo eius usus est Plautus in Cistellaria:

Itaq; me Saturnus eius patruus & Castor pater,
Itaq; me ops opulenta illius auia,imò mater quidem.

Et græca,hic pelops huius pelopis,hydrops hydropis, merops meropis. In yps græca cinyps cinypis. In irps latinum unum, hic & hæc stirps huius stirpis. In ax correptã latina & græca, hæc fax huius facis,hic abax huius abacis.quod tamen & hic abacus huius abaci frequenter inuenitur. In ax productam græca & latina masculina & fœmina & omnis, ut hic phœax huius phœacis,hæc pax huius pacis, hic & hæc & hoc audax huius audacis. In ex correptam græca & latina,masculina & fœminina & communia trium generũ,ut hic lelex lelegis,hic grex huius gregis,hæc ilex huius ilicis, hic & hæc & hoc artifex huius artificis. In ex productam latina, masculina uel fœminina uel cõmunia trium generũ,ut hic rex huius regis, hæc lex huius legis,hic & hæc & hoc exlex huius exlegis. In ix correptam latina, masculina uel fœminina, hic calix huius calicis, hæc pix huius picis, hæc nix huius niuis. In ix productam græca & latina, masculina uel fœminina uel cõmunia trium generum, ut hic phœnix phœnicis, hæc cornix cornicis, hic & hæc & hoc felix.Oportet tm̃ scire q; Græci i & υ ante x breuem esse uolunt,etiã si in obliquis producat̃,ut φοῖνιξ φοίνικος,βόμβυξ βόμβυκος. A uero secundum gtm̃ etiam

in nominatiuo ꝓduci uel corripi dicunt,ut κόλαξ κόλακος.corripitur in nominatiuo, qm̃ & in genitiuo: φαίαξ uero φαίακ@ in utroq; producit.Latini autem omnes uocales bi temporeas,id est διχρόνους, habentes ad genitiuum respicientes,dicunt produci uel corripi uocales ante x positas in ntō.Inueniunt igitur in ix productam latina, ut ostendi, fœminina uel omnis, ut hæc nutrix huius nutricis, hic & hæc & hoc pernix huius pernicis. In ox correptam fœmininum,nox noctis,& ex hoc compositum commune, hic & hæc & hoc pernox pernoctis.Iuuenalis in.iꝯ.Si ludit alea pernox. In ox ꝓductam fœmininí uel oīnis,ut hæc uox huius uocis,hic & hæc & hoc uelox huius uelocis,atrox atrocis. In ux correptam masculina uel fœminina uel communia, hic uolux huius uolucis,hæc nux huius nucis,hic & hæc dux huius ducis. In ux productam masculinū hic Pollux huius pollucis,fœmininum hæc lux huius lucis. In yx græca tam masculina q̄ fœminina, hic Sandyx huius sandycis, hæc styx huius stygis. In æx fœmininn̄,ut fæx fæcis. Iu aux unum fœmininum hæc faux huius faucis. In alx unum fœmininum, ut falx falcis. In anx unum fœmininum,lanx lancis. In unx unum commune hic & hæc coniunx huius coniugis. In arx unum fœmininum,hæc arx huius arcis. In ac unum neutrum,hoc lac huius lactis. In ec unum neutrum,hoc alec huius alecis. In ut unū neutrum,hoc caput huius capitis. In ud, bogud bogudis. *Quod hic in fine legitur in ud, Bogud bogudis,in uetustis codicibus non est.*

De genitiuo tertiæ declinationis.

ET hæ quidem terminationes nominatiui tertiæ declinationis, genitiuus autē eius in is definit correptam,excepto uno monosyllabo,hæc uis huius uis,quamuis oēs aliæ declinationes producant terminationē eiusdem casus.Oportet autem scire,ꝙ in q̄ busdam pares habet gtūs tertiæ,suo nominatiuo syllabas,in quibusdam una, in alijs duabus syllabis uincit.& pares quidem habet in nominibus in e definētibus correptam, ut hoc mare huius maris,hoc monile huius monilis. Et in quibusdam in er uel in es productam,uel in is tam correptam q̄ productam exeūtibus, ut hic pater huius patris,hic Verres huius uerris,hæc cædes huius cædis, hic collis huius collis, hæc auis huius auis, hæc uis huius uis.In alijs aūt omnibus eiusdem declinationis nominibus,una syllaba superat ntm̄ genitiuus,ut schema schematis, Cicero ciceronis, consul consulis, pecten pectinis,baccar baccaris,lis litis,apex apicis. Excipitur hæc caro huius carnis,in quo pares habent syllabas ntūs & genitiuus.Inueniunt tamen ueteres, qui gtō similem ntm̄ protulerunt,ut hæc carnis huius carnis:& senex senis, & supellex supellectilis, in quo duabus syllabis uincit ntm̄ genitiuus. huius quoq; ntm̄ quidam similem genitiuo protulerunt. Et omnia quæ à capite composita in ps desinunt,similiter habent duabus syllabis superantem genitiuum anceps ancipitis,biceps bicipitis, centiceps centicipitis. quæ ueteres in es proferentes secundum regulam declinabant,ancipes ancipitis,bicipes bicipitis,sicut hospes hospitis,sospes sospitis.Iuniores uero gaudentes breuiloquio,per circūcisionem ea protulerunt.quod & in alijs dictionibus feciſſe inueniunt̄,ut dic,duc, fac, fer, ꝓ dice,duce,face,fere. Necnon etiam uocatiuos in ius terminantium proprior̄, Virgili & Terenti,pro Virgilie & Terentie dicentes.de quibus iam docuimus.Penultima uero eius declinationis in qbusdam producit,in qbusdam corripit: producit quidem in his, quor̄ ntūs in longam definit syllabam,seu natura,seu positione,ut sol solis,titan titanis, delphin delphinis,fur furis,Mecœnas mecœnatis,merces mercedis, Samnis samnitis. Crenis proprium nomen nymphæ Crenidis.os oris,mus muris,præs prædis,uas uasis, laus laudis,infans infantis,Aruns aruntis,in ers inertis,uecors uecordis,puls pultis,alec alecis.excipiunt̄ in on definentia græca,& in o tam latina q̄ notha:quod tam ꝓducere q̄ corripere licet ea in ntō. Nec enim uocalis, id est o,quamuis in ntō producat̄, in gtō non semp producit̄ penultima,sed in quibusdam,in alijs aūt corripit̄.Quando aūt corripiatur,uel quando producat̄, cum de nominatiuo & genitiuo exposuimus, dictum est. Præterea corripiunt prædictam penultimā in ms uel ps uel bs uel x definentia, si uocalē breuē añ eas cōsonantes habuerint,ut hæc hyems hyemis,manceps mācipis, cælebs

cælibis,fax facis, artifex artificis. Necnon producẽtia terminationem nominatiui,corripiunt penultimam genitiui,ut hic & hæc & hoc par,huius paris,lar laris,uas uadis, pes pedis,Ceres Cereris,compos compotis,bos bouis,fus fuis,grus gruis.Corripiẽtia quoq; nominatiuum in quibuſdam corripiunt penultimam genitiui,in quibuſdam producunt.Producunt in al,& in el neutra,& in ar,ſimiliter neutra deriuata,ut hoc tribunal huius tribunalis,ceruical ceruicalis,mel mellis, fel fellis , calcar calcaris, lacunar lacunaris,lucar lucaris. In or quoq; definentia alia producunt, alia corripiunt penultimam genitiui.producunt'ut hic curſor huius curſoris,hic & hæc autor huius autoris: corripiunt,hic Hector huius Hectoris, hæc arbor huius arboris,hic & hæc memor huius memoris. Quando uero producant,& quando corripiant,cum de nominatiuo tractabamus oſtendimus.Alia uero omnia quæ nominatiui terminationem corripiunt,ſimiliter penultimam genitiui corripiunt,ut toreuma toreumatis, Annibal Annibalis, uigil uigilis.cornicen cornicinis,agger aggeris,uetus ueteris,caput capitis . excipitur inquies inquietis,quod ſimplicis declinationem ſeruauit in compoſito,quanuis corripiat extremitatem nominatiui. Similiter os oſſis & lac lactis . quod quibuſdam placet in nominatiuo per apocopam te proferri:hoc lacte enim dicebant antiqui.

De datiuo ſingulari tertiæ declinationis.

DAtiuus tertiæ declinationis naſcit̃ à genitiuo abiecta s ,& producta i , ut huius ſchematis huic ſchemati,huius maris huic mari,huius Ciceronis huic Ciceroni. Inueniuntur tamen poetæ rariſſime in græcis, quæ apud Græcos in i correptam terminant ſupradictum caſum,ipſi quoq; eum corripientes. Statius in primo Achille.

Palladi littoreæ celebrabat Scyrus honorem.

De accuſatiuo.

ACcuſatiuus fit ſupradictæ declinationis is genitiui modo in em, modo in im conuerſa,ut huius ſolis hunc ſolem, huius flaminis hũc flaminem, huius gregis hunc gregem,huius regis hunc regem,huius Tiberis hunc Tiberim,huius Araris hũc Ararim,huius uis hanc uim,huius turris hanc turrim. In una tamen terminatione,id eſt is definentium,qui ſimilem habent genitiuum nominatiuo, inueniuntur quædam nomina accuſatiuum in im finientia.Sunt autem hæc plerũq; græca uel propria,quæ accuſatiui græci n in m conuertentia faciunt accuſatiuum latinum, ut Tiberis Tiberim, Fabaris Fabarim, Tibris Tibrim,Araris Ararim. Nam non poterit ab alio nominatiuo,ut diximus,niſi in is definente in im̃ accuſatiuus proferri.Ergo Arar per apocopam is protulit. Lucanus in.vi. Rhodanumq; morantem Præcipitauit Arar.Hæc NeapolisNeapolim,Charybdis Charybdim. Virgilius in ſexto:

Leucaſpim & Lyciæ ductorem claſſis Orontem.

Idem in octauo: A' quo pòſt Itali fluuium cognomine Tibrim, Diximus.

Idem in nono: Principio Fabarim,& ſucciſo popliti gigen.

Idem in ſeptimo: Qui Tiberim Fabarimq; bibunt.

Mephitis quoq; quod proprium eſt,& à græco μεσίτης, ut quibuſdam uidetur,mutatione σ in φ tranſlatum,rationabiliter in im fecit accuſatiuum. Virg. in. vij.

ſæuamq; exhalat opaca Mephitim.

Idem in nono: Immanem ueluti pecora inter inertia Tigrim.

Idem in.xi. Velocem interea ſuperis in ſedibus Opim.

Alpis cum ſemper plurale ſit quomodo Syrtis , tñ & ſingulariter hoc,quomodo illud inuenit̃ à poetis prolatũ,& in em terminans accuſatiuũ Alpẽ,cũ illud Syrtim faciat.

Lucan.in.i. Tunc inter Rhenum populos Alpemq; iacentes.

Idem in. iij. Agmine nubiferam rapto ſupereuolat Alpem.

Iuuenalis in. iiij. Tranſilit,oppoſuit natura Alpemq; niuemq;.

Lucanus in . viij. Trans Pharon in medio tanget ratis æquore Syrtim.

Idem in primo: dubiam ſuper æquora Syrtim. Præterea inueniunt̃ latina in im terminantia accuſatiuum,hæc turrim, burim, ſecurim, puppim, ſitim,reſtim,uim,magudarim,Tiberim,peluim tuſſim.

Virg.in.ij. Aenei. Turrim in præcipiti ſtantem ſummiſq; ſub aſtra.
Idem in. i. Geor. Continuo in ſyluis magna ui flexa domatur
In burim,& curui formam accipit ulmus aratri.
Idem in ſec. Aene. Taurus & incertam excuſſit ceruice ſecurim.
Idem in primo: ingens à uertice pontus In puppim ferit.
Idem in Bucolicis: Dulcis aquæ ſaliente ſitim reſtinguere riuo.
Terent.in Eunuc. Ad reſtim mihi quidem res redit planiſſime.
Virgilius in.vi. Nec uim tela ferunt,licet ingens ianitor orci.

Plaut.in Rudente: Seu tibi cõfidis fore multã maguderim, quod ſignificat frugis genus,id eſt caulis,qui naſcit ex ea parte,cuius radix ſirpis auellit,uel ut alij uolũt, ſiligi nem.Quorundã tñ ex eis etiã in em inuenit accuſatiuus,ut Luca.in.iij.in puppem redi ere rates. Virg.in.xi. Telaq; & æratam quatiens Tarpeia ſecurem.

Iuuenalis in.iiij. deſcendunt ſtatuæ reſtemq; ſequuntur. Cætera uero omnia ſupradictæ declinationis nomina in em ſolam proferunt accuſatiuum,hunc patrem, & hunc leporem,& hanc uallem,& hunc & hanc utilem. In græcis autem frequenter inuenimus autores, tam in hac quàm in alijs declinationibus Græcos plerunq; ſeruantes accuſatiuos, ut titana, ſirena, thoraca , lampada, pro titanem , ſirenem , thoracẽ , lampadem,quanuis Plautus hanc lampadam dixit in Caſſina : Tene lampadam, imò ego hanc tenebo.

De uocatiuo ſingulari tertiæ decli.

VOcatiuus in tertia declinatione ſimilis eſt ſuo nominatiuo,ut hic Cicero ò Cicero,hic conſul ò conſul,hic rhetor ò rhetor.Inueniuntur tamen græca,quæ uocatiuum græcum ſeruant,ut Tibris ò Tibri,Thebais ò thebai,Pallas ò Palla.

Virg. in decimo: Da nunc Tibri pater ferrum quod miſſile libro.
Idem in eodem : Teq; iuuat Palla,ſed bellis acer Aleſus.
Idem in.xi. Quin ego non alio digner te funere Palla.
Ouid.in.ij.Faſtoꝝ: Chare nepos Palla funeſta quid induis arma? In quo Homerũ ſecutus eſt.Ille eñ ὦ πάλλαντα, σὺ μὲν οὐ κατ' ἐμοὶ φίλα ταῦτ' ἀγορεύεις.
Statius in.xij.Theb. O mihi biſſenos longum uigilata per annos, Thebai.

De ablatiuo ſingulari tertiæ declinationis.

ABlatiuus tertiæ declinationis in alijs p e correptam , in alijs per i productam, in alijs per e & per i profertur. Per i in neutris, quæ in e correptam deſinũt per nominatiuũ,& ſunt appellatiua,ut hoc mare,hoc monile,ab hoc mari,ab hoc monili.Et eſt ſimilis huiuſcemodi ablatiuus ſuo dtõ,ut huic mari ab hoc mari. Vetuſtiſſimi tamen ſolebant huiuſcemodi nominum ablatiuum etiam in e proferre.Varro antiquitatum humanarum.xij. Ab Erythræo mare orti. Idẽ in Fundanio: In mare aquã frigidam oriri. Atacinus quoq; dicit: Cingitur Oceano Libyco mare flumine Nilo.

Plaut.in Rudente: In macellum piſces prolati ſi eſſent nemo emat,
Suam quiſq; partem piſcium poſcant ſibi,
Dicant in mare communi captos.
Lucanus in.vij. gentes Mars ille futuras
Obruet & populos,æui uenientis in orbem
Erepto natale feret, pro natali. Ouidius in.v. Faſtorum:
Cur tibi pro Libycis clauduntur rete Leones,rete pro reti.

Plautus in Rudente: Mea opera & rete & horrea , quod etiam maſculino genere protulit. Idem in eadem : Non uides pferre me uuidum retem ſine ſquamoſo pecu.
Idem in eadem: Vt dimiſi retem atq; hamum , quicquid hæſit extraho, quod etiam fœminino genere protulit ſecundum primam declinationem .
Idem in Rudente: Pol magis ſapuiſſet ſi dormiuiſſet domi,
Nam nunc & operam ludos facit & retiam, Vt tẽpeſtas eſt.
Horatius in.ij.ſerm. His ubi ſublatis,puer alte cinctus acernam,
Gauſape purpureo menſam perterſit. Vnde Perſius quaſi

in e tantum desinente supradicti nominis ablatiuo gausapa dixit plurale, nō gausapia: Iam chlamides regum, iam lutea gausapa captis. Idem: balanatum gausape pectis. antiquissimi tamē & hic gausapes & hæc gausapa & hoc gausape, & plurale neutri hæc gausapa, quasi à nominatiuo hoc gausapum protulisse inueniuntur. Vnde Cassius ad Mecœnatem: Gausapo purpureo salutatus. Varro uero de lingua latina ait: Talia ex græco sumpta ex masculino in fœmininum transire, & a litera finiri, ὁ κοχλίας hæc cochlea, ὁ χάρτης hæc charta, ὁ γαυσάπης hæc gausapa. Seneca Ouidium sequens: Gausapa si sumpsit gausapa sumpta probat. Propria eiusdem terminationis similem habent nominatiuum ablatiuo, hoc Præneste ab hoc Præneste. Virgilius in octauo: Qualis eram cum primam aciem Præneste sub ipsa. Figurate enim ad urbē reddidit, sub ipsa, cum proprium oppidi neutrum est, quomodo Reate. Idem poeta in septimo: Quiq; altum Præneste uiri, quiq; arua Celene. Illorum quoq; ablatiui i terminantur neutrorum, quæ in al desinunt, hoc tribunal ab hoc tribunali, hoc ceruical ab hoc cer uicali. Similiter faciunt ablatiuum quæ in ar desinunt neutra, & in obliquis casibus producunt ā penultimam, ut hoc calcar huius calcaris à calcari, lacunar lacunaris à lacunari, lucar lucaris à lucari. Quando autem producant eam, in libro qui est de nominatiuo & genitiuo docuimus. Masculina quoq; uel communia in er uel in is desinētia, si faciūt in e neutrum, ablatiuum in i efferunt, hic pedester hæc pedestris hoc pedestre, ab hoc & ab hac & ab hoc pedestri, saluber & salubris & salubre, ab hoc & ab hac & ab hoc salubri. Virgilius in primo Georgicōr: Balantumq; gregem fluuio mersare salubri. Hic & hæc celer uel celeris & hoc celere, ab hoc & ab hac & ab hoc celeri. Lucanus in primo: Motuq; celer Cyllenius hæret. M. Cato de re militari: Satis celeris sis in tempore. Cæcilius in Epistomo: Si properas extende huc in meam nauem ita celeris est: ex quo celerissimus pro celerrimus superlatiuum protulerunt. Cn. Manlius in Iliade: Celerissimus aduolat Hector. Ennius in Annalibus: Exin per terras postquam celerissimus rumor. Liuius in Odyssea: At celer hasta uolans perrūpit pectora ferro. Vnde superlatiuū Virgilius in decimo: & qua fata celerrima crudum. Terentius in Phormione: Nullus es Geta, nisi iam aliquod consilium celere repereris. Virgilius in tertio: Celeriq; fuga sub sidera lapsæ. Idem in quinto: Agmine remorum celeri uentisq; uocatis. Lucanus in tertio: & celeri uenas mouet improba pulsu. Hic & hæc utilis & hoc utile ab hoc & ab hac & ab hoc utili, hic & hæc regalis & hoc regale, ab hoc & ab hac & ab hoc regali. Sciendum tamen q; si inueniantur propria appellatiuis similia in i finientibus ablatiuum, illa per e proferunt eum, ut Iuuenalis proprium à Iuuenale, Martialis similiter à Martiale, Annalis ab Annale. Cicero pro Fundanio: Non modo hoc à Iulio Annale, sed uix mehercule à Quinto Mutone factum probari potest. Idem pro Plancio: Confiteor summa in Laterense ornamenta esse. Similiter in i terminant ablatiuum omnia quæ in im habent accusatiuū, ut Tiberim à Tiberi, Parim à Pari, Charybdim à Charybdi, Tigrim à Tigri, uim à ui.

Virgilius in decimo: Massicus ærata princeps secat æquora tigri.
Idem in primo Aen. Multū ille & terris iactatus, & alto Vi superū.
Iuuenal. in. v. sæua dignum ueraq; Charybdi. Quæ uero & in im & in em, hæc tam in e quàm in i, ut hāc puppim & puppem, ab hac puppi & puppe,
Virgilius in tertio: Stans celsa in puppi. Idem in octauo: Stans prima in puppi. Idē in decimo: Dextra tenet puppim. Lucanus in quarto:

Primum cana salix madefacto robore paruā Texit in puppē.

Idem in secundo: Rapta puppe minor subducta est montibus Argo.
Turrim & turrem, ab hac turri & turre. Actius in Medea: Apud uetustam turrem.
Virgilius in secundo: Turrim in præcipiti stantē summisq; sub astra Eductā tectis,
Idem in Bucol. Tale tuum carmen nobis diuine poeta
Quale sopor fessis per gramina, quale per æstum
Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo,

Idem in tertio georgicorum: aſperq; ſiti atq; exterritus æſtu. Idem in ſexto Aeneidos: ſæuumq; ſecuri, Aſpice Torquatum & referentem ſigna Camillũ. Cato in epiſtola ad filium: Ex dolore, ex febri, ex ſiti, ex medicamentis bibendis. non tamen conuertitur regula. Non enim in e & in i definentia in ablatiuo etiam accuſatiuũ omni modo in em & in im terminant. In ȃs quoq; terminantia quando ſunt gentilia ablatiuum in i proferunt, ut arpinȃs ab arpinati, capenȃs à capenati. & rationabiliter. ueteres enim huiuſcemodi nomina in is proferebant, hic & hæc arpinatis dicentes, unde neutrum hoc arpinate. Docuimus autem quòd omnia ex quibus neutra transfiguran tur in e exeuntia in i faciunt ablatiuum, ut hic & hæc regalis & hoc regale, ab hoc & ab hac & ab hoc regali. Sic ergo hic & hæc capenatis & hoc capenate, ab hoc & ab hac & ab hoc capenati. Nec mirum declinationem perfecti ſeruari in his, cum etiam accẽtum ſoleamus ſeruare, quanuis a in finali ſit ſyllaba, quæ in perfectis erat penultima, capenȃs, arpinȃs, ardeȃs. Quod autem per ſyncopam hæc proferuntur uetuſtiſſimorũ uſus comprobat. Cato in primo origin. Sed lucus capenatis. Idem in eodem: ſi quis mortuus eſt arpinatis eius hæredes ſacra non ſequuntur. Idem in eodem: populus cõmuniter, Tuſculanus, Aricinus, Lanuuinus, Laurens, Coranus, Tiburtis, Pometinus, Ardeatis. Idem in oratione qua ſuaſit in ſenatu, Samnitis dixit pro Samnis: Acceſſit ager quem priuatim habent Gallicus, Samnitis, Apulus, Brutius. Laurẽtis etiam pro Laurens dicebant. Ennius in Annalibus: Quos homines quondam Laurentis terra recepit. Neuius neutraliter hoc ſamnite protulit in carmine belli punici. Ad cuius ſimilitudinem debet etiam hoc dite dici. unde plurale ditia. Lucanus in nono: Non illic libycæ poſuerunt ditia gentes, Templa. Lucillius tamen ὁμοιοτῆ́τως oleum caſſinȃs pro caſſinate. Titinnius in Pſaltria: Ferentinatis populus res græcas ſtudet. Plautus in Sticho: Ergo oratores populi ſummates uiri Summi accumbent, ego infimatis infimus. Inueniuntur tamen quidam in huiuſcemodi nominibus etiam in e ablatiuum proferentes, quod mox uſus approbat. Similiter menſium nomina in is uel er definentia ablatiuum per i finiunt: Quintilis à quintili, Aprilis ab aprili, September à ſeptembri, October ab octobri. Iuuenalis in quinto:

Heſternum ſolitus medio ſeruare minutal Septembri.

Idem in tertio: Pallere, & uinum toto neſcire decembri.

Poſſunt tamen hæc etiam communia eſſe, unde kalendas ſeptembres dicimus. Præterea ſimplex eorum ſimiliter inuenitur faciens ablatiuum in i, imber imbri. Statius in ſexto Thebaidos: Nubibus hybernis & noſtro paſcitur imbri.

Cicero de ſignis: Cum eſſet uinctus, nudus, in aere, in imbri, in frigore. Idẽ in Frumẽtaria: Ferebat hanc quoq; iniquitatem Septitius & imbri frumentum in area corrumpi patiebatur. Bipẽnis commune eſt, & habet etiam neutrum in e, & ideo ablatiuum in i à bipenni facit. Virgilius in .xi. ferro ſonat alta bipenni Fraxinus. In e autem & in i indifferenter definunt ablatiuo omnia quæ ſunt communia trium generum, ut hic & hæc & hoc par, ab hoc & ab hac & ab hoc pare uel pari. Virgilius in Bucolic. Numero deus impare gaudet. Lucanus in nono: Ergo pari uoto geſſiſti bella iuuẽtus. hic & hæc & hoc uetus, à uetere uel à ueteri.

Iuuenalis in .iij. ſaty. Intrauit calidum ueteri centone lupanar.

Cicero pro Muræna: Cum ex familia ueteri & illuſtri.

Statius in .i. Thebai. Funditus & ueteri ſpumauit lerna ueneno.

Idem in .xi. ueteri ſtat ſordida tabo Vtraq; canicies.

Idem in .xij. Siquid in hoc ueteri bellorum ſanguine mecum,
Quæſitura uenis, ſiquid non fanda Creõtis Iuſſa times.

hic & hæc & hoc audax, triplex, artifex, ab hoc & ab hac & ab hoc audace uel audaci, à triplice uel triplici, ab artifice uel artifici.

Virgilius in octauo: At Cæſar triplici inuectus romana triumpho Mœnia.

Statius in .i. Achil. Qualiter artifici uicturæ pollice ceræ Accipiũt formas,

Similiter ab hoc duplice uel duplici, ab hoc supplice uel supplici dicimus. Horatius in secundo sermonum: tunc pensilis uua secundas, Et nux ornabat mensas, cum duplice ficu. Terentius in Phormione: Commodius esse opinor duplici spe utier. Lucanus in sexto: Nec superos orat, nec cantu supplice numē, Auxiliare uocat. Sallustius in Catilina. Demisso uultu, uoce supplici. memor à memore uel memori. Iuuenalis in quarto: Fingendum & memori tractandum pectore, siue. Horatius sermonum libro secundo ad Mecœnatem: memori si mente recurras. Ouid. in. vi. Metam. Absentes pro se memori rogat ore salutent. & puto ideo magis i terminatiōe uti in hoc nomine ueteres, quòd antiquissimi hic & hæc memoris & hoc memore proferebant, ex quibus ablatiuus in i solam uult terminari. Vnde Cicero quoq; pro Plancio: memori mente persoluunt. Ideo autē communis generis est duplicis in ablatiuo terminationis causa, q̄ simplicia unius generis inueniuntur, quorum ablatiuus in e solum exit, & tamē composita ab eis, si communia trium generum sint, tam in e q̄ in i finiunt eundem casum. hæc ops ab hac ope in e desinit solū, hoc cor ab hoc corde, hoc caput ab hoc capite, hic & hæc & hoc inops ab inope uel inopi. Cicero in Frumentaria: Hanc pecuniam tantam datam ex ærario inopi atq; exhausto. Anceps ab ancipite uel ancipiti. Virgilius in tertio: Tum uero ancipiti mentem formidine pressus. Similiter hic & hæc & hoc concors à concorde uel cōcordi. Vnde Persius: Diuidit in geminos concordia fata duos. In ia aūt definens nominatiuus pluralis sine dubio ab ablatiuo est in i terminante. Sciendū tamen quòd etiam hic & hæc concordis & hoc concorde dicebant antiqui, & hic & hæc amentis et hoc amente. Nec mirum cuius simplex quoq; mentis Ennius protulit in Epicharmo: Terra corpus est, at mentis ignis est, pro mens. Lentis quoq; pro lens, & paris pro par. Ata in socru: Ad hanc fortunam accessit ei fortuna paris. Vigil quod quidam duum, quidam trium generū commune putant esse debere, à uigile uel uigili facit ablatiuum. Iuuenalis in quinto: Præterea lateris uigili cum febre dolorem. Statius in. i. Achil. Aspicit intentū uigiliq; hæc aure trahentē. Teres à terete uel tereti. Virg. in. vij. Tela sed hæc tereti mos est aptare flagello. Idem in eodem: Et tereti pugnant mucrone ueruq; sabello. Idem in. xi. Et fundam tereti circum caput egit habena. hebes ab hebete uel hebeti. Iuuen. in xi. hebeti lautissima ferro Cæditur, & tota sonat ulmea cœna Suburra. Quæritur an, cum hic & hæc & hoc hospes et sospes dicatur, unde Lucanus in. v. Hospes in externis audiuit curia tectis. & Statius in. iiij. The. Accipias, fessisq; libens iterum hospita pandas Flumina. Et Iuuenalis in. v. Nunquam depositum tibi sospes erit, possit ab hoc sospiti uel sospite dici: quod apud nullum adhuc legi, sed ab hospite & sospite. Virgilius in octauo: quo sospite nūquam, Res equidem Troiæ uictas, aut regna fatebor. Et fortassis quia hæc sola in es terminantium etiam in a faciunt fœminina, euitauerunt cōmunem aliorū regulam ablatiui: uel q̄ in heroico stare metro non possit nisi in e terminans eorum ablatiuus. Quod autem etiam in a definant supradicta nomina, usus confirmat. Virgil. in. iij. Et pater Anchises bellū ò terra hospita portas. Idē in. iij. protulit cōpositum ab eo: Et Numidæ infreni cingunt, & inhospita Syrtis. Ouidius in. ij. Fastorū: Principio mensis phrygiæ contermina matri, Sospita delubris dicitur aucta nouis. Cic. p Muræna: A' sacris patrijs Iunonis sospitæ. Tridens à tridente uel tridenti. Potest enim esse trium generum, nam lectum est Tridenti hasta & telo. quamuis cum Neptuni fuscinam p se positum significat, masculino genere inuenitur. Virgilius in secundo: Neptunus muros magnoq; emota tridēti, Fundamēta quatit. locuples quoq; quia triū est generū, à locuplete uel locupleti facit ablatiuū. Cic. in Frumen. In p uincia locupleti ac referta. In er communia quæ non exeunt etiā in is, per e solam inuenio proferentia ablas

tiuum, hic & hæc & hoc pauper, à paupere, hic & hæc & hoc degener à degenere, hic & hæc & hoc huber ab hubere, ὁ εὐδαλὴς· ἡ εὐδαλὴς, τὸ εὐδαλὲς. Similiter in e & in i faciunt ablatiuum in uis uel ctis uel mnis uel gnis uel guis terminãtia nomina nominatiuum. & alia ferè omnia quorum extrema syllaba in is definit, à duabus incipiens consonantibus, ut auis ab aue uel aui. Horatius in primo carminum: Nereus fata mala ducis aui domum, Quam multo repetet Græcia milite. Nauis à naue uel naui. Cicero de supplicijs: Quo enim tibi naui opus fuit? Terentius in Andria: Naui fracta apud Andrum insulam. Idem in Heautontim. Aduenientem è naui egredientem illico adduxi ad cœnam. In eadem: Dies triginta aut plus ego in naui fui. Virgilius uero per e protulit in quinto: At media Mnestheus incedens naue per ipsos, Hortatur socios. ciuis à ciue uel ciui. Iuuenalis in quarto: quid illo ciue tulisset Natura in terris. Cicero in Verrinar. quarto: Quod Siculus à ciui Romano, ciuis Romanus datur. paulo infra: primum suæ legis, quòd ciuis cũ ciui ageret. Sic enim ueteres codices habent, quos imperitia quorundam corrumpit mutantium scripturas. Idem pro Plancio: Quid dicam de C. Virgilio tali ciui & uiro? Et mox: in naui tuta. Idem pro Sextio: Quod ausus esset pro ciui, pro benemerito ciui. Idem in sexto philippicarum: Sed in principe ciui non est satis. Vectis à uecte uel uecti. Terentius in Eunucho: In medium huc agmen cum uecti Dorax. Ignis ab igne uel igni.

Virg. in. iij. Aenei. Vulnus alit uenis & cæco carpitur igni.
Idem in .i. georg. Et quanuis igni exiguo properata maderent.
Iuuenalis in. v. Minor igne rogi. Lucanus in secundo:
Igne uago lustrare iuuat tibi numine ab omni.

Hic amnis ab hoc amne uel amni. Virgilius in nono: Murorum in parte sinistra
Opposuere aciem: nam dextera cingitur amni.

Idem in primo georgicorum: Prono rapit alueus amni. Lucanus in sexto: ferit amne citato Maliacas Sperchius aquas. Anguis ab angue uel angui. Statius in quarto: Angue ter excusso. Horatius in primo epistolarum: Alter Mileti textam cane peius & angui, Vitabat chlamydem. Similiter ab ungue uel ab ungui. Idem in eodem: ad hæc ego naribus uti Formido & luctantis acuto ne secer ungui. Inuenitur etiam, à minore uel minori, à leuiore uel leuiori, à maiore uel maiori.

Iuuena. in quinto: Numinibus miserumq; urgebat Atlanta minori Pondere.
Statius in sexto The. Nunquam hunc animum natura minori
Corpore, nec tantas ausa est includere uires.
Iuuenalis in tertio: non defuit illi, Vnde emeret multa pascendũ carne leonem
Iam domitum, constat leuiori belua sumptu
Nimirum, & capiunt plus intestina poetæ.
Lucanus in septimo: Vixq; reuulsa solo maiori pondere pressum,
Signiferi mersere caput. Nec mirum tam in e quàm in i comparatiuorum ablatiuos terminari, quando uetustissimi etiam neutrum in or finiebant, & erat eadem terminatio communis trium generum, quæ capax est, ut docuimus, utriusq; ablatiui, tam in e quàm in i terminantis. Valerius Antiâs in sexto Annalium: Hoc senatusconsultum prior factũ est. Cassius Hemina Annalem suum quartum hoc titulo inscripsit, Bellum punicum posterior. Claudius in octauo Annaliũ: Qui prior bellum quod cum his gestum erat meminissent. Idem in eodem: Vbi decreuerunt commemorant Graccho fœdus prior pompeianum non esse seruatum. Propria si sint appellatiuis similia in i terminantibus ablatiuum, ipsa per e eundem proferunt casum, sicut supradictũ est. Iuuenalis, Martialis, Felix, propria, à Iuuenale, Martiale, Felice. Rudis quando commune est significans recentẽ, & neutrũ in e facit, hoc rude, & ablatiuũ in i, à rudi. Quando uero uirgam qua gladiatores donati cessabant à gladiatura, fœmininum solum est, & ablatiunm in e finit.

Iuuenal. in. ij. Hic Sergius idem accepta rude cepisset Veiento uideri.

Strigilis uel deriuatiuum est à stringo,uel à græco στλεγγὶς. Itaq; rationabiliter in i terminauit ablatiuum Horatius in secundo sermonum: An hic peccauit sub noctem qui puer uuam, Furtiua mutat strigilis? In ix etiam fœminina uerbalia quæ possunt esse communia cum neutris, ut uictrix,ultrix, unde & uictricia & ultricia,tam in e quàm in i finiunt ablatiuum. Lucanus in secundo:

In sua uictrici conuersum uiscera dextrà.

Idem in eodem: Tollite iampridem uictricia tollite signa.

Statius in.v. Theba. ultricia Graïs Virginibus dare tela pater. Postis etiam à poste uel posti inuenio, quia ut supra diximus, à duabus consonãtibus incipiens finalis syllaba in is definit. Lucanus in quinto: Tum poste recluso dux ait. Ouidius in.v. Metamorpho. Raptaq; de dextro robusta repagula posti Ossibus illisit. In às quoq; circunflexa, quæ apud ueteres etiam in tis proferri docuimus tam in e quàm in i finisit ablatiuum. Cicero pro Vareno: C. Ancharius Rufus fuit è municipio Fulginate. In eadẽ: In præfectura Fulginate. Idem pro Cluentio: Ex municipio Aletrinati. Alia uero tertiæ declinationis nomina in e definunt per ablatiuos correptam, cum omnes aliæ terminationes ablatiui in omni declinatione producãtur. ergo si qua ex his quæ debent in e per ablatiuum proferri inueniamus per i prolata,autoritati adscribimus,quæ sæpe etiam datiuis pro ablatiuis,necnon etiam pro genitiuis est usa. Virgilius in octauo: Aduectum Aenean classi uictosq; penates, pro aduectum classe, nisi dicamus ἐλλειπτικῶς usum esse poetam. Datiuo enim casui,illi hoc adiungunt uerbum. In græcis est quãdo inuenimus e producta finiri ablatiuum, tam primæ quàm tertiæ declinationis nominum,qui magis datiuus est græcus positus pro latino ablatiuo. Virgilius in primo Aeneidos: ipse uno graditur comitatus Achate. Lucanus in octauo: Signaq; ab Euphrate cum Crassis capta sequentem? Similiter à Demosthene, Aristotele, Hermogene. Vetustissimi tamen etiam in quibusdam latinis, quæ nominatiuum in es productam terminant,pares cum genitiuo habent syllabas in hac declinatione,solebant producere ablatiuum more quintæ declinationis,uel supradictorum græcorum, ut à mole,fame,tabe,quod adhuc sic profertur. Virg.in.vi. offam

Obĵcit,ille fame rabida tria guttura pandens.

Lucanus in.x. Non mandãte fame multas uolucresq; ferasq; Aegypti posse re deos. Iuuen. in.v. Membra aliena fame lacerabant esse parati Et sua.

Lucretius Imbribus ut tabe nimborũ arbusta uacillent.

De nominatiuo plurali tertiæ declinationis.

NOminatiuus pluralis fit à genitiuo singulari mutata is in es productam in masculinis & fœmininis & cõmunibus,ut huius cardinis hi cardines,huius consulis hi consules,huius matris hæ matres,huius uatis hi & hæ uates. Neutra uero ex ablatiuo singulari faciunt ntm̃ pluralem hoc modo: Si in i uel tam in e q̃ in i exeat ablatiuus,correpta i,& addita a fit ntũs pluralis,ut ab hoc mari hæc maria,ab hoc ceruicali hæc ceruicalia,à lacunari lacunaria,à pare uel pari paria,felice uel felici felicia. Excipitur à uetere uel ueteri,quod uetera nõ ueteria facit. Necnon ab hoc ludicri, quod nõ ludicria,sed ludicra dicimus. Virgilius in.xĵ. Aeneidos: nec enim leuia, aut ludicra petuntur Præmia, sed Turni de uita & sanguine certant. Similiter comparatiua quæ ablatiuum tam in e quàm in i terminant. Maiora enim & minora & plura dicimus: quamuis etiam antiqui pluria dixerunt. Vnde compositum est compluria. Terentius in Phormione: Multa aduenienti, ut fit, noua hic compluria. Cicero de fignis: Imõ uero compluria. In quibusdam tamen codicibus inuenitur complura. Idem in eodẽ: Dies continuos compluris. Idem pro Cecinna: Compluris armatos. Gausape quoq;,ficut supra diximus, & ablatiuum in e terminat, ab hoc gausape, & nominatiuum pluralem in a finit. gausapa enim non gausapia dicimus.

Horatius serm.secũ. Gausape purpureo mensam perterfit acernam.

Persius: Iam chlamides regum,iam lutea gausapa captis.

Apluſtre itidem q̃uis faciat ablatiuũ ab hoc apluſtri, ntm̃ tamen pluraſem non ſolum in a, ſed etiã in ia terminat, & apluſtra em̃ & apluſtria antiqui proluliſſe inueniunt.
Cicero in Arato: Nauibus aſſumptis fluitantia quærere apluſtra.
Cæſar in Arato: Fulgent Argoæ ſtellis apluſtria puppis. Alia uero omnia neutra, quæ in e terminant ablatiuum, mutata e in a faciunt nominatiuum pluralẽ. Ab hoc numine hæc numina, à tempore tempora, à tubere tubera, à capite capita.

De genitiuo plurali tertiæ declinationis.

GEnitiuus pluralis tertiæ declinationis naſcitur ab ablatiuo ſingulari, hoc modo, cum in i uel in e uel in i tantum definit, correpta i aſſumit um, ut à ſedili horum ſedilium, à ceruicali ceruicalium, ab equeſtri equeſtrium, ab utili utiliũ, à ſapiente uel ſapienti ſapientium, à felice uel felici feliciũ. Multa tamen per ſyncopam ſolent proferri, ſapientum pro ſapientium, merentum pro merentium. Statius in ſecundo Thebaid. dabit̃ mihi crede merẽtum Conſilijs tranquilla dies. Idem in. iij. æternaq; ſontum Supplicia. cæleſtum pro cæleſtium: Virg. in. ix. Cæleſtum uis magna iubet. Et ſciendum tñ q; rariſſime hæc quæ in ſolam i finiunt ablatiuum, ſyncopam patiuntur i p genitiuum pluralem. Inueni marum pro mariũ, qui tamen in raro eſt uſu genitiuus, apud Neuium in carmine belli punici: Senex fretus pietate deũm allocutus ſummi deũm regis fratrem Neptunum regnatorẽ max, pro marium. Eius ablatiuum Cæſar in quinto belli Gallici ponit: Paulo latiores q̃ quibus in reliquis utimur maribus. Comparatiua quoq; quæ inueniunt̃ tam in e, q̃ in i exeuntia p ablatiuum, carẽt i penultima in genitiuo plurali, ut à maiore uel à maiori hox maiox, à minore uel minori hox minox. In e uero ſolam finientia ablatiuum, ſi nominatiuus in duas terminetur conſonantes, mutant e in i breuem, & aſſmunt um, ut hic Mars à Marte horum Martium, hic fons à fonte hox fontium, hæc frons à fronte hax frontium, hæc urbs ab urbe hax urbium, hæc arx ab arce hax arcium. Rariſſime tñ & hæc ſupradicta, ſicut illa quæ in i ſolam terminant ablatiuum, per ſyncopam i proferunt genitiuum pluralem. exceptis in ms, & ps definentibus, ſi nõ ſint à capite compoſita. hæc enim e ablatiui in um conuertentia, faciunt genitiuum pluralem, hæc hyems ab hac hyeme hax hyemum, princeps à principe principũ, municeps à municipe municipum, forceps à forcipe forcipum, manceps à mancipe mancipum. A capite em̃ compoſita, & duabus ſyllabis abundãt in genitiuo, & trium ſunt generum cõmunia. Itaq; & ablatiuum tam in e quàm in i & genitiuum pluralem rationabiliter in ium terminãt, hic & hæc & hoc triceps à tricipite uel tricipiti tricipitiũ, niſi ſyncopa fiat. Illa quoq; quæ pares habent ſyllabas, tam in gtõ quàm in nominatiuo, mutant e in i & aſſumũt um, ut hic collis ab hoc colle hox collium, hæc ædes huius ædis ab æde harũ ædium, hæc cædes huius cædis à cæde hax cædium. niſi etiam hæc per ſyncopam i proferant̃. Frequentius tamen iu es terminantia abſq; i inueniuntur, ut uatum pro uatium.
Virgilius in quarto: Multaq; præterea uatum prædicta priorum.
Cicero pro Seſtio: Veſtrarum ſedum templorumq; cauſa. menſum pro menſium, Ouid. in. viij. Metam. Et quos ſuſtinui bis menſum quinq; labores. Excipiũtur iuuenis à iuuene iuuenum, canis à cane canum, panis à pane panum: carent em̃ i penultima ſemper. In as quoq; latina mutant e ablatiui in i, & aſſumũt um, à ciuitate ciuitatium, à probitate probitatium. In his tñ frequenter ſolet fieri conciſio i in genitiuo plurali, à ciuitate ciuitatium & ciuitatum, à probitate probitatium & probitatum. Reperiuntur præterea abſq; i facientia genitiuum pluralem, quanuis ablatiuum & in e & in i proferant, in us & in il & in or triũ generũ, & in ex definentia, quando ſunt communis generis, ut hic & hæc & hoc uetus à uetere uel à ueteri ueterum.
Virgilius in quinto: Veterum non immemor ille parentum.
Vigil ab hoc & ab hac uigile uel uigili, horum & hax uigilum. Iuuenalis in quinto:

Præterea lateris uigili cum febre dolorem.

Virg. in nono: Interea uigilum excubijs obſidere portas.

Sunt tamen qui putauerunt uigilis ntm̃ quoq; similem genitiuo esse, usus tamen in il esse ostendit, ut Lucanus in.iiij. Tutelaq; ualli, Peruigil alterno paret custodia signo. Similiter memor à memore uel memori horum & harum memorum. Hora.in.ij.sermo. Nam quamuis memori referas mihi pectore cuncta. Raro tñ inuenitur in e terminans eius nominis abltūs, nec aliam causam esse existimo, ut supradictum est, nisi eam q̃ apud antiquos, hic & hæc memoris & hoc memore proferebatur. In quo testis est Caper antiquitatis doctissimus inquisitor. Ostendit enim Cæcilium in Epiclero sic protulisse:

Ita'ne Antipho inuentus profluuia fide,
Ita'ne est immemoris, ita'ne est madida memoria?

Nec mirum cum & hic celer & hic celeris, & hic concors & hic concordis protulisse inueniantur uetustissimi, multaq; alia in eundem modum. Virg.in.x. nec domini memorum proculcat equorum. Supplex ab hoc & ab hac supplice uel supplici, horum & harum supplicum. artifex ab hoc & ab hac artifice uel artifici, horum & harum artificum. Lucanus in.viij. Se simul & Romam Pompeio supplice mensus. Sallust. in Catil. Prono demisso uultu uoce supplici. Cicero pro Ligario: Et nos iacentes ante pedes supplicum uoce prohibetis. Virg.in.i. Artificumq; manus inter se, operumq; laborem. Puto tamẽ hæc etiam ab oratoribus differẽtiæ causa sic proferri per syncopam, quia supplicium & artificiũ neutra inueniunt singularia. hic & hæc parens qnando nomen est, duum est generum, & genitiuum pluralem absq; i facit, plerunq; horum parentũ. Virg.in.ij.æneí. Decora alta parentum. Quod autem etiam parentium non irrationabiliter dicit, ostendit accus pluralis in is etiam terminatus, qui proprius est in ium terminantis genitiui. Terent.in Heauton. Quod uolo aut peto parentis meos ut commonstres mihi. Cicero de supplicijs: Nauium præfectos sine ulla causa de complexu parentium suorum, hospitum tuorum ad mortem cruciatumq; rapuisti. Notandum etiam q̃ nomina semper pluralia, quæ in es desinunt, quæ ex se non habent singularia genitiuum in ium faciunt, ut hæ uires harum uirium, hi penates horum penatium. Inuenit tamen apud ueteres eius singulare, hic penatis huius penatis, hi quinquatres horum quinquatrium, hi & hæ tres horum & harum trium. Similiter hi & hæ plures & hæc plura uel pluria, horum & harum plurium. Cicero ad Heren.in.iij. Complurium negotiorũ. In is quoq; longam desinentia, ut lis à lite litium, samnis à samnite samnitium, dis à dite ditium, nox à nocte noctium. Vnde A. Gellius Noctium atticarum inscripsit. Cætera uero omnia ablatiuũ in e solam terminantia, mutant eam in um, & faciunt genitiuum pluralem, à poemate poematum, à Cicerone Ciceronum, à consule consulum, à titane titanum, à duce ducum, à patre patrum, à uirtute uirtutum, à capite capitum, ab alite alitum. Nam alituum per interpositionem addita u protulit Virgil.in.ix. Alituum pecudumq; genus sopor altus habebat. A boue quoq; bouum debet fieri: sed hoc nomen notandum est, in quo u consonantẽ assumunt obliq casus singulares, hiatus causa, abijciunt aũt eam, est qñ plurales.

Virgilius in.iij. Huc ubi delati portus intrauimus, ecce
Læta boum passim campis armenta uidemus.
Idem in.viij. Reddidit una boum uocem uastoq; sub antro.

Datiuus autem & ablatiuus eius nominis per syncopam semper mediæ proferunt syllabæ, bobus pro bouibus. Horatius in Epodo: Beatus ille qui procul negotijs Paterna rura bobus exercet suis. Nominatiuus uero pluralis & accusatiuus & uocatiuus, qui similes sunt, raro abijciunt u consonantis loco positam. Virg.in Bucol. Ille meas errare boues ut cernis, & ipsum, Ludere quæ uellem. Idem in.viij. discessu mugire boues. Idem in eodem: Abstractæq; boues abiuratæq; rapinæ.

De datiuo & ablatiuo plurali tertiæ declinationis.

DAtiuus & ablatiuus pluralis tertiæ declinationis, nascitur à singulari genitiuo, interiecta bu, ut huius hominis, his & ab his hominibus, huius exulis, his & ab his exulibus. huius numinis, his & ab his numinibus, huius disparis, his & ab his disparibus, huius felicis, his & ab his felicibus, toreuma toreumatis, his & ab his toreumatibus. In

huiuſcemodi tamen nominibus,id eſt neutris a finitis,quæ ſunt græca,frequenter inue nimus antiquos datiuum & ablatiuum plurales in is productam,proferentes contra re gulam tertiæ declinationis,quam ſeruant in cæteris caſibus ſupradictorum nominum. Vt Cicero frequenter in Verr.toreumatis dicit & peripetaſmatis,& emblematis. in li bro de ſignis:Nunc de peripetaſmatis quemadmodñ te expedias non habes. Idem in eo dem;Scaphia cum emblematis.Idem ad Heren.in.iiij.de oratiõibus aut poematis.quã uis neutro genere hoc ubiq; ille profert.Si enim ſicut Plautus & alij uetuſtiſſimi, fœmi ninum hoc protuliſſet,pares ſyllabas omni caſui ſeruaſſet,abſq; gtõ plurali ſecundñ ana logiam primæ declinationis.Eſt igit̃ magis apud Cice.& eos qui ſimiliter huiuſcemo di proferunt heteroclitum:uel (ut uidetur Celſo) à ntõ hoc peripetaſmatum, hoc em blematum.Excipit̃ etiam bobus(ut dixi)euphoniæ cauſa pro bouibus.Eſt enim geniti uus ſingularis bouis.Hora.in carmine ſeculari: Quiq; uos bobus ueneratur albis. Idem in.iij.carminum: ſol ubi montium, Mutaret umbras & iuga demeret Bobus fatigatis, amicum Tempus agens abeunte nocte. De accõ plurali tertiæ declinationis.

ACcuſatiuus pluralis tertiæ declinationis, ſimilis eſt ꝓprio ntõ ſicut & uocatiuus. In illis uero quæ genitiuum eiuſdem numeri in um finiunt,plerunq; per es lon gam profertur,hi latrones hos latrones,hi conſules hos conſules ò conſules,hi tubicines hos tubicines ò tubicines,hæ matres has matres ò matres,hi & hæ ſacerdotes hos & has ſacerdotes ò ſacerdotes.Inueniunt̃ tamen quædam in is ſolam productam terminantia hunc caſum græca,quæ etiam ntõ ſimiliter in is definunt,hæ ſardis has ſardis.Item al pis,ſyrtis,trallis,quæ apud Græcos in ſupradictis caſibus ⸗ diphthongum habent fina lem.Horat.in.i.epiſt. Smyrna quid &Colophon?quid Crœſi regia Sardis?Virg.in.x. In ſyrtis in ſaxa uolens uos Turnus adoro. Quorũ aũt in ium terminantium genitiuũ frequentius in is, & quor̃ rarius exeat accũs in es, ut potero breuiter colligam.

Omnium quæ tam ntm̃ quàm genitiuum ſimilem habẽt,eorum accũs raro in es, fre quenter in is ſolet terminari,ut hic & hæc omnis,huius omnis,hos & has omnis. Sallu ſtius in Catil.Omnis homines qui ſeſe ſtudent.Teren.in And.Omnis nos gaudere.Vir gilius in.iij.georg.Et pinguis unguine ceras.Idem in.iiij.georg. aquas dulcis & fron dea ſemper.Tecta petunt. Idem in.i.æneidos.hic feſſas non uincula nauis Vlla tenent. Idem in.v.Quoq; magis feſſas optem dimittere nauis.Idem in eodem:Muneraq; in na uis ternos aptare iuuencos. Similiter faciunt accm̃ eiuſdem formæ ſemper pluralia,ut hi manes horum manium,hos manes uel manis.Virg.in.iiij.æneid.Id cinerem aut ma nis credis curare ſepultos?Tres trium,hos & has tres uel tris. Idem in.iij.æneidos.Tris adeo incertos cæca caligine ſoles,Erramus pelago. In er quoq; definentia quæ in i ter minant ablatiuum,ſimiliter faciunt accm̃ pluralem plerunq; per is, raro per es,ut acer ab acri,hos & has acris.Virg.in.xi. metuensq; moneret,Acris eſſe uiros.Similiter ſalu ber ſalubris à ſalubri,ſalubres uel ſalubris.Virg.in.xij. ſparſitq; ſalubris,Ambroſiæ ſuc cos & odoriferam panaceam. Imber ab imbri,hos imbres uel imbris.Idem in.ix.Cum fremit ad caulas uentos perpeſſus & imbris.December (quod proprium eſt) à decem bri,hos decembres uel decembris.Horat.in.i.epiſtolarum:Me quater undenos ſciat im pleuiſſe decembris.Similiter celer uel celeris à celeri. Virg.in.iij.æneid. Celeriq; fuga ſub ſidera lapſæ,Semeſam prædam & ueſtigia fœda relinquunt.Idem in.v.Agmine re morum celeri uentisq; uocatis. Hos & has celeres uel celeris, qd̃eſt frequentius. Idem in.iij.Et celeris defer mea dicta per auras. Similiter faciunt accm̃ in ns uel rs terminã tia,ut hic fons,hos fontes uel fontis, hic & hæc & hoc iners, hos & has inertes uel iner tis,hæc pars,has partes uel partis.Virg.in.ij.georg.Aggredior ſanctos auſus recludere fontis.Teren.in Heaut. Parentis patriam incolumem,amicos,genus,cognatos diuitias. Virg.in ſexto:Hic locus eſt partis ubi ſe uia findit in ambas. Idem in.ij. penitusq; cauer nas,Ingentis,uterumq; armato milite complent.Idem in.iiij.Mactant lectas de more bi dentis.Alia autem(quamuis gtm̃ pluralem in ium definentia)raro inuenies,& in pau

cis is finientia accusatiuum,ut in as exeuntia ntō, ciuitas ciuitatium, has ciuitates ferē ubiq; legimus. In x terminantia trium generum cōmunia,quāuis in paucissimis genitiuum pluralem absq; i penultima proferant(difficile enim inuenies audacum pro audacium,uel felicum pro felicium.Supplicum autem magis differentiæ causa,ut supra dictum est,proferur:ne si supplicium dicas,aliud significare uidearis. quō artificum,p artificium,& iudicum pro iudicium.Cicero de fignis:Didici etiam dum ministrū inquiro artificum nomina. Virg.in primo ænei. Artificumq; manus inter se operumq; laborem,(tamen accusatiuum plerunq; per es efferunt. Lucanus in primo:

Et qui tauriferis ubi se Meuania campis
Explicat audaces ruere in certamina turma. Raro per is. Virg. in. iiij. geor. deinde tenacis Suspendunt ceras. Plurium(quod solum in us terminans talem habuit genitiuum pluralem)tam in es quàm in is finit accm. Virg. in primo georg.

Seu plures calor ille uias & cæca relaxat
Spiramenta nouas ueniat qua succus in herbas.

Teren.in Phorm. Ego te compluris aduersum ingenium meum,menses tuli.
Hora.in.i.episto. Cum tibi sol tepidus pluris admouerit auras.
Cicero pro Cornel.primo: Quæ intermissa compluris annos. Harum litium has lites uel litis.Cicero in Frumentaria:Sedasti etiam litis illorum.

De nominatiuo quartæ declinationis.

QVarta declinatio terminationes in ntō habet duas,in ŭs correptam & in u. In us masculinorū & fœmininorū tantummodo latinorum, ut hic senatus huius senatus, hæc manus huius manus. In u neutrorū, quæ indeclinabilia sunt in singulari numero, ut hoc genu huius genu,hoc cornu huius cornu. In quibus quamuis quibusdam artium scriptoribus uideatur temporum esse differentia,(dicunt enim ntm quidem & accm & uocatiuum corripi,reliquos uero produci,) ego tamen in usu pariter in omnibus produci inuenio casibus hæc nomina,nec irrationabiliter.Omnis enim in quacūq; parte terminatio in u desinens,producitur,ut fluctū,panthū,tū,diū. Ouidius in.viij.metamor. dextroq; à poplite læuum, Pressa genu digitis inter se pectine iunctis. Ecce enim hic accūs est,sine dubio,& producit.Apud Virg.quoq; in.i.æne.Nuda genu nodoq; sinus collecta fluentis. Quō enim sinus collecta accm iunxit ntō,sic etiam nuda genu.

De genitiuo singulari quartæ declinationis.

GENITIVVS igitur in us desinentium,fit producta ūs,ut huius senatus,huius manus.Vetustissimi tamen inueniunt eorū nominum etiam in uis diuisas proferentes genitiuum. Terentius in Heautont.

Texentem telam studiose ipsam offendimus,
Mediocriter uestitam uestę lugubri,
Eius anuis causa opinor, quæ erat mortua.

De datiuo.

DATIVVS singularis eiusdem declinationis fit à gtō,abiecta s & addita i, sed corripitur penultima,ut huic senatui,huic manui. Est tamen qñ poetæ metri causa pro eo, ablatiuo utunt. Virg.in.i.ænei. Parce metu Cytherea, manent immota tuorum Fata tibi.pro metui. Idem in.iiij.georg. Nanq; aliæ uictu inuigilant.pro uictui,In eodem: Concubitu indulgent.pro concubitui.

De accusatiuo singulari quartæ declinationis.

ACCVSATIVVS quartæ decli.à ntō fit mutata s in m hūc senatū,hanc manū.

De uocatiuo singulari quartæ declinationis.

VOCATIVVS similis est ntō,ut hic senatus,hæc manus,ō senatus,ō manus.

De ablatiuo singulari quartæ declinationis.

ABLATIVVS fit à gtō,abiecta s, producit enim u, ab hoc senatu,ab hac manu.

De nominatiuo,accusatiuo,& uocatiuo plurali quartæ declinationis.

NOMINATIVVS & accusatiuus & uocatiuus pluralis in hac declinatione, si-

milis est genitiuo singulari,ut hi & hos & ò senatus, hæ & has & ò manus. hæ idus harum iduum,semper plurale est,ut omnium festorum nomina.

De genitiuo plurali quartæ declinationis.

GENITIVVS pluralis à ntō fit singulari,abiecta s & assumpta um. Corripit enim u in utraq; syllaba,quō & ntūs,horum senatuum,harum manuum.Et oportet scire,q; in hac declinatione omnes casus pares habent syllabas ntō singulari, exceptis datiuo singulari & genitiuo & datiuo uel ablatiuo pluralibus, qui una superant syllaba.qđ habebat etiam gtūs singularis,cum apud uetustissimos in uis diuisas desinebat. Inuenit tamen, sed raro,apud poetas gtūs pluralis in hac quoq; declinatione per syncopam platus. Virgilius in.vi.quæ gratia currum Armorumq; fuit uiuis. Quāuis etiam geminata u posset neutrum per synalœpham stare, cum sequens uersus à uocali incipiat,necnon etiam iunctis duabus uocalibus,prior potest in metro excludi,ut ferreiq; Eumenidū thalami.

De datiuo.

DATIVVS & ablatiuus pluralis quartæ declinationis,fit à ntō singulari,mutata u in i, & interposita bu, ut hic senatus,his & ab his senatibus, hæc manus,his & ab his manibus.Est autem qñ differentiæ causa seruat u, ut artus artubus,arcus arcubus,partus partubus. Artibus enim & partibus & arcibus,ab arte,parte, arce nascunt, quæ sunt tertiæ declinatiōis,cuius datiuus & ablatiuus pluralis penultimam aliam,nisi ĭ correptam habere non potest.unde excipit his & ab his bubus.In hac uero,id est quarta, in quibusdā inueniunt ueteres per supradictos casus plurales,quamuis nulla cogente causa differentiæ u penultimam pro i ponentes,ut portubus,specubus,tribubus,lacubus.Ouí.in.iĵ. Fastorum: Præmia de lacubus pxima musta tuis. Neutrorum uero singularia, quæ indeclinabilia esse supra diximus,corripientia u assumentiaq; a, faciunt ntñ & accñ & uocatiuū plurales,cornu cornua,genu genua.Genitiuus uero & datiuus uel abltūs ad similitudinē fit tā masculini q̄ fœminini,cornuū gtūs,his & ab his cornib.dtūs & abltūs.

De nominatiuo singulari quintæ declinationis.

QVinta declinatio terminationem habet nominatiui unam in ēs ,ductam, & sunt omnia fœminini generis & latina. excipit unum,dies, quod in singulari numero tam masculini q̄ fœminini generis inuenit,ut Lucanus in.iĵ. proh fata quis ille,Quis fuit ille dies.Virg.in.iiĵ.ænei.Ille dies primus leti primusq; malorum Causa fuit. Idem in.iĵ.Venit summa dies & ineluctabile tēpus Dardaniæ.In plurali uero masculini semper inuenitur,hi dies sicut etiam ab eo compositū semper masculini generis est,hic meridies.Teren.in Adelph. Præterea meridie ipso faciam ut stipulam colligat.

De genitiuo & datiuo singulari quintæ declinationis.

GENITIVVS & Datiuus eius declinationis sunt similes:fiunt enim extrema s nominatiui abiecta,& assumpta i,ut hic dies huius diei huic diei,hæc facies huius faciei huic faciei:& seruāt quidem ,ductionem nominatiui si i habeant penultimam, ut acies aciei, rabies rabiei.Sin aūt consonantem habeant ante s, corripit e tam in gtō quàm in datiuo,ut hæc fides huius & huic fidei,res rei,spes spei,plebes plebei.Veteres tñ frequentissime inueniunt similem abltō protulisse in hac declinatione,tam genitiuum q̄ datiuum, ut Sallustius in histor.primo:Dubitauit acie pars,pro aciei. Virg.in.i.geor.Libra die somniq; pares ubi fecerit horas.die pro diei.Ouidius quoq; in.iĵ.metamor.fide pro fidei posuit:Prima fide uocisq; rate tentamina sumpsit. Idem in sexto: Vt q; fide pignus dextras utriusque poposcit.

De accō singulari quintæ declinationis.

ACCVSATIVVS à ntō fit,mutata s in m,& necessario correpta ĕ: nunquam enim ante m terminalem,longa inuenitur uocalis, ut hunc meridiem,hanc rem.

De uocatiuo singulari quintæ declinationis.

VOCATIVVS similis est nominatiuo,ut hic meridies ò meridies.

De ablatiuo singulari quintæ declinationis.

ABLATIVVS quoq; fit à ntō, abiecta s, ut hic meridies ab hoc meridie, hæc acies ab hac acie,Inueniunt tamen huiuscemodi ablatiuo ueteres etiam pro genitiuo usi,ut Vir

gilius in .i. georg. Libra die somniq; pares ubi fecerit horas. die posuit pro diei. Sallusti us quoq; in histor. lib. i. Dubitauit acie pars. pro aciei. Idem in primo: At inde nulla mu nitionis aut requie mora processit ad oppidum. requie pro requiei. Quidam tamen an tiquissimorum etiam similem ntō genitiuum protulerunt, eius declinationis.

De nominatiuo, accusatiuo, & uocatiuo pluralibus quintæ declinationis.

NOMINATIVVS pluralis & accusatiuus & uocatiuus similis est nominatiuo singulari, ut hæc res, hæ & has res & ò res. De gtō plurali quintæ declinationis.

GENITIVVS pluralis fit, addita ablatiuo singulari rum, ut ab hac re, harum rerum, à die dierum: qui tamen in alijs ferè omnibus usu apud plerosq; deficit. Itaq; Cicero hoc approbat in topicis, dicens: In diuisione uero sunt formæ, quas Græci ἰδέας uocant, nostri si qui hæc forte tractant, species appellant, non pessime id quidem, sed inutiliter ad mutandos casus in dicēdo. nolim enim (ne si latine quidem dici possit) specierum & speciebus dicere, & sæpe his casibus utendum est: At formarum & formis uelim. Inueniuntur tñ uetustissimi secundum analogiam hoc usi casu. Cato Censorius in oratione quam scripsit, uti præda in publicum referatur: Miror audere atq; religionem non tenere, statuas deorum, exempla earum facierum, signa domi pro supellectile statuere.

De datiuo & ablatiuo pluralibus quintæ declinationis.

DATIVVS quoq; & Ablatiuus plurales ab ablatiuo fiunt singulari, adiecta bus, ab hac re, die, his & ab his rebus, diebus. Sicut autem genitiui, sic & datiui plurales in alijs nominibus eiusdem declinationis deficiunt apud pleroſq;.

PRISCIANI GRAMMATICI CAESARIENSIS LIBER VIII.

De uerbo.

VERBVM est pars orationis cum temporibus & modis sine casu, agendi uel patiendi significatiuum. Hac enim diffinitione omnia tam finita quàm infinita uerba comprehendunt. Et neutra enim quæ dicunt absoluta & deponentia, omnimodo naturaliter uel in actu sunt uel in passione. Verbum autem quamuis à uerberatu aeris dicatur, quod commune accidens est omnibus partibus orationis, tamen præcipue in hac dictione quasi proprium eius accipit. qua frequentius utimur in omni oratione. Licet tñ pro omnibus dictionibus dicere uerba, frequentiq; usu hoc approbatur: Necnon etiam nomina, sed raro, ut Virg. in. iij. æneid. folijsq; notas & nomina mandat. Terē. in Adel. Verbum de uerbo expressum extulit. Idem in Andr. Bona uerba quæso. Verbo accidūt octo: significatio siue genus, tempus, modus, species, figura, coniugatio, & psona cum numero, qñ affectus animi definit. Sciendum autem quædam uerba inueniri defectiua, quorundam supradictorum accidentium, & hoc uel naturæ necessitate fieri, uel fortunæ casu. Ergo naturæ necessitas bipartita est: in significationem & in cōmoditatem, id est in consonantiam elementorum. Sunt enim quædam nec solum in uerbis, sed etiam in alijs partibus orationis, quæ significationis causa dici non debent: ut si uelimus masculinum dicere ab eo quod est nupta, nuptus: uel à puerpera, puerperus, oppugnat ipsa rerum natura propter significationem, quæ solis accidit fœmininis, nisi figura uel autoritas interceda: Figura, ut si dicam, Bonus animus uxoris mihi nuptus est, pro bonum animñ habens uxor mihi nupta est: Autoritas, ut Plautus in Cassina: Libet etiamnum quid agat scire nouum nuptum, pro maritum. Necnon etiam in pronominibus, quæ sunt tertiæ psonæ, primitiuis, si uelimus uocatiuum proferre casum, qui non potest nisi secundæ accidere personæ, hæc eadem naturalis necessitas uetat. Præterea sui sibi se à se, ntm hoc prò nomen habere non potest. Ideo quia quoties hoc pronomen ponit, ostendit tertiam psonam, uel ipsam & agere simul, & pati à se, ut pœnitet illum sui, inuidet sibi, accusat se,

uel ipſam agere & aliam extrinſecus in eam, ut, rogat ut ſui cauſa facias, petit ut ſibi concedas, precatur ut ſe cuſtodias. Quod cum fit, id eſt qñ eadem perſona agit & patiť, uel à ſe uel ab alia, nõ indiget nominatiuo caſu, ſed eo tantum cui ſolet adiungi uerbum qđ actum ſignificat, id eſt gtõ uel datiuo uel accõ uel ablatiuo, quos & habet hoc pnomen. Ipſum enim uerbum agentis perſonæ ntm̃ in ſe habet. Si enim dicam, rogat te, ut ad ſe uenias, ſine dubio intelligis, in eo, quod dixi, rogat, ſimul & ille qui eſt ntīs. hæc eadẽ ratio naturalis, & in interrogatiuis, & in infinitiuis nominib. quæ tertiæ ſine dubio ſunt pſonæ, & maxime ſolent iungi perſonæ abſenti, uel quaſi abſenti, ut quis, qualis, quantus, & ſimilibus uocatiuum eſſe prohibet, quia uocatiuus ad aliquam finitam fit & præſentẽ perſonam, ad quam oratio dirigitur, id eſt ad ſecundam. Incommoditate uero uel incõſonantia, quam Græci ἀσυμφωνίαν uocant, deficiunt quædam, ut ſi uelimus ab eo qđ eſt curſor & riſor, fœminina facere, ſecundum analogiam mutatione or in rix abſonum fit & incongruum naturæ literarum. unde Cicero uolens ab eo quod eſt expulſor proferre fœmininum, mutauit s in t, & expultrix dixit Tuſculanarum. v. O uitæ philoſophia dux, ò uirtutis indagatrix, expultrixq; uitiorum. In eodem: Regiæ uirgines, ut tonſtriculæ, tondebant barbam, & capillum patris. ab eo quod eſt tonſor tonſtrix fecit fœmininum, addita t, & ex eo diminutiuum tonſtricula. quomodo à nutrix nutricula. & ca per naturam. Per fortunam quoq; duobus modis prohibemur quædam proferre, uel q; inuſitata ſunt, uel q; inconcinna & turpia, uel aſpera prolatu uideñ eſſe. Inuſitata ſunt, quibus non inueniunť uſi autores, quamuis proportione poteſtatem faciente dicẽdi, ut faux, prex, caus, ditio, for, dor. Poſitiuum faris debet eſſe for, paſſiuum do debet eſſe dor. Ea enim quamuis ratione regulæ bene dicantur, tamen quia in uſu autorum non inueniunť, recuſamus dicere. Inconcinna uero uel turpia uel aſpera prolatu uideñ eſſe, ut metuturus, uel metuiturus, nutritrix: quod quamuis ſecundum analogiam debuiſſet dici (in tor enim terminantia maſculina, quæ ex uerbis naſcunť, mutant tor in trix, & faciunt fœminina, ut doctor doctrix, uictor uictrix. cum igitur maſculinum ſit nutritor, ex eo ſecundum analogiam naſcebať nutritrix) euphoniæ tamen cauſa cõciſio facta eſt mediæ ſyllabæ, ſicut bobus pro bouibus. Necnon etiam in contextu diuerſarum dictionum hoc ſolet fieri, ut, cum nobis, turpe eſt, itaq; nobiſcũ præpoſtere profertur. Vnus ergo ex his plerunq; quatuor modis inueniť, qui facit tam uerba quàm alias partes orationis eſſe defectiuas. Differentiæ quoq; cauſa multa ſolent uel taceri, uel contra regulam proferri, ut fas genitiuũ non habet. nam ſiue fatis, ſiue faris, ſiue faſſis dicamus, aliud ſignificare poteſt. coniunx coniungis ſecundum analogiam debuit proferri, ſed ne uerbum putet coniungo coniungis, abſq; n profertur coniugis. Similiter accentus, ponè, ergò, differentiæ cauſa in fine poniť. Venus ueneris, cum omnia in ũs correpta propria, ſecundæ ſint declinationis, ſolum tertiæ inueniť, ne ſi ueni dicamus uerbum eſſe putetur. Far farris ſolum in r deſinens, geminauit r, ne ſi faris dicamus aliud mõſtret. Similiter repugnantibus regulis, ſolent quædam taceri, ut ador, genitiuus in uſu frequẽti non inueniť, quia duæ contrariæ in eo pugnant regulæ. cum enim ſit neutrum, debet penultima o genitiui corripi, ut æquor æquoris, marmor marmoris. ſed cũ habeat uerbum adoro penultimam ꝓducens, debet ꝓduci ador adoris. unde & deriuatiuum eius adorea, ō producit, cum marmorea, æquorea, ŏ corripiant. ergo repugnantibus regulis, manſit ador in frequenti uſu indeclinabile. In uerbis quoq; cum omnia in neo deſinentia ſecundæ coniugationis, in ui faciunt præteritum perfectum, ut teneo tenui, moneo monui, differentiæ cauſa maneo manſi facit, ne manui, datiuus manus, eſſe putetur. & neo neui, ne ſi nui diceremus, à nuo eſſe uideať. Audeo auſus ſum, quia hauſi ab haurio fit, quamuis huic aſpiretur. fac, dic, duc, fer, magis placuit ꝓ apocopam proferri, differentiæ cauſa, ne ſi face, dice, duce, fere, diceremus, aliud ſignificare putaretur. quamuis hoc non in omnibus conſimilibus uel uniuocis ſoleat fieri. Singula igitur accidẽtia uerbis differentes, quæ in quibuſq; deficiant, prout animo occurret, oſtendemus.

De significationibus uel generibus uerborum.

SIgnificatio uel genus, quod Græci διάθεσιν uocant, uerbi, in actu est proprie, ut dictum est, uel in passione. & omnia uerba perfectam habentia declinationē & æqualem, uel in o desinunt, uel in or. Et in o quidem terminantia duas species habent, actiuam & neutralem. Et actiua quidem species semper actum significat, & facit ex se passiuum absq; duobus uerbis, metuo & metuor, timeo & timeor. Hæc enim contrarias uocibus uidentur habere significationes: quamuis & ad sensus pertinentia uerba, si quis altius consideret, in actiuis uocibus passionem, & in passiuis actionem fieri inueniat, ut audio te, uideo te, tango te. ostendo enim aliquid me pati in ipso actu. Cum enim dico, audio te, ostendo quod uocis tuæ actum patiuntur aures meæ. & è contrario, audior à te, dico ꝙ uox mea agit aliquid in aures tuas. Sed tamen quia nobis agentibus, id est, sentiētibus & aliquid facientib. & oculi uident & aures audiunt, & tactus corpori euenit, non irrationabiliter actiuorum & uocem & constructionem habuerunt. Neutra uero appellauerunt quæ in o desinentia sicut actiua non faciunt ex se passiua, quamuis habeant uarias significationes, de qbus post docebimus. In or uero terminantia tres species habēt: Passiuam, quæ ex actiuis nascit, & semp passionem significat, exceptis supradictis: Communem, quæ una terminatiōe tam actionem q̄ passionem significat: Deponentem, quæ cum similem habeat communibus positionem in or desinendi, tñ deponens uocat quasi simplex & absoluta, quæ per se ponit: uel quæ deponit alteram significationē, & unam per se tenet. quō positiuus gradus dicit, qui absolutus per se ponitur non egens alterius coniunctione. hæc quoq; tñ species, id est deponens, quō naturalis diuersas habet significationes, de quibus latius in sequentib. tractabimus. Actiua igit & passiua & cōmunia certam & præfinitam habent significationem: Neutra uero & deponētia uariam. Hæc autem uerba proprie actiua uel recta uocant, quæ in o desinentia, & assumpta r faciētia ex se passiua, confestim cum dicunt, possunt transire in quem fit actus. & coniungūtur uel genitiuo uel datiuo uel accō casui, ut abstineo irarum. Horatius carminū lib. iiij. Mox ubi lusit satis abstineto irarū dixit, impero tibi, maledico tibi, inuideo tibi, oro te, amo te, accuso te. hæc enim faciunt ex se passiua, quæ ablatiuo casui cum præpositiōe ab uel à solent iungi, ut abstineor à te, imperor à te, maledicor à te, inuideor à te, oror à te, amor à te, accusor à te. Possunt tñ passiua datiuo etiam adiungi, ut seruor tibi: & est quærendum cur actiua ablatiuo per se non adiungunt? & puto ꝙ ille casus proprius est passiuorum. Ideo autem dixi per se, quia cum alio casu sociata iungunt, ut uideo solem oculis, prohibeo filium turpitudine. Accusatiuo quoq; inueniuntur passiua coniungi, sed figurate, ut abscinditur manum, frangitur pedem, sanatur oculum, rumpit aurem. Virg. in. v. ænei. intentaq; brachia remis Intenti, expectant signum. Idem in. ij. Miseros morsu depascitur artus. Idem in. iij. geor. Pascuntur uero syluas & summa Lycæi. Quæ uero in o desinentia, nihil ex his quæ propria esse actiuorum docuimus habent, neutra proprie uocantur uel absoluta, ut est uiuo, diteſco, feruēo, sedeo. hæc enim non egent suprà dictis casibus ad complendam sententiam. unde iuste passiuis quoq; carent. Inueniuntur tamen etiam quædam uerba, quæ quamuis actiuam habeant significationem, passiuam tamen non habent, quia nec in homines eorum actus transit, nec semper egent supradictis casibus necessario, ut prandeo, cœno, curro, ambulo. Eorum enim prolatione transgressionem fieri non est necesse ad aliquod rōnabile animal, quæ est sola causa ob quam nascuntur uerba passiua in prima & secunda persona. Hæ enim de se uel ad se loquunt, quod est suum animantium, quibus natura sermonem dedit. In tertia uero persona sæpe passiuum solet inueniri etiam ex huiusce modi uerbis, sed ad muta & carentia anima pertinens, dicimus enim conditur holus, aratur terra, inseritur arbor, curritur spatium. Vnde Terentius in Adel. Decurso iam spatio. Bibitur uinum. Iuuena. in. iij. sed nulla aconita bibuntur Fictilibus. Potatur flumen. In eodem: epotaq; flumina Medo, Prandente. Mendicatur panis. Idem in eodem: Et mendicatus uicta Carthagine panis. cū eorum primas personas natura prohibeat proprie dicere, Quis em̄ dicit aror, inferor, cur?

ror,niſi poetica conformatio,id eſt προσωποποιία inducatur? Ergo ppríe illa poſſunt habere primam & ſecundam paſſiuoꝝ perſonam,in quibus etiam fateri poſſunt eædem perſonæ quod in ſe fit,ut eſt,amo te, conſequitur ut ille ad quem dixi confitendo id qđ à me audiuit dicat,amor à te.Latius igitur tractemus de his quæ uidentur contra uocis formam ſignificare,quod non ſolum in uerbis,ſed in alijs etiam partibus orationis inuenitur,ut ſi dicamus Athenæ,Thebæ,uoce pluralia ſunt,ſignificatione ſingularia:& contrà, plebs, populus, concio, uoce ſingularia, ſignificatione pluralia.uel Philotium,Sophronium,Glycerium,Dorcium,uoce neutralia,ſignificatione fœminina.multa quoq; alia huiuſcemodi inueniuntur.In uerbis etiam ſunt quædam uoce actiua,quæ ex ſe paſſiua non faciunt,quæ generali nomine neutralia uocantur,quamuis diuerſas habeant ſignificationes.Ex his enim quædam uim habent actiuam,ut eſt facio te,calefacio te.quãuis facitur quoq; à facio pro fit protulerũt autores.Varro in Cynico: Si mehercule purgant,& deorum cura non ſatisfacitur reipub.Titinnius in quinto:conſilium bonum gratia paruifaciatur. Faceſſitur quoq; Cicero pro Cluentio: Sed hoc polliceor omnibus ſi cui forte hac lege negotium faceſſitur.Bene igitur in pleriſque compoſitis actiuum eſt, perficio & perficior, conficio & conficior,afficio & afficior,efficio & efficior. Sic penè omnia quæ cum præpoſitionibus componuntur.Nam calefacio,tepefacio, & ſimilia,calefio & tepefio loco paſſiuorum habent.Fitur etiam pro fit dicebant. M.Cato Cenſorius in Q.Thermum:Poſtquam diutius fitur. Idem de L.Veturio: Græco ritu fiebantur Saturnalia. Similiter actiuam ſignificationem habent,officio tibi,noceo tibi. Quædam uero ex eiſdem neutralibus paſſiuam,ut uapulo à te,fio à te, exulo à te,ueneo à te, nubo tibi,quamuis antiquiſſimi etiam actiua ſignificatione,nubo te dicebant. Vnde Plaut.in Caſſina: Lubet Chalinum quid agat ſcire nouum nuptũ.Quædam neutra ſunt,quæ nec nos in alium extrinſecus,nec alium in nos aliquid agere ſignificant,ut eſt,ſpiro,uiuo,ambulo,pergo.quæ nec egent aliqua coniunctione caſus,cum abſolutam & plenam per ſe prolata ſententiam monſtrent,& proprie neutra uocantur,ſicut ſupra dictum eſt. Sunt alia in hac forma,id eſt in uerbis quæ in o deſinentia,non faciunt ex ſe paſſiua,quæ quãuis actiuam habeant ſignificationem, tamen uel ad muta animalia, uel ad carẽtia anima coniungunt,ſicut ſupra dictum eſt,ut eſt pcurro forum,prandeo piſcem,cœno ouum. Quæ eſt quando inueniuntur tertiam paſſiuorum habentia perſonam, nec irrationabiliter,ut antè oſtendimus.Curritur enim ſpatium bene dicimus. Vnde Terentius in Adel. Decurſo iam ſpatio,dixit.Sunt in hac forma quædam quæ paſſiuam uidentur habere ſignificationem,ſed quæ non extrinſecus fit,quam Græci αὐτοπάθειαν uel ἰδιοπάθειαν uocant, id eſt quæ ex ſe in ſe ipſa fit intrinſecus paſſio,ut rubeo, ferueo, caleo, tepeo, marceo,ægroto,titubo,uacillo. Itaq; huiuſcemodi uerba,non egent caſu, quamuis hæc quoq; autores inueniantur more actiuo uel paſſiuo diuerſis caſibus adiungentes, ſed figurate. Virg.in Bucolicis: ardebat Alexim.pro amabat. Sunt alia uerba quæ quamuis non ab actiuis proficiſcentia,tamen paſſiuam ſemper habent formam, & ex his quædam eadem uoce utrunq; ſignificant,id eſt, & actionem & paſſionem,ut oſculor te, & oſculor à te,criminor te,& criminor à te.hæc communia nominamus. Alia uero quæ ſimiliter eandem in or terminationem habentia,nec ab actiuis nata,unam duntaxat habent ſignificationem,ſed non omnia eandem:hæc deponentia nominamus,cum quædam actiuam uim poſſident,ut conſpicor te,ſequor te,præſtolor te & tibi.Teren.in eunu.Quem præſtolare Parmeno? Cicero in primo inuectiuaꝝ: Qui tibi ad forum Aurelium præſtolarentur.inſidior tibi.Ex his multa antiqui tam paſſiua quàm actiua ſignificatione protuliſſe inueniuntur, & maxime ea quæ apud Græcos actiuam uim habent & paſſiuam, ut eſt auxilior te,& auxilior à te.Similiter adminiculor,adulor,auguror,adhortor,adipiſcor,abominor,cõſequor,amplector,adorior,abutor,miror,anteſtor,execror,machinor,polliceor,conſector,conteſtor,dignor,deteſtor,aggredior,aſpernor,architector,aſſector,argumentor,reor, uereor,ſolor,arbitror,blandior,conſolor,conſpicor,comminiſcor,complector,calumnior,carnificor,deſpicor,demolior,dominor,depeculor, dilar-

gior,ementior,exordior,experior,fruſtror, hortor, for faris fatur,meditor, obliuiſcor, metor,morigeror,aſſequor,queror.Hæc pleriq; deponentia eſſe confirmant, ideo quia frequens uſus eorum ſignificationis eſt actiuæ.Communia uero eſſe defendit,tum natura ipſius ſenſus,tum ueterum non improbanda autoritas:à qua quæ potuimus à diuerſis colligere libris exempla proferamus. Lucilius, à me auxiliatus ſi eſt paſſiue βοηθηθείς. Caſſius ſimiliter,Adulatiq; erant ab inimicis,& adhortati.adulati κολακευθέντες, adhortati προτραπέντες. Varro:Tribunitio auxilio adminiculati βοηθηθέντες. Lucius Cæſar,certe quæ res augurantur, οἰωνοσκοπεῖται. Cuius actiuum Virg.in.vii. ſi quid ueri mens augurat opto. Cicero tamen Verrinarum.iii.Ex nomine iſtius quid iſte in prouincia facturus eſſet,perridicule homines augurabantur. C. Fannius, hæc adipiſcunt ἐπιτυγχάνουσι. Fabius Maximus:Amitti magis quàm adipiſci,paſſiue omnia ſunt prolata. Verrius:Sæuitiaq; eorum abominaretur ab omnibus,paſſiue dixit.Orbilius: Quæ uix ab hominibus conſequi poſſunt ἀνύεσθαι. Petronius:Animam noſtro amplexã in pectore περιπλεχθεῖσαν. Lucilius:Quin amplexetur qui uelit,ego non ſinam me amplectier, amplexetur περιπλεκέσθω. Cicero pro Roſcio:Quo uno maleficio ſcelera omnia complexa eſſe uideantur. Aurelius,ab his Gallos adortos,ex inſidijs plurimos necatos, adortos ἐφορθωθέντας. Q.Hortenſius, abuſis iam omnibus locis, abuſis καταχρηθέντων. Varro,uti le utamur potius quàm ab rege abutamur. Canutius:Turpe eſt propter uenuſtatem uestimentorum admirari,& propter turpiſſime uitam actam contemni, admirari θαυμάζεσθαι. Cice.pro Muræna:Publicis literis teſtata ſunt omnia,teſtata paſſiue μαρτυρηθέντα. Liuius: Impubes, libripens eſſe non poteſt, neq; anteſtari, προδιαμαρτυρηθῆναι. Cato in quarto originum:Exules duo lege publica execrati paſſiue, καταραθέντες. Salluſtius in ſecundo hiſtoriarum:At Lucullum regis cura machinata fames breui fatigabat,machinata paſſiue dixit. Metellus Numidicus in oratione qua apud populum C. Manlio tribuno plebis reſpondit:Nam ut alijs plerunq; obuenienti magiſtratu ob metum ſtatuæ polliceantur,paſſiue, ἐπαγγέλλωνται. Reor quoq;, queror & ſolor in ſignificatione paſſiua inueniuntur.Cicero ad nepotem,hoc reſtiterat etiam,ut à te fictis aggrederer donis, aggrederer paſſiue dixit, ἐνεχθῆναι. In eodem: Qui habet ultro appetitur,qui eſt pauper aſpernatur, paſſiue ἀτιμασθήσεται. Nepos, ædis Martis eſt in circo Flaminio architectata ab Hermodoro Salaminio,architectata paſſiue poſuit ἀρχιτεκτονηθεῖσαν. Ennius,Aſſectari ſe omnes cupiunt, aſſectari paſſiue, ἀκολουθεῖσθαι. Alpheus Phyſiologus Themiſtocles,cum à formoſo aſſectaretur, paſſiue ἀκολουθοῖτο. Aufuſtius: Omnia argumenta nomina,paſſiuum argumentata,πισωθέντα. Cæcilius ex ſcriptis eorum qui ueri arbitrantur,paſſiue ὑπολαμβάνονται. Verrius: Blanditusq; labor molli curabitur arte, blanditus paſſiue κολακευθείς. Aſinius Pollio:Sed cum ob ea quæ ſperaueram dolebam,conſolabar ob ea quæ timui.conſolabar paſſiue protulit.Varro:Paupertas eñ hæc tum non ita nutricata,ut nunc conſpicatur, θεωρεῖται paſſiue dixit. Appius Cæcus:Amicum cum uides,obliuiſcere miſerias,inimicus ſi es commentus nec libens æque commentus cæco πεπλασμένος. Varro: Veſtales inceſti compertas anſa petuntur incognita, conſecuta negliguntur.conſecuta pro impetrata paſſiue ait. Lauerius: Vxorem tuam & meam nouercam à populo lapidibus conſectari uideo.conſectari paſſiue poſuit διώκεσθαι. P.Aufidius:Si quis alio uocitatur nomine tum cum his conteſtatur atq; olim uocitabatur.conteſtatur paſſiue poſuit συμμαρτυρῆται. Cicero: Cupio eum tam inuidioſa fortuna complecti, paſſiue. Stauerius de proportione, non eſſe poſitiones regulæ, à quibus interdum analogia calumniatur συκοφαντῆται. Siſenna: Vitam cum dolore & inſigni cruciatu carnificatus amiſit.carnificatus βασανισθείς. Cicero in œconomico:homo ex eo numero hominum,qui apud nos hoc nomine dignantur,paſſiue, ἀξιοῦνται. Horatius in primo carminum: Bella q; matribus deteſtata. Q. Pompeius: Me miſerum quem mille fœminæ deſpicari auſæ ſunt. deſpicor commune accipiebant. Curio pater: Nuſquam demolitur,nuſquam exoneratur pecunia.demolitur paſſiue dixit,Terentius in Phorm.

Meditata mihi ſunt omnia mea incommoda, μεμελετημένα, me

ditata passiue dixit. Nigidius: Omne pecus indomitum habet quiddam in se ferum, sed tñ ea natura est, ut curari & dominari possit, ἀκατόχως dominari passiue. Lucius Celius: Vbi senatus intellexit populum depeculari ἀποσυλᾶσθαι. C. Gracchus: Aerarium delargit Ro. Po. delargitur passiue protulit. C. Memmius: Quam stulte ficta, quam aperte ementita sunt ἐψευσμένα. Cicero in Antonium lib. ij. Quem ipse ementitis auspicijs uitiosum fecerat, ementitis ψευδέσιν. Visellius: Bonæ res per illos à raro initio exorsæ, in te ad summum peruenerunt, exorsæ id est initæ. P. Nigidius: Experienda ratio. Afinius: Cuius experta uirtus bello Germaniæ traducta ad custodiam Illyrici est, expta passiue. Actius: Multa inuenta expertaq; ex hoc sunt bona. Fenestella: Frustratus igitur à spe, deuictus in castra se recepit, frustratus ματαιωθείς. Lauerius: Frustramur, irridemur. Varro: Ab amicis hortaret. Sueto. in. viij. prætorum: Fasti dies sunt in quibus ius fatur, id est dicit, ut nefasti in quibus non dicit. Virg. in Bucol. Nunc oblita mihi tot carmina uox quoq; Merim Iam fugit ipsa. oblita passiue posuit. Hora. in. ij. carminum: nulla decempedis, Metata priuatis opacam, Porticus excipiebat arcton. Similiter protulerunt tam in actiua q̃ in passiua significatione, tutor, uador, uenor, uelificor. Iuuenalis in. iiij. Velificatus athos. uociferor, ueneror. Virg. in. ij. æneid. Cursusq; dabit uenerata sacerdos. Confiteor, tueor, aggredior, stipulor. In quo illud quoq; est obseruandũ, q̃ tam actiua significatione q̃ passiua ablatiuo coniungit, stipulor à te, pro interrogo te, & interrogor à te. Quõ dicimus quæro à te, pro interrogo te, quamuis sit actiuum. Iuuena. in. iiij. Quantum uis stipulare & protinus accipe quod do, Vt toties illum pater audiat, & subaudit à me stipulare. Ecce hic est actiue, Suetonius autẽ passiue protulit in. iij. prætorę: Lætoria quæ uetat minorem annis. xxv. stipulari, ἐπιτροπᾶσθαι. Liuius in. xxxij. ab urbe cõdita: Nec alieni momentis animi circũagi stipularíq; irato consuli, Tribuno inde plebei. Plautus in Cistell. Me respondere postulas iniurium est, Stipulari semp me ultro oportet, à uiris eum quæstum facio, nihil iures, promittere, actiue dixit. Idem in Pseudolo:

Minæ uiginti saluæ ac sanæ sunt tibi
Hodie, quas abs te est instipulatus Pseudolus. Idem in Rudente passiue dixit:
Ni dolo malo instipulatus sis, ni ue etiam dum siem
Quinq; & uiginti annos natus. Sunt uero alia ex supradicta formá, id est deponentium, quæ passiuam solum habent significationem, nascor à te, orior à te, patior à te, mereor à te. Idq; ostendit coniunctio casuum. nam quæ uim actiuam habent, gtñ uel datiuum, plerunq; accñ casum assumunt, ut misereor tui, medeor & medicor tibi. dicit tamen & medico & medicor & medeor te. Virg. in. i. geor. Semina uidi equidem multos medicare serentes. Idem in. ij. geor. & senibus medicant anhelis. datiuo casui cõiunxit. Idem in. viij. Sed non dardaniæ medicari cuspidis ictum, Eualuit. Teren. in Phorm.

Quas cum res aduersæ sint minus mederi possis. Loquor uerbum, precor deum. Quæ uero passiuam, abltñ cum à uel ab præpositionibus uel datiuum, ut nascor à te & tibi. Sunt etiam ex his quædam quæ absolute dicta, non egẽt supradictis casibus, ut est, labor, morior, lætor, glorior, tumultuor, uagor, uaticinor. Alia uero quæ cum uideant actiuam habere constructionem, id est συντάξιν, (nam gtõ uel datiuo uel accõ casui iunguntur) tamen passiuam uim intrinsecus, id est non alio agente uident habere, ut obliuiscor tui & te, & misereor tui & tibi. Sunt alia quæ si abltõ iungantur, passiua sunt uel communia: sin per se proferant absoluta, ut si dicam, uideor à te, passiuum est: sin uideor esse bonus, ut significet τὸ δοκῶ, est absolutum. Similiter moror commune est, & absolutum. Modo enim actiuam, modo passiuam habet significationẽ, modo absolutam. Actiuam quando accõ iungit, ut moror te. Iuuenalis in. iij. morant Pauci ridiculum & fugientem ex urbe pudorem. Terent. in Andria: ne quod uestrum remorer commodum. Passiuam uero qñ abltõ, ut moror à te. Absolutam qñ per se proferẽ, ut Virg. in. iij. æne. Quid moror? an mea Pygmalion, dum mœnia frater, Destruat? Et sciendum q̃ in actiuis etiam & passiuis uerbis, multa absolute sine coniunctione casus alicuius solẽt proferri, ut si dicam, deo uolente sanus sum & animo & corpore. Nam & sapio bene, & uideo

& audío acute. Quamuis enim nullum caſum his adiunxí, plenam tamen ſententiam de monſtrauí. hoc etiam eſt ín paſſiuis: ut ſi dícam perturbor & angor, & findor, & rumpor, & non addam à quo. Sunt quædam ín o terminantia, quæ cum ſint actiua, pro paſſiuis quoq; ſolent poní, ut lauo, tondeo, duro, calceo, pro lauor & tondeor & duror & calceor. ſed hæc magis per eclipſin conſuetudo proferre tradidit, quod poetæ quoq; ſolẽt facere. Virg. ín. íĳ. georg. íncanaq; menta Cinyphei tondent hírci. pro tondentur. Idem ín. ĳ. ænei. Accíngunt omnes operí pedíbusq; rotarum. pro accínguntur, uel accíngũt ſe. Idem ín eodem: & ía nox humida cælo Præcípitat. pro præcípitatur uel præcípitat ſe.

Sunt quædam quæ cum ſint paſſiua, ſine dubío tĩ inueníuntur ab autorĩbus pro actiuis prolata, ut Virg. ín. xĳ. pictís bellantur Amazones armís. pro bellant. Idem ín. ĳ. geor. Hoc pínguem & placítam paci nutrítor oliuam. pro nutrito. Vetuſtíſſimi tĩ multa ptulerunt confuſa terminatíone, teſte Capro, adiútor pro adiuto, anclor pro anclo, perficior pro perficío, deſpoliantur pro deſpoliant, deſperantur pro deſperant, diſpenſor pro diſpenſo, dilapídor pro dilapído. Sunt etiam quædam actiua uoce, paſſiuam ſignificatiõe habentia, & è contrario paſſiua uoce, actíuam, ſicut ſupra díximus, tímeo te & tímeor à te, metuo te & metuor à te. Lucanus ín. v. Dum metuar ſemp, terraq; expecter ab omni. Idem ín. íĳ. ſed regna timent Ob ferrum. Cicero ín. íĳ. Tuſcu. Venientía metuuntur. Nec mírum hoc inueníri apud nos ín hís uerbis, cum apud Græcos quoq; tam actíuum quàm paſſiuum eíus ſignificationís uerbum accõ caſuí iungít contra conſuetudínẽ alíorum. Dícunt enim φοβῶ σε & φοβοῦμαί σε. Sunt tĩ hæc eadem uerba abſoluta cũ non iunguntur caſuí accõ, ſed datíuo, ut Teren. ín Andría: Eíus uítæ tímeo. Idem ín eadem: Hei metuí à Chryſíde. Inueníuntur etiam quædam paſſiua, ut ſupra dictum eſt, quæ figurate accõ cõiunguntur, cum uídeantur agere ípſi ad quos paſſiuũ refertur uerbũ, ut Vir, ín. ĳ. æne.

Implícat & míſeros morſu depaſcítur artus.

Híc enim dracones agunt ín filíos Laocoontis. & doceor rhetoricam, inſtítuor grammatícam, moneor iuſtítiam. Idem ín. viĳ. Conſurgit ſenior, tunicaq; índucit artus. uel cum totum pro parte, pati ſignificatur, ut abſcínditur caput, truncat nares, cæcatur oculos, intenditur brachia. Virgílius ín undecimo: índutus terga leonis. Idem ín xĳ. formam aſſímulata Camertæ. Præterea plurima inueníuntur apud uetuſtíſſimos, quæ contra conſuetudínem uel actiuam pro paſſiua, uel paſſiuam pro actíua habẽt terminatíonem, ut teſto pro teſtor, & opino pro opinor, & cuncto pro cunctor, & conuíuo pro conuíuor, & contemplo pro contemplor, & conſolo pro conſolor, & commoro pro commoror, & auxílio pro auxílior, & auguro pro auguror, & auſpício pro auſpicor, & commento pro commentor, & crímino pro crímino, & molío pro molíor, & dígno pro dígnor, & execro pro execror, & epulo pro epulor, & eíulo pro eíulor, & luctο p luctor, & luctíto p luctítor, & luxurío p luxurior, & lætο p lætor, & ludífico p ludíficor, & míſereo pro míſereor, unde míſeret & míſeret imperſonalía. Cíce. pro Ligaríο: Cauete fratrum pro fratrís ſalute precantium míſereat. unde Teren. in Phor. Miſertũ eſt. Horto quoq; pro hortor, & largío p largior dícebant, quæ ſunt communía. unde Salluſt. ín. i. hiſtor. Igitur uenditis proſcriptoꝝ bonís, aut dilargítis. Símiliter proferebant aucupo pro aucupor, alterco pro altercor, unde Terent. in And. Scío cum patre altercaſtí dudum. Medíco quoq;, ut ſupra dictum eſt, pro medícor. Virg. in. i. geor. Semína uídi equídem multos medícare ſerentes. Amplexo pro amplexor. Q. Claudíus ín. ĳ. annalíum: Comprehenſare, ſuos quíſq;, ſeruare, amplexare. Cícero pro Cluentío: Autoritatem cenſorum amplexato. Amplecto quoq; pro amplector, & complecto pro complector. ſed & eorum & ſuperíorum omníũ uſus tam apud Caprum q̃ apud Plíníũ & Probum inuenies. Paſſiua quoq; pro actíuis uel neutralíbus uocíbus, ex contrarío idem antiquíſſimi proferebant, careor pro careo dícentes, & obſonor pro obſono, & copulor p copulo, caleor pro caleo, quorum autores apud Caprum legant, qui eos ſcire deſiderant. Símiliter comperior pro comperio. Salluſtius in Iugur. Sed ego comperior Bocchum magis punica fide, nutrior quoq; pro nutrio, & bellor pro bello proferebant, ut

dictum est,unde Vir.in.ij.Geor.Hoc pinguem & placitam paci nutritor oliuã.nutritor dixit pro nutrito. Idem in.xi. pictis bellantur Amazones armis. bellantur pro bellant. Sunt alia quæ cum sint actiua,in passiua quoq; & absoluta significatione inueniuntur,ut ruo,ut Virgilius in primo Aenei. totumq; à sedibus imis Vnà eurusq; notusq; ruunt. Idem eius compositum passiuum in.xi.dixit: Nec mihi cum Teucris ullũ post eruta bellum Pergama. Terentius in Eunu.proruunt se.Tamen absolute quoq; prolata, recipro cam passionem,id est ἀντιπάθειαν significant,cum ipsam personam non extrinsecus,sed per se pati demonstrant,ut ruo pro cado. Virgilius in.ij. Aeneidos: Vrbs antiqua ruit, multos dominata per annos.ruit posuit pro cadit. Similiter inundo,modo absolutã,mo do actiuam habere significationem inuenitur,ut Virgilius in.xi. dum distinet hostem Agger murorum, nec inundant sanguine fossas. Inuenitur tamen in quibusdam codici bus,dum distinet hostem Agger murorum,nec inundant sanguine fossæ.Similiter uer go absolutum & actiuum.Absolutum,ut Virgi. in duodecimo: Quem damnet labor, aut quo uergat pondere letum.Actiuum in sexto: frontiq; inuergit uina sacerdos. eius passiuum Lucanus in primo: Nec polus auersi calidus qua uergit̃ austri. Assuesco absolutum est, inuenit̃ tñ pro assuefacio. Lucanus in.v. Adde quod assuescis fatis.pro assuefa cis. Coeo quoq; quãuis magis neutrum esse uideatur q̃ actiuum(p conuenio enim acci pit̃,ut Virgil.in.xi. coeant in fœdera dextræ, Qua datur) Cicero tñ actiuo est eo usus in.ij. Philippicarum: Vtinam Cnee Pompei cum C.Cæsare societatem, aut nunquam coisses,aut nunquam diremisses.Passiuo eius usus est Lucanus in.ij. multumq; coit̃ Hu mani generis, maiori in prælia damno. Sed sciendum q̃ & coitur pro colligitur, & con uenit̃ pro exigit̃ passiuam uocẽ assumentia, accipiunt̃. Propinquo præterea tam p̃ acti uo,quàm pro absoluto inuenitur. Vir.in.x. Tu mihi nunc pugnæ princeps,tu rite pro pinques Augurium, actiue posuit. Idem in.ij.absolute, fuge nate propinquãt.Idem in v.Iamq; propinquabant scopulo, metamq; tenebant. Similiter simulo absolutũ & acti uum,& ab eo cõposita. Absolutum Virgilius in quarto Aeneid. Nam quid dissimulo? aut quæ me ad maiora reseruo? Idem in.x.actiue, iubasq; diuini assimulat capitis.Idẽ in xi. formam assimulata Camertæ.Sunt quæ tam actiua q̃ passiua uoce unũ atq; idẽ signi ficant,ut mereo & mereor.Lucanus in.vi. Sceua uiro nomen,castroq; in plebe merebat. Vir.in.v.æne. merui quoq; sæpe furores Compressi. Idem in.iij.Si bene qd de te me rui,fuit aut tibi quicquã Dulce meum.Lucanus in.ix. sæuas meritũ Phycunta rapinas. Multa similiter ancipiti terminatione in una eademq; significatione p̃tulerũt antiqui,ut partio & partior, munero & muneror, mino & minor, minito & minitor, meridio & meridior,modulo & modulor,meto & metor,modero & moderor,mutuo & mutuor, mentio & mẽtior,obuerso & obuersor,præuerto & p̃uertor,pignero & pigneror,paci fico & pacificor,scruto & scrutor,progredio & progredior,perconto & percõtor,præ lio & prælior,iurgo & iurgor,potio & potior,prædo & prædor,præuarico & præua ricor, preco & p̃cor, quærito & quæritor, quadruplo & quaduplor, quieto & quietor, neqto & neqtor,rimo & rimor,recordo & recordor,reminiscо & reminiscor, reuereo & reuereor, stabulo & stabulor, secto & sector, sequo & sequor,sortio & sortior,sciscо & sciscor,tuto & tutor,tumultuo & tumultuor,uillico & uillicor, uelito & uelitor,ua go & uagor,uocifero & uociferor,ulciscо & ulciscor,uto & utor,murmuro & murmu ror,manduco & manducor,mando & mandor,oscito & oscitor,palpo & palpor,pteste & ptestor,rumino & ruminor,tolero & toleror,solero & solerot, præsagio & p̃sagior, opino & opinor. Sunt alia quæ cũ sint actiua primæ cõiugationis,transeũt in neutra ab soluta siue reciproca,id est ἀντιπαθῆ secundæ coniugatiõis,ut sordido sordidas actiuũ pri mæ cõiugationis(facit enim sordidor ex quo sordidatus)hinc nascitur sordeo. Simili ter albo & albor & albeo. Virgili.in.xij. campiq; ingentes ossibus albent. Dicit̃ tamen etiam albico pro albesco.Horatius in primo carm.Nec prata canis albicant pruinis.Du ro quoq; & duror & dureo, & eius inchoatiuũ duresco. Vnde Lucan.in. iij. totosq; in duruit artus.Idem in.v. nam cætera damna Durata iam mente malis,firmaq; tulerunt.

Virg.in.iij.Geor. Atq; hinc atq; illinc humeros ad uulnera durat. Idem in .i. Aene. Durate & uosmet rebus seruate secũdis. Lento & lentor & lenteo. Virg.in secundo Geor. ad digitos lentescit habendo. nam à lenteo lentesco deriuatur, quomodo à dureo durescо, à uireo uirescо. Lucilius tamen in.viij. lentet opus, ptulit. Humecto quoq; & humector & humeo, unde humescо. Noto quoq; & notor & noteo, unde notescо. Lucanus in quinto: notescent littora clari Nominis exilio. liquo liquas, unde eliquo eliquas. Persi.

Phyllidas, hypsiphylas uatum & plorabile siquid
Eliquat, ac tenero supplantat uerba palato.

Lucanus in septimo: ereptaq; tela liquauit. ex eo liqueo & liquescо. Virgilius in Bucol. Limus ut hic durescit, & hæc ut cera liquescit. Dicitur tamen & liquor liqueris, prima syllaba producta, quæ in superioribus corripitur. Idẽ in.i. Geor. Vere nouo gelidus canis cum montibus humor Liquitur, pedetẽtim dissoluitur. A nigro quoq; & nigror, & nigreo & nigrescо, à lacto quoq; & lactor & lacteo & lactescо. Inueniunt tamen ex aliarũ quoq; cõiugationũ uerbis quædam similes deriuationes, sed in paucis, ut pendo pendis, pendor & pẽdeo: iacio iacis iacior, & iaceo: acuo acuis, acuor & aceo, ex quo acescо. Sunt alia quæ in compositiõe mutant significationem, ut eo neutrũ. similiter facio. quãuis uetustissimi etiam passiue hoc protulisse inueniantur. Titinnius in quinto: Bona gratia parui ut faciatur. Item uenio, sedeo, faciunt actiua in compositione. & adeo & adeor, subeo & subeor, ineo & ineor. Ouidius in quarto fastorum:

Sol aditus quam quæris ait ne uana labores,
Nupta Iouis fratri tertia regna tenet.

Iuuenalis in quinto: quod si subeantur prospera castra. Virgilius in decimo: Morte obita qualis fama est uolitare figuras. Facio uero qñ cum præpositionibus componitur, actiuum fit plerunq;, ut efficio & efficior, afficio & afficior, reficio & reficior. Deficio quando pro relinquo accipitur habet passiuum, quando uero ꝑ deficiscor, neutrum est. Iuuenalis in tertio, Sic Matho deficit. A uenio uero conuenio & conuenior, inuenio & inuenior in passiuam transeunt significationem. A sedeo quoq; & obsideo & obsideor. Sentio neutrum, ex eo assentio & assentior, & dissentio & dissentior. In una eademq; inueniuntur significatione. Cicero de republica: In quibus assentior sollicitam & periculosam iustitiam non esse sapientis. Lucilius in.xij. Assensus sum homini. Cæcilius in primo: Qui intelligunt qui faciunt dissentiuntur. Ex alijs quoq; signicationib. plurima simplicia in alias cum componant transire inuenies, ut plecto actiuum. Vnde Teren. Ego plectar pendẽs. Sed ab eo composita, tam deponẽtia quàm cõmunia inueniuntur, cõplector & amplector. Orior deponens, similiter partior, sed ex eis composita tam deponentia quàm neutra reperiuntur, adorior & adorio, impertior & impertio. Neuius in tertio: Hectore proficiscente tunc ipsos adoriant, nequis hinc Spartam referat nũtium. Virgili. in.i. Aeneid. Hinc portum petit & socios partitur in omnes. Teren. in Eunu. Plurima salute Parmenonẽ summum suum impertit Gnato. Specio ex quo aspicio actiuum, & ex eo cõspicor cõspicaris deponens, in quo etiam coniugatio mutata est, conspicor conspicaris. Terent. in Heautont. Nunquam tam mane egredior, neq; tam uesperi reuertor, Quin conspicer te fodere aut arare. A perio quoq; actiuo uidetur quibusdam esse, experior commune, & opperior deponens. Virgi. in xi. experto credite quantus, In clypeum assurgat: quanquam simplex eius peritus sit, cuius uerbũ in usu non est, quod debuit secundum analogiam perior esse. Terentius in supradicta fabula: Hic ego interea uirum opperibor. Nam reperio, cõperio, cooperio, sicut aperio actiua sunt. faciunt eñ ex se passiua. & possunt magis à pario uideri cõposita. quod apud uetustissimos quartæ coniugationis declinationem habebat. Ennius: Oua parire solet genus pennis condecoratum. Facio cum sit neutrum, ut supra diximus, si cum præpositione componatur plerumq; transit in actiuum, ut conficio & conficior, perficio & perficior, afficio & afficior, reficio & reficior, officio & officior. Iuuena. in.i. & quoties te, Roma tuo rẽfici properantem reddet Aquino, Lucret. in. ij. Quapropter simul inter se retrahunt &

extra,Officiuntur,uti cogantur tardius ire. A proficio Statius impersonale protulit in iij.proficitur bello. Deficio autem loco passiui defio facit. Terentius in Eunucho: Nihil cum est,nihil defit tamen. cum passiuam uim habeat defio facit. Sunt tamen alia ex eo ipso & ex aliis composita,quæ non solum significationem,sed etiam coniugationem, ut dictum est permutant,ut facio facis, gratificor gratificaris. Terentius in heautont. Cur ego gratificor,ipsa re experibere. Similiter ludificor. Idem in eunu. quin insup scelus, Postquã ludificatus est uirginẽ. Excarnifico uero actiuum est, & amplifico & uelifico. Terent. in Heaut. Vbi me excarnifices. Iuuenalis in quarto: Velificatus athos,& quicquid Græcia mendax,Audet in historia. passiue protulit. Sciendũ tñ quod & facio & facior,ut oñdimus,uetustissimi pferebant. Si uero facio uel fio integris manẽtibus, aliud uerbum infinitum ante ea componatur,non solum significationes et coniugationes integras in eis seruamus,sed etiam accentus,ut calefacio calefacis calefacit,tepefacio tepefacis tepefacit. In secunda enim & tertia persona penultimas acuimus, quãuis sint breues. Similiṫ calefio calefis calefit,tepefio tepefis tepefit, finales seruant accẽtus in secunda & tertia persona,quos habent in simplicibus. A uerto quoq; actiuo,reuerto & reuertor,præuerto & præuertor,in una eademq; ponunt significatione. Virgilius in primo Aene. Harpalice uolucremq; fuga præuertitur Hebrum. Idem in.vij. Cursuq; pedum præuertere uentos. Verso similiter actiuum ex quo conuersor deponens. Cice. in Protagora: Nunc à uobis ὁ Protagora & Socrate postulo, ut de isto concedatis alter alteri, & inter uos de huiuscemodi rebus controuersemini, non concertetis. Sunt alia quæ & coniugationem mutant cum genere in eadem manentia significatiõe, ut labo labas neutrum ὀλισθαίνω,ὀλισθαίνεσ, & labor laberis deponens. Virg. in.ij.æneí. labat ariete crebro Ianua. Idem in.iiij. Labitur infelix Dido. Similiter lauo lauas,& lauo lauis, sed lauis magis pro humectas dicitur. Virgil. in.x. Visceribus super incumbens lauit improba teter Ora cruor. Sunt tamen alia quæ cum coniugatione mutant significationem,ut mando, ἐντέλλομαι mandas,mando, μασσόμαι mandis,fundo θεμελιόω fundas,fundo ἐκχέω fundis,obsero περιβάλλω τὴν μοχλὸν obseras, obsero περιτείχω obseris, appello προσαγορεύω appellas, appello προσάγω appellis, uolo πέτομαι uolas, uolo βόλομαι uis, consternor καταπλήττομαι consternaris, consternor κατασφόνυμαι consterneris. Nam lego legas & lego legis,dico dicas & dico dicis,etiam in prima persona habent differentias temporũ. nam lego legas,& dico dicis producunt penultimas, lego legis & dico dicas corripiũt. Sunt alia quæ una uoce & una cõiugatione diuersas tñ habent significationes, ut torreo tam uro quàm uerto uel uoluo significat. Virg. in.iiij.geor. Iam rapidus torrens sitientis syrius Indos. Lucanus in.vij. ingentes fato torrente ruinas. Colo quoq; pro diligo & habito & aro accipiṫ. committo etiam pro credo,& pecco. necnon admitto pro assumo & pecco. Iuuenalis in sexto:

Iam fas est admitte uiros,dormitat adulter.
Illa iubet sumpto iuuenem properare cucullo. Idem in eodem:
Quid Psecas admisit? quæ nam est hic culpa puellæ?

Sapio pro prudentia & sapore. Idem in.iiij. Qui meminit calidæ sapiat quid uulua popinæ. Deficio pro desisto & uincor. Sallust. in Iugur. Ab rege defecerant, id est destiterant. Iuuenalis in.iiij. & fragor aurem Percutit euentũ uiridis qua colligo panni. Nam si deficeret id est,si uinceret. Condo pro ædifico & cælo. Gratulor,gaudeo pariter cum alio & gratias ago. Afranius in Cinerario: Sexte frater mi salue,cum saluus uenis,meliusq; tibi est,gratulor dñs,id est gratias ago. Multa præterea similiter tam in uerbis q̃ in alijs partibus orationis duplices habentia significationes inuenies.

De temporibus uerborum.

QVoniam quæ occurrere memoriæ de uaria uerborum significatione tractata sunt, nunc de tempore dicamus. Tempus accidit uerbo ad diuersi actus significationem accommodatũ. quod plerunq; ostendiṫ uel in principalibus uel in penultimis declinationis literis,ex qua etiam personæ & numeri dignoscunt, sed personæ quidem & nume

ri in finalibus literis: tempora uero, ut dictum est in principalib⁹ uel penultimis. Itaque cum nominis declinatio in fine solo moueatur, uerbi & in fine, & in medio & in principio plerunq; inuenit moueri. In nomine enim casuum differentia & numeri, hic uero & temporis & personarum ex declinatione ostendit differentia, & numeri. Sunt igit tempora tria, præsens, præteritum, & futurum. Sed præteritum rursus diuidit in tria, in p̄teritum imperfectum, præteritum perfectum, & præteritū plus q̄ perfectum. Nec mirum tam late patere præteritum tempus, cum in notitiam nostram nihil sic naturaliter à longo seculor̄ spatio possit uenire, quō actus præteriti temporis. In præsenti enim & futuro pleraq; incerta nobis sunt, angustissima q̄ est eorum nobis cognitio, & dubia pleruncq;. itaq; singulis uocibus per hæc duo tempora iure sumus contenti. Quamuis Græci futur̄ quoq; diuiserunt in quibusdam uerbis, in futur̄ infinitum, ut τύψομαι, & paulo post futurum, quod & atticum dicūt, ut πεπτύψομαι. melius tñ Romani considerata futuri natura, quæ omnino incerta est, simplici in eo uoce utunt, nec finiunt spatium futuri. Est aūt supradictorum tempor̄ quædam cognatio inter se: sed antequam de ea dicamus latius, supradicta repetamus. Tempus accidit uerbo, præsens, præteritum & futur̄. Quamuis enim naturaliter instabili motu uoluitur, & pars eius iam præterijt, pars eius sequit, tamen ad ordinationem nostror̄ diuersa gestorum tempora quoq; diuidimus. Vnde iure præteritum in tres differentias partimur. nihil enim certius (ut dictum est) ad notitiam nostram potest uenire, q̄ gesta per diuersum temporis spatiū præteriti. Facile enim dignoscit utrum multo ante, an nuper sint facta, an cœperint quidem, necdū tamen sint perfecta. Itaq; quod accidit ipsis rebus, quas agimus, nomen tempori ipsi imponimus, præteritum imperfectum tempus nominantes, in quo res aliqua cœpit geri, necdum tamen perfecta est. Præteritum uero perfectum, in quo res perfecta monstrat. Præteritum plus q̄ perfectum, in quo iampridem res perfecta ostendit. Instans aūt indiuiduum est, eo q; uix stare potest. Vnde merito à quibusdam instans, imperfectum nominat. Nisi enim sit imperfectum, in eo adhuc esse actus intelligi non potest. Futurum quoq; cum incertū sit (ut ostendimus) et infinitum, utrum paulo post an multo erit, nō potuit discretis quibusdam finibus declinationis uti. itaq; una uoce contentum fuit. Et indicatiuus quidem modus omnia habet tempora. quippe eo modo oīa quæ egimus, uel agimus, uel acturi sumus, absq; ullo impedimento indicamus. Imperatiuus uero, p̄sens & futurum, naturali quadam necessitate uidetur posse accipere. ea etenim imperamus, quæ uel in præsenti statim uolumus fieri, sine aliqua dilatione, uel in futuro. Non solum enim illi qui nondum cœpit imperantes utimur præsenti tempore, sed etiam illi qui cœpit & in ipso actu est, ut permaneat in eodem, ut si quis ei qui cœpit uersum legere dicat, lege usq; ad finē. Apud Græcos etiam præteriti temporis sunt imperatiua: quamuis ipsa quoq; ad futuri temporis sensum pertineant ἀνεῳχθήτω πύλη aperta sit porta, uidetur enim imperare, ut in futuro tempore sit præteritum: ut si dicam, aperi nunc portam, ut craſtino sit aperta. Ergo nos quoq; possumus in passiuis uel in alijs passiuam declinationem habentibus, uti præterito tempore imperatiui, coniungentes participiū præteriti cum uerbo imperatiuo præsentis, uel futuri temporis, ut amatus sit uel esto πεφιλήσθω, doctus sit uel esto δεδιδάχθω, clausus sit uel esto κεκλήσθω. Quod autē uim præteriti habeat huiusce modi constructio, ostendunt subiunctiua præteriti pfecti, quæ similiter proferunt in passiua declinatione, ut amatus sim sis sit. Ergo si amatus sit in subiunctiuo præteriti est temporis, bene etiam in impatiuo præteriti temporis potest accipi. Quippe cum etiam in præsenti tempore imperatiui, tertia persona similis est in oīi coniugatione, tertiæ personæ præsentis subiunctiui, ut amet, doceat, legat, amet, doceatur, legat. Et in passiuis quidem uel similibus hoc possumus dicere. In actiuis uero uel neutris, nullo modo nisi participia præteriti habeant. Optatiuus aūt quamuis ipse quoq; uideat ad futurum pertinere (ea enim optamus, quæ uolumus nobis, uel in præsens, uel in futur̄ dari) tamen habet etiam præteritum tempus, quia euenit sæpe de absentibus, & de ignotis rebus precari, ut facta ante nobis possint in notitiam uenire: ut si filio

meo Romæ in præsenti tempore degẽti, optans dicam utinam Romæ filius meus legisset autores propter quos nunc ibi moratur. Vtinam profectus esset Romam ante uigínti dies. Possumus tamen hoc uti modo etiam ostendentes quæ optamus nõ euenisse. Vt Virgi. in i. Aeneid. Atq; utinam rex ipse noto cõpulsus eodem, Afforet Aeneas. Et utinam Cn. Pompei cum Caio Cæsare societatẽ, aut nunquam coniũxisses, aut nunquam diremisses. In hoc autem modo duntaxat & infinitiuo tempora coniũcta habent latini, præsens cum præterito imperfecto, & præteritum perfectũ cum plus quã perfecto ad imitationem Græcorum, quãuis hæc quoq; conati sunt quidam disiungere. sed melius est esse coniuncta. Nam præteritum imperfectũ rationabiliter idem est & præsens. Dico enim utinam legerem nũc, & utinam legerem heri. nimia est enim cognatio eorum temporum, & maxime in hoc modo. Quippe cum utrunq; imperfectum intelligit. Põt autẽ iste optatiuus & incœptus & non incœptus ante intelligi. Nam si dicam utinam legerem heri quoq;, quomodo nudiustertius, ostendo cœpisse quidem, non finisse tamẽ. Sín autem dicam, utinam legerem heri saltem, ostendo nec cœpisse. Similiter si dicam, utinam adhuc legerem, ostendo cœpisse quidem in præterito, in præsenti autẽ cessare. Sín autem dicam, utinam legerem saltem nunc, ostendo nec cœpisse adhuc. Sic & per cætera tempora eiusdẽ modi. Præteritum quoq; perfectum & plus quam perfectũ optatiui coniuncta sunt; licet enim uel multo ante uel paulo esse perfecta hæc eadem intelligere nos optare. ut si dicam, utinam legissem ante quinquaginta annos, & utinam legissem ante horam. nec mirũ sic infinite in hoc modo intelligi præteritum, qd quantũ ad ueram intellectionem, nullum certum nec incœptum nec finem habuit. Subiũctiuus cum apud Græcos coniũcta habeat tempora, apud nos diuisa habet oẽia quomodo indicatiuus. De cuius contextu cum de constructione orationis tractabimus, latius differemus. Infinitiuus modus quoque coniuncta habet tempora quomodo optatiuus, præsens & præteritum imperfectum, præteritum perfectum & plus quam perfectum, quo modo apud Græcos. Cum dicimus enim legere, imperfectam rem significamus, quæ uel ad præsens, uel ad præteritum imperfectum attinet. Cum uero legisse, perfectam. quæ sua est tam præteriti perfecti quàm plus quam perfecti. Nota autem quod uim nominis rei ipsius habet uerbũ infinitũ. Vnde quidam nomẽ uerbi hoc esse dicebant. dico enim bonum est legere, ut si dicam bona est lectio. itaque omnis modus finitus potest per hunc interpretari, ut sic dicam lego, quid indicauit? legere me. lege, quid imperauit? legere te. utinam legerem, quid optauit? legere me. Cum legam uenio, quid iunxit? prius legere pòst uenire. Gerundia quoq; uel participialia, cum patticipiorum uel nominũ uideantur habere obliquos casus, nec tempora significent, quod alienum est à uerbo, legendi, legendo, legendum, lectum, lectu. Infinitiui tamen uice funguntur, quod solet apud Græcos articulis coniungi. Itaq; pro infinitiuo qui coniungitur genitiuo casui articuli apud Græcos, nos utimur in, di, terminatione, quæ similis est genitiuo nominis. legẽdi τοῦ ἀναγνωσέου, ἢ τῷ ἀναγινώσκειν, ἢ τοῦ ἀναγινώσκειν. Pro eo autẽ qui datiuo articuli adiũgitur infinito apud Græcos antecedente ᾧ præpositione, nos in, do, utimur terminatione, quæ similis est datiuo uel abltõ nominis: nisi q; uerbũ hoc existimãtes, quidam etiam corripiunt, o, finalem eius. Iuuenalis in secundo, Plurimus hic æger moritur uigilando, sed illum, Languorem peperit cibus imperfectus. Alpheus Auitus in secũdo Excellẽtium: Spatiando paulatim trahit. Est enim dimetrum iambicum. ut legẽdo τῷ ἀναγνωσέῳ ἢ ᾧ τῷ ἀναγινώσκειν ἢ ᾧ τοῦ ἀναγινώσκειν. Pro eo quoq; qui accusatiuo adiungitur in dum terminatione utimur quæ similis est accusatiuo nominis, ut legendum. ἀναγνωσέον. Huic tamen frequentius solet etiam præponi præpositio ad, ut ad legendum. Ex quo ostenditur magis nomen esse quàm uerbum. Verbo enim separata ῥpositio per appositionẽ præponi non potest. In do quoq; terminantia inueniũtur ante se habẽtia separatã præpositionẽ. Cicero pro Milone: Huius ergo interfector, si esset in cõfitẽdo. Quo modo ergo frequẽtissime in dus definẽtia nomina, uerbalia & eoꝝ obliquos casus proferre solent Romani ꝑ infinitis in græca elocutiõe platis, ut legendi Virg. causa uigilo,

τῆ ἀναγνωσέϊ δυιξγιλίϊ χάριν, ἀγχυπνῶ, τῆ ἀναγινώσκειδι δυιξγιλίϊ χάριν, ἀγχυπνῶ. Cicero in primo inuectiuarũ: Nihil hic munitissimus habendi senatus locus, ἐκτέας δὴ συγκλή τϊ, ἀντὶ τοῦ, τοῦ ἔχειν τὴν σύνκλιτον. Sic etiam gerundia uel supina proferuntur. Hoc tamen uidetur inter gerundia supradicta & nomina, quoꝝ & nominatiuus in dus profertur interesse, quòd quando sunt absq; dubitatione nomina, simili casui adiunguntur & discernunt genera, ut intelligendi Homeri gratia, & amandæ uirtutis causa, & emẽdi mancipij studio ueni. Quando uero gerundia sunt, id est loco infiniti cũ articulo iuncti apud Græcos accipiunt, nec genera discernunt nec numeros, quod suum est infinitiuoꝝ uerboꝝ, & illum sequuntur casum, quem & uerba ex quibus nascuntur, ut si dicam, intelligendi Homerum causa uenio, & amandi uirtutem causa laboro, & emẽdi mancipium causa uenio. quanuis rarus sit huiuscemodi constructionis usus. Similiter dicimus intelligendo Homerum profeci, amando uirtutem legi, & inuidendum nobis non est, & minime nocendum uirtuti. quia superioꝝ accusatiuo, inferioꝝ uero uerba datiuo adiunguntur. Præterea gerundia tam ab actiuis quàm à communibus nascẽtia, tam actiuam quàm passiuam habent significationẽ. nomina uero mobilia supradictæ formæ, id est in dus & in da & in dum desinentia, unam & magis passiuam. Solemus enim per uerbum passiuum ea interpretari. Quid est enim amanda uirtus? nisi digna, quæ ametur, & munitissimus habendi senatus locus? nisi in quo habeat senatus? Vnde raro inueniuntur à neutris absolutam significationem habentibus, ut sto, sedeo, surgo. Nemo enim dicit, standus, sedendus, surgendus. quoꝝ supina significationẽ sui seruant uerbi simplicem. A cæteris uero neutris & à deponentibus gerundia quidem eãdem significationem habent, quam & uerba. ut faciendi τοῦ ποιῆσαι, sequendi τοῦ ἀκολουθῆσαι, loquẽdi τοῦ λαλῆσαι. Nomina uero supradictæ formæ similiter, quomodo supra diximus, magis passiuam. faciendus ποιητέος, id est q debet fieri, sequendus ἀκολουθητέος, id est, quem debent sequi, loquendus λαλητέον, id est, quem debemus loqui. Præterea ex forma participioꝝ præteriti temporis duæ terminationes inueniuntur, quarum prior in um, altera in u finitur, ut uenatum uenatu. Et in um quidem eandem significationem ferè habet quam in dum desinens cum præpositione ad. Quid enim est uenatum aliud, nisi ad uenandum? quæsitum, nisi ad quærendum? Virg. in. iiij. Aeneidos:

Venatum Aeneas unáq; miserrima Dido
In nemus ire parant, id est ad uenandum.

Idem in nono: si fortuna permittitis uti
Quæsitum Aenean ad mœnia Pallantea, id est ad quærendũ.

Videtur tamen hoc quoq; quasi ipsius rei esse accusatiuus, & sine præpositione proferri. Quod quasi ad locum habet significationem, quemadmodum propria nomina ciuitatum: quæ cum ad locum significant, carent præpositione. Sequẽs quoq; forma, quæ in u terminatur, ablatiuus mihi uidet ipsius nominis, quo res ipsa significatur, carens similiter præpositione. Quid est enim miserabile uisu nisi uisione? Visio enim tam ex actione q̃ ex passione potest fieri. Diximus autem & superius quòd infinitiuoꝝ uis in nomen rei resoluit. quomodo autem & participia præteriti temporis, & nomina reꝝ in us correptam desinentia solent ante u uel s uel t uel x habere, sic habent & ista, ut læsum læsu, morsum morsu, amatum amatu, doctum doctu, captum captu, fluxum fluxu, flexum flexu. Sicut autem supra docuimus communem habent significationem ab actiuis uel communibus nata, ut oratum, πρὸς τὸ προκαλῆσαι, καὶ πρὸς τὸ προκαλεσθῆναι, oratu ἀπὸ τοῦ προκαλεῖσθαι, ὡς ἀπὸ τοῦ προκαλεῖσθαι. idem enim significamus. Supina uero nominantur quia à passiuis participijs, quæ quidam supina nominauerunt, nascuntur. pro omni autem tempore infinitiui uerbi solent accipi. Dicimus enim legendi causa in honore fui, & sum, & ero, ἀντὶ τοῦ, τοῦ ἀναγνωκέναι, καὶ τοῦ ἀναγινώσκειν χάριν, καὶ τοῦ ἀναγνῶναι ὁμοίως δέ, καὶ τῆ ἀναγνῶσθαι, καὶ τοῦ ἀναγινώσκεσθαι, ὡς τοῦ ἀναγνωσθήσεσθαι. Quod autem ab actiuis & cõmunibus uenientia cõmunem habent significationem, usus quoq; approbat. Virgilius in Bucolicis: Cantãdo tu illum? aut unquam tibi fistula cera

Iuncta fuit: actiue protulit. Idem in eodem: Frigidus in pratis cantãdo rumpitur anguis, passiue dixit. Idem in secundo Aenei. quis talia fando Myrmidonum, actiue posuit. Idem in eodem passiue: Fando aliquid si forte tuas peruenit ad aures. Solebant ẽm antiqui fatur communiter proferre. Idem in.iĳ.Georg. uritq; uidendo Fœmina, nec nemor patitur meminisse nec herbæ, passiue protulit. Et uidendo perit, actiue, id est dum uidet. Quod autem hæc quoq; nomina sunt ostendit præpositio, quæ frequenter inuenit, ut supra diximus, tam ante accusatiuum, q̃ ablatiuum eor casum, ut ad uenandum & in uenãdo. In neutris uero & in deponẽtibus quõ supra dictum est, simplices habent significationes. Impersonale aũt hanc habet differẽtiam ad infinitum, q infinitus altero uerbo finito omnimodo eget, impersonale uero actũ quidem pfectum significat per omnes modos, persona uero sola deficit: quæ si addat, perfecti uice fungitur uerbi per omnes, quomodo diximus, modos. Per indicatiuum, ut curritur à me pro curro. Imperatiuum curratur à te, pro curre. Optatiuum, utinam curreretur à te, pro utinam curreres. Subiunctiuum cum curratur à te, p curras. Infinitiuum curri à te oportet, pro currere te oportet. Hoc autem interest inter infinitiuum passiuũ, & infinitiuũ qui fit ab impersonalibus quæ nascuntur à uerbis actiuis, q infinitiuus passiuus uerbo eget solo ad perfectam significationem, ut amari uolo φιλεῖσθαι βουλομαι. Infinitiuus uero impersonalis, non solum uerbo, sed etiam ablatiuo casu per se indiget absq; accusatiuo, ut amari uolo à me pro amare uolo. ideo autem addidimus absq; accusatiuo, qd si ad eum reddatur accusatiuus, necesse est eum infinitum passiuum intelligi, ut amari à me uolo filium. Sæpe etiam non positus subauditur accusatiuus, ut si dicam doceri à te uolo, & subaudiam me.

De cognatione temporũ.

QVoniam igitur de singulorum tempore modorum, quæ memoriæ occurrerunt disseruimus, de cognatiõe temporũ deinde tractemus. Est enim quædam cognatio præsentis quidem temporis cum præterito imperfecto & futuro, præteriti uero perfecti cum plusq̃perfecto. Præsens tempus proprie dicitur, cuius pars iã præterĳt. pars futura est. Cum enim tempus fluuĳ more instabili uoluat curſu, uix punctum habere potest in præsenti, hoc est in instanti. Maxima igitur pars eius, sicut dictum est, uel præterĳt, uel futura est, excepto sum uerbo, quod ὑπαρκτικὸν Græci uocãt, quod nos possumus substantiuũ nominare: id enim omnium semper est perfectissimum cui nihil deest. Itaq; præteriti quoq; perfecti uim habet. quod ostenditur quando participĳs præteriti iũctum, officio fungitur præteriti perfecti, per passiuor declinationem, uel similium passiuis. Similem huic uim habẽt etiam uocatiua, ut Priscianus uocor, nominor, dicor, nuncupor, appellor. Alia autem uerba præsentis, sicuti diximus, inter præteritũ & futurum sunt. exempli causa, si incipiam uersum aliquem scribere, & dicam, scribo uersum, dum adhuc ad finem eius nõ peruenerim, & cum pars eius iam sit scripta, pars autem scribenda. Ergo præsens tempus hoc solemus dicere, quòd contineat & conĳũgat, quasi puncto aliquo iuncturam præteriti temporis & futuri, nulla intercisione interueniente: unde stoici iure hoc tempus præsens, etiam imperfectum uocabant, ut dictum est, eo quòd prior eius pars quæ præterĳt transacta est, deest autem sequens, id est futura. ut si in medio uersu dicam, scribo uersum, priore eius parte scripta, cui adhuc deest extrema pars, præsenti utor uerbo, dicendo, scribo uersum: sed imperfectum est, quòd deest adhuc uersui, quod scribatur. Ex hoc igitur, id est præsenti, nascitur præteritum imperfectum cum non ad finem perferimus in præsenti id quod cœpimus, ut in eodem exemplo maneamus, si incipiam tempore præterito uersum scribere, & imperfectum eum relinquam, tunc utor præterito imperfecto dicẽs, scribebam uersum. Ex eodem, id est præsenti, nascitur etiam perfectum. Si enim ad finem perueniat præsens incœptum, statim utimur præterito perfecto. continuo enim scripto ad finem uersu, dico scripsi uersum. Et sciendum quòd plerũq; uel literas quasdam, uel syllabarum tempora præsentis, mutat præteritum perfectum & uel pares habet cum eo uel minores uel ampliores syllabas, ut lego legi, docco docui, facio feci, sedeo sedi, do dedi, do-

mo domui. Ex eo iterum, id est præterito perfecto, nascitur plusq̃perfectum, si inuete rauerit res à nobis perfecta. mox enim scripto uersu recenti adhuc perfectiõe, dico scripsi propria significatione: sin dudum sit perfectum, incipit transire in plusq̃perfectũ. Itaq; scripseram proprie de hoc dicimus. Sciendum tamen q; Romani præterito perfecto non solum in re modo completa utuntur, in quo uim habet eius qui apud græcos παρακείμενος uocatur, quem Stoici τέλεον ἐνεστῶτα, nominauerunt, sed etiam pro ἀορίστῳ accipitur. quod tempus apud Græcos tam modo perfectam rem q̃ multo ante significare potest. Sed sicut apud illos infinitum tempus adiectione τοῦ ἄρτι aduerbij, τὸν παρακείμενον, id est adiacens tempus, & adiectione, τοῦ πάλαι ἢ ὑπερσυντέλικον, id est plusquàmperfectum significat, sic apud nos hoc, id est præteritum perfectum potest et modo, & multo ante intelligi perfectum. & apud autores hoc exemplis comprobat. Euãder enim apud Virgilium in octauo de matre sua dicit: cecinit quæ prima futuros Aeneadas magnos & nobile Pallãteum. Cecinit dixit pro cecinerat. Multo enim ante illam ceciniſſe intelligit. Et ipse poeta ex sua persona: Troiæ qui primus ab oris, Italiam fato profugus lauinaq; uenit Littora, uenit posuit pro uenerat. hic enim quo q; multo ante intelligit ueniſſe Aenean ad Italiam. Ergo proprie si quis cõtempletur uim præteriti perfecti, non aliam uim iudicet hoc habere, quàm apud Græcos, illud quod ἀόριστον uocant. Hoc autem differt à plusq̃perfecto, quòd illud per se prolatũ non eget aduerbio pridem, quod habet hoc in se naturaliter. nisi uelimus explanãdæ quantitatis causa temporis addere, ante quot dies uel annos. nec licet illi, modo uel nuper aduerbia adiungere. Præteritum uero perfectum ad manifestandam significationem eget uel modo, uel pridem aduerbijs. Futurum ex præsenti nascitur. quippe cũ præsens medium sit præteriti imperfecti & futuri. itaq; consonantes præsentis seruat tam præteritum imperfectum quàm futurum, ut dico dicebam dicam. Præteriti uero perfecti consonantes seruat plusq̃perfectum, ut dixi dixeram. Sed tamen in subiunctiuo modo, futurum quoq; præteriti perfecti seruat consonantes, ut dixi dixero. quod nõ sine ratiõe euenire uidetur. nam futuro quoq; tempori cognatio est cum præterito perfecto, quantum ad infinitatem temporis, hoc est ad ἀόριστον pertinet. Sicut enim præteritum perfectum uel modo uel multo ante possumus intelligere, sic etiam futurũ uel mox, uel multo post intelligere possumus futurum. ut si dicam scribam uel scripsero, incertum temporis futuri spacium monstro. Nec mirum cum in nominibus quoq; cõparatiuis si dicam fortior, incertum est utrum multo an paruo superet illum ad quem comparatur, habet igitur affinitatem, sicut ostendimus, cum præsenti futurum, q; præsens medium est inter præteritum imperfectum & futurum. cum præterito uero perfecto plusq̃perfectum, quia incertum significat temporis spacium. Cum igitur in alijs modis præsentis (sicut dictum est) consonantes seruat futurum, in subiunctiuo præteriti perfecti regulam sequitur, ostendens cũ eo quoq; se habere iura affinitatis. Idq; ex participijs maxime est conijcere, quæ in præterito tempore nõ finiũt spacium temporis præteriti, utrum breue sit an longum. si enim dicam amatus uel locutus, incertũ est utrũ modo uel multo ante, similiter in futuro amaturus locuturus, mox an multò post incertum est. Ideoq; in pleriſq; uerbis ex præterito fit futurum, ut amatus amaturus, habitus habiturus, locutus locuturus, auditus auditurus. diximus autẽ in pleriſq;, quia neutra præteriti temporis pleraq; carent participio, sed quia ad præsens quoq; est ei cognatio, fit etiam à præsenti futurum, ut amans amandus, docens docendus, loquens loquendus, audiens audiendus. sed tamen sciendũ quòd omnia huiusce modi formæ participia, id est, in dus terminantia, etiam nomina esse possunt. Confirmat autem supra dictam rationem cognatiõis temporũ etiam anomalorũ, id est inæqualium declinatio, in qua ex præsenti fit præteritum imperfectum, & futurum in omni modo, absq; subiunctiuo, ut fero ferebam ferrem, ex præterito uero perfecto pluſq̃perfectum, tuli tuleram tulerim tuliſſem, & futurum subiunctiui tulero. In participijs quoq; ex præterito passiui nascitur futurum actiui, ut latus laturus, ex præsenti actiuo, futurum passiui, ut

ferens ferẽdus.sed quanuis penitus mutent in quibusdam anomalis uerbis supradicta tempora omnes syllabas, significatio tamen integra manet eor& & cognatio tempor&, ut sum eram ero. Nec mirum, cum in alijs quoq; partibus orationis hoc inueniatur,ut cognata significatio in diuersis inueniatur uocibus,utputa in nominibus,pater masculinum est,eius fœmininum mater.similiter frater soror,patruus amita,auunculus matertera,bonus eius cõparatiuus melior, superlatiuus optimus. Iupiter, eius genitiuus Iouis,quantum ad usum iuniorum.Ego,eius genitiuus mei.Et ex cõtrario sæpe diuersa significatio in similibus inuenitur uocibus,ut liber libra, fiber fibra, Helenus Helena.Tullius Tullia.Propria enim nomina non sunt naturaliter per se mobilia, sed ex se se nascuntur, sicut etiam supradicta appellatiuorum fœminina non sunt à masculinis orta,sed à se nata,quanuis similem mobilibus habeãt formam.Illud quoq; comprobat cognationem tempor&,q; infinita uerba à præterito tempore habent etiam futuri rationem,dixisse,dictũ ire,læsisse,læsum ire, mersisse,mersum ire, fluxisse,fluxum ire. Sicut enim participia præteriti temporis rationem regulæ sumunt à uerbo præteriti perfecti,sic eor& formam sequitur infinitum futuri. Infinita autem nominata sunt, ut dictũ est ab eo,quòd carent significatione. diffinita tam personarum quàm numerorum.sic ut neutra quoq; nomina appellamus ab eo q; carent utroq; genere. Defectiua tẽporis præteriti perfecti & plusq̃perfecti,necnon etiam futuri subiũctiui,quia ex supradictis nascitur temporibus,sunt in sco definentia inchoatiua,nec meditatiuorum tamen supradicta tempora memini me inuenisse,ut feruesco,calesco, horresco, tepesco, esurio, lecturio,micturio,parturio.Sunt alia uerba quibus desunt diuersa tempora, usu deficiente,non ratione significationis.Et quibusdam deest præteritum perfectum,et omnia quæ ex eo nascuntur,ut ferio,sisto,tollo,fero,aio,furo, quod Varro ponit. Ergo alior& uerbor& præteritis perfectis,quæ uidenť eãdem significationẽ habere pro his utimur, in q̃bus inuenimus,ut percutio percussi,ferio percussi.statuo statui, sisto statui, uel (ut quidam) steti,qđ est à sto,sed Iuuenalis in .iij. Gaudẽtes fœdo peregrina ad pulpita cantu,Prostitui,pro prosisti.sustulo antique sustuli,tollo sustuli,suffero sustuli.tulo antique tuli, fero tuli.insanio insaniui,furio insaniui. meto etiam quidam messiui,quidã messem feci,sed usus uetustissimor& messui cõprobat, (quod cum de præterito tractabimus ostendetur) cerno creui,& cresco creui, apud uetustissimos inuenitur. A` mœreo (unde mœror) mœrui debuit facere,sed in usu nõ est mœrui, mando mandis eius præteritum perfectum quidam mandi,alij mandui,alij mandidi esse uoluerunt.Liuius in Odyssea: Cum socios nostros mandisset impius Cyclops. A` strido quoq; alij stridui,alij stridi protulerunt.Ennius in.xi. Annalium: Missaq; per pectus dum transit stridera hasta. In passiuis & communibus & deponentibus, id est in omnibus uerbis in or terminantibus desunt tempora præterita perfecta,& omnia quæ ex his nascuntur. participia tamen coniuncta uerbo substantiuo,id est sum, & omni eius tempori, eor& uice funguntur. Quod Græci quoq; solent facere in multis uerbis temporis præteriti perfecti & plusq̃perfecti,& maxime in modo optatiuo & subiunctiuo. τετυμμένοι εἰσί, τετυμμένοι ἦσαμ, ὁριστικὰ. εὐκτικά, τετυμμένος εἴην εἴης εἴη, τετυμμένω εἴκτον εἰήτην, τετυμμένοι εἴημεν εἴητε εἴησαν. ὑποτακτικὰ, τετυμμένος ἐὰμ ᾖς ᾖ, τετυμμένω, ἐὰμ ἦτον ἦτον, τετυμμένοι ἐὰμ ὦμεν ἦτε ὦσι. Sed cum apud Græcos pene innumerabilia sint uerba quæ uel literar& inconsonantia uel regularum quibusdam rationibus impediantur uel usu, ut non habeant declinationem plenam per omnia tempora, apud nos pauca hoc patiuntur. Inueniuntur tamen etiam in o definentia, sed non multa, in quibus præteritum perfectum per participium solet demonstrari quæ neutro passiua artiũ scriptores nominát. Sunt autẽ hæc sola: gaudeo gauisus sum,audeo ausus sum, soleo solitus sum, fido fisus sum, fio factus sum.quorum tamẽ antiquissimi solebant etiam præteritum perfectum proferre hoc modo, gaudeo gauisi,audeo ausi,soleo solui,fido fisi, fio fij, sed nunc his non utimur.Sunt uerba quibus desunt & tempora & personæ, ut fores foret forent fore,ce dò,infit, cuius Varro in mensuralibus primam ponit personam,infio. Aio quoq; præ

terito perfecto deficit. Inquio etiam uerbum in multis deficit. Item impersonalia uerba, quæ ex se nascuntur deficiunt per tempus futurum in modo infinito, ut pœnitere pœnituisse. pudere puduisse. quanuis antiqui puditum ire dicebant, & puditus participium, ut Plautus in Bacchidibus: Neq; me neq; te tui intus puditum est, factis quæ facis. necnon metuere metuisse deficit futuro, & timere timuisse, latere latuisse, apparere apparuisse, obedire obedisse. Et pleraq; neutra secundæ coniugationis, horrere horruisse, tepere tepuisse, rubere rubuisse, pauere pauisse. Inchoatiuorũ quoq; & meditatiuorum in infinitis non solum præteritum, sed etiam futurum deficit tempus, horrescere, tepescere, feruescere, parturire, esurire, lecturire. Necnon perfecta si sint eiusdẽ formæ inchoatiuorum plerunq; deficiunt futuro, ut discere didicisse, poscere poposcisse, compescere compescuisse.

De modis.

QVoniam de deficientibus per tempora sufficienter dictum est, nunc de modis tractemus. Modi sunt diuersæ inclinationes animi, uarios eius affectus demõstrantes. Sunt autem quinq; : Indicatiuus siue definitiuus, imperatiuus, optatiuus, coniunctiuus siue subiunctiuus, infinitiuus. Indicatiuus quo indicamus uel definimus quid agitur à nobis, uel ab alijs. qui ideo primus ponitur, quia perfectus est in omnibus tam personis quàm temporibus, & quia ex ipso omnes modi accipiunt regulam, & deriuatiua nomina siue uerba uel participia ex hoc nascuntur, ut duco, ducens, duxi, ductus, dux. rego regens rexi rectus rex. ferueo feruens feruesco feruor, horreo horrens horresco horror. intelligo intelligens, intellexi intellectus. lædo lædens, læsi læsus læsio. & quia ipsa prima positio uerbi, quæ uidetur ab ipsa natura esse prolata, in hoc est modo. quemadmodum in nominibus est casus nominatiuus. & quia substantiam siue essentiã rei significat, quod in alijs modis non est. neq; enim qui imperat, neq; qui optat, neque qui dubitat in subiunctiuo substantiam actus uel passionis significat, sed tantummodo uarias animi uoluntates de re carente substantia. deinde hũc primum autoritas doctissimorum tradidit modum in declinatione uerborum. Sciendum tamen quòd quidã au si sunt infinita ponere prima, sed male. non enim oportet statim à re imperfecta aut dubia incipere. quidã em̃ dubitauerunt an uerba sint hæc, & inter aduerbia magis ponenda censuerunt, q̃ nec numeros, nec personas, nec affectus animi certos habent, & egẽt semper alijs uerbis, sicut aduerbia. dicimus em̃ legere studeo, studes, studet: sicut dicimus, bene studeo studes studet, sed hæc postea refutent, nunc hæc sufficiat ostendere, nõ bene ab infinitis quosdã cœpisse. Sed neq; ab imperatiuis neq; ab optatiuis erat incipiendũ, cum hoc imperemus illo optemus. ut sit indicatiuus, q̃ nisi prius sit notus nõ possumus scire quid imperemus uel optemus. Subiũctiuus uerò quẽ quidam dubitatiuũ appellauerunt, manifestam habet indicatiui cognitionẽ. Ipsa em̃ dubitatio ante se esse indicatiuum confitetur. nam si tollas dubitationem, nõ opus est subiunctiuo in re certa, sed indicatiuo. ergo non alius iure præponetur omnibus quàm indicatiuus. Sicut enim in nomine, si quis proferat genitiuum uel alium post hunc casum multo antẽ nominatiuum cognouit. ex quo nascũtur obliqui, sic qui aliquem modum profert, scit primum indicatiuum qui est penè uerbi rectus, sicut et præsens tempus, ideo alijs præponitur temporibus, & primum obtinet locum, quòd in ipso sumus dum loquimur de præterito & futuro: & quia ad præsens præterita & futura intelligunt, quod si nõ sit alia intelligi minime possunt: et quia positio indicatiui uerbi ab ipso incipit, et quòd ex ipso cætera tempora trahunt regulas: & quòd præteritum non potest esse nisi prius fuerit præsens. Futuri autem uox sine significatione esset nisi cogitãtibus nobis, & notionem sumentibus ex præsenti uel ex præterito. De futuro quoq; sumimus notionem, uel ex his quæ nobis in ore ueniunt, uel ex ipsa natura rerum, uel ex cogitatione. In ore quidem, ut si uideam scribentem in præsenti, ex hoc concipio & futuri temporis scripturam. Natura, ut cum uideam solem occidentem in præsenti, possum scire naturali motu reuersurum, quod est futuri. Cogitatione uero, ut si cogitem diluuium quale sit in præsenti, ex hoc notionem concipio futuri. Similiter prima persona præ

ponitur aliis, quia ipsa loquitur & per eam ostenditur & secunda ad quam loquitur, & tertia de qua loquitur. nisi enim sit prima quæ proferat sermonem, aliæ esse nō pos sunt: & quòd ista sine illis potest inueniri cum secum aliquis loquitur, illæ autem si ne ista non inueniuntur. & quod causa naturaliter ante causatiuam (quā αἰτιάν Græ ci uocant) esse solet. causa autem fit secundæ & tertiæ personæ prima persona. iure igi tur illis præponitur, quæ sunt causatiuæ. A singulari quoq; numero incipimus, quòd hic naturaliter primus est numerorum, qui duplicatus uel multiplicatus facit numerū pluralem. Et actiua ideo prima proferūtur, quòd naturaliter præcedit actus ante pas sionem, quæ esse non potest, nisi sit actus. & quòd qui agit incipit, sequitur autē qui patitur. & quòd uerbum actiuum additione eget literæ uel literarum ut faciat passiuū ex se. Breuiter igitur de omnibus modis repetamus. Modi sunt, ut prædictum est, diuersæ inclinationes animi, quas uaria consequitur declinatio uerbi. Indicatiuus pri mus ponitur propter quas enumerauimus causas. Indicatiuus autem dicitur, quòd p eum indicamus quid agitur. Imperatiuus est quo imperamus aliis, ut faciant aliquid uel patiantur. qui ideo secundum tenuit locum, quòd per se absolutus, quemadmodū indicatiuus non indiget auxilio alterius partis ad plenam significationem, licet per tempora & personas deficiat naturaliter. Solemus tamen non solum imperantes, sed etiam orantes sæpissime eo uti. ut Virgilius in primo Aene.

Musa mihi causas memora quo numine læso.

Idem in nono: Vos ò Calliope precor aspirate canenti.

Tertius est optatiuus, qui quanuis & temporibus & personis perfectior esse uideatur imperatiuo, tamen eget aduerbio optandi, ut plenum significet sensum. & quòd qui optat inferior uideatur esse imperante. Itaq; iure post imperatiuum ponitur. Quar tus est subiunctiuus. quippe iure, qui eget non solum aduerbio uel coniunctione, ue rum etiam altero uerbo, ut perfectum significet sensum, ut Virgilius in Bucolicis:

Cum faciam uitula pro frugibus ipse uenito. Et sciendum quòd omnibus modis aliis sociari potest subiunctiuus, qui cum diuersas habeat significationes, non ab una earum, sed à constructione nomen accepit. ueluti denominatiua quæ diuersas haben tia significationes, generale tamen nomen multarum specierum sibi defendunt. Est e nim quando dubitationē significat, ut si uideam intelligo. est quando confirmationē. Virg. in primo Aen. Certe hinc Romanos olim uoluentibus annis,
Hinc fore ductores reuocato à sanguine Teucri.
Qui mare qui terras omni ditione tenerent, Pollicitus.

Tenerent enim confirmatiue dixit. Est quando suadentes hoc utimur: ut si dicam p dest ut legas. Est quando imperantes, ut ne dicas, ne facias, in quo nec eget alio uer bo. Est quando ostendentes potuisse fieri, nisi quid impedimento fuisset, ut facerem si placuisset, dicerem si licuisset. Possunt fortassis præter eas, perspicacius inquirētibus, & aliæ prædicti modi significationes inueniri. Infinitiuus est qui & personis & nu meris deficit, unde & nomen accepit infinitiui, quòd nec personas nec numeros defi nit, & eget uno ex quatuor supradictis modis, ut significet aliquid perfectum. ut lege re propero, legere propera, utinam legere properarem, cum legere properem. Imp sonale uerbum suæ cuiusdam est significationis: & solet uel à neutris, actiuam uel ab solutam uim habentibus, non tamen passiuam plerunq; nasci, ut statur, curritur, uiui tur, ambulatur. uel ab actiuis, ut amatur, legitur. à passiuis uero uel communibus uel deponentibus, nunq; nisi ab uno misereor misereret & miserēt. sed magis id quoq; à mise reo est. Vetustissimi enim pro misereor misereo dicebant, sicut diuersis supra ostendi mus usibus. Supina uel participialia cum nec personas discernant, & temporibus care ant sine quibus uerbum esse nō potest, & casus assumant, & præpositionibus separatis adiungant, sine dubio mihi nomina esse uidentur, quæ tamen loco infinitoꝝ ponunt, tam actiuorum quàm passiuorum. nec per se ea solum posita pro infinitis accipiuntur, sed etiam eiusdem formæ indubitabilia nomina aliis adiuncta nominibus secundum

eundem casum,ut Cicero in primo Inuecti. Nihil enim hic munitissimus habendi se natus locus,id est tutus habere senatum ἀσφαλὴς ἔχῳ τὴν συγκλητον. Inter mobilia tamen nomina eiusdem formæ,et hæc,id est supina,hoc interest,q̃ hæc siue ab actiuis,siue à communibus nascantur,communem habent significationem,ut amandi τῶ φιλητέω id est τ̃ φιλεῖν vel τ̃ φιλεῖσθαι. Illa uero passiuam solam,ut amandus, ὁ φιλητέος, id est qui debet amari. amanda ἡ φιλητέα quæ debet amari. amandum τὸ φιλητέον q̃d debet amari.Et q̃ supina cum sint generis neutri, & semper singularia, coniunguntur diuersis generibus & numeris,ut amando uirum,& amando mulierem,& amando pueros.Et quòd illis casibus adiungũtur quibus & uerbum,sicut supra quoq̃ docuimus, ut noceo tibi,nocendi causa tibi,nocendo tibi,nocendum tibi. Quod autẽ præpositionibus separatis coniungant̃,quod uerbi non est,ostẽdit usus.Cicero p̃ Milone:Huius ergo interfector si esset in cõfitendo. Idem in.iiij. Verrin. A` quo pecuniã ob absoluendi accepis. Vir.in Buc.Et potum pastas age Tityre,& inter agendum

Occursare capro,cornu ferit ille caueto.

Idem in.iij. Georg. nanq̃ ante domandum Ingentes tollent animos.

Et ostendunt ipsæ præpositiones siue aduerbia præpositiua in o quidem terminationem ablatiui esse casus. In um uero accusatiui,quibus & adiungunt̃. In i uero genitiui,cui nunquam præponuntur præpositiones separatæ.Illud tamen est sciendum, q̃ in o supina tam corripiunt quàm producunt autores more uerborũ siue aduerbiorum in o terminantium. Alpheus Auitus in.ij.excellentiũ:Tum literator creditus, Ludo. Falisci liberos, Causatus in cãpi patens, Extraq̃ muri ducere, Spaciando paulatim trahit, Hostilis ad uallí latus. Sunt enim dimetri iambici. Iuuenalis in primo: Plurimus hic æger moritur uigilãdo,sed illum Languorem peperit cibus imperfectus.

De speciebus uerborum.

SPecies sunt uerborum duæ,primitiua & deriuatiua,quæ inueniũtur ferè in omnibus partibus orationis.Est igitur primitiua,quæ primam positionem ab ipsa natura accepit,ut lego,ferueo,domo,facio,garrio,albo.Deriuatiua quæ à positiuis deriuãtur,ut lecturio,ferueſco,domito,facesso,garrulo,albico. Sunt igitur deriuatiuorum diuersæ species,ut inchoatiua,quæ initium actus uel passionis significãt,ut caleo calesco, horreo horresco,tabeo tabesco.quæ plerunq̃ à neutris absolutam uel intrinsecus natã significantibus passionem,quam Græci ἐνπαθῆ dicunt,deriuantur. quorum plera q̃ secundæ sunt coniugationis, ut rubeo rubesco, palleo pallesco, marceo marcesco,areo arescо,luceo lucesco,pateo patesco. ideo autem diximus plerunq̃, quia inueniuntur etiã ex alijs uerbis, sed raro, ut cupio cupisco. Cicero in Oratore: Diuino aliquo animi motu,maiora cõcupiscat. Virg.in.iiij.Georg. animosq̃ regum Corda, licet longe præsciscere.dormio dormisco,sentio sentisco. Teren.in Adelp. Hoc uilli edormiscam. Idem in Heaut. Ne tu id præsentisceres. labo labasco. Idem in Eunu. Labascit uictus uno uerbo. integro integrasco. Idem in Andria: Vah perij hoc malũ integrascit.Et notandũ q̃ in passiua significatione positum est inchoatiuum cum primitiuum eius actiuũ sit. Similiter hio hisco, amo amasco, misereor misereſco. sed magis à misereo est quo uetustissimi sunt usi,ut supradictum est. Ennius in.v.Annaliũ:Cogebant hostis lachrymantes,ut misererent.ex quo impersonale est miseret & miseretur. L.Crassus in legis Seruiliæ suasione:Neq̃ me minus uestri q̃ mei miserebitur. Nam à misereor quod est deponens, nec inchoatiuum in o desinens, nec impersonale potest nasci.uiuo uiuisco,unde reuiuisco.Terentius in Hecyra: Ille reuiuiscet nunquam. Vesperasco quoq̃ uidetur quasi à uespero uesperas uerbo deriuari. Omnia tamẽ ea,id est inchoatiua secundæ personæ primitiui addita co fiunt, ut labas labasco, ferues ferueſco,cupis cupisco,scis sciſco. Excipitur hias quod hisco non hiasco facit.ex quo Virg. compositum protulit in.i.Aeneid. Accipiunt inimicum imbrem rimisq̃ fathiscunt. Idem in eodẽ: Hi summo in fluctu pendent,his unda dehiscens. uetustissimi tñ fathiscor et fessus dicebant,ex quo defetiscor defessus.q̃d quidã à fateor esse deriuatũ uolũt,

Est altera species deriuatiuorꝫ in urio desinens,quæ à participio præteriti temporis solet fieri,siue à supino in u terminante, assumptione rio, ut lectus participiũ lectu supinũ,ex his lecturio,esus esu esurio,mictu micturio,partu parturio, amatu amaturio, nuptu nupturio,dictatu dictaturio.meditationem tamẽ significat hæc forma, unde & meditatiua nominat,& est quartæ coniugationis quomodo & inchoatiua tertiæ.Sciendum tamen ꝙ inueniunt quædam positiua inchoatiuorꝫ formam habentia,non tamen etiam meditatiuorꝫ,ut quiesco,pasco,compesco,posco,disco. Est alia species deriuatiuorum in to uel in so uel in xo desinens, quæ frequentiam actus significat, faciuntꝙ plerũꝙ ex se passiua. Nam inchoatiua & meditatiua magis neutra sunt. ea quoꝙ id est frequentatiua plerũꝙ à supinis deriuãtur mutatiõe extremæ u in o, ut scriptu scripto,dictu dicto,cursu curso,domitu domito, nexu nexo,flexu flexo.fin autem primæ sint cõiugationis,& habeant penultimam a, mutãt eam quoꝙ in i correptam,ut imperatu imperito,rogatu rogito,uolatu uolito.Ideo autem diximus plerũꝙ ea à supinis deriuari,quia in gi terminantia præteritum,à præsentis secũda persona abiecta s & addita to faciũt frequentatiuum,ut lego legi legis legito,fugio fugi fugis fugito, ago egi agis agito,cogo coegi cogis cogito.unde mergo quia mersi facit superiorꝫ seruat regulam,id est à supino facit frequẽtatiuum,mersu merso mersas, quæro quærito differẽtiæ causa facit,quia à quæso quæsito fit.Scitor scitaris notãdum quomodo et sciscitor sciscitaris,quod à primitiuo actiuo deponentia sunt nata. Virgil. in.ꝯ. Aeneid. Tum uero ardemus scitari & quærere causas. Terentius in Eunucho: Nisi quicquid est procul hinc,libet prius quid sit sciscitari. Nosco quoꝙ noscito facit. Liuius in tertio ab urbe condita: Circũspectare omnibus fori partibus senatorem, raroꝙ usquã noscitare.Dicitur tamẽ etiam noto notas.in quo similiter notãdum,ꝙ cum à noto fit deriuatum,corripuit tamẽ penultimam.Nec mirum cum cõposita à notus,est quando mutant o in i correptam, ut agnitus, cognitus, cum ignotus seruauerit o productam. Iuuenalis in.ꝯ. Nota mathematicis genesis tua. Virgilius in Bucol. nanꝙ notaui Ipse locum aeriæ quo congessere palumbes. Sunt tamẽ quædam deficiẽtia in supinis, quæ raro faciunt frequentatiua,ut ægreo ægresco & ægroto. Virg. in.xꝯ. ægrescitꝙ medendo.Et sunt omnia frequentatiua primæ coniugationis & seruant significationẽ primitiuorꝫ.quanuis uideant quædam ex his in alium sensum trãsire, ut traho tracto, cogo cogito.dico dicto. Sed si quis attentius inspiciat, nõ penitus absistunt neꝙ hæc à primitiuorꝫ significatione.Notandum tamen etiam sector sectaris quod differẽtiæ causa puto per syncopam u penultimæ prolatum,ne nomẽ putetur si secutor diceremus, cum supinum primitiui eius secutum sit. Raro tamen deriuationes huiusce modi specierum fiunt à uerbis in or desinentibus. Sunt præterea aliæ species deriuatiuorꝫ uariæ tam terminationis quàm significationis,ut à uideo uiso uisis, id est cupio uidere. Virg.in.viꝯ. Nam memini Hesionæ uisentem regna fororis, Laomedontiadẽ Priamum. uisentem dixit pro cupientem uidere,quod Græci dicunt ὀψόμενα. Simile est facio faceſſo,capio capeſſo,lacio laceſſo,arcio arceſſo, quæ non esse frequentatiua coniugatio ostendit.possumus ea tamẽ non incongrue desideratiua nominare. Sunt alia in lo desinentia quæ diminutiua esse plane significationis ipse sensus ostendit. quod apud Græcos in uerbis inueniri non potest: ut à forbeo forbillo, garrio garrulo, caluo cauillo,pro caluillo. Cuius primitiuũ Sallustius in tertio historiarꝫ ponit caluiratus. Sunt & aliæ deriuationes diuersas terminationes habẽtes tã à nominibus quàm à uerbis nascentium uerborum ut à patre patrisso,à græco græcisso & græcor,à grege grego à philosopho philosophor philosopharis,à poeta, poetor poetaris. In, co, ut albo albas albico. Horatus in.i. Carminum:Nec prata canis albicãt pruinis.similiter uello uellico,fodio fodico.item nutrio nutrico & nutricor.Cicero in secundo de natura deorum : Omnia quæ sicut membra & partes suas nutricat & continet. nec mirum Ciceronem nutricatur,pro nutricat dixisse,cum Virgilius quoꝙ Georgicorꝫ secundo: Hoc pinguem & placitam paci nutritor oliuam, dixerit, Impersonalia quoꝙ omnia

uel ab actiuis uel à neutris deriuantur (ut supra diximus) ut amo amatur, lego legitur, sto statur. misereo antique miseret. similiter placeo placet. sic antiquissimorum cõsuetudine à pœniteo pœnitet, à tædeo tædet, pigeo piget, pudeo pudet, liceo licet, oporteo oportet. Cæcilius in .v. Morbosum factum ut ea quæ oportuerint facta non sint. Et sciẽdum ꝙ omnia impersonalia tertiæ passiuorum personæ uoces habent, exceptis supradictis, & alijs paucis, ut euenit, uacat, contingit, accidit, liquet. Sunt alia uerba quæ ex uerbalibus nascuntur nominibus, uel ex participijs, ut à rego rex, à rege regno, à ducor ductus. à quo ducto ductas, à legor lectus, à quo lecturio & lectito, de quibus supra docuimus. Et sciendum ꝙ frequenter apud Græcos ex nominibus dignitatum solent deriuari uerba quæ actum uel administrationem ipsius dignitatis significant, ut οἰκονόμος οἰκονομῶ, πρύτανις πρυτανεύω. apud Latinos autem dignitatum nomina pleraq; ex uerbis uel nominibus nascunt quæ faciunt uerba, ut consul à consulendo, dictator à dictando, quæstor à quæstu, & ædilis ab ædibus, prætor à præeundo, ductor à ducendo, imperator ab imperando. ergo rex solum ꝙ à regendo nascitur, peperit ex se aliud uerbum regno. A uillico etiam uillico uel uillicor dicebant antiqui. Cato in oratione quæ inscribitur Vti basilica ædificetur, antequam is uillicare cœpit. Atta in Tyrone proficiscente: Pater uillicatur tuus, iam mater uillicata est. A metallorum quoq; nominibus solent nasci uerba, ut ab auro, auro auras, ab ære, æro æras, unde auratus & æratus. Persius: & ueri speciem dignoscere calles Ne qua subærato mendosum tinniat auro. Et à multis alijs nominib. inuenimus uerba deriuari, ut à cornice cornicor, & à frutice fruticor. Persius:

Nescio quid tecum graue cornicaris inepte. Iuuena. in. iiij.

Sed fruticante pilo neglecta & squallida crura. A philosopho quoq; philosophor, & ab architecto, architector architectaris, à patre, patro patras & patrisso, à græco græcisso, à spuma spumo, ab unda undo, ab undo inundo, ab aqua aquor aquaris. Vir. in iiij. geor. Sed circũm tutæ pro mœnibus urbis aquantur. A frumento frumentor frumentaris, à pabulo pabulor pabularis, ab antiquo, antiquo antiquas, id est infirmo. hæres exhæredo, græcus græcor græcaris, à uespera uesperasco, à luce luceo, à nocte pnocto, à mare uel à marito, marito maritas, ab hyeme hyemo hyemas, à fortuna fortuno fortunas. Persius: Mercuriumq; Arcessis fibra da fortunare penates. A baccho bacchor baccharis. à lympha lymphor lympharis. Artium uero nomina tam apud Græcos pleraq; quàm apud nos, omnia post uerba naturaliter sunt accipienda. Doceo post doctor, profiteor post pfessor, suo post sutor, scribo post scriptor, oro post orator. & sunt ferè omnia pfessionum nomina apud Latinos uerbalia, & in or definunt. nam grammaticus & philosophus, & architectus, & sophista, & poeta, græca sunt. itaq; ex nominibus ipsis habẽtur uerba apud Græcos, unde nos quoq; philosophor, architector, poetor in usu habemus. Ennius: Nunquam poetor nisi podager. omnia quoq; quæ ex ipso actu agentibus imponunt, ex uerbis nomina, non ex nominibus uerba nascunt, ut amo amator, moneo monitor, curro cursor, lego lector. impero similiter imperator, consulo consultor, duco ductor. Ex his quædam dignitatum quoq; inueniunt, ut imperator, ductor. Ab aduerbijs etiam & præpositionibus inueniunt deriuatiua uerba, ut perendie perendino, cras ex quo crastinus, & procrastino procrastinas. intro uel intra, hinc intro intras, super uel supra supero superas.

De figuris uerborum.

FIgura quoq; accidit uerbo quõ nomini. Alia enim uerborum sunt simplicia, ut cupio, taceo. Alia composita, ut concupio, conticeo. Alia decomposita, id est à compositis deriuata, ut concupisco, conticesco. Cicero in oratore: Diuino aliquo animi motu maiora concupiscat. Inueniunt tamen quædam uerba, etiam ex tribus partibus composita, ut perterrefacio. Sunt item alia quæ in cõpositione mutant coniugationes, ut do das, reddo reddis, prodo prodis. facio facis, amplifico amplificas. pello pellis, compello compellis & compellas, appello appellis & appellas. Sed in his, id est à pello compositis significatio cum coniugatione uariatur. & fortassis quõ mando mandis & mando mandas, dico dicis & dicas, sic etiam pello pellis & pellas dictum est, sed nunc in usu simplex

non est,quō nec fendo,nec spicio,nec perio,nec fragor,ex quibus composita sunt multa, ut offendo,defendo,aspicio,respicio,suspicio,despicio,aperio,reperio,comperio,cooperio,suffragor,refragor. Inueniunt quædam, quæ sæpe non solum cōiugationem, sed etiam genus uel significationem uerbi permutant in cōpositione,ut sperno spernis actiuum,aspernor aspernaris deponens.sentio neutrum,assentior deponens. in quo cōiugatio mansit.dicit tamen & assentio.sedeo sedes neutrū,insidior insidiaris deponēs. Obsideo uero & assideo actiua sunt.faciunt enim obsideor & assideor.unde Sallust.in.iiij. historiarum:Amissum q; assideri sine prælijs audiebat. Eo & facio neutra, adeo,transeo, ineo,prætereo,subeo,circueo,perficio,reficio,afficio,conficio actiua sunt. faciunt enim adeor,transeor,prætereor,ineor,subeor.Iuue.in.v.Quod si subeant prospera castra.Cicero pro Cornelio:Circuitis rostris eijcerent lapidibus homines. Conficior,perficior, afficior.Necnon ex neutris quædam in compositione fiunt deponentia.facio neutrum, uerificor uerificaris,gratificor gratificaris deponentia.Cicero pro Cornelio in primo: Num alicui gratificabat,aut homini aut ordini?In quibus etiam coniugatio est mutata, sicut in amplifico amplificas,ædifico ædificas,lætifico lætificas,Luca.in.iij. nō illū gloria pulsi,Lætificat Magni.Sentio assentio,& assentior & assentor assentaris.aspicio aspicis,conspicor conspicaris,suspicor suspicaris.sterno sternis actiuum, consternor consternaris deponens.Sallust.in primo hist.Equi sine rectoribus exterriti aut saucij cōsternantur.Medeor mederis,remedior remediaris,teste Capro. A fero quoq; actiuo & anomalo,uociferor uociferaris,quod est primæ coniugationis deponens.plecto actiuum,amplector deponēs.Fio passiuam significationem habet,quamuis sit neutrum, suffio ex eo cōpositū actiuam. Vnde Virg.At suffire thymo ceras q; recidere inanes,Quis dubitet? In uerbis compositis est, qñ Græci extrinsecus faciunt declinationem ad similitudinem simplicium, ut est ὀνέπτω, ἤνεπτον. κάμνω, ἔκαμνον. κάθημαι, ἐκαθήμην. ὀνοχλῶ, ἠνώχλουν. Est tamen qñ & intrinsecus declinant,ut καταγράφω, κατέγραφον. προγράφω, προέγραφον. ἀναγινώσκω, ἀνεγίνωσκον. Apud Romanos uero semper intrinsecus fit declinatio,id est in ipsa iunctura sequentis uerbi, uel post eam, conficio confeci, abigo abegi, incipio incepi, subeo subij,confringo confregi,maledico maledixi, exigo exegi. Et illud quoq; sciendum,q; principalem literam quancunq; habuerit positio uerbi, in suo loco seruamus per omnē declinationem,ut amo amaui.erro erraui,ineo iniui,oro oraui,uro ussi,hæreo hæsi,haurio hausi, bibo bibi, cedo cessi, domo domui, flo flaui, gigno genui, lædo læsi,mico micui,narro narraui,paro paraui,rapio rapui,seco secui,terreo terrui, ueto uetui. Excipiūtur ago egi,& eo ij uel iui, quæ principalem suæ positionis literam mutauerūt. Quærit in compositis uerbis, cur cum sæpe in præsenti corrupta sit aliqua pars compositionis,in præterito integra inuenitur?ut perficio perfeci,efficio effeci,inijcio inieci,pergo perrexi,exigo exegi,confringo confregi, cum in nominibus tota declinatio per omnes casus nominatiui,figuras solet apud nos seruare ex quibuscunq; modis sint compositæ, ut indoctus per omnes casus ex duobus integris est, efficax per omnes casus ex duobus corruptis.Similiter in omnibus compositis nominibus hoc inuenitur. Excipitur alteruter alterutrius,quod cum in ntō sit ex duobus integris,in gtō non est:nam alterius utrius esset,qui tamen gtūs uetustissimis fuit in usu,sicut de ntō tractantes ostendimus.Tantundem tantidem præterea,quod cum in ntō sit ex duobus corruptis,in genitiuo ex integro est & corrupto,sicut & quicquam cuiusquam,& idem eiusdem. Euphoniæ tamē causa hoc fieri manifestum est.quō & quendam & quandam,in quibus m quæ terminalis est accusatiui casus utriusq; generis in n est cōuersa. Apparet ergo ex hoc q; compositio huiuscemodi uerborū, quæ non eosdem modos compositionum per omnia seruant tempora, per singula separatim fit. Nam cum soleat plerunq; compositio ă correptam uel in ĕ uel in ĭ correptam conuertere,per quæcunq; tempora eam, id est ă breuem in uerbis uertit,uel in ĭ uel in ĕ, ut habeo inhibeo, habebam inhibebam, habui inhibui, habueram inhibueram,habebo inhibebo.ago exigo,agebam exigebam,agam exigam. facio inficio,faciebam inficiebam,faciam inficiam,iacio inijcio,iaciebam inijciebam,ia-

ciam iniſciam.frango infringo, frangebam infringebam, frangam infringam. tango cõtingo,tangebam contingebam,tangam contingam.arceo coerceo,ſpargo reſpergo,parco deperco.Ideo autem dixi plerunq;, quia eſt ubi ſeruatur a integra, ut paro, reparo, comparo. maneo,remaneo.caneo,incanco,incanui,unde Virgi.in.iĳ.Georg. malos geſſere ualentes, Caſtaneæ fagos ornusq; incanuit albo, Flore piri. Mano permano. narro enarro.& aro exaro.Frequentius tamen ea ſeruant a quæ primæ uel ſecundæ coniugationis ſunt, ut cano recino,eius frequentatiuum cum ſit primæ,ſeruat a,canto decanto. Lucanus in quinto, Decantatq; tribus & uana uerſat in urna.Labor perlabor,uado inuado,candeo excandeo,palleo expalleo,ardeo exardeo, areo exareo.Inueniuntur pauca in ſupradictis coniugationibus mutantia a, ut damno damnas, condemno condemnas.arceo arces,coerceo coerces, amico amicas, inimico inimicas.habeo inhibeo.ſacro conſecro.In tertiæ uero & quartæ coniugatiõis uerbis multa inuenimus mutantia a,ut tango contingo,frango confringo,ago exigo,iacio iniicio,facio inficio,gradior ingredior, ſcãdo conſcendo,fateor confiteor,paciſcor depeciſcor,fatiſcor defetiſcor,ſalio inſilio,patior perpetior,pario reperio.ueteres enim & pario quartæ cõiugationis declinabant,ptior impertio & impertior.cado incido.fallo refello.Inueniuntur tamen in his quoq; coniugatiõibus quædam, quæ ſeruãt a in compoſitione, ut naſcor renaſcor, paſco depaſco, labor elabor,arguo coarguo,largior dilargior. In præterito uero perfecto & plus quã perfecto cum ſimplex uerbum ē longam habeat, non poteſt compoſitio eam commutare,ut egi exegi,egeram exegeram,feci infeci,feceram infeceram,ieci inieci,ieceram inieceram.quæ ſine dubio à ſimplicibus ſuis componuntur. nam nõ poſſumus dicere ꝙ ĭ breuis quæ eſt in præſenti tempore, conuertatur in ē longam in præterito.hoc enim in nullo inuenimus fieri uerbo. Id autem,id eſt quod per ſingula tempora fit compoſitio, participiorum quoq; diuerſæ figuratiões ſæpe tam præſentis quàm præteriti temporis oſtendunt,ut effringens effractus,cogens coactus,ſubigo ſubactus,exigens exactus.Hæc enim omnia cum præſenti extremam partem,id eſt dictionẽ corruptam habeant,in præterito integram habent.Cur?niſi ꝙ ſeparatas habent compoſitiones per ſingula tempora:Non eſt enim dubium,ꝙ interrogati,unde componitur effractus? ab ex præpoſitiõe & fractus participio reſpondebimus,& ſubactus à ſub & actus.& exactus ab ex & actus, & de omnibus ſimilibus. Anomala quoq; uerborum id poſſunt oſtendere.quæ ſine dubio per ſingula tempora, ſiue etiam per perſonas componuntur,ut proſum prodes prodeſt,proſumus prodeſtis proſunt,proderam profui.Per totam enim declinatiõem ubicunq; à uocali incipit hoc uerbum,interponitur iunctura compoſitionis d.Similiter aufero abſtuli, in præſenti pro ab au,in præterito abs habuit.idq; ita eſſe confirmat Apollonius ſummus autor artis grammaticæ,docẽs in primo libro de uerbo, immobilem figurationis iunctura manere, & ſeparatim confirmans componi, τὸ καταγράφω κατὲ γραφον, ἐπιγράφω ἐπὶγραφον.& his ſimilia quæcunq; intus habent declinationem,hoc eſt poſt præpoſitionem,quod apud nos ſemper fit in omnibus compoſitis uerbis. Sciendũ tamen quod in nominibus quoq; apud nos iunctura compoſitiõis ſolet moueri,tũc quãdo ex duobus nominatiuis cõponuntur,uel ex nominatiuo & obliquo,uel indeclinabili aliqua dictione.poſſumus tamen quod illi de uerbis intrinſecus habentibus declinationem dicunt,nos quoq; etiam de nominibus huiuſcemodi dicere,ꝙ per ſingulos caſus fit compoſitio eorũ,ut reſpub.reipub.reſpublica quidẽ ex duobus nominatiuis,reipu.uero ex duobus genitiuis, uel datiuis. Similiter iuſiurandũ iuriſiurandi.uirilluſtris uiriillu-ſtris. magiſterequitum magiſtriequitum. tribunuſplebis tribuniplebis. quiſq; cuiuſq;. quæ compoſita eſſe oſtendit accentus. ꝙ autem non eſt nominatiuorum proprium, ſed etiam obliquorum caſuum,per ſe componi, oſtendũt nomina uel pronomina, quæ per obliquos inueniuntur ſolos componi.ut iſtiuſmodi,huiuſmodi,cuiuſmodi.Illud autem ſciendum, ꝙ & in nominibus & pronominibus cõpoſitis apud latinos extrema pars poteſt immobilis manere,quod apud Græcos non reperitur.ut tribunuſplebis,præfectuſurbis,cuiuſmodi,idem uerbum autem uel participium,nec apud Græcos ullos compo

ſitum, nec apud nos extremam partem ſeruat immobilem. ideoq; ſemper in compoſitione extremam partem ſibi defendit ipſum uerbum & participium. quippe quod ex eo naſcitur. Componũtur autem uerba uel cum nominibus, ut amplum amplifico, ex quo participium amplificans. ſignum ſignifico ſignificans. uel cum altero uerbo, calefacio calefaciens. uel cum aduerbio, maledico maledicẽs, ſatisfacio ſatisfaciens. uel cum præpoſitione, induco inducẽs, perduco perducens, abſtraho abſtrahens, ſubrideo ſubridẽs. Ideo autem præpoſitiones compoſitæ quidem cum uerbo inueniuntur, nunquam autem ſeparatæ per appoſitionem, quia uerba per omnes perſonas in omni tempore nominatiui caſus uim habent, cui ſoli poſſunt coniungi, ut facio ego, facis tu, facit ille. ſimiliter p omnia tempora. Ergo cum caſus ntũs nunquam per appoſitionem aſſumat præpoſitiones, ſed in ſola compoſitione, ut impius perfidus, uerba quoq; in compoſitiõe duntaxat has poſſunt adſciſcere. Nec imperatiua tamen uerba ſecundæ perſonæ, quæ uocatiuum adſciſcunt, ut ſcribe Virgili, lege Terenti, poſſunt in appoſitiõe habere præpoſitionem, quia nec uocatiuus caſus hoc habet. Participia uero quas quidem præpoſitiones habent per nominatiuum, uel à uerbis habent ex quibus deriuantur per compoſitionem, ut exigo exigens, uel ad imitationem uerbi per ſe compoſita ſunt, ut exegi exactus. Poſſunt tamen etiam per appoſitionem aſſumere præpoſitiones ad imitationem nominum. quia caſus quoq; obliquos habent ſicut nomina, ſed non poſſunt participia componi, niſi per nominatiuũ caſum. quippe cũ ſint cognata uerbis, quæ uim nominatiui poſſident, ut ſupra dictum eſt. ergo doctificus, id eſt doctum faciens, in uim nominum tranſtulit participia, ſicut iuſiurandum iuriſiurandi, iuriſconſultus, iuriſperitus, ſenatuſdecretum, ſenatuſconſultum, plebiſcitum, præfectuſurbis, præfectuſfabrum. Et ſciendum quod participia ſine uerbis eſſe non poſſunt. Siqua igitur uideantur ſine uerbis formã habere participiorum, nomina ſunt dicenda, & carent temporali ſignificatione, ut penulatus, togatus, ſcutatus, galeatus, haſtatus, palliatus, caligatus, & his ſimilia. Sunt tĩ quædã huiuſcemodi quæ & nomina & participia eſſe poſſunt. Nomina quidem cum ipſum habitum ſignificant non paſſionem nec tempus, ut armatus ab armis habendis ὁπλίτης nomen eſt. Cum uero à uerbo armor paſſiuo naſcit, & præteritum tempus ſignificat armatus ὁπλισθεὶς, ſine dubio participium eſt. Ex omni autem ferè habitu huiuſcemodi nomina inueniuntur apud Latinos, ut à capillo intonſo, capillatus, à coma comatus, à cirro cirratus, ab auribus auritus, à naſo naſutus, à tunica tunicatus, à lacerna lacernatus, à purpura purpuratus, à brachis brachatus, à pallio palliatus, à prætexta prætextatus, à trabea trabeatus, à taberna tabernatus, à manicis manicatus, à paludamento paludatus, à ſtola ſtolatus, à lorica loricatus, à pictura picturatus, à ſcuto ſcutatus, à tabula tabulatus, à pilo pilatus, à gladio gladiatus, ex quo gladiator, à ſtella ſtellatus, à pelle pellitus, à dentibus dentatus, à barba barbatus, à pluma plumatus, à balano balanatus, à gemma gemmatus, à roſtro roſtratus, à ferro ferratus. Ex aliis quoq; nominibus inueniuntur, ſed non adeo multa, ut à cerere cerítus, à lympha lymphatus, & lymphaticus. Nec incongruum uel abſonum mihi uidet, poſſe uerba quoq; ex his ipſis ad ſimilitudinem eorum, quibus uſa eſt autoritas proferre. quid enim impedit, nos quoq; aliquid copiæ ad opulentiam latinæ conferre eloquentiæ, & ad imitationem, armo & armor armatus, dicere, tunico & tunicor tunicatus, & ut roboro roboror roboratus, & ut æro & æror æratus, ferro ferror ferratus, plumbo plumbor plumbatus, & ut ueſtio ueſtior ueſtitus, togo & togor togatus? Si enim autoribus timiditas obſtitiſſet, ut nullis nouis uterentur dictionibus, ipſa natura & ſignificatione rerum exigente, perpetuis latinitas anguſtiis damnata manſiſſet.

De coniugationibus.

COniugatio eſt conſequens uerborum declinatio, cuius regula apud Græcos quidẽ tam conſonantib. q̃ uocalibus comprehendit. Conſonantibus quidẽ in his uerbis, quæ βαρύτονα appellant, hoc eſt ante finẽ habentia accentum. Vocalibus uero in circũflexis, apud nos uero in ſolis uocalibus ſecundæ perſonæ ad imitationem circũflexorum,

Sunt igitur coniugationes quatuor apud Latinos, cum apud Græcos decem sint. Coniugatio autem nominatur, uel propter coniugatas consonantes, hoc est cognatas, ex quibus pleræq; apud Græcos coniugationes regulam sumunt: uel q; una eademq; ratione declinationis plurima coniugantur uerba, quod ad Latinorum nominationem aptius est. per ordinem igitur uocalium locum singulæ obtinent apud nos. Cum enim uerba omnia, quæ æquali regula declinantur in o uel in or desinãt. in o quidem terminantia, si primæ sint coniugationis in as efferunt secundam personam, ut oro oras, sto stas. sin secundæ in es, ut moneo mones, hæreo hæres. sin tertiæ in is correptam, ut cupio cupis, curro curris. sin quartæ in is productam, ut munio munis, esurio esuris. In or uero uerba primæ coniugationis in aris faciunt producta penultima secũdam personam, ut amor amaris, criminor criminaris, luctor luctaris. secũdæ in eris producta penultima, ut doceor doceris, reor reris. tertiæ in eris penultima correpta, ut legor legeris, sequor sequeris. quartæ in iris penultima producta, ut munior muniris, molior moliris, audior audiris. Inueniuntur tamen quædam uerba, quæ ex eadem positione uerbi primæ personæ ad diuersas proficiscuntur coniugationes, uariæ causa significationis, ut fundo quod ad fusionem attinet fundis, quod ad fundamentũ fundas. mando ad mandatum mandas, ad dentes mandis. dico ad dedicationem dicas, penultima tamen correpta, dico uero ad dictionem penultima producta dicis. uolo ad uolatum uolas, ad uoluntatem uis. lego quoq; penultima producta legas, correpta legis. compello & appello ad pulsionem compellis & appellis, ad compellationem uero & appellationẽ compellas & appellas. sero seras serui, sero seris seui & serui. Sunt alia quæ quanuis eandem significationem seruent, diuersæ tamẽ sunt coniugationis in usu, ut denso densas, & denseo denses. strideo strides, & strido stridis. ferueo ferues, & feruo feruis. cieo cies, & cio cis. dureo dures, uude duresco, duro duras.

Lucanus in. vi. Auribus incertum feralis strideat umbra.

Virgil. in. viij. striduntq; cauernis,
Stricturæ chalybum & fornacibus ignis anhelat.

Idem in eodem: Feruere Leucatem auroq; effulgere fluctus.

Idem in. i. Aenei. Feruet opus redolentq; thymo flagrantia mella.

Idem in. x. Postremi addẽsent acies. Idẽ in. i. Geor. & Iuppiter humidus austris
Denset, erant quæ rara modo, & quæ densa relaxat.

Lucanus in. ix. Densatur globus quantum pede prima relato,
Astrinxit gyros acies. tueor tueris, & tuor tueris.

Statius in. i. Achil. Nanq; modo infensos utero mihi contuor enses.

Lucretius in. vi. dilutaq; contra Cum tuimur misceri absinthia tãgit amaror.

oleo oles, & olo olis. Afranius in Fratribus: Non potest qui in illa est acta, longeq; et cunctis olat. Plaut. in Mostellaria: Non omnes possunt olere unguenta exotica. Nam nisi corripias penultimam, iambus stare non potest. Teren. in Adelph. Olet unguenta de meo. Excello excellis, & Excelleo excelles. Lucretius in. i. Omnibus ornatum uoluisti excellere rebus. Cicero in. i. epistolarũ ad filium: Quare effice & elabora, ut excelleas. fulgeo fulges, & fulgo fulgis. Lucanus in. x. Fulget gemma thoris, & iaspi de fulua supellex. Virgilius in. viij. auroq; effulgere fluctus. Sono sonas, & sono sonis. Ennius in. xi. Annalium: Tum clypei resonant, & ferri stridit acumen. Lucret. caligare oculos, sonere auris. Vno unas, unio unis. de singularũ igitur coniugationum regulis latius mox tractabimus. Sciendum tamen q; uidemur in præterito perfecto plerunq; baritona quoq; Græcorũ imitari in commutatione consonantium teste Didymo, qui ostendens omnia quæ habent in arte Græci, habere etiam Latinos, exẽplis hoc approbat. Nam cum primam coniugationem dicunt βαρυτόνων, quæ tres cognatas habet consonãtes, id est β π φ, pro qua nos ph scribimus in plerisq;, & in omnibus huius coniugationis uerbis per φ declinãt ἀόριστον, hoc est præteritum infinitum spacio temporis, utrum paulo ante an multo sit perfectũ, ut κρύβω unde κρύπτω ἔκρυφα, λείπω

ἔλλφα. ἀλείφω ἤλλφα. nos quoq; in præterito pfecto, quod pro παρακείμενος, id est paulo ante perfecto, & pro ἀορίστῳ teste Probo habemus (Nam amaui πεφίλικα, & ἐφίλησα significat, similiter feci πεποίηκα, & ἐποίησα, uidi ἑώρακα, νόμῃ ἔϊδον, & sic omnia cætera) nos quoq; cum in præsenti in bo uel po definat uerbum, plerunq; in psi facimus præteritum perfectum in tertia coniugatione. ut scribo scripsi, nubo nupsi, scalpo scalpsi, repo repsi. nam p ϕ græca duplici in principio syllabæ posita, Romani ps solent scribere. In secunda autem coniugatiõe βαρυτόνων græci, quæ γ κ χ habet per ξ efferunt præteritum infinitum, ut λέγω λέξω ἔλεξα, πλέκω πλέξω ἔπλεξα, ἄρχω ἄρξω ἦρξα. Nos quoq; in go uel in co definentibus, idem frequenter facimus in præteritis perfectis, id est per x declinamus hoc tempus, ut rego rexi, pingo pinxi, duco duxi, dico dixi. Nam in pho cho tho nullum terminat latinum uerbũ. Itaq; triumpho græcum est ἀπὸ τοῦ θριαμβεύω. sed translatio fuit aspirationis à prima ad postremam syllabam, quomodo κύθρα pro χύτρα, ἐνθαῦτα pro ἐνταῦθα, quod est ionicũ. ad cuius imitationem Latini pro θρίαμβος triumphus, per transmutationem aspirationis protulerunt. Ideo tĩ b in p conuersa est, quia b aspirari non potest. Tertiã quoq; illorũ imitamur coniugationẽ quam per σ θ τ efferunt, ut ἄδω ᾖσα, πείθω ἔποιθα, ἀνύτω ἤνυσα, nos ardeo arsi, lædo læsi, ludo lusi, concutio concussi. Ad quartæ quoq; imitationem quæ per ξ uel duplicatam ss profertur, & præteritum per s facit. ut ὀρίζω ὥρισα, λεύσσω ἔλυσα. nos quoq; pitisso pitissaui, patrisso patrissaui, musso mussaui. Quinta per liquidas apud illos profertur. easq; seruat in omni præterito, ut τίλλω ἔτιλα, νέμω ἔνειμα, τείνω ἔτεινα, σπείρω ἔσπειρα. Nos quoq; in plerisq; seruamus liquidas, nõ tamen in omnibus, ut cælo cælaui, doleo dolui, domo domui, timeo timui, emo emi, tono tonui, teneo tenui, cano cecini, aro arauí, terreo terrui. Ideo autem diximus in plerisq;, quia inueniuntur & m & n & r in præsenti quæ in præterito perfecto uel abiiciuntur uel mutantur, ut rumpo rupi, premo pressi, sterno strauí, temno tempsi, tero triui, uro ussi. Sextam coniugationem dicunt quæ per ω puram effertur, ut ἱππεύω πλέω βασιλεύω. qualia sunt apud nos omnia secundæ & quartæ coniugationis uerba, quippe in eo ui in io definentia. inueniuntur tamen etiam primæ & tertiæ coniugationis, non solum e uel i antecedentibus, sed & aliis uocalibus, ut inchoo inchoas, mutuo mutuas, meo meas, hio hias. tertia tamen a uel e ante aspirationem inuenitur habere penultimas, ut traho traxi, ueho uexi. i uero uel u puras sine aspiratione, ut facio facis, ruo ruis. sed de omnibus formis præteriti perfecti quatuor coniugationum, & generalibus regulis ad omnem uerbi declinationem pertinentibus, latius in sequenti libro differemus. Nunc de personis tractemus. Quas ideo cum numero in extrema parte accidentium posuimus, quod non omni uerbo, quomodo supradicta accidentia adhærent, sibi autẽ semper sociant in uerbo, & in omnibus quæ declinari possunt partibus. nam in aduerbio possunt, & numeri sine personis, & psonæ sine numeris inueniri. numeri, ut quinquies, decies: personæ, ut meatim, tuatim. Quanuis em̃ à singulari pronomine deriuentur, indifferenter tamen tam singulari q̃ plurali numero uerbo coniunguntur, ut meatim dicis, meatim dicitis. sed in aduerbio species quædam inuenitur, hæc habens diuisa. in uerbo uero & nomine & pronomine, & participio oẽs uoces uel singulares habent numeros, uel plurales, & personas simul cum numero uel finitas uel infinitas. Nomen tamen & participium in omni casu tertiæ sunt personæ, absq; uocatiuo, qui solus ad secundam profertur personam.

Personæ.

SVnt igitur personæ uerbo tres. Prima est quæ de se loquitur, uel sola, uel cũ aliis, ut dico dicimus. Secunda ad quam loquitur, de seipsa, uel sola, uel cum aliis, ut dicis dicitis. Tertia de qua extra se & illam ad quam dirigit sermonem posita loquit prima, ut dicit, dicunt. & prima quidem & secunda uerbo personæ finitæ sunt. præsentes enim demonstrantur. tertia uero infinita est, itaq; eget plerunq; pronomine ut definiatur. & prima quidem & secunda personæ uerbo pronominibus iũgi possunt solis, tertia uero etiam nominibus quæ per se sunt tertiæ personæ absq; uocatiuo casu, qđ

ante diximus,ut lego ego,legis tu,legit ille,uel legit Cicero. Nam si dicam lego Cicero,solœcismus est,nisi addidero pronomen,dicens lego ego Cicero, uel legis tu Cicero. exceptis illis uerbis, quæ sunt substantiæ uel uocãdi, ut Priscianus sum, Priscianus uocor,Priscianus nominor,Priscianus nuncupor.Et prima quidem potest sibi & secũdam & tertiam coniungere,ut ego & tu facimus, ego & ille facimus. secunda uero nõ potest coniungere sibi nisi tertiam,ut tu & ille facitis. tertia uero nec primam nec secũdam,sed alteram tertiam,ut iste & ille faciunt. & prima quidem potest etiam secunda & tertia absentibus per se loqui, ut sæpissime apud comicos uidemus induci personas, quæ ipsæ ad se loquuntur. Vt Simo in Andria: Non dubium est quin uxorem nolit filius. Secunda uero uel tertia sine prima non potest esse. potest tamen prima & secunda sine tertia,& prima & tertia sine secunda inueniri. est enim ubi ipsa prima persona ad se,quasi ad secũdam loquitur personam, sed figurate,ut Dido in quarto Aeneidos:

Infelix Dido nunc te fata impia tangunt, Tunc decuit cum sceptra dabas. Et quoniam sunt quædam uerba in quibus naturaliter,uel omnes,uel quædam deficiunt personæ,de his breuiter dicamus. In imperatiuis prima persona singularis non potest esse, q naturaliter imperans ab eo cui imperat diuiditur, cum ergo prima persona sit, quæ loquitur,ipsa sibi imperare non potest. unde hic modus etiam uocatiuum casum adscisc it,qui in secunda tantum persona inuenitur,ut doce grammatice. Nam tertiæ quoq personæ imperantes internuntia utimur secunda persona, ut grammatice legat discipulus tuus. Ergo si absit secunda persona non possumus imperare tertiæ,nisi figurate ad nosmetipsos loquentes, quasi ad secũdam personam. Itaq quæ latini in plurali numero imperatiua primæ personæ accipiunt,hæc Græci ὑποθετικὰ uocant, id est suppositiua siue hortatiua.dicunt enim q superior debet ostẽdi,qui imperat,eo cui imperat. hic autem suam quoq conisigens personam, similem se sociumq in hac ipsa re,de qua imperat,ostendit futuꝝ illis quibus imperat,ut pugnemus,legamus.quasi ad socios uidetur hoc modo uti.itaq melius illis uisum est hanc personam numeri pluralis separare ab imperatiuis. Sciendum tamen q frequentissime iste modus pro optatiuo ponit uel deprecatiuo, ut, Musa mihi causas memora,quo numine læso. Et apud Terentium: Fac amabo. Ergo si ad deos qui omnibus superiores sunt imperatiuo utimur modo,cur non etiam ad socios uel ad eiusdem naturæ quoscunq homines,quanuis maiores nobis uel similes per connumerationem nostri quoq,quæ fit in prima persona plurali hocmod o,id est imperatiuo utamur? Infinita quoq & impersonalia, & gerundia uel supina carent personis naturaliter. Præterea in nominationibus,id est ὀνοματοποιίαις, siue nominum,siue uerboꝝ nouis conformationibus,non omnes declinationis motus sunt quærendi,ut tinniat. Persius: Ne qua subærato mendosum tinniat auro Taratantara. Ennius: At tuba terribili sonitu taratantara dixit. ut etiam apud Græcos σίζει ὀφθαλμὸς · ἐκλαγξαν αἱ ὀϊσοὶ · λίγξε βιὸς · φλοῖσβος · Pluit & tonat,& fulminat, & multa similia quæ ad homines non pertinent,proprie quidem ad tertiam dicuntur personam. Possunt tamen etiam in prima inueniri persona & secunda per poetarum προσωποποιίας, id est conformationes,uel per responsa dei,& per apostrophas, quasi ad ipsum Iouem præsentem.& sunt quasi propria uerboꝝ,quæ ad solum Iouem pertinent. Reperiuntur tamen & alia uerba quæ in usu deficiunt personis,ut cedò,sodes,salue,furis,aue,infit,foret. Quanuis & infio & furo,apud Varronem inueniũtur. & forem apud Terentium in Hecyra: Nam si utrum uis horum,mulier nunquam tibi uisus forem. Fore quoq dicitur, ex quo confore Terentius in Andria compositum protulit: Et id spero confore.

De numero.

NVmerus accidit uerbis uterq,quomodo & omnibus casualibus: Singularis,ut lego, Plu ralis,ut legimus. Necesse est autem in omnibus declinabilibus utrunq simul inueniri,sicut supradictum est,numerum & personam. Sciendum tamen quòd quanuis & in nominibus, & pronominibus, & participijs inueniantur uoces communes singularis & pluralis numeri,ut poetæ,uiri,fluctus,genitiui singulares, & nomina

tiui plurales sunt, similiter cædes, uerres, dies, res, nominatiui tam singulares sunt quã plurales, isti uero & ipsi & illi datiui singulares & nominatiui plurales, in uerbo nun quam hoc inuenitur apud Latinos. Quanuis apud Græcos in multis, ut ἵππος tam singulare est primæ personæ quàm plurale tertiæ præteriti imperfecti, sicut in hoc ἔχαιρον, ἔλεγον, ἔστλατίζον, ἐλάλουν, ἐποίουν, ἔχαιρον ἐγὼ λίαν ὅτι φίλοι σωὶ ἐχαιρόμην.

In antiquißimo codice, cuius collatione hic emendatus est, ita scriptum erat:

ARTIS PRISCIANI VIRI DISERTISSIMI GRAMMATICI CAESARIENSIS DOCTORIS VRBIS ROMAE CONSTANTINOPOLITANAE, PRAECEPTORIS MEI LIBER OCTAVVS DE VERBO EXPLICITVS FELICITER.

PRISCIANI CAESARIENSIS GRAMMATICI LIBER .IX.

De generali uerbi declinatione.

Actionũ aliæ sunt uniformes, id est indeclinabiles, ut aduerbia, coniunctiones, præpositiones, interiectiones. Aliæ declinabiles, ut nomina, uerba, participia, pronomina. Ergo aliæ eaꝝ in principio mouentur, ut pronomina, transeundo in personas, mei tui sui, mihi tibi sibi, me te se, meus tuus suus, mei tui sui, meo tuo suo. In genera uero & in numeros & in casus transeũtia finem mouent, sicut nomina. Pronomina quoq; quæ discernunt genera, ut ille illa illud, ipse ipsa ipsum. necnon etiam participia, quibus omnia ferè accidunt tam nominibus q̃ uerbis accidentia. Vnde non solum in fine per genera & casus & numeros, sed etiam in principio est quando mouent per tempora, ut lauans lauaturus, fouens foturus, mouens moturus. uerba autem & in principio & in fine & in medio mouentur, non tamen per singula tempora omnes motus necesse est pati sicut ostendet. Oportet igitur de his ratione cõgrua exponere, cur tamen à præsenti, sicut à nominatiuo declinationis exordium sumimus, superius tractatum est, quod scientes de cæteris dicemus. Præteritũ imperfectum apud Latinos principium nunq̃ mouet, sed finem, ut amo amas amabam, doceo doces docebam, lego legebam, facio faciebam, munio muniebam. & in prima quidem coniugatione a habet ante bam. Secunda enim persona in as definens, abiecta s assumit bam, amo amas amabam, meo meas meabam. In alijs uero omnibus e productam, docebam, legebã, audiebam. In quarta tamen coniugatione est quando antiqui transmutãtes locum uocalium, pro i & e ϕ diphthongon proferre solebant. quam postea in í longam uerterunt, uti polibam pro poliebam, munibam pro muniebam. In eo uero definentibus uerbis eiusdem quartæ coniugationis, nec possumus aliter proferre præteritum imperfectum, nisi i ante bam seruantes, ut eo ibam, adeo adibam, ueneo uenibam, queo quibam. Nec mirum cum hæc uerba ex secunda persona faciunt tam præteritum imperfectum q̃ futuꝝ ad similitudinẽ primæ & secundæ coniugationis. Nam tertia & quarta coniugatio solet ex prima persona gignere tam præteritum imperfectum q̃ futurũ. Præteritum imperfectum mutatione o in e productam, et additione bam, ut lego legebam, facio faciebam, audio audiebam. Futurum mutatiõe o in am, ut lego legam, facio faciam, audio audiam. Exceptis in eo definentibus, quæ, sicut supra diximus, à secunda persona faciunt prædicta tempora. Præteritum perfectum tres habet motus in principio, & in medio plerunq̃, non tamẽ semper, in fine uero semper. In principio & in medio & in fine, cædo cecidi, cado cecidi. In medio & in fine, decerno decreui, porrigo porrexi. In fine tantũ, pando pandi, defendo defendi. Est etiam inuenire quædam uerba, in quibus mouetur principium & finis, medio integro manẽte, ut mordeo momordi, tondeo totondi. Plusq̃ perfectum eosdem motus habet, quos & præteritum perfectum à quo & nascitur. Futuꝝ principium quidem seruat in omnibus uer

bis,fine aũt mouet,ut amo amas amabo,doceo doces docebo,eo is ibo,lego legis legã. audio audis audiam. Positio actiuoꝝ uel neutroꝝ uerboꝝ in o definit,et in prima quidem cõiugatione pares habet syllabas prima & secũda persona. Prima eñ mutat o in as, & facit secundã,ut amo amas,meo meas,hio hias. In secũda uero cõiugatione prima persona in eo definit,quam in es productã mutans facit secundã. Itaq; necessario una syllaba minor est secunda,doceo doces,moneo mones. In tertia uero si i ante o habuerit prima persona abiecta o assumit s et facit secundam. itaq; minuit̃ una syllaba, ut cupio cupis,facio facis, sapio sapis. Alia uero quacunq; litera ante o posita o in is conuertens facit secundam,ut ueho uehis,ruo ruis,lego legis,gero geris. Excipiuntur fero,uolo,edo,quæ inæqualem habent declinationem,ut Iupiter Iouis,iter itineris,femur feminis. Sic etiam in uerbis,ut fero fers,uolo uis uult,edo es est. de quibus nõ incongruum uidetur esse in præsenti,quæ possumus rationabiliter tractare. Fero per cõcisionem,id est per syncopam i literæ secundam et tertiam facit psonam,fero fers fert, pro feris ferit. quod puto differẽtiæ causa fieri,ne si feris ferit diceremus, putaretur ab eo esse quod est ferio feris,cum nulla scripturæ esset differentia,quãuis temporum syllabicorum esset. hoc autem in multis solet fieri dictionibus,ut præter regulam habeãt declinationes,uel accentus differentiæ causa,ut coniunx coniugis,p coniungis,ne uerbum putet̃ esse. Et nostrãs ultima circunflexa quãdo est nominatiuus singularis ad differentiã pluralis accusatiui à nostra nominatiuo singulari. Pluralia supradicti uerbi in prima & tertia persona secũdum rationem tertiæ coniugationis proferuntur, ferimus ferunt. in secũda uero per concisionẽ fertis pro feritis. In præterito quoq; imperfecto, & in futuro regulã seruat tertiæ coniugationis,ferebam,feram feres feret. In omnibus quoq; alijs modis seruat rationem eiusdem coniugationis,exceptis illis quæ solent à secunda persona nasci. in his enim seruat eiusdem personæ concisionem, ut fers fer, ferte ferto fertote,ferrem ferre. Nam quæ à prima persona accipiunt regulam,rectam declinationem sequuntur,ut fero ferebam feram. A' uolo quoq; secundam personam per cõcisionem l cõsonantis, & mutationẽ o in e, & adiectione is per diphthongum p ferebant antiquissimi,uolo ueis, p uolis. sed ei diphthongum in ì longam postea conuerterunt more bœotio. Et possumus in hoc quoq; dicere,quod in fero fers uerbo dicimus,differẽtiæ causa hoc esse factum,ne si uolis diceretur datiuus,uel ablatiuus pluralis existimari posset nominis,quod est uola. uel φ in græcis dictionibus plerunq; latini gaudentes breuitate, faciũt cõcisiones, ut in uocatiuis in ie definentibus tam græcorum q̃ latinorum nominum. Palladi pro Palladie, & Terenti pro Terẽtie, similiter πολυδεύκης Pollux, δίδω do, ἐμὲ me. & in nominibus literarum, pro alpha beta a b dicentes. & in his anomalis uerbis,quæ sine dubio à græcis sumpsimus,fero uolo edo. Sum quoq; per absciscionem i finalis & additionem s in principio loco aspiratiõis, sicut ἕξ sex ἑπτὰ septem ἥμισυ semis, & mutatione ϕ in u, φημὶ sum, ut δίδω do, βούλομαι quoq; forte breuitatis causa uolo fecerunt diphthongo mutata, ut βοῦς bos, & πούς pes. Tertia quoq; persona per cõcisionem i profertur,uult p uolit. In hac quoq; o in u conuertẽtes,uult dicimus,quamuis rationabilius sit uolt dicere,quo magis uetustissimi utuntur. In pluralibus prima quidem persona pro i u habet penultimam, ut uolumus pro uolimus. Secunda uero persona per concisionem i profertur, tertiæ personæ singulari addita is sicut in alijs quoq; solet uerbis,ut amat amatis,docet docetis, legit legitis,fert fertis,est estis,uolt uel uult uoltis uel uultis. Tertia secundum formulã supradictæ tertiæ coniugationis à prima persona indicatiui o in unt conuersa profertur,uolo uolũt. Per cætera quoq; tempora indicatiui hoc uerbum seruat regulam tertiæ coniugationis,uolebam uolui uolueram,uolam uoles uolet. in imperatiuo deficit. nec mirum, quippe corrupta secunda persona indicatiui, ex qua solet imperatiui secũda persona nasci, tertia quoq; deficit: quamuis in hac coniugatione ex prima persona indicatiui fieri solet mutata o in at, ut lego legat,dico dicat, fero ferat. & poteramus ab eo quod est uolo dicere uolat,tamen ne dubitatio fieret significationis,non est ab au

toribus usitatum. Vtimur ergo subiunctiuo pro hoc uelis uelit. Aliam quoq; quidam rationem de hoc conati sunt reddere, dicentes, quòd imperatiuus modus necessitatem significat, uoluntas autem libera debet esse. itaq; hoc uerbum quod carere debet necessitate, caret imperatiuo. Ex hoc tamen compositum habet imperatiuum in secunda persona in i definente, noli. Licet tamen & subiunctiuo ut supra diximus uti pro imperatiuo, id est uelis, fac uelis. In prima enim & tertia persona plurali omnium uerborum, imperatiuus præsens similis est subiunctiuo. Optatiuus quoq; eiusdem uerbi, tam in præsenti, siue in præterito imperfecto quàm in futuro similiter corrumpit regulam, ut uellem & uelim. Et præsentis quidem quod & præteritum est imperfectũ, causa est corruptionis, secunda persona indicatiui ex qua orit. futuri uero synonymia, id est anceps significatio, quæ fieret si uolam uolas uolat, uolamus uolatis uolant diceremus. itaq; pro uolam uelim autoritas nõ irrationabiliter tradidit dicere. & uolim tamen pro uelim proferebant antiqui. Cicero in secundo de natura deorum: Quo facilius id quod docere uolimus intelligi possit. Alia uero omnia quæ à prima persona supradictæ coniugationis solent nasci integram seruant declinationem, exceptis supradictis synonymiæ causa. Edo quoq; per syncopam, id est per concisionem d literæ facit secundam personam, & per synæresim e & i in ei diphthõgon coacta, & ei diphthongo in e productam conuersa differentiæ causa, ne si eis diceretur, aliud significare putaretur, edo es. quod nõ dubito differentiæ causa esse factum, ne si edis diceretur dubitationem faceret scriptura, quomodo deberemus pronuntiare e productam an correptam. huic opponitur, cur igitur in prima persona cum similis esset dubitatio, hoc non est factum? ad quod dicendum quòd & si concisio d literæ facta esset, multo maior fieret erratio. si enim eo diceretur pro edo, nulla esset, nõ dico scripturæ, sed nec temporis differentia inter eo is, & eo quod pro edo poneretur. itaq; iure mansit integra prima persona. Tertia uero nascitur à secunda persona addita t, es est. quod in hoc solo & alio uno inuenitur, sum es est. Et certum est id quoq; fieri differentiæ causa, ne si secundum proportionem aliorum uerborum secunda persona s in t conuertente tertia proferretur es et, ut doces docet, cõiunctio non uerbum esse putaretur. Non solum autem in omnibus æqualibus uerbis secunda persona s t conuertit & facit tertiam, sed etiam fero fers fert facit, quod est inæquale. Edo tamen in plurali numero seruat regulam tertiæ coniugatiõis, ut edimus editis edunt. similiter in præterito imperfecto, & futuro edebam, edam. & in omnibus quæ solent in hac cõiugatione à prima persona nasci, hoc est in tertia persona imperatiui edat, & in futuro optatiui, quod est etiam subiunctiui præsens, edam edas edat. In omnibus uero quæ solent à secunda nasci persona corruptam inuenies regulam cõiugationis, es tamen producta, quam à secunda acceperunt persona, seruata ubiq; es, este estote essent esse. Nec mireris si nõ ubiq; differentiam uel defectionem faciat anceps significatio. non solum enim in uerbis, sed etiam in nominibus & alijs partibus oratiõis, est quando faciunt differentiam uel accentuum uel literarum mutatione autores, est quando nõ faciunt. Ergo quia de præterito imperfecto loquentes anomalorum ratio coegit pluribus uti per medium uerbis, breuiter de illo repetamus, ut ad cætera facili uia peruenire possimus. Præteritum imperfectum diximus à præsenti fieri, sic in prima quidem & in secunda cõiugatione & quarta in eo definente, à secunda persona ablata s finali, et addita bã, ut amas amabam, doces docebam, is ibam. In tertiæ uero omnibus uerbis, & quartæ in io definentibus, prima persona mutat o in e productam, & assumpta bam facit præteritum imperfectum, lego legebam, facio faciebam, uenio ueniebam. Et in prima quidem coniugatione, & tertia, & quarta in io definente, una syllaba uincitur prima præsentis persona à præterito imperfecto, meo meabam, dico dicebam, munio muniebam. in secunda uero, & in quarta in eo definente pares habet syllabas, doceo docebam, eo ibam. Nec mirum cum hæc minuunt secundam personam una syllaba, sicut supra dictum est, doceo doces, eo is, Prima autem pares habet in utraq; persona syl

labas, curo curas. Tertia uero in omnibus alijs absq; in io definentibus, ut lego legis, ruo ruis, traho trahis. Sed quamuis in io definentia soleant minui in secunda persona tam tertiæ quã quartæ cõiugationis, ut facio facis, aperio aperis, tamen non à secunda, sed à prima faciunt præteritum imperfectum, sicut docuimus.

De præterito perfecto.

PRæteriti pfecti multiplices et uariæ sunt regulæ. Itaq; cõmodum putauimus primo quæ in eo generalia esse cõtemplati sumus, differere, postea uero per singulas syllabas tractare de eo. Omne igitur præteritũ perfectum primam personam in i terminat, amaui, docui, dixi, comperi, & assumpta sti facit secundam, amauisti, docuisti, dixisti, comperisti. T uero adscita, & correpta i tertiam, amauit, docuit, dixit, comperit. Mus primam pluralem addita, amauimus, docuimus, diximus, comperimus i tamen penultima correpta. Secunda pluralis à sua singulari fit, addita s, amauistis, docuistis, dixistis, comperistis. Tertia autem ex prima singulari nascitur i finali conuersa in e ꝑductam, & addita runt uel re, ut amauerunt uel amauere, docueruut uel docuere, dixerunt uel dixere, compererũt uel comperere. Et nascitur hoc quoq; tempus à præsenti, sicut mox docebimus, & uel pares habet cum eo syllabas, ut iuuo iuui, moneo monui, lego legi, munio muniui. uel minuit̃ una syllaba, ut facio feci, fugio fugi, uenio ueni. uel uincit una syllaba, ut oro oraui, curro cucurri. Si sint primæ coniugationis abundat præteritũ una syllaba, accuso accusaui, domo domui, sto steti. exceptis duobus, iuuo iuui, lauo laui, Antiqui tamen hæc quoq; secundum analogiam sæpe ꝑferebant. Vnde Teren. in Eunu. Dum hæc mecum reputo, arcessitur lauatum interea uirgo, lauatum dixit quod est à lauaui, pro lautum uel lotum. In secundæ uero cõiugationis & tertiæ uerbis in io definentibus, & in omnibus quartæ nunq̃ crescit præteritum perfectum, sed uel pares habet præsenti syllabas, uel minuitur. Pares, ut pareo parui, habeo habui, cupio cupiui, munio muniui, aperio aperui. Minuitur una syllaba, ut augeo auxi, ardeo arsi, uideo uidi, facio feci. comperio comperi. In alijs uero omnibus uerbis tertiæ coniugationis, modo pares habet, modo una syllaba uincit, nunq̃ autem minuitur. Pares, ut ago egi, frango fregi, uinco uici. Vincit, ut credo credidi arcesso arcessiui, occulo occului, curro cucurri. Et notandũ est in omnibus uerbis dissyllabis, quibus interposita est consonans, q; si pares sint in præterito & in præsenti syllabæ, penultima uel natura uel positione producitur, siue fit in præsenti longa siue non, ut iuuo iuui, rego rexi, frango fregi, lego legi, scando scandi, ludo lusi. exceptis scindo scidi, findo fidi, bibo bibi. Si enim pura sit penultima in plerisq; corripitur, & in præterito, ut luo lui, nuo nui, spuo spui, suo sui, ruo rui, eo ꝫ inuenit̃ & iui. In paucis producit̃, ut struo struxi, fluo fluxi, neo neui. Idem fit etiam cum à trisyllabis præsentibus dissyllaba fiunt præterita, ut sedeo sedi, uideo uidi, facio feci, capio cepi, iacio ieci, augeo auxi, ardeo arsi, foueo foui, faueo faui. In crescentibus uero, in quibus repetitio fit principij̃ per præteritum, penultimæ uel antepenultimæ principalis syllabæ præsentis tempora seruantur in præteriti penultima, ut cædo cecidi, curro cucurri, parco peperci, pendo pependi, mordeo momordi, tondeo totondi, spondeo spopondi, fallo fefelli, pedo pepedi, cado cecĭdi, cano cecĭni, pario pepĕri, posco popo̅sci, tendo tete̅ndi. Excipiuntur pe̅llo pepŭli, tã̄go tetĭgi, pã̄go pepĭgi, pũngo pupŭgi, dĩsco dĭdĭci, perce̅llo percŭli & tũndo tutŭdi. Vnde Hora. epist. lib. ij. Speratũ meritis diram qui cõtudit hydram. Et in prima quidem cõiugatione principiũ immobile manet, in supradicto tẽpore, exceptis quatuor uerbis, sto steti, do dedi, lauo laui, iuuo iuui. Illa em̃ duplicant consonãtem, hæc uocalẽ in præsenti correptã penultimam, in præterito pfecto producunt. qđ in nullo alio supradictæ cõiugationis accidit uerbo. In secũda uero & tertia omni loco est, ubi inuenimus moueri literas uel syllabas præsentis. Per singulas igit̃ tã uocales q̃ consonantes, p ordinem ostendemus solitas fieri mutationes. A breuis modo manet ea dẽ, ut careo caui, rapio rapui, ualeo ualui. modo ꝑducitur, faueo faui. mõ mutat̃ in e correptã, ut cado cecidi, tãgo tetigi, mõ in e ꝑductam, ut ago ẽgi, facio fẽci, iacio iẽci,

frango frēgi. producta uero non mutabitur,rādo rāsi,pāreo pārui. Et sciēdum ꝙ cum ă breuis in e productam conuertitur,uel dissyllabum est tam præsens q̄ præteritum, ut ăgo ēgi,frăngo frēgi.uel à præsenti trisyllabo præteritum dissyllabū fit, ut facio feci,iācio iēci.in e uero correptam ex cōtrario. quādo à præsenti dissyllabo præteritum fit trisyllabum,ut cado cecidi,tango tetigi. E correpta modo eadem manet,ut egeo egui,modo producitur,ut lego legi,fero feui,sedeo sedi, cerno creui,uenio ueni. modo mutatur in ā productam,ut sterno strauí. modo in ĭ correptam,ut eo ĭj. modo in ī ꝓductam,ut tero triui. modo in ŭ correptam,ut doceo docui,moneo monui.Producta si fuerit,in præterito quoq; producit,uel natura uel positione,ut cedo cessi,credo credidi. I correpta modo manet eadem,ut niteo nitui.modo producit, ut uideo uidi,cupio cupiui,modo in e conuertitur uel natura uel positione longam, ut incipio incepi, aspicio aspexi.modo in ŭ correptam,ut rapio rapui.producta manet eadem ut figo fixi,rideo risi,nitor nisus,fido fisus. O correpta modo manet eadem,ut doceo docui,cōdo condidi.modo producitur,ut moueo moui, foueo foui, fodio fodi. O producta in quibusdam manet,ut oro orauí,dono donaui,in alĳs corripit,ut pono posui,cogo coegi. V correpta modo manet eadem,ut ruo rui.modo producitur natura uel positione, ut fugio fugi,struo struxi,fluo fluxi.Producta quoq; modo manet,modo mutatur:manet,ut excūdo excūdi,lūdo lūsi.mutatur in ŭ correptam,ut pūngo pupŭgi, tūndo tutŭdi.Ae diphthongus in quibusdam manet,quæro quæsiui,lædo læsi. in alĳs mutatur in i productam,cædo cecidi. Au manet eadem,ut augeo auxi,haurio hausi.mutatur in uno anomalo in abs, aufero abstuli. B manet, bibo bibi,habeo habui. mutatur in ps uel duo ſſ scribo scripsi,nubo nupsi,iubeo iussi.Quæritur tamen de scripsi & nupsi cur non per b sed per p scribantur: & est euphoniæ causa, ꝙ in principio syllabæ b ante s uel ante t inueniri non potest,ut ipse,aptus. Nam absonus & abstinens & obtinens & similia non in eadem syllaba habent coniunctas b & s & b & t cum præpositio separatim est syllaba accipienda. Igitur participia quoq; supradictoꝝ uerborꝝ rationabiliter per p & t scribūtur,scriptus,nuptus,& nomina ex his deriuata,scriptor, nuptiæ. C modo manet,ut doceo docui,facio feci.modo duplicatur,ut cano cecini,cado cecidi, cædo cecidi. modo transit in s, ut mulceo mulsi, farcio farsi. modo in x, ut duco duxi,sancio sanxi. D manet eadem,candeo candui, defendo defendi. duplicatur perdo perdidi,credo credidi. transit in s, lædo læsi uel in duas ſſ, cedo cessi. F manet ferueo ferui uel ferbui,frango fregi, duplicatur fallo fefelli. G seruatur eadem,egeo egui,lego legi. mutatur in s, ut algeo alsi,turgeo tursi,mergo mersi, uel in x, ut frigeo frixi,augeo auxi,pingo pinxi, mingo minxi, tingo tinxi. subtrahitur, gigno genui. H est ubi manet integra,habeo habui. est ubi mutatur in x, traho traxi,ueho uexi. L manet per se,ut oleo olui,alo alui,occulo occului,uel mutatur in s, ut uello uulsi,uel subtrahitur,ut percello perculi,pello pepuli. M manet,timeo timui,emo emi.assumit ps demo dempsi, como compsi, promo prompsi. geminatur, mordeo momordi. subtrahitur rumpo rupi. N seruatur eadem,moneo monui,assumit s, maneo mansi. mutatur in s, pono posui,uel in ps; temno tempsi.uel in u loco consonantis,sterno strauí,decerno decreui.subtrahitur,linquo liqui,uinco uici. P manet sapio sapui uel sapiui,rapio rapui,pareo parui,peto petiui.repetitur,pello pepuli,parco peperci,pendeo pependi.assumit s, repo repsi, scalpo scalpsi. conduplicatur, reperio repperi. Q manet eadem,quæro quæsiui,queo quiui.trāsit in s, ut torqueo torsi. R manet,curro cucurri,terreo terrui.transit in s, quæro quæsiui,uro ussi,haurio hausi,uel in u consonātis loco,tero triui. S manet,censeo censui,arcesso arcessiui. T manet,uerto uerti.transit in s, mitto misi, concutio concussi. X manet texo texui, nexo nexui. Sunt igitur formæ generales præteriti perfecti. viij. In ui syllabam.in ĳ. in uī diuisas. in si. in xi.& in i antecedente consonante, quæ in præsenti tempore ante o uel eo uel io inuenitur,& quæ in principio geminat consonantem,& quæ in fine. Et in ui quidē quatuor coniugationum sunt uerba quæ terminant præteritum, ut amo amas amaui,

fleo fles fleui, cupio cupis cupiui, munio munis muniui. In ĩ uero tertiæ & quartæ, quæ in ui definentia intercepta u consonante corripiũt i penultimam, ut cupiui cupĩ, arcessiui arcessĩ, siui sĩ, muniui munĩ, audiui audĩ. In ui diuisas oĩm coniugationũ uerba inueniunt̃ terminantia, primæ, ut tono tonas tonui, seco secas secui. Secundæ, teneo tenes tenui, habeo habes habui. Tertiæ, annuo annuis annui, pono ponis posui, alo alis alui. Quartæ, psilio psilis psilui, aperio aperis aperui. In fi, secũdæ & tertiæ & q̃rtæ. Secũdæ, ardeo arsi, rideo risi, suadeo suasi. Tertiæ, ludo lusi, cedo cessi, uro ussi, scalpo scalpsi. Quartæ, raucio rausi, haurio hausi, farcio farsi. In xi similiter secundæ & tertiæ & quartæ. Secundæ, augeo auxi, frigeo frixi, mulgeo mulxi. Tertiæ, duco duxi, pingo pinxi, coquo coxi, uiuo uixi. Quartæ, uincio uinxi, sancio sanxi. I habent post consonantem positam ante o uel eo uel io præsentis temporis, & in prima, ut iuuo iuui, lauo laui. & in secunda, ut prandeo prandi, sedeo sedi, uideo uidi, foueo foui. & in tertia bibo bibi, lego legi, defendo defendi, fugio fugi, fodio fodi. & in quarta reperio repperi, cõperio cõperi. Geminant consonantem in prima quidem coniugatione duo monosyllaba, do dedi, sto steti. In secunda principales tm̃modo syllabas mordeo momordi, tondeo totondi. In tertia aliâs principales, aliâs finales: Principales quidẽ, ut disco didici, cano cecini, pello pepuli: Finales uero, ut credo credidi, uẽdo uẽdidi. Formis igit̃ generalibus præteriti cognitis, nunc necessariũ esse existimo de penultimis quoq; uniuscuiusq; formulæ syllabis generaliť tractare. non minus em̃ hæ quoq; ad oẽm rationem declinationis, tam p̃teriti perfecti quàm plusquam perfecti, nec non & participioꝝ eiusdem tẽporis necessariæ sunt. In ui terminantiñ omnis penultima longa est, uel natura uel positione. & uel in p̃senti quoq; habent u loco consonantis, ut iuuo iuui, lauo laui, moueo moui, caueo caui, paueo paui, faueo faui, foueo foui, uoueo uoui, uoluo uolui, soluo solui. uel à secũda persona p̃sentis nascunt̃, abiecta s & assumpta ui, ut amas amaui, oras oraui, fles fleui, comples cõpleui, cupis cupiui, audis audiui. Vel pro n uel r uel sc quæ in p̃senti tẽpore inueniuntur ante o, u habent loco consonantis principalẽ extremæ syllabæ in præterito perfecto, ut sino siui, decerno decreui, tero triui, quiesco quieui, pasco paui. Et primæ quidẽ cõiugationis, & tertiæ uerba in ui syllabam faciẽtia, p̃teritũ perfectum quæ à prima p̃sona nascuntur, pares habent, tam in præsenti quàm in præterito perfecto syllabas, ut iuuo iuui, lauo laui, sterno straui, sino siui, tero triui, adsciscо adsciui. excepto quæro quæsiui, pono posiui antique, quod nunc dicimus posui. Quæ uero à secunda persona nascuntur, superant in præterito eandem secundam personam una syllaba, ut accusas accusaui, deles deleui, cupis cupiui, munis muniui. Secundæ uero, quæ u loco cõsonantis ante eo habẽt, producunt antepenultimam, quæ in præsenti corripitur, & eo in i conuertentia una syllaba minuũtur in præterito perfecto, ut caueo caui, moueo moui, paueo paui, uoueo uoui, faueo faui, foueo foui. In ui diuisas præteritum perfectum exire in omni coniugatione inuenitur. & si uocalis sit penultima ante o in præsenti, pares habet syllabas eius præteritum. Inueniuntur autem eiusmodi uerba in secunda uel tertia uel quarta coniugatione, ut doceo docui, moneo monui, rapio rapui, abnuo abnui, aperio aperui, cooperio cooperui: Sin uero consonans sit ante o in præsenti, præteritum una syllaba abundat, quod in prima quidem coniugatione in omnibus in ui diuisas terminantibus præteritum inuenies, ut domo domui, ueto uetui, sono sonui, seco secui. In tertia uero hoc idem obseruat̃ in his omnibus, quæ non habẽt uocalem ante o, ut occulo occului, tremo tremui, pono posui, succino succinui. quod in secũda uel quarta cõiugatione non potest inueniri, cum hæc i, illa e semper habeant ante o finalem. Et attẽdendũ q; penultimæ uel antepenultimæ p̃sentis tempora seruant in huiusce modi præterito, siue pares habeant syllabas, siue abundent, ut domo domui, ueto uetui, tremo tremui, uolo uoluí, pareo parui, candeo candui, habeo habui, aperio aperui. excepto uno, pono posui. quod cum in præsenti producat penultimam po in præterito, eandem antepenultimam factam corripuit. Nec mirum, cum solum hoc in no desinens & n in s mutauit in præterito, & in ui diuisas terminauit, & sicut supra diximus ueteres in ui quoq; syllabã hoc protulerũt,

Omnis autem penultima ſupradictæ formæ, hoc eſt in ui diuiſas definentium corripi-
tur. Raro enim in latinis dictionibus uocalem penultimam ante alteram uocalem pro-
ductam inuenies, ideo autem diximus raro, quia in fio uerbo autores producũt penulti-
mam, ut Virgilius in Bucol. Omnia uel medium fiant mare uiuite ſyluæ. In ius enim
terminãtis genitiui penultima anceps eſt. In Græcis autem dictionibus ſæpe hoc inue-
nitur, ut Menelaus, ſpondeus, dia. Virgili. in undecimo: Italides quas ipſa decus ſibi dia
Camilla. In ſi terminantium perfectum penultimæ, uel natura uel poſitione producũ-
tur. Natura, ut rideo riſi, ludo luſi, haurio hauſi, raucio rauſi. Poſitione, uel geminata s,
ut gero geſſi, cedo ceſſi, premo preſſi, uro uſſi, pcutio percuſſi. Vel n l r p ante ſi po-
ſitis, ut algeo alſi, maneo manſi, ardeo arſi, tergo terſi, repo repſi, ſcalpo ſcalpſi. Et ſecun-
dæ quidem uel quartæ minuunt unam ſyllabam in præterito, ut rideo riſi, ſuadeo ſuaſi,
urgeo urſi, ardeo arſi, farcio farſi, raucio rauſi, ſarcio ſarſi. Tertiæ uero pares habent ſyl-
labas, tam in præſenti, quàm in præterito, niſi uocalẽ habeant ante o ut ludo luſi, mit-
to miſi, rado raſi, rodo roſi. Si enim uocalem habeant, minuunt ea quoque una ſyllaba,
ut concutio concuſſi, excutio excuſſi. Secunda enim quoq; & quarta ideo minuũt, quia
uocales habent ante o. In xi terminantia præteritum perfectum ſecundæ & tertiæ &
quartæ coniugationis inueniũtur. Et tunc tantũ natura quoq; producunt penultimam,
quando ſit e penultima, ut rego rexi, tego texi, illicio illexi. In alijs enim poſitione ſunt
longæ tantum, ut traho traxi, uincio uinxi, duco duxi. quod oſtenditur eſſe correptũ ex
nomine quod ab eo deriuatur, & corripitur dux ducis, ſicut rexi produci approbat ex
nomine quod ab eo naſcit, rex regis. Quæritur igitur an luceo luxi debeat natura pro-
ducta accipi, cũ lux ꝓducatur, in quo etiam illud quæritur, nomen' ne à uerbo, an ma-
gis ex nomine uerbum natũ ſit? quod eſſe mihi uerius uidet. quomodo ab igne igneo
& igneſco, & à flamma flammo flammaſco. Quæ præſentis temporis conſonantes ſer-
uantia ante o uel eo uel io poſitas, eaſdem ante i habent finalem in præterito penul
timas, uel natura uel poſitione habent productas, ſiue ſint in præſenti correptæ, ſiue pro
ductæ, ut iuuo iuui, lauo laui, uideo uidi, ſedeo ſedi, faueo faui, lego legi, defendo defen
di, fodio fodi, fugio fugi, uenio ueni. Excipiuntur quæ in præſenti penultimam i habẽt
correptam, eamq; ſeruant in præterito quoq; penultimam. Ea enim non producitur in
præterito p hanc formam, & ſi in præſenti poſitiõe ſit longa, ut bibo bibi, findo fidi, ſcin
do ſcidi. Et ſciendũ q̃ in his quoq; in eo uel in io definẽtia uerba una ſyllaba minuunt
in præterito, ut ſedeo ſedi, foueo foui, moueo moui, paueo paui, prandeo prandi, uenio
ueni, reperio repperi. quod notandum eſt, q̃ antepenultimam, non penultimam produ
xit poſitione. Alia uero pares habent ſyllabas cum præſenti, ut iuuo iuui, lego legi, fran
go fregi, defendo defendi, ago egi. Repetunt conſonantes primæ quidem coniugatio-
nis duo monoſyllaba, do dedi, ſto ſteti, & ex his cõpoſita, reddo reddidi, reſto reſtiti. ha-
bent aũt penultimas breues. Secũdæ uero in principio repetũt quædam, & habẽt penul
timas poſitiõe longas, ſicut in præſenti antepenultimas, ut tondeo totondi, mordeo mo
mordi, ſpõdeo ſpopõdi, pendeo pepẽdi. Tertiæ aũt quædã in principio repetũt, quædã
in fine. In principio repetentia, ſi in præſenti penultimam breuem habuerint, in præte-
rito quoq; corripiunt eam, cado cecidi, cano cecini, pario peperi. Sin longa ſit in præſen
ti, penultima naturaliter in præterito quoq; producitur, ut cædo cecidi, pedo pepedi.
Sin poſitione ſit in præſenti penultima longa, eſt quando ſeruatur in præterito, eſt quan
do abiecta conſonante corripitur. ſeruat in his poſco popoſci, parco peperci, fallo fefel-
li, tendo tetendi, pendo pependi, curro cucurri. abiecta conſonante corripitur in his diſ-
co didici, pello pepuli, tango tetigi, pango pepigi, pungo pupugi, tundo tutudi. & attẽ
dendum q̃ omnia ea que geminant principalem ſyllabam, ſeruant non ſolum conſonan
tem, uerum etiam uocalem primæ ſyllabe præſentis temporis, tam in prima, q̃ in ſecun-
da ſyllaba, niſi a ſit. ea enim in e conuertitur, ut poſco popoſci, tendo tetendi, pendo pe
pendi, curro cucurri, diſco didici, pungo pupugi. excipit pello pepuli. A uero in e mu
tatur, ut fallo fefelli, parco peperci, tango tetigi, pango pepigi, cano cecini, cado cecidi,

pario peperi. & uide q̃ ſi penultima præteriti longa ſit, ea quoq; ſeruat e, ut parco peperci,fallo fefelli;ſin breuis,in i conuertitur,ut tetigi,pepigi,cecini,cecidi. In hac enim coniugatione,id eſt tertia,etiam in fine fit repetitio eiuſdẽ ſyllabæ, ubiq; penultima correpta,uendo uendĩdi,credo credĩdi,reddo reddĩdi.Et ſciendum,q̃ una ſyllaba abundat præteritum,in quo fit repetitio principalis uel finalis, tam in prima q̃ in tertia coniugatione,niſi i ſit ante o, ut do dedi,ſto ſteti,reſto reſtiti,curro cucurri, parco peperci,cano cecini,cado cecidi.pario uero quia i habuit ante o,pares habuit ſyllabas,tam in præſenti q̃ in præterito perfecto,pario peperi. Quoniam igitur de generibus præteriti perfecti temporis uerborum formis collectim docuimus,nunc ſeparatim p ſingulas coniugationes de uarijs eiuſdem temporis ſpeciebus,cuius difficillima eſt tractatio, omniũ uerbi,quæſtionum differere conemur. De prima coniugatione.

PRimæ coniugationis uerba à ſecunda pſona indicatiui modi, quæ in as definit, tam in actiua q̃ in neutrali ſignificatione,abiecta s,& addita ui, faciunt præteritum pfectum,ut amo amas amaui,oro oras oraui,accuſo accuſas accuſaui, meo meas meaui, hio hias hiaui,flo flas flaui,no nas naui. Excipiunt hæc quæ in ui diuiſas faciunt præteritũ ſubtracta a & s, domo domas domui,crepo crepas crepui,frico fricas fricui,mico micas micui,ſeco ſecas ſecui,ſono ſonas ſonui,tono tonas tonui,ueto uetas uetui, plico plicas plicui uel plicaui,quod maxime in compoſitis dinoſcitur. Nam cum præpoſitione, magis per ui diuiſas,cum nomine uero compoſitum,per aui terminat pfectum,ut implico implicui,applico applicui, explico explicui,replico replicui, complico cõplicui, duplico uero duplicaui,triplico triplicaui,multiplico multiplicaui. Inuenitur tñ etiam cum præpoſitione in aui faciens præteritum,ſed in raro uſu.Pacuuius:Quæ te applicauiſti tamen ærumnis obruta. Cicero rhetoricorum.ij.Quod in itinere tam familiariter ſe applicauerit. Varro de poetis lib.i. Deinde ad Siculos ſe applicauit. Cubo quoq; cubui facit,à quo compoſita tam primæ q̃ tertiæ coniugationis inueniunt,eundem tamen habent pfectum,incubo incubas incubui,& adiecta m incumbo incumbis incubui.Nexo quoq; nexas uel nexis,ut Probo placet,nexui. Virgilius tñ in.v.Nexantem nodis ſeq; in ſua membra plicantem, ſecundum primam protulit coniugationem. Liuius uero in Odyſſea:Nexebant multa inter ſeſe flexu nodorum dubio. Actius in Deiphobo: Nos continuo ferrum eripimus,omnibus manicas neximus. Necto tñ eius eſt primitiuum. Nam quõ à participio amplexus,quod ex uerbo naſcitur amplector,fit uerbum frequẽtatiuum amplexor amplexaris,ſic à participio nexus,quod naſcit à uerbo necto, fit frequentatiuum nexo nexas. Vnde manifeſtum eſt, q̃ rõnabilius hoc ſecundũ primam coniugationem protulit Virgilius.à necto tamen ſimiliter nexui protulerunt pleriq;.Quidam tamen etiam nexi, necto nexi dicentes & nexus, ut flecto flexi & flexus. Virgilius tñ in.v.ænei.Et paribus palmas amborum innexuit armis.Lucilius in.v. Hic ſolus uigilauit opinor,& cum id mihi uiſus facere eſt,tum retia nexit. Supradictis addũt quidam neco necaui uel necui,ſicut & Probus & Cariſius & Diomedes.ideoq; participiũ præteriti paſſiuum necatus à necaui,& nectus à necui facit. Horat.in.i.epiſto. Spem mentita ſeges bos eſt enectus arando.Liuius ab urbe condita.xxi.Fame,frigore,illuuie, ſquallore enecti.Cicero Tuſcul.ij. Enectus ſiti Tantalus,ſed proprie necatus ferro,nectus uero alia ui peremptus dicit.Ennius:Hos peſtis necuit,pars occidit illa duellis. Excipiuntur præterea hæc quatuor,do dedi,ſto ſteti, iuuo iuui,lauo laui. quod antiqui tertiæ quoq; coniugationis declinatione proferunt,lauo lauis lauit.Plautus in Pſeudolo:Geſtas tabellas eas lachrymis lauit. Virg.in.x. lauit improba teter,Ora cruor. Idem in.iij. fluidũ lauit inde cruorẽ.A do quoq; cõpoſita, & à monoſyllabis præpoſitionibus tertiæ ſunt cõiugationis,ut addo addis,reddo reddis,trado tradis,prodo prodis.Nam circundo circũdas facit,quia circũm & diſſyllabum,& magis aduerbium eſt,& hoc ſolum uerbum primæ coniugationis a penultimam in præſenti,& præterito imperfecto,& futuro,& infinito,& participio præteriti temporis & futuri corripit, damus datis, daris,datur,dabam,dabo,dare,daturus,datus.Et quæ ex hoc ſolent fieri,ut dabamini,Da enim ubique

ante finem corripitur in hoc uerbo simplici,ut daturus datum datu dator, ut Virgilius

in .i. æneí. Vix è conspectu siculæ telluris in altum, Vela dabant.
In eodem: Adsit lætitiæ Bacchus dator, & bona Iuno.
In eodem: O passi grauiora, dabit deus his quoq; finem.
In eodem: Si datur Italiam sociis & rege recepto.
Idem in .iij. Et pater Anchises dare fatis uela iubebat.
Idem in .vi. Cui datus hærebam custos cursusq; regebam.
Persius: Quin damus id superis de magna quod dare lance,
Non possit magni Messalæ lippa propago?

A sto quoq; composita seruant duplicationem præteriti, ut resto restiti, consto cõstiti, prosto prostiti. Ouidius tñ abstit pro abstulit protulit in .xi. Metamor. Alcyones lachrymas,& quæ pars admonet,abstit. Et absisto enim & absto abstiti facit. Supinũ uel pticipiale in um desinens, omnia primæ coniugationis uerba,quæ in aui præteritum terminant, ui in tum conuertentia faciunt,ut amaui amatum,oraui oratum,flaui flatũ. Quæ uero in ui diuisas desinunt,si c ante o habuerint,mutant ui in tum, ut frico fricui frictum. unde Iuue. in .iij. si prurit frictus ocelli, Angulus. Similiter seco secui sectum. Sic ergo necui nectum fecit. Ouid. in .iiij. metamor. Nec tu iam poteras enectum pondere terræ,Tollere nympha caput. Mico quoq; micui mictum debet facere. Sed dubitatiõis causa,quia mingo quoq; mictum facit,in usu non inuenit. quamuis ab eo uerbo compositum,dimico dimicaui faciat & dimicatum. Liuius in .xxxiij. Iusta quoq; acie,& collatis signis dimicatum. Quidam autores usi sunt dimicaui in compositione rõnabiliter,quamquam emico emicui faciat. Lucanus in .i. Qualiter expressum uentis per nubila fulmen, Emicuit. Plico etiam & plicatum & plicitum facit, & plicaui & plicui. ex eo igit composita penultimam a uel i habent in supino, duplicaui duplicatum, explicaui explicatum, implicui uel implicaui,quod in raro usu est implicitum & implicatum. Vnde Lucanus in .iij. Implicitas magno Cæsar torpore cohortes. Cice. uero in Pisone: Quid auaritiæ quæ criminibus infinitis implicita est summam nunc explicem? Idem in eodẽ: Familiaritate implicatus. Sallust. in .iij. historiarum: Implicatæ rates ministeria prohibebant. Alia uero in ui diuisas præteritũ desinentia ui in itum conuertunt in supino penultima correpta,domui domitum,cubui cubitum,tonui tonitum, sonui sonitum. Horatius tamen in Epodo Intonata protulit secundum analogiam pro intonita:

Non me lucrina iuuerint conchilia,
Magis'ue rombus,aut scari,
Si quos eois intonata fluctibus,
Hyems ad hoc uertat mare.

Vetui uetitum,crepui crepitum,accubui accubitum. Statius in .i. Achil. quem quisq; sacrasset Accubitu genioq; locum. Hæc tñ ipsa & secundum tertiam uetustissimi protulisse inueniunt coniugationem,ut Ennius in .xi. annalium: Tunc clypei resonunt & ferri stridit acumen. Idem in .xiij. Littora lata sonunt. Accius in Clytemnestra: Sed ualde resonunt regiæ. Lucretius in .iij. caligare oculos,sonere aures,succidere artus. Steti uero statum supinum penultima,producta debet facere. Vnde Lucanus in .ij. Constatura fides superũm. Cum datum & datus,sicut superius ostendimus corripiant ă penultimam. Est tñ in hoc quoq; notandum, q nomina ab eo deriuata, ă penultimam corripiũt & antepenultimam,ut status stata statum stabilis. Lucan. in .x. quoq; stata tempora flatus. Idem in .v. Et quam non stabili,tremulo sed culmine cuncta Despiceret. Composita ab eo uarie uetustissimi protulerunt, asto astitum & astatum, præsto præstitum & præstatum. Aemilius Porcina, orator in oratione uti lex Aemilia abrogeret: Tempore astiturum atq; petiturum me abesse. Brutus in epistolis: Occiso C. Cæsare postq̃ mare transierat præstatum est. V quoq; longam ante tum unum habet,iutum,& ab eo compositũ adiutũ. Au quoq; unum lautũ,quãuis uetustissimi etiam lauatũ solebant dicere. Vnde Terent. in Eunu, Abeunt lauatum perstrepunt,pro lautum, & Ouidius in .iij. Fastorum:

Siluia Vestalis (quid enim uetat inde moueri,)
Sacra lauaturas mane petebat aquas.

Potum quoq; p potatum. Virg. in buco. Et potum pastas age Tityre, & inter agendum. Teren. aũt in Phorm. Perfecte protulit. Nam potaturus apud me est. Virg. in buco. Huc ipsi potum uenient per prata iuuenci. Idem in. iiij. geor. Quoq; modo potis gauderent intyba riuis. Luc. in. v. Strymona sic gelidum bruma pellente relinquunt, Poturæ te Nile grues. Sciendum aũt q; in um definens supinũ, accepto uerbo infinito quod est ire, facit infiniti futurũ, ut oratũ ire, domitũ ire, lautum ire uel lauatũ ire, statum ire. Frequenter tñ antiquissimi neutro participio futuri addebant esse, & infiniti futurũ significabãt, oraturũ esse pro oratum ire dicentes, & facturũ esse, p factum ire. Cato in. v. originum: Illi pollicíti sese facturũ omnia. per eclipsin esse, pro factum ire. quod Græci dicũt ποιήσ‹ρ, quod est infinitũ futuri. Lucilius in. xvij. ad Penelopam conuersus ait, Nupturũ te nupta negas, q; uiuere Vlyssem speras. In hoc quoq; subaudiendũ est esse, id est nupturũ esse, pro nuptum ire, γαμηθήσεσθ. Sylla in. xxi. reũ suaũ: Ad summam perniciem rempub. peruenturam esse, pro peruentũ ire, ἐλεύσεσθ. De secunda coniugatione.

SEcunda cõiugatio in eo definit. Et ea terminatio propria est secundæ cõiugationis, exceptis paucis primæ cõiugatiõis, meo meas, beo beas, laqueo laqueas, nauseo nauseas, enucleo enucleas, creo creas, screo screas, calceo calceas, qd alij calcio calcias. & quartæ duobus, eo is, queo quis, & quæ ex his componunt, ut adeo, redeo, pereo, ueneo id est uenum eo, ineo, nequeo. I antecedente unum inuenit, cieo cies, hoc est uoco. Vnde Virg. in. i. Bella cient primaq; uetant consistere terra. Idem in. vi. Aere ciere uiros martemq; accendere cantu. Inuenit tñ, hoc idem etiam in io definens quartæ coniugatiõis. Vnde Sta. in. iij. Theb. suis excit in arma Antiquam Tyrintha deus. Luca. in. ij. Nunc urbes excite feras, date gẽtibus arma. Lucre. auraũ cimus adortus. Liuius in. xvij. Aduersus interfectores C. Cæsaris ultoribus manũ comparans concibat. Præteritum tñ eius tã in ui q̃ in ij definit ciui uel cij. Lucanus in. vij. quantas in prælia nunq̃, Conciuere manus. Virg. in. v. Famaq; finitimos & clari nomen Acestæ Excierat. Obseruandum aũt in omnibus est uerbis, q; si minuat præsentis syllabas præteritũ, necessario penultimam producit, siue correpta, siue producta sit in præsenti, nisi syncopam patiat, ut cieo ciui, & p syncopam cij. rideo risi, faueo faui, augeo auxi, moueo moui, sedeo sedi, facio feci, fugio fugi, fodio fodi, uenio ueni. Ergo liqueo licui, & langueo langui, pares habent in præterito, & in præsenti syllabas. Corripiunt enim penultimas præteriti, idq; usus cõprobat. Ouí. in. vi. metamor. Imposito fratri moribunda relanguit ore. Idem in. iiij. nectare corpus Delicuit. Idem in. vij. Delicuit stagnumq; suo de nomine fecit. V loco consonantis ante eo habentia, eo in i conuersa, faciunt præteritum, & producunt penultimam necessario secundũ præmonstratam regulam, ut moueo moui, foueo foui, caueo caui, paueo paui, uoueo uoui. Inueniunt autẽ autores, qui quõ in præterito primæ coniugationis in ui syllabam terminante, faciunt in secunda tam siugulari q̃ plurali, & in tertia plurali in runt definente persona, penultimæ syncopam syllabæ, sic etiam in secunda coniugatione qñ præteritũ in ui definit, ut Virg. in. iiij. æne. hyrcanæq; admorunt hubera tigres, p admouerunt. Horat. serm. i. Hunc hominẽ si uelles tradere dispeream ni Summosses omnes, pro summouisses. Conniueo, quod etiam cõniuo secundũ tertiam ptulerunt ueteres, præteritũ tam in ui q̃ in xi habuit. Nimius Cassius in xxij. Iliados: Nam non cõniui oculos ego deinde sopore. Turpilius uero in Parateusa: Dum ego connixi somno, hic sibi prospexit uigilans uirginem. Caluus conniuere infinitũ secundũ tertiam coniugationẽ correpta penultima ptulit, Cum grauis ingenti conniuĕre, pupula somno. Persius uero secundæ ptulit, Væ nisi conniues oleum artocreasq; popello, Largior. Ferueo quoq; etiam feruo inuenit. Ab utroq; tñ præteritum feruí dicit. Teren. in adel. Sperabã iam deferuisse adolescentiam, à ferueo. Virg. in. i. ænei. Feruet opus redolentq; thymo flagrantia mella, à ferueo. Idem in. vij. à feruo, Feruere Leucatem auroq; effulgere fluctus, Lucilius, Feruit aqua & feruet, feruit nunc feruet ad annũ, Teren. in adel. Cum ma

xime feruit tam placidum quasi ouem reddo, unde feruesco, dicitur tamen etiam per b ferbeo, ex quo ferbui. Hora. in. i. serm. Velatumq; stola, mea cum cõferbuit ira. Vnde & ferbesco. Nec solum ea diuersarum coniugationum inueniunt uerba, sed multa præter ea, ut strideo strides, & strido stridis, fulgeo fulges, & fulgo fulgis, denseo denses, & denso densas, oleo oles, & olo olis. A strideo, Lucanus in. vi. Auribus incertum feralis stride at umbra. A strido, Virgilius in. viij. striduntq; cauernis Stricturæ chalybum, & fornacibus ignis anhelat. A fulgeo, Virgilius in. v. ipsiq; in puppibus auro Ductores longe effulgent. A fulgo, Idem in. viij. auroq; effulgere fluctus. A denso, Ennius in. viij. analium: Densant campis horrentia tela uirorum. A denseo, Virg. in. x. Extremi adden sent acies. Ab oleo, Teren. in Adel. Olet unguenta de meo. Ab olo, Plautus infiniti uerbi secundam syllabam corripuit in Mostellaria: Non omnes possunt olere unguẽta exotica. Supinum à præterito fit, mutata ui in tum, ut ciui citum, moui motum, foui fotũ. Nec solum in secundæ coniugationis uerbis in ui præteritum facientibus, sed etiam in aliis est obseruandum, ut amaui amatum, accusaui accusatum, adiuui adiutum, cupiui cupitum, arcessiui arcessitum. Quæritur, cur, quum spiro spiras, & halo halas, spiraui & halauí faciant, rerum uocabula í habeant spiritus & halitus, quæ puto esse, anteriora uerbis. ideoq; non sequi deriuatiuorum regulam, quõ iudicatus, id est iudicatio, & dominatus, id est dominatio. Excipiunt laui lautum, caui cautum, faui fautum, quæ differentiæ causa pro ā longa, au diphthongum habuerunt, propter latum, catum, fatum, quæ alias significationes habent. Et sciendum, q; in omnibus huiuscemodi supinis penultima, producit, exceptis satum à sero seui, quod etiam serui habuit in usu antiquitas, unde sertũ. & sino siui situm. & à pono posui, uel posiui secũdum antiquos, positum, litum quoq; & itum & quitum notanda sunt. Virg. geor. iiij. & paribus lita corpora guttis. In deo exeuntia longa uocali naturaliter antecedente, uel ar syllaba, deo in si conuersa, faciunt præteritum perfectum, ut suadeo suasi, rideo risi, ardeo arsi. E uero uel í breuibus ante deo positis, producunt easdem uocales, & eo in í mutata, faciunt præteritum, ut sedeo sedi, & ex eo composita, insideo insedi, subsideo subsedi, resideo resedi. uideo uidi, inuideo inuidi, præuideo præuidi. Et notandum q; â sedeo composita, quamuis in præsenti e in í conuertant, in præterito tamen eandem e productam seruant, ut possideo possedi. Strideo quoq; stridi facit, quod etiam strido stridis tertiæ coniugationis inuenitur. I autem tam in præsenti q̃ in præterito productam habet. Virg. in. viij. striduntq; cauernis Stricturæ chalybum & fornacibus ignis anhelat. Lucanus in. vi.

Auribus incertum feralis strideat umbra. Statius in quarto:
Huius inaspectæ luco stridere sagittæ. Accius in Alceste:
Cum strideret retracta rursus inferis.

Sin autem prima syllaba in deo terminatorum post mutam aliquam, uel m semiuocalem e uel o correptas habuerit in aliquam liquidam desinentes duplicatur, sic tamẽ, ut priori geminatarum extrema consonans subtrahatur. Et sic eo in í conuersis fit præteritum pfectum, ut pendeo pependi, tondeo totondi, mordeo momordi, spondeo spopondi. A quo etiam s in secunda demitur syllaba euphoniæ causa. In compositione tñ hæc eadem non geminant supradictam syllabam, ut respondeo respondi, dependeo dependi, demordeo demordi, præmordeo præmordi, detondeo detondi. Vetustissimi tamen etiam detotondi protulerunt. Ennius in annal. Et detotondit agros lætos atq; oppida cepit. At Varro in magno talẽto: Detotõderat forcipibus uiticarpiferis. Au ante deo habentia per participium, in præterito declinant nunc ut audeo ausus sum, gaudeo gauisus sum. Vetustissimi tamen, & ausi pro ausus sum, & gauisi pro gauisus sum, protulerunt. Cato Censorius in oratione pro L. Antonio: Beneficij postridie iussisti adesse in diem ex die nõ ausi recusare. Liuius in Odyssea: Quoniam audiui paucis gauisi. L. Cassius Hemina in secundo Annalium: Id q; admiratum esse gauisi. In hoc uerbo etiam illud animaduertendum, quod ausim ausis ausit, pro subiunctiuo, audeam audeas audeat, inuenimus. Virgilius in secundo georg.

Ausim uel tenui uitem committere sulco.
Ouid.in.vi. Metam. Et nihil est quod non inopino captus amore
Ausit.nec capiunt inclusas pectora flammas. Omnia autẽ supradicta uerba deo in sum cõuertentia faciũt supina,ut rideo risum, ardeo arsum, uideo uisum,mordeo morsum,pendeo pensum,tondeo tonsum,respondeo respõsum, audeo ausum.Gaudeo uero etiam i post u assumpsit euphoniæ causa gauisum. A' sedeo præterea geminauit s sessũ.& fortasse differentiæ causa:ne si sesum diceretur,duæ partes esse putarentur. Alia uero omnia in deo definentia,per ui diuisas pferunt præteritum,ut candeo canduí,studeo studui,frondeo frondui, splendeo splenduí. quoꝝ supina mutatione eo in i, & assumptione tum debent fieri,ut canditum,studitũ,frondítum,splenditum.Rarissime tamen ab omnibus neutris secundæ coniugationis,quæ in ui diuisas faciunt præteritum, inuenio uel huiuscemodi supinum,uel participiũ futuri,ut caleo calui,terreo terrui, tepeo tepui, horreo horrui, flacceo flaccui, rubeo rubui,langueo langui,palleo pallui. Si qua tamen inueniantur i breuem ante tum habent.Vnde Iuuenalis à careo carui in secundo: tollere dulcem Cogitat hæredem cariturus turture magno. Et Cicero ualiturus à ualeo. Excipitur prandeo prandi. Plautus in Menæchmis: Prandi & potaui, scortum accubui. Id quoq; tñ in sum facit supinum quomodo superiora,ut pransum. quod tamen q̃is neutrum sit habet participiũ præteriti pransus,ut cœno cœnatus,iuro iuratus,careo cassus,pateo passus,titubo titubatus.Et multa præterea à uetustissimis similiter sunt plata participia præteriti à neutralibus uerbis,ut à seneo senectus, ὁ γηράσας. discedo discessus, ὁ ἀναχωρήσας. intereo interitus, ὁ ἀναιρεθείς. obeo obitus, ὁ τεθνηκώς. occido occasus, ὁ δύνας. potus, ὁ πεπωκώς, καὶ ὁ πωθείς. ut iuratus, ὁ ὀμόσας καὶ ὁ ὀμοθείς. Catullus: Sed hæc fuere non recondita senecta quiete. Senesco enim inchoatiuum est. Sallustius in .iiij. historiarum: Omnes quibus senecto corpore animus militaris erat. Cæcilius in.iiij. Custodibus discessis multi interficiuntur. Claudius: Pugna acriter commissa multis utrinq; interitis. Liuius in Protesilao: Cupidius miserulo obito. Lucilius in.ij. quæ horis sublata duabus, Omnia sunt sole occaso ductoq;. A' decresco quoq; decretum Liuius protulit in.iij. Erotopægnion: nocte dieq; decretum & auctũ. Terentius in Hecyra: Quid ais? cum uirgine unà adulescens cubuerit plus potus. Hoc tamen idem Iuuen.passiue protulit in.iiij. epotaq; flumina Medo Prandente. Sicut & iuratus tam actiue q̃ passiue profertur. Cicero in.ij.Verri. Malo ei iurato suam q̃ iniurato alioꝝ tabellas committere. Lucanus in. vij. prisca manent mihi per Latium iurata tonantem. A' titubo quoq; titubatus. Virgili.in.v. uestigia presso Haud tenuit titubata solo. Idem in .ij. nunc cassum lumine lugent.Quamuis à careo futuri participium non cassurus,sed cariturus faciat,sicut supra ostendimus Iuuenalem in.ij.protulisse. A' pateo quoq; passus nascitur teste Virgilio,qui ponit in.iij. Aeneid. Et pater Anchises passis de littore palmis. Idem in.ij. passis Priameia uirgo Crinibus. In geo definentia l uel r ante cedentibus, geo in si conuersa faciunt præteritum perfectum, ut indulgeo indulsi,fulgeo fulsi ,algeo alsi,urgeo ursi, turgeo tursi, tergeo tersi, quod Probus & Carisius, & Celsus,& Diomedes comprobant,& ipse omnibus ualidior usus. Iuuenalis in.i. sed mox & pocula torques Saucius & rubra deterges uulnera mappa. Idem in. v. uasa aspera tergeat alter. Horatius in.ij.serm. posito pauone uelis quin Hoc potius, quã gallina tergere palatum. Terentius in Eunucho: Ego'ne? imperatoris uirtutem noueram,& uim militum Sine sanguine hoc non posse fieri,qui abstergerem uulnera. Est enim quaternarius iambus qui stare non potest,nisi penultima abstergerem producatur. Mulgeo quoq; mulsi facit,quãuis differentiæ causa quidam mulxi protulerunt, quia mulceo quoq; mulsi facit. sed Virgilius in.iij. georgicoꝝ:

Quod surgente die mulsere horí sq; diurnis, Nocte premunt:
Ennius in.vij. Anna. Mulserat huc nauem compulsam fluctibus pontus.
Idem in nono: Cyclopis uẽter uelut olí turserat alti, Carnib⁹ humanís distẽtus;

Lucilius in.xx. Purpureo terſit tunc latas gauſape menſas. Idem in.iiij. Obturſi ebri us. Syllaba uero naturaliter longa ante geo poſita mutant geo in xi & faciunt præteritum perfectum,lugeo luxi,augeo auxi,frigeo frixi. Alia uero omnia in geo deſinentia eo in uī diuiſas mutāt in præterito,ut egeo egui,indigeo indigui,rigeo rigui, uigeo uigui. Supina,quædam in ſi præteritum terminantia i in um cōuertentia faciunt,ſiue ſecundæ,ſeu tertiæ ſint coniugationis(nam quartæ in tum faciunt ſupinū) ut indulſi indulſum uel indultum. Vnde Marcellinus rex geſtarū.xiiij. Tanquam licentia crudelitate indulta. Fulſi fulſum,alſi alſum,arſi arſum,terſi terſum, læſi læſum, luſi luſum,mulſi mulſum uel mulctū. Salluſtius in.iij.hiſtoriarū: Dein lenita iam ira poſtero die liberalibus uerbis permulcti ſunt. Vnde Cicero in concione Metelli,permulſa atq; recreata eſt. Varro in Satyra: capite permulſo. torſi quoq; torſum & tortū facit. Cato in ij. Originum: Marſus hoſtem occidit priuſq; Pelignus,propterea Marrucini uocantur de Marſo detorſum nomen.itaq; & tortores & torſores dicuntur. Terentius in Phormione: Bonorū contortor,legum diſtortor. Cicero in.iiij. Verrinarū: Quod fanum deniq;, quod nō auerſum atq; exterſum reliqueris. à tergeo terſi terſum dixit,ſecundum ſupradictam proportionem. Excipiuntur geſſi geſtum, uſſi uſtum facientia ſupinum. In xi uero proferentia præteritum cuiuſcunq; ſint cōiugationis xi in ctum conuertentia faciunt ſupinum,ut luxi luctum,auxi auctū,frixi frictum,aſpexi aſpectum,illexi illectum, duxi ductum, dixi dictum, neglexi neglectum, traxi tractum,ſtruxi ſtructum,finxi fictum,& pinxi pictū,& ſtrinxi ſtrictum,& minxi mictū, quæ euphoniæ cauſa n in ſupino abiiciunt,q̄uis iunxi iunctum,& tinxi tinctū, & uinxi uinctum,& cinxi cinctum,& pupugi, & punxi punctum, & ſanxi ſanctum ſeruet, in ſupino quoq; n. Excipiuntur flexi & fluxi,quæ in ſupinis quoq; ſeruauerunt x, flexum,fluxum. Quāuis uetuſtiſſimi & fluctus pro fluxus,& fluciurus pro fluxurus ſoliti ſint dicere. Vnde & fluctus ipſe motus aquarū. In gui uero facientia præteritum, quia neutralia ſunt, non habent in uſu ſupina, debent autem ſecundum analogiam in itum ea facere,ſicut ſupra dictum eſt. In queo deſinens unum inuenitur ſecundæ cōiugationis in ſi terminans præteritum, torqueo torſi. & ex eo compoſita,diſtorqueo diſtorſi,contorqueo contorſi,extorqueo extorſi. Supina ſecundum paulo ante expoſitam regulam in ſum proferunt,torſum,diſtorſum,contorſum,extorſum. Inueniunt tamen etiam in tum & frequentius. In leo deſinentia,ſi ante l aliam conſonantē habuerint coniunctam ei in eadem ſyllaba,& ab oleo uel leo compoſita, per ui ſyllabam faciunt præteritum perfectum,impleo impleui,compleo compleui, ſuppleo ſuppleui. cuius ſimplex uerbum non legi. fleo fleui, defleo defleui, cleo cleui, oleo oleui, aboleo aboleui,adoleo adoleui,obſoleo obſoleui,exoleo exoleui,deleo deleui,releo releui,quamuis oleo & oleui & olui faciat.Et ſimiliter redoleo & redoleui et redolui,qa non mutant ſignificationem. Horatius in .i. epiſtolarū: Vina ferè dulces oluerūt mane camœnæ. Lucilius in.xxx. Quis totum ſcis corpus iam peroleſſe biſulcis,pro peroleuiſſe. Virg. in.xij. mox cum matura adoleuerit ætas. Varro tamen etiam adolet protulit in.iij. Rhetoricorū: Poſtquam adoluerit hæc iuuentus. Caſſius ad Tiberiū ſecundo: At contra Aegyptios ſacrificium ubi integrum anſerem adoluerunt. Paſſiui quoq; participium adultus,pro adoletus prolatum eſt. Antias in. lxxiij. Eo omēs hoſtiæ uituli.xxvi.coniecti,& ita omnia adulta ſunt. Obſoleo quoq; obſoleui facit. Non eſt enim à ſoleo quod ſolitus ſum uel ſolui ſecūdum Salluſtium facit perfectum,qui in ſecundo hiſtoriarū ponit: Neq; ſubſidijs uti ſoluerat compoſitis,ſed ab obs & oleo, ficut obſcœnus ab obs & canendo uel cœno,uel ἀπὸ τοῦ κοινοῦ. Vnde & inquino. Cicero de Imperio Cn. Pompei: Obſoleuit iam iſta ratio, re multo magis q̄ uerbis refutata. Idem in.i.Rhetoricorū: Hoc uero à pleriſq; eorum deſertum obſoleuiſſe. Idem pro Cælio: Chartæ quoq; quæ illam priſtinam ſeueritatem obtinebant obſoleuerunt.Exoleo quoq; exoleui,unde exoletus exoleta exoletum. Plautus in Medico: Domi reliqui exoletam uirginem,id eſt grandē,quæ exoleuerat, Aboleo uero uelut redoleo & ab

olui & aboleui facit præteritum. Vnde & aboletum & abolitum, & abolitio dicitur. Liuius in. viij. Et si omnis diuini humaniq; memoria aboleuerit. Persius: Hoc iuuat, hic inquis ueto quisq; faxit oletum. Cicero in Verrem de prætura urbana: Vereor ne hæc cuipiam nimis antiqua, etiam obsoleta uideãtur. A' deleo cuius simplex, id est leo in usu non est, deletum, à delino delitum nascitur, quod Probus & Caper comprobãt. usu quoq; adiuuãte. Virgil. in. iiij. georgi. & paribus lita corpora guttis. Cicero in primo epistolarꝝ ad Caluum: Tuli moleste q; literæ delitæ sunt mihi à te redditæ. Idẽ in. iiij. Verrinarꝝ: Tabulæ sunt in medio quæ se corruptasq; atq; interlitas esse clamãt. Actius in Atreo: Epularꝝ fictor scelerum fratris delitor. Supina secundum iam prædictam regulam in ui syllabam præteritum terminantium faciũt, ut compleui completum, defleui defletum, obsoleui obsoletum, aboleui aboletum, abolui abolitum, deletũ à deleo. Vnde & letum ipsa res quæ delet uitam, quasi à leor simplici, quod in usu non est, profertur. Alia uero omnia uerba in leo definentia eo in ui diuisas transferentia, faciũt præteritum, ut doleo dolui, caleo calui, palleo pallui, excelleo excellui, quod & excello inuenitur. Alia quoq; omnia secundæ coniugationis uerba quacunq; cõsonante ante eo posita, eo in ui diuisas conuertentia faciunt præteritum perfectum, ut habeo habui, rubeo rubui, doceo docui, arceo arcui, timeo timui, iaceo iacui, teneo tenui, caneo canui, candeo cãdui, stupeo stupui, tepeo tepui, pareo parui, careo carui, horreo horrui, floreo florui, censeo censui, pateo patui, liqueo licui, ex quo liquesco inchoati uũ. Oui. in. iiij. Meta. Protinus imbutum cælesti nectare corpus
Delicuit, terramq; suo madefecit odore. A' liceo quoq; licui facit. Excipiuntur hæc, iubeo iussi, sorbeo uel etiam sorbo, ut Probo placet, sorpsi uel sorbui. Lucanus in. iiij. Absorpsit penitus rupes & tecta ferarꝝ. Cicero in. ij. Philip. In sanguinem ciuilem exhausit, uel potius exorbuit. Idem pro Muræna: Difficultatẽ exorbuit. Mulceo mulsi, maneo mansi, neo neui, hæreo hæsi, luceo luxi, polluceo polluxi. Plautus in Sticho: Vt decumam partem ex uoto Herculi polluceam. Neuius in colace: Qui decumas partes quantum alieni fuit polluxit, tibi à publicando epulo Herculis decumas. Supino in ui quidem diuisas facientia præteritum neutra deficiunt, sicut supradiximus, ut canui, stupui, tepui, horrui, parui, egui. Deficit etiam metui, timui. Nam à carui uel caritum uel cassum uidetur posse dici, quia futuri participium cariturus, præteriti cassus inuenitur. Iuuenalis in secundo, quomodo ante dictum est: tollere dulcem Cogitat hæredem cariturus turture magno. Virgil. in. ij. Aenei. Demisere neci nunc cassum lumine lugent. Actiua uero plerunq; ui uocales in i correptam conuertentia assumunt tum, ut habeo habui habitum, inhibeo inhibui inhibitum, præbeo præbui præbitũ, moneo monui monitum. Pauca autem ui in tum uertunt, nisi consonantium natura prohibeat, ut teneo tenui tẽtum, doceo docui doctum, censeo uero censui censum, quia in simplici dictione n antecedente s & t, sine r seq non possunt. Iussi uero & mulsi & mansi & hæsi secundum prænuntiatam regulam in si proferentia præteritum, i in um conuertentia faciunt supinum, iussi iussum, mulsi mulsum, mansi mansum, hæsi hæsum. à sorbui sorbitum, à sorpsi uero sorptũ debet fieri supinum, ut ab habeo habitum, & præbui præbitum. & à scripsi scriptum, à nupsi nuptum. quorum neutrum adhuc in usu non inueni, id est, nec sorbitum, nec sorptum. à luxi quoq; luctum, & à polluxi polluctum, exigit ratio in xi terminantis præteriti, sed autoritas deficit. Neui uero in ui terminanti um seruat regulã, in supino conuertens ui in tum, neui netum.

In codice, de quo supra, ita scriptum erat:

ARTIS PRISCIANI VIRI ELOQVENTISSIMI GRAMMATICI CAESARIENSIS DOCTORIS VRBIS ROMAE CONSTANTINOPOLITANAE LIBER DECIMVS

IN io a antecedente unum inuenitur,aio,quod in prima quidem perſona i loco conſonantis habet duplicis, quæ & geminabat̃ à uetuſtiſſimis aĩo. In ſecunda uero & tertia tranſit in uocalem neceſſario, quia cõſonans ſequitur,ais ait. Itaq; pares habet in tribus perſonis ſyllabas, cum omnia in io deſinentia,tertiæ uel quartæ coniugationis,una ſyllaba minores habeant prima perſona,ſecundam & tertiã,ut facio facis facit,audio audis audit.ſed in hoc primæ perſonæ penultima poſitione producitur, ſecũdæ uero & tertiæ corripitur.& ſicut quibuſdam uidetur tertiæ eſt cõiugationis, nec per totam in uſu inuenitur declinationem.cuius præteritũ,cum ait,in tertia inueniatur perſona,debuit ai primam facere,quæ in uſu non eſt. poteſt tamẽ ait quoq; præſens intelligi pro præterito. Sed cũ imperatiuus in i terminans reperiat̃, quartæ magis oſtenditur eſſe coniugationis. Neuius: An nata eſt ſponſa prægnans? uel ai,uel nega. E quoq; antecedente in io unum inuenio meio,tertiæ coniugationis,in quo ſimiliter i loco conſonantis eſt. Iuuenalis eius infinitum profert in primo: Cuius ad effigiem non tantum meiere fas eſt. Perſius: Pinge duos angues,pueri ſacer eſt locus,extra Meĩte. Quidã tamen etiam meio meias dici putauerunt. Sed mingo quoq; dicitur, ex quo præteritum in uſu minxi. Vnde Horatius: hunc perminxere calones. Ex quo ſecundum regulam naſcitur in ctum ſupinum mictum. Horatius in primo ſermonum:

Mentior,at ſi quid merdis caput inquiner albis
Coruoq;, atq; in me ueniant mictum atq; cacatum.

Vnde etiam meditatiuũ micturio,ut lectum lecturio, partum parturio, eſum eſurio,à ſupinis enim meditatiua ſolẽt fieri. In io quoq; u antecedente unũ inuenio, inquio. quod pleriq; artium ſcriptores putant in uſu nõ eſſe.Sed Cicero ponit hoc in.ĩ.de oratore: Attẽdere & aucupari uerba oportebat inquio,ut ea quæ ſunt frigidiora uitemus. In eodem: Tu uero inquiſti moleſtus nõ eris.Idem in Verrem de ſignis:Qui me ubi uiderunt,ubi ſunt Pamphile inquiunt Scyphi. Idem in.iiĩ.ad Herennium: Quid enim tibi uis? aliquis inquiat. Ex quo apparet ſecundum analogiam,inquiam quoq; debere dici.Idẽ ad eundem in.iiĩ: At non Africani nepotes,inquit,iſtiuſmodi fuerunt. In eodem: Videte nunc,inquit,iudices quemadmodum me Plagioxippus iſte tractarit. Perſius: Hoc iuuat,hic inquis ueto quiſquam faxit oletum. Terẽtius quoq; imperatiuum eius inque in Phor.poſuit: Tum Antiphonẽ uideo ab ſeſe amittere Inuitũ eam inque. Ergo ſecundũ analogiam tertiæ coniugationis inueniẽ eius tota ferẽ declinatio uerbi. Supinum uero ab eo non inueni, nec quæ ſolent ab eo naſci . In cio a antecedente mutant eam in e ꝓductam,& abiecta o, productaq; i faciunt præteritũ perfectum,ut facio feci,iacio ieci.Ex his compoſita cum præpoſitione q̃uis in præſenti mutent a in i, tamen præteriti regulam ſeruant, quæ eſt in ſimplicibus, ut efficio effeci, perficio perfeci. Ideo aũt dixi cum præpoſitiõe compoſita mutare a in i, quia ſi cum alia parte componant̃,ſeruãt a, ut calefacio calefeci,tepefacio tepefeci,tremefacio tremefeci,ſtupefacio ſtupefeci.abĩcio quoq; abieci facit,conĩcio conieci,inĩcio inieci,pĩcio proieci.Inuenitur tñ etiam ſimplex,icio icis. Vnde Virgi. in. xĩ. ictum iam fœdus,& omnes Compoſitæ leges. Alia uero i ante cio habentia eandem i in e conuertunt,& cio in xi, ut aſpicio aſpexi,conſpicio cõſpexi,illicio illexi,pellicio pellexi. Excipitur elicio elicui. Liuius ab Vrbe condita lib. v. Ad colloquium uatem elicuit. Et puto ideo,ne ſi elexi diceremus,neceſſario participiũ electus fieret,& eſſet dubitatio ſignificationis. pellicui quoq; pro pellexi ueteres protulerũt. Liuius in Laodamia: Aut nunc quæpiam alia te illo Aſiatico ornatu affluens,aut Sardiano ac Lydio fulgens decore,& gloria pellicuit. Sed Terentius in Phor. Is ſenem p epiſtolas pellexit,modo non mõtes auri pollicens. inuenitur etiam allicuit & pellicuit. Piſo hiſtoriaꝝ primo: Cuius unius præmio multoꝝ allicuit animos. P. Varro belli Sequanici libro ſecũdo: Deinde ubi pellicuit dulcis leuis unda ſaporis, Supina ex illis quidem, quæ a habent

ante cio fiunt à præsenti, io cõuersa in tum, ut facio factum, iacio iactum. In omni eñ uerbo siue penultima, siue antepenultima sit, a seruatur etiam in supino, quamuis mutetur in præterito perfecto, ut facio feci factum, iacio ieci iactum, capio cepi captum, ago egi actum, frango fregi fractum, cado cecidi casum. Ex his composita quæ in præsenti mutant a in i, ut facio inficio, capio incipio, & in supino a in e conuertunt, ut factum infectum, captum inceptum. Illa uero quæ componuntur à uerbis in go desinentibus, quamuis mutent a in i, tamen in supino immutabilem seruant eam, ut ago exigo exactum. frango infringo infractum, tango cõtingo cõtactum, pango impingo impactum. Quæ uero in xi terminant præteritum secundum præmõstratam regulam, xi in ctum conuertentia, faciunt supinum, aspexi aspectum, illexi illectum, elicui uero elicitum facit. Vnde Lucanus in. ix. Virus & elicitum iussumq; exire repugnat. Et Statius in quarto Theb. dure q̃ mortis limite manes, Elicitos. In dio desinens inuenio unum, fodio fodi, & ex eo composita perfodio perfodi, effodio effodi: Quod penultimam præteriti p̃duxit necessario secundũ prædictam regulam quã oñdimus. Qđ si minuant̃ præsentis syllabæ, in præterito p̃ducit̃ penultima, nisi p̃ syncopam uel apocopam p̃ferat̃. Supinũ in sum facit geminata s ut fodi fossum. Omnia eñ uerba, quæ in di finiunt p̃teritũ p̃fectum in sum faciunt supinum, ut prandi pransum, momordi morsum, tetendi tensum, pandi pansum, defendi defensum, ascendi ascensum, sedi sessum. excepto dedi, quia primæ est coniugationis, quæ nũquam in sum facit supinũ, & ex eo cõpositis. quæ in tertiam transeunt coniugationem, & a penultimam simplicis supini in i conuertũt, ut do dedi datum, reddo reddidi redditum, perdo perdidi perditum, uendo uendidi uenditũ, credo credidi creditum, condo condidi conditũ. In dior quoq; deponentia in sum faciunt supinum, ordior orsum, ingredior ingressum. In gio similiter p̃ducta antepenultima, & ablata o extrema faciunt præteritum perfectum, ut fugio fugi, cõfugio confugi, perfugio perfugi, refugio refugi. Supinum o in tum conuertit, fugio fugitum, confugio confugitum, perfugio perfugitum, refugio refugitum. In pio, ca antecedente, mutant a in e productam, & abiecta o productaq; i faciunt præteritum perfectum, ut capio cepi. Ab eo composita, in præsenti quidem mutant a correptam simplicis in i breuem, præteritum uero integrum manet, ut incipio incepi, recipio recepi, suscipio suscepi. Supinum tam eius q̃ omnium in pi uel in psi, uel in mi terminantium, præteritũ per ptum profertur, ut cepi captum, incepi inceptum, concepi conceptũ, rupi ruptum, scalpsi scalptum, compsi comptum, prompsi promptum, dempsi demptum, scripsi scriptum, nupsi nuptum, emi emptum, ademi ademptum, rapui quoq; raptum facit. Similiter & ex eo composita, corripui correptum, arripui arreptum. Cu uero ante pio habẽtia, o in i conuertunt, & producunt penultimam in præterito, ut cupio cupiui uel cupij̃. Et ex eo cõposita, ut concupio concupiui uel concupij̃. Vetustissimi aũt etiam secundum quartã coniugationẽ solebant proferre hoc uerbũ. Lucre. lib. i. cõfringere ut arcta, Naturæ primus portas: clausstra cupiret. In ui diuisas faciens præteritũ unum inuenio, supradictæ terminationis, rapio rapui. Et ex hoc composita eripio eripui, surripio surripui. Nam surpui per syncopam protulerũt quidam poetæ, ut Horat. in. iij̃. carm. Quæ me surpuerat mihi, Felix post Cinaram. Sapio tam sapiui uel sapij̃ q̃ sapui protulisse autores inueniunt̃. Probo tñ sapui placet dici, Carisio sapui uel sapiui, Aspro sapiui & sapij̃ secundũ Varronẽ, quod Diomedes etiam approbat. Nonius tñ Marcellus de mutatis coniugationibus sic ponit sapiui pro sapui. Neuius in Virgine prægnante: Quando ego plus sapiui qui fullonem compressi quinquatribus. Terentius similiter: Cum intelligo resipij̃sse pro resipiuisse. Caper utrũq; in usu esse ostendit. Afranius in Brundusinis: Equidem nunc resipui postquam pectus est lætitia onustum. Plau. in Rudente: Pol magis sapuisset, si dormiuisset domi. Cœpio qđ in usu non est cœpi facit præteritũ. Teren. tñ in adel. præteritũ imperfectum subiunctiui eius uerbi quod nascit̃ ex præsenti p̃fert, sinerem ego illum? aut nõ sex totis mensibus Prius olfecissem, q̃ ille quidq̃ cœperet? Supinũ à cupiui & sapiui secundũ supradictam analogiã, mutata ui in tũ proferẽ cupitũ

& ſapitum. In rio unum inueni pario peperi. Vetuſtiſſimi tamē & ſecundum quartam coniugationem hoc protuliſſe inueniuntur. Ennius:

Oua parire ſolet genus pennis condecoratum. Sed Teren. in Phorm.

Neq; parere iam diu hæc per ætatem poteſt. Idem in Andria:

Hanc ſimulant parere, quo Chremetem abſterreant.

Supinum partum debet eſſe, unde & partus & parturio meditatiuum. plerunq; ēm regulam ſupini ſequunt̄, tam meditatiua q̄ frequentatiua, exceptis quibuſdam, de quibus in ſignificatione uerbi diximus. ut lectum lecturio & lectito, mictum micturio & micti to, dictum dicturio & dictito. Sic ergo partum parturio & partito. Stati. tamen in. xij. Theb. participio futuri addidit i, atq; hoſti ueniat paritura marito. Deponentia in ri or, deſinentia orior & morior, tam ſecundum tertiam q̄ ſecundum quartam coniugati onē declinauerūt autores, orior oreris & oriris, morior moreris & moriris. Luca. in. iij.

Non gratis moritur iugulo, qui prouocat hoſtem. Ennius in .xiij. annal.

Nunc eſt ille dies cum gloria maxima ſeſe,

Nobis oſtendat, ſi uiuimus ſiue morimur. Teren. in eunu. Riſu emoriri oēs deniq;. Virg. in. ij. ænei. telis, Noſtrorum obruimur oriturq; miſerrima cædes. Lucilius in. iij. Conturbare animam potis eſt quicunq; adorit̄. Eorum ſupina ortum & moritum, quamuis oriturus, non orturus inueniat̄ participium futuri, ſed præteriti ortus nō oritus dicit̄. Horat. epiſtolarum lib. ij. Nil oriturum aliâs, nihil ortum tale fatentes. A morior quoq; notandum, q̄ cum moriturus ſecundum analogiam faciat participium futuri, mortuus fecit præteritum geminata u, quod in nullo alio participio inuenies, pro mortus uel moritus, quod proportio magis exigebat. In tio deſinens per ſi facit præteritum geminata s, quatio quaſſi. quod (teſte Cariſio) in uſu non eſt. percutio percuſſi, incutio incuſſi. Supinum ſecundum regulam in ſi terminantium præteritū exit quaſſum, unde frequentatiuum quaſſo quaſſas. Similiter percuſſum, incuſſum. nam uſſi uſtū, geſſi geſtum, torſi torſum uel tortum excipiunt̄, & quæ quartæ coniugationis in ſi termināt præteritū perfectum, farcio farſi fartum, farcio ſarſi ſartum, fulcio fulſi fultū, haurio hauſi hauſtū. P, uero ante, ſi, poſita (ſicut ſupra dictum eſt) p ptum faciunt ſupinū, demo dempſi demptum, promo prompſi promptum, nubo nupſi nuptum, ſcribo ſcripſi ſcriptum. In tior deponens, tam tertiæ q̄ quartæ coniugationis unum inuenitur, potior. Virg. in. iij. ænei. Fas omne abrumpit Polydorum obtruncat & auro Vi potitur.

I ſecundum tertiam coniugationem corripuit penultimam. Lucil. uero in .v. Deficit alma Ceres, nec plebes pane potitur. ſecundum quartam coniugationem producta penultima protulit ſimiliter Neuius in Ilia. ij. Fœcundo penetrat penitus thalamoq; potit̄. Infinitum tamen ſecundum quartam ſemper inuenit̄. Cicero in. iij. inuecti. Rerum potiri uolunt. Supinum in itum definit penultima producta potitum. In uo diuiſas quacunq; antecedente conſonante deſinentia, mutant o in i, ut acuo acui, imbuo imbui, induo indui, diluo dilui, annuo annui, ſpuo ſpui, ſuo ſui, metuo metui, arguo argui. Virgi. in. ix.

Euryalus me nulla dies tam fortibus auſis,

Diſſimilem arguerit, tantum fortuna ſecunda. Idem in. xi. Verba redarguerit. Excipiunt̄ ſtruo ſtruxi, fluo fluxi, pluo pluui. Liuius in. ij. ab urbe condita, & in xxi. & in xxij. Lapidibus pluuiſſe. Et in. xxij. Sanguine pluuit. Nam unguo quidem Niſus & Papyrianus & Probus, tam unguī q̄ unxi dicunt facere præteritum. Cariſius uero unxi tantum. Coquo, uel ut alij coco coxi, linquo liqui, tinguo uel tingo tinxi. Hæc tñ non uidentur in uo diuiſas terminare, in quibus u uim literæ amittit. unde in guo quidem ſyllabam terminantia huiuſcemodi, ſeruant regulam in go terminatoꝝ, ſicut & quæ in quo finiunt̄, rōnem ſequunt̄ in co deſinentium. Dicimus enim ungo unxi, ut lingo linxi, & pingo pinxi, & linquo liqui, ut uinco uici. Ninguo quoq; ninxi, unde & nix, ſicut à duxi dux, à rexi rex. Virg. in. iij. geor. Interea toto non ſecius æquore ninguit. Actius in Andromeda: Cum ninxerit cæleſtium molem mihi. Extingo etiam extinxi, cuius ſimplex ſtinguo in raro eſt uſu. Virg. in, iij. æneid, Cum genere extinxem memet ſuper ipſa de-

dissem,pro extinxissem protulit. Cicero tamen in Arato, stinguens participio usus est, quod à uerbo stinguo nascitur:

Quem neq; tempestas perimet,neq; longa uetustas
Interimet stinguens præclara insignia cæli.

Idem passiuum eius uerbi in prognosticis protulit:

Vt cum luna means hyperionis officit orbi,
Stinguuntur radij cæca caligine tecti.

Illud quoq; sciendum,q̃ in ui diuisas terminantia præteritum perfectum, cum soleant corripere penultimam,tñ uetustissimi inueniunt etiam produxisse eandem penultimã. In his maxime,quæ a præsenti in uo diuisas desinente proficiscunt,ut eruo erui,arguo argui,annuo annui. Ennius in.ij. Annuit sese mecum decernere ferro. Supina eor̃ i præteriti in tum conuertunt,& producunt u penultimam,acui acutum, imbui imbutum,indui indutum,annui annutum,innui innutum,argui argutum,unde & participium argutus,id est conuictus. Plau. in Pseud. Argutus malorum facinor̃.& futurum arguturus,& deriuatiuum ex hoc,uerbum argutor argutaris. Inuenit tamen in usu etiam arguiturus pro arguturus. Sallust. in.ij. hist. Quos aduersum multi ex Bithynia uolẽtes occurrere,falsum filiũ arguituri. Plau. iter̃ in Pseud. de sycophãta: Ecquid argutus es? pro conuictus. Excipitur rutum uel ruitum,quod u corripit,uel quod i seruauit. Nã secundum futuri participium,id est ruiturus debet ruitum esse. Lucan. in.iiij. ruituraq; semper Stat mirum moles. Secundum præteritum uero debet rutum dici penul. correpta. Virgi. in.xi. Nec mihi cum Teucris ullum post eruta bellum,Pergama. Et uidetur hoc per syncopam i uocalis,in præterito prolatum erutus pro eruitus. ideoq; tempus præteriti perfecti simplex,quod habuit u ante i seruasse. A spuo & metuo, & pluo secundum analogiam,sputum & metutum uel metuitum,& plutum à pluui, uelut adiutum ab adiuui debent facere,sed in usu ea non inueni. Alia uero supradictæ terminationis uerba extremam syllabam præteriti in ctum conuertũt,ut struxi structum,unxi unctum,liqui lictum. Excipitur fluxum,ut iam supra dictum est. Deponẽtia in quor,mutant eam in cu,& assumentia tum,faciunt supinum, loquor locutum,sequor secutum, fruor uero fructum facit,sicut struo structum. Cice. in Hortẽ. Et amœnitate summa p fructus est. Vlpianus tñ ad Sauinum,futurum,fruiturum dixit non fructurum, quõ oritum oriturum,erutum eruiturum,mortuum moriturum. Quæ cum in præterito non habeant i,in futuro habent. In uo, u loco consonantis posita in l quidem desinente penultima, o extremam in i conuertunt,& faciunt præteritum,ut soluo solui,uoluo uolui,caluo calui. Vnde Sallust. in.iij. histo. infinitum passiui protulit: Contra ille calui ratus,calui pro decipi. uocali uero natura longa antecedente uo, in xi conuertit in præterito,ut uiuo uixi. Supinum i in tum couuertentia, faciunt u necessario in uocalem redeũte, solui solutum,uolui uolutum. sic debet etiam calui calutum facere,quod tñ in usu non inueni. & puto calumniam ex hoc esse deriuatum. Vixi aũt in xi terminantium regulam seruat in supino uictum. In bo definentia uerba uocali longa antecedente,bo in psi conuertentia,faciunt præteritum perfectum, ut scribo scripsi, nubo nupsi. nunquam enim b ante s in principio syllabæ potest inueniri,ut Pseudolus,ipse. Alia uero o in i mutant in præterito,ut bibo bibi. Cicero in Verrem secũdo: An iste unquam de se bonam spem habuisset,nisi de uobis malam opinionem animo imbibisset? Oui. in.vi. Metamor. Huberaq; ebiberant auidi lactantia nati. Lambo quoq; lambi. Lucil. in.xxiij. Iucundasq; puer qui lamberat ore placentas. Similiter scabo scabi. Idem Lucilius in.ix. Scaberat ut porcus contritis arbore costis. Vnum excipit,incumbo incumbis,qđ etiam incubo incubas, secundũ primam coniugationem proferẽ, quod incubui facit præteritum. & omnia à cubo composita,siue primæ,siue tertiæ sint coniugationis, ut accumbo, uel accubo accubui,incumbo uel incubo incubui. Et nunc quidem simplex eor̃,id est cubo cubas primæ est coniugationis. Vetustissimi tñ & hæc & omnia quæ in ui diuisas,faciunt ptñ perfectum in prima coniugatione,etiam secundũ tertiam solebant declinare,

Supina uero in psi quidem terminantiũ ptm̃ psi in ptum conuertunt, ut scripsi scriptũ, nupsi nuptum. In bi uero assumunt tum, bibitum, lambitum, accubitum, unde & accubi tus dicit. Et notandum q̃ cum oĩa in si terminantia ptm̃, sicut supra docuimus, in sum terminent supinum, exceptis quartæ coniugationis uerbis, hæc quoq; quæ p uel m aĩ si habuerint, si in tum conuertunt, ut nupsi nuptum, scalpsi scalptum, scripsi scriptum, demsi demptum, sumsi sumptum. In quibus etiam p euphoniæ causa interponit, quod etiam in præterito qbusdam placuit adscribere. In bor deponẽtia, mutant bor in psum & faciunt supinum, ut labor lapsum. Nulla aũt causa alia est mutãdæ b in p ante s uel t in principio syllabæ positæ, nisi euphoniæ, cuius ratio apud Græcos quoq; obseruantissimos eius seruata est in supradictarum consonantium scriptura, ut κρύβω ἔκρυφα κέκρυπται, λείβω ἔλιφα λέλιπται· pro φ enim græca, nos in principio syllabæ ps scribimus, ut nubo nupsi nuptum, scribo scripsi scriptum, scalpo scalpsi scalptum. In co, n antecedente, abiecta n, & o in i conuersa, faciunt præteritũ, penultima quoq; producta, ut uinco uici, conuinco conuici, linquo quoq; q̃ consimilem uidet habere terminationem, liqui facit præteritum, abiecta n, sicut supra quoq; docuimus. S uero præcedẽte mutant sco in ui, nisi sint inchoatiua. (Illa enim carent ptõ perfecto) quiesco quieui, pasco paui, cresco creui, adsciscо adsciui, consuesco consueui, uel consuetus sum. Carisius tamen etiam consueo ponit. Omnia tamẽ ea quæ præteritũ perfectum in ui terminant adiectam, frequenter inuenimus per secundas & tertias personas syncopam penultimæ pati syllabæ, cũ ab u loco cõsonantis incipit, ut amaui amauisti uel amasti amauit, amauimus amauistis uel amastis, amauerunt uel amarunt. Neo neui neuisti uel nesti neuit, neuimus neuistis uel nestis, neuerunt uel nerunt. Ideo aũt addidimus adiectam, qm̃ si in positione sit u consonans syncopam pati non potest, ut lauo laui lauisti, non possumus dicere lasti pro lauisti, nec pro lauistis lastis, nec pro lauerunt larunt. Similiter faueo faui fauisti, nemo dicit fasti, nec pro fouisti fosti, nec pro soluisti solsti. Sed inuenio Horatiũ autoritate fecisse in qbusdam concisionem, quamuis positio uerbi habeat u cõsonantem, moueo mo ui mouisti, ex quo summosses posuit Horat. pro summouisses in. i. serm̃. Hunc hominẽ uelles si tradere dispeream ni Summosses omnes, nõ isto uiuimus illic, Quo tu rere modo. Item commorit pro commouerit idem Hora. ponit in. ij. serm̃. at ille, Qui me commorit melius non tangere clamo Flebit. Vnum inuenit in sco desinens uerbũ apud uetustissimos, cuius ptm̃ perfectum in xi protulerunt, teste Capro, conquinisco conquexi. Est aũt conquinisco, caput inclino. Pomponius in Vacca uel Marsupio, ait: Simul intro ueni, accessi ad patrem prendi manum in terra, ut cubabat nuda, ad eum ut conquexi, interim mulieres conspiciunt. Excipit præterea eiusdem terminationis, compesco compescui, dispesco dispescui, quod ponit Apuleius in dialogo, qui est de deo Socratis: Cum & habitacula summa ab infimis tanta intercapedine fastigij dispescant, pro distent. Excipiunt̃ præterea disco didici, posco popposci & ex eis composita, quæ similiter faciunt præteritum, dedisco dedidici, deposco depopposci. Vocali uero natura longa antecedente in co desinentia in xi syllaba finiunt ptm̃, ut duco duxi, dico dixi. R antecedente unum inueni, parco quod & peperci, & parsi facit ptm̃. Luca. in. ij. paruum sed fessa senectus, Sanguinis effudit iugulo, flammisq; pepercit. Teren. in Hecy. Heu me infelicem hanccine ego uitam parsi perdere. Ico præterea penultima breui profert̃ in præsenti, teste Capro, sed producit eam in ptõ perfecto, & mutat o finalem in i, ico ici. unde ictus. Cato Censorius de Veturio: Hostem nummum icit. Cœlius in. i. Qui cum ijs ita fœdus icitis. Lucretius tĩ etiam in præsenti producit penultimã, ex hinc corpus ppellit & icit. Supina in ci quidem terminantium præteritũ, i in tum conuertunt, ut uici uictum, conuici conuictum. Eandem seruant regulam liqui lictum, & ex eo composita, reliqui relictum, deliqui delictum. Nec mirum est cum post q u posita uim literæ amittat in ci desinentium regulam sequi. Quæ uero in ui syllabam proferunt ptm̃ perfectum, mutant eam in tum, & faciunt supinum, requieui requietnm, unde participiũ fit futuri requieturus, Cicero contra Metellum: Nisi eorum exitio non requieturam. Cresco creui cre-

tum,adſciſco adſciui adſcitum,deſciſco deſciui deſcitum.Liuius in.xxv.ab urbe condita: Deſcitum ab Romanis. Et notandum quod ab inchoatiuo ſciſco cõpoſita,primitiui,id eſt ſcio habuerunt præteritum,ſecundum rectam uero proportionem debent eorũ quo q̃ perfecta à ſcio & deſcio eſſe.Noſco noui notũ.Similiter ex eo cõpoſita, ignoſco ignoui ignotum.Terent.in adel.Ignotum eſt,tacitum eſt,creditum eſt,unde & participium futuri ignoturus.Cicero in Catone maiore:Ignoturus alteri q̃ patrem,alteri q̃ tutorẽ ſecutus eſſet.Cato in.v. Originũ: Quod eor̃ nemo quiſquã quicq̃ mihi ignoturus eſt. Quidam tamen contra regulam à præſenti tempore hoc deriuatum protulerunt, ignoſco ignoſciturum.Piſo Frugi in.ij.Annalium:Quodcũq̃ deliquiſſet ignoſciturum affirmabat.Notandum tamen q̃ cognoſco cognoui cognitum,& agnoſco agnoui agnitum, in frequentiori uſu faciunt pro o penultima,pducta,quam uetuſtiſſimi ſeruabant analogiam ſequentes,i correptam adhibentia.Vnde Iuuenalis in primo:Agnitus accipies,iubet à præcone uocari Ipſos troiugenas. Lucanus in ſecundo: calida medius mihi cognitus axis Aegypto atq̃ umbras nuſquam flectente Syene.Salluſtius tamen ſecundum analogiam in.ij.hiſto. Neq̃ inermes ex prælio uiros quenq̃ agnoturum. Pacuuius ſecundũ utrunq̃ protulit:In turba Oreſti cognita,agnota eſt ſoror.Paſco paui ſeruauit in ſupino ſolum paſtum.compeſco compeſcui,& diſpeſco diſpeſcui,& poſco popoſci,& diſco didici,à præſenti tempore faciunt ſupinũ mutatione o in i correptam,& additione tum, compeſco compeſcitum, diſpeſco diſpeſcitum, poſco poſcitum, diſco diſcitum. Vnde Apuleius participium futuri protulit in Phædone, De anima ſic auditurum,ſic diſcituru̇m,qui melius ſcit hæc omnia & ſingula ſic agere aut pati, ut patiuntur atq̃ agunt. In xi finientia præteritum perfectũ,ſupinum ſecundũ ſupradictam regulam faciũt,dixi dictum,duxi ductum.peperci uero uel parſi,parſum facit ſupinum,ſecundum in ſi terminantium regulam,unde parſurus participiũ futuri. Varro in Laterẽſi:Parſurus pecuniis bene partis.Liuius in.xxv.ab urbe condita: Nedum eos Capuæ parſurus credam. Seneſco inchoatiuum eſt : nam poſitiuũ eius ſeneo inuenit̃ in uſu. Actius in Telepho: Iam iam ſtupido theſſala ſomno, Pectora languentq̃ ſenentq̃. Pacuuius in Peribœa:Quamquam ætas ſenet ſatis habeam rem uirium,ut te ab ara arceam. A ſeneo igitur non à ſeneſco fit præteritum ſenui.Salluſtius in.i.hiſtoriarum:Niſi cum ira belli deſenuiſſet. Idem etiam participium præteriti temporis ex eo protulit,quamuis ſit neutrale in.iij.Omnis quibus ætas ſenecto corpore animus militaris erat.Nec mirum cum in alijs quoq; plurimis eiuſdem ſignificationis uerbis inuenianť ueteres præteriti temporis participia proferentes,ut prandeo pranſus,cœno cœnatus,placeo placitus, mereo meritus,pateo paſſus,careo caſſus,poto potus pro potatus, titubo titubatus.iuro quoq; iuratus,tam in actiua quàm in paſſiua inuenit̃ ſignificatione.& hæc quidem etiam iunioribus in uſu manſerunt.illa uero oſoleuerũt, diſcedo diſceſſus,hoc eſt qui diſceſſit. Similiter intereo interitus,occido occaſus.ſed eor̃ uſus in lib. q inſcriptus eſt à nobis de pticipio inuenies.Depoñētia uero in ſcor deſinentia,in antepenul. quidẽ ſyllaba a uel i uel e correptas habẽtia,in ctum faciunt ſupinum,ut paciſcor pactum,proficiſcor profectũ.expergiſcor,quia à pergo eſt,experrectum facit.Quamuis uetuſtiſſimi etiam expergitus dicebant. Lucil. in iij. Et ſomno pueros cum mane expergitus clamas. Cælius uero ſecundũ analogiam protulit in imbribus, mihi ſordido dormitum ſuadet ut eam quiſquam? & ſi ego obdormiero tute idem ibi eris experrectus. Nanciſcor etiam nactum facit abſque n, ut Probo & Capro & Pollioni & Plinio placet:Sicut & pangor pactum, & fingor fictum, & tangor tactum.Sciendum tñ q̃ ſunt uerba quæ ſeruant n in participijs præteriti, ſiue in ſupinis,ut iungor iunctus,pungor punctus,fungor functus,emungor emunctus,extingor extinctus,tingor tinctus,plangor planctus,angor anctus.Quæ autẽ ſeruant n, uel quæ non,de pticipio tractatum reperies.Quod aũt corripit̃ antepenultima,paciſcor & nanciſcor,& pficiſcor,& expergiſcor,ex cõpoſitis ſiue primitiuis eor̃ põt dignoſci.Paciſcor & depeciſcor,pficiſcor à facio,expgiſcor à pergo pergis, nanciſcor uero à nancio eſt, qđ in uſu fuit uetuſtiſſimis,Gracchus p ſe;Si nanciam populi deſideriũ,comprobo reip.cõ

moda. Alia uero absq; c, in tum faciũt supina, ut iraſcor iratũ, ulciſcor ultũ, naſcor natũ, obliuiſcor oblitũ. Excipiũt defeciſcor defeſſum faciẽs ſupinũ, & participiũ præteriti, defeſſus, ut Terẽ. in adel. Defeſſus ſum ambulando. Idẽ in Phor. Neq; defeciſcar uſq; adeo experirier. Nam ab eo qđ eſt deficior defectus fit participiũ præteriti. Excipiunt etiam duo compoſita quæ quanuis antepenultimam i habeant correptam, in tum tamẽ non in ctum faciunt ſupinum, comminiſcor commentum, adipiſcor adeptum. Nam à reminiſcor ſupinum uel participium præteriti uel futuri, in uſu non inueni, quanuis ratio hoc quoque rementum, quomodo commentum exigat dici. In do definentia, ſi penultimam naturaliter longam habuerint do in ſi conuertentia faciunt præteritũ perfectum, ut ludo luſi, rado raſi, lædo læſi, rodo roſi, uado uaſi, euado euaſi, illido illiſi, claudo uel cludo clauſi uel cluſi. Inuenitur tamen etiam claudeo, ſed & claudo pro claudico. Salluſt. in. iiij. hiſtoriarũ: Coniuratione claudit. Cæcilius in Epiclero: An ubi uos ſitis, ibi conſiliũ claudeat? Cedo ceſſi geminauit ſ in præterito. Ex quo Virgilius acceſtis pro acceſſiſtis poſuit in. i. Aeneidos, penituſq; ſonantes Acceſtis ſcopulos. Excipitur cædo cecidi. Luca. in. iiij. donec uetuerunt caſtra cecidit. pedo pepedi. Horatius in. i. Sermonũ: uin tu curtis Iudæis oppedere? nulla mihi inquam, Relligio eſt. Idem in eodem, Nam diſploſa ſonat quantum ueſica pepedi. Ab eo quod eſt Sido præteritum non inueni. Luca. in iiij. Sidentia peſſum corpora cæſa tenent. Virgi. ex eo compoſitum in quinto, Subſidũt undæ tumidum q; ſub axe tonanti, Sternitur æquor aquis. eius paſſiuum Statius protulit in v. Theb. Summiſq; inſiditur aſtris. Cudo ſecundũ Diomedem & Cariſium, & Phocam cuſi, ſecundum alios cudi. Et uidetur etiam Virgilius ſic protuliſſe in primo Aenei. Ac primum ſilicis ſcintillam excudit Achates, Suſcepitq; ignẽ foliis. Excudit enim tam præſens quàm præteritum poteſt intelligi, ſed quia ſuſcepit ſubiunxit, melius præteritũ intelligit. Idq; etiam Seruius in commẽtario Aenei. cõprobat his uerbis, Excudit autẽ feriendo eiecit, quia cudere eſt ferire. Vnde & incus dicitur quod illic aliquid cudamus, id eſt feriamus. Sciendum autem q; eius frequentatiuum cuſo cuſas eſt, ex quo cõpoſita incuſo incuſas, & recuſo recuſas, & accuſo accuſas, et excuſo excuſas. A do uerbo, quod ſimplex primæ eſt coniugationis, compoſita cum præpoſitione, tertiæ ſint, & primitiui ſeruant ptm̃ perfectũ duplicantia di, quãuis in illo penultimã e habeat, ut do dedi, reddo reddidi, prodo pdidi, perdo pdidi. Credo quoq; ab eo componit, quaſi cretũ do, & uendo uenum do, & condo ex con cõpoſitũ, & do, & ex eo abſcõdo. Itaq; oñia præteritũ idem perfectum ſeruant, credidi, uendidi, cõdidi, abſcõdidi. Plautus in Carbonaria: Secundum ipſam aram aurum abſcõdidi. N uero ante do habentia, o in i mutant in præterito perfecto, & ſi ante n u uel i habuerint, amittũt n ut fundo fudi, & ſcindo ſcidi. Vetuſtiſſimi tamen etiam ſciſcidi proferebant, quod ſolũ quoq; in uſu eſſe putat Aſmonius in arte quam ad Conſtantinũ imperatorem ſcribit, ſed errat, nam Lucanus in. iiij. ſcidit ponit:

Qua mare tellurem ſubitis aut obruit undis,
Aut ſcidit & medias fecit ſibi littora terras.

Stat. in. ix. Theb. Oraq; pectoraq; & uiridem ſcidit horrida ueſtem.

Idem in. xi. Alloquio ſcidit ipſa nouo terrore cruenta Eumenis.

Mart. in. iiij. Epig. Vnguentum fateor bonum dediſti,
Conuiuis here, ſed nihil ſcidiſti.

Sed Afranius more antiquo dixit in Homine, Satis fortiter paulo ueſtras ſciſcidiſtis colus. Actius Sotadicorum. i. Non ergo aquila ita, ut prædicant ſciſciderat pectus. Neuius in Teſticularia: Immo quo ſciſcidimus conſcindam atq; abiiciam. Ennius in Menalippa: cum ſaxum ſciſciderit. Et uidentur hi rationabilius protuliſſe, ne minorum temporũ eſſet præteritũ quàm præſens, quod rariſſime inuenitur. Findo quoq; fidi facit, licet quidam fiſi putauerunt. Sed Virgili. in. ix. Et media aduerſi liquefacto tempora plumbo Diffidit, ac multa porrectũ extendit harena. Hora. in. iiij. carm. Demerſas exitio diffidit urbiũ Portas uir Macedo & ſubruit æmulos. Cætera uero ſeruant n, ut pando pandi, defendo defendi, ſcando ſcandi, accẽdo accẽdi. Excipiunt duplicantia principalẽ ſyllabam

pendo pepẽdi,tendo tetendi,tũdo tutudi,penultima à pleriſq; correpta,à quibuſdã au tẽ etiam producta propter ſupradictam rationẽ,id eſt ne uincat in compoſitis ab eo tẽ poribus ſyllabaꝝ à præſenti præteritum. Horatius in.iiij.carminum correptam protu lit: Quod regum tumidas contuderit minas:eſt enim contuderit choriambus. Idem in tertio: Non auſpicatos contudit impetus, Noſtris. Eſt enim dactylus contudit. Virgil.in.viij. & lapſa ancilia cælo, Extuderat. Solent autem compoſita ſeruare ſim plicium tẽpora,cado cecidi,concido concidi,penultima correpta,cædo cecidi, cõcido concidi,penultima producta. Vetuſtiſſimi tamen tam producebant q̃ corripiebant ſu pradicti uerbi,id eſt tutudi penultimam. Ennius in.xiij. Infit,ò ciues quæ me fortu na fero,ſic Contudit,indigno bello confecit aceruo. Ecce hic corripuit. Idem in.xvi. Ingenio forti dextra latus pertudit haſta. Idem in Annalibus: Virosq; ualentes cõtu dit crudelis hyems. hic ꝓduxit penultimã. Cado quoq; cecidi facit, ne ſi cadi dicamus nomen eſſe putetur. Compoſita tamen non duplicant penultimam ſyllabam, ut ꝓpen do perpẽdi,extendo extendi,pertundo ꝓtudi.incido incidi,concido concidi. Exceptis à do,à ſto compoſitis,& à diſco & poſco,ut prodo prodidi,reſto reſtiti, dediſco dedidi ci,depoſco depopoſci. A curro cõpoſita utroq; modo prolata inueniunt ab autoribus, ut, decurro decurri uel decucurri. Excipit etiam diuido quod præteritum diuiſi facit. Supina illa quidem quæ à do componunt,mutant o in i correptam,& aſſumunt tũ ut reddo redditum,credo creditum,perdo perditum. Alia uero omnia do in ſum con uertunt,ut ludo luſum,rado raſum,cædo cæſum,defendo defenſum,tundo tũſum.

Virgil.in.iiij.georg. Proderit & tũſum gallæ admiſcere ſaporem.

Idem in.i. eorundem: durum procudit arator
Vomeris obtuſi dentem,cauat arbore lyntres. cudo ſimili ter cuſum. Idem in eodem lapidemq; reuertens
Incuſum aut atræ maſſam picis urbe reportat. Cado quoq; caſum facit,ca tamen penultima producta. In omni enim ſupino ſiue participio præte riti producit ā penultima,exceptis datũ & ſatũ & ratũ & ſtatum. Illud etiam ſciendũ ꝙ n ante do habentia,quæ amittũt n in præterito, amittũt eandem in ſupino, & ge minant s ſi ſit penultima breuis in præterito, ut findo fidi fiſſum, ſcindo ſcidi ſciſſum. Sin producat, unam s habẽt,fundo fudi fuſum. Compoſita ſimplicium terminatiões ſequunt,cedo ceſſum,& pando paſſum faciunt. Quamuis etiam à patior,& à pateo paſ ſum dicamus. Vnde Virg.in.iij. Aenei. At pater Anchiſes paſſis de littore palmis.

Idem in primo: Criníbus Iliades paſſis peplumq; ferebant. Ab eo quod eſt pedo ſu pinum in uſu nõ inueni. A comedo quod eſt anomalum comeſum & comeſtum inue nitur. Cicero pro Cluentio: Abditum aliqua in parte panis, quã ſi totum colliquefa ctum in potiõe eſſet,celerius potius comeſtum q̃ epotum in uenas,atq; in omnes par tes corporis permanare. Virgilius autem ab eo quod eſt adedor adeſus protulit in,ix, & poſtibus hæſit adeſis. Tendo præterea,& tentum & tenſum facit.

Virgilius in.vij. Audĩt & ſi quem tellus extenta plagarum,
Quatuor in medio dirimit plaga ſolis iniqui.

Lucanus in primo, Et uarias ignis tenſo dedit aere formas.

Idem in ſecundo: tenſisq; rudentibus actæ. Oſtendo quoq; ab eo compo ſitum ſimiliter facit oſtentũ & oſtẽſum. Lucanus in.ij. Vt ſcelus hoc Syllæ,cædesq; oſtẽſa placeret, Agnoſcendus erat. Apuleius in Phædone: Et cauſam gignẽdi oſten ſurum & immortalitatem animæ reperturum. Varro rex ruſtic.i. Oſtenſus ſol. Idem diuinaꝝ.iij. Salute oſtenta. Cato pro L. Cæſare ad populũ,quod ego me ſpero oſten turum. Oſtentum quoq; quando monſtrum ſignificat nomen eſt participiale,quomo do factum & dictum & uiſum,ab oſtendendo futura dictum. Strido & ſtrideo,tam ter tiæ q̃ ſecundæ coniugationis inuenit. Virgilius in.vij. ſtriduntq; cauernis
Stricturæ chalybum & fornacibus ignis anhelat.

Lucanus in,vi, Auribus incertum feralis ſtrideat umbra,

Iuuenalis in.iiij. Iam ſtridunt ignes,iam follibus atq; caminis.
Horatius ſermo.ij. Stridere ſecreta diuiſos aure ſuſurros, correpta penultima.
Statius uero eandem productam protulit in.vij. Nil ſtridere domi.
Idem in nono: Stridebit ueſtros Tydeus inhumatus ad ignes. Præteritum perfectum eius debet ſecundum analogiam in do uel in deo definentium, & penultimam uel antepenultimam naturaliter lõgam habentium in ſi terminari, ut rado raſi, trudo truſi,ludo luſi,rideo riſi,ſtrideo ſtriſi, ſed puto euphoniæ cauſa nõ eſſe in uſu ſtriſi, ſed ſtridi. quod ut ſuperius diximus uſus quoq; comprobat. Statius in.iij. Huius inaſpectæ luco ſtridere ſagittæ. Actius in Alceſtide: Cum ſtriderat retracta rurſus inferis. Sido præterea ſidi facit.Cuius etiam paſſiuũ ſidor ſideris inuenit. Lucan.in.iij. ſidentia peſſum Corpora cæſa tenent. Statius in.ij.Thebai. feſſiſq; inſiditur aſtris.cuius præteritum in uſu non eſt,dubitationis uel alternitatis cauſa: debuit enim ſiſi eſſe. Sed utimur præterito ſedeo uerbi,id eſt ſedi,pro ſupradicti quoq; uerbi præterito. In do unum anomalum inuenit,edo es eſt. Vetuſtiſſimi tamẽ edo edis edit dicebant,correpta prima ſyllaba. Neuius in Carbonaria: Tibi ſerui multi apud menſam adſtãt,Ille ipſe adſtat quando edit.Non poteſt eñ in hoc iambo penultima ſyllaba lõga eſſe,ut intelligatur præteritum,ne ſit σκάζων. Plautus in Lipargo: Nihil moror mihi fucum in aluo Apibus qui peredit cibum: corripit eñ penultima. Lucilius in.iiij. Qui edit ſe,hic comedit me.Supinum eius tam eſum,ut ſupra dictum eſt,q̃ eſtum uſus exigit,ut poſſit dici. Virg.in.ix. & poſtibus hæſit adeſis. Idẽ in.iij. Aeneid. Ambeſas ſubigat malis conſumere menſas. Cicero p Cluentio: Abditũ aliqua in parte panis, q̃ ſi totũ colliquefactũ in potione eſſet celerius, potius comeſtum q̃ epotum in uenas, atq; in omnes partes corporis permanare. In go r antecedente,ſi non ſint à regendo compoſita go in ſi conuertentia faciũt præteritum perfectum,ut mergo merſi,ſpargo ſparſi, tergo terſi.Dicitur tñ & tergeo. Alia uero in xi conuertunt go præſentis, & faciunt ſupradictũ tempus,ut rego rexi,cingo cinxi,ango anxi,tingo tinxi,pingo pinxi.A' regendo compoſita,q̃uis in præſenti ſyncopam penultimæ e patiant,tamen in præterito perfecto eam euphoniæ cauſa ſeruant,ut porrigo porrexi,pergo perrexi,ſurgo ſurrexi. Nam porrigo & corrigo & arrigo e in i conuertentia aptiſſime ſecundum proportionem,ſeruant ſimplicis declinatiõem.Excipiunt frango fregi,ago egi,lego legi. quoꝝ compoſita ſequuntur ſimplicium declinationem,confringo confregi,perfringo perfregi,exigo exegi,ſubigo ſubegi,cogo coegi,perlego perlegi, relego relegi.Excipiuntur ex hoc cõpoſita, neglego neglexi, & intellego intellexi, quod antiqui interlego pferebant intellexi,& diligo dilexi.pango quoq; pegi, & ex eo compoſitum impingo impegi facit.Pacuuius in Medo: Tonſilla pegi læuo in littore.Lucan.in.v.

Sufficit ad factum belli fauor iſte laborq;
Fortunæ,q̃ te noſtris impegit harenis. Simplex tamen pango etiam pepigi facit ſecundum Cariſium,& panxi. Sed antiqui pago quoq; dicebant pro paciſcor. Cicero in.ij.ad Herennium: Pacta ſunt quæ legibus obſeruãda ſunt,hoc modo,rem ubi pagunt oratione pagunt. Tango præteritum tetigi facit,& pungo pupugi uel punxi. Varro in primo humanarꝝ: Vt habẽt pharij qui uocãtur ὀφιογενεῖς, & in Africa pſylli,quoꝝ ophiogeniſtum arbitrantur ſuppoſitum eſſe in ſtirpe aliquem,ſi admoueant ut pungat colubra,cum pupugerit,ſi de genere ſit uiuere,ſi non ſit mori. In eodem: Admota aſpis,cum pupugerit,ſi nõ occidat,ſciat ex pſyllorꝝ ſtirpe eſſe.Neuius in Glaucoma: Quod de eo obſonio ſtylo mihi in manum pupugit. Expungo uero expunxi dicimus,at repungo repupugi & repunxi,ut Capro uidet. Cum ei qui nos pupugit talionem,id eſt uicem à nobis redditam oſtendimus,repupugi dicimus. Quãdo uero de ratione uel calendario loquimur,repunxi dicimus. A' tango compoſita nõ duplicant primam ſyllabam,contingo contigi, attingo attigi. In quibus notandum q̃ penultima præteriti corripitur, præſentis uero producitur. Ab ago & frango & lego compoſita ſeruant ſimpliciũ præteritum,ut exigo exegi, prodigo prodegi, dego degi,

abigo abegi,infringo infregi,perfringo perfregi, colligo collegi, relego relegi. quod differentiæ cauſa non mutauit le in li, quamuis etiam perago a immutabilem ſeruauit,& dego per ſyncopam a euphoniæ cauſa protulit. Excipiuntur mutãtia ſimplicis ſignificationem,quæ ſuperius poſuimus,negligo neglexi,diligo dilexi, intelligo intellexi.quamuis Aemilius Macer in ſextodecimo Annalium: Omnium noſtrum neglegerit autoritatẽ,pro neglexerit ait. Supina in ſi quidẽ facientia præteritum, per ſum proferunt,ſecundum ſupradictam regulam,ut mergo merſi merſum, tergo uel tergeo terſi terſum,ſpargo ſparſi ſparſum. Alia uero omnia go in ctum conuertunt,ut rego rectum, iungo iunctum, tingo tinctum, lego lectum, pungo punctum, ago actum. Abñciunt tamen n euphoniæ cauſa hæc, quæ penultimam a habẽt, uel i, ut frango fractum,pango pactum,tango tactum,fingo fictum,pingo pictum,ſtringo ſtrictum, ringo rictum.Excipiuntur cingo cinctum, tingo tinctum,& ſtingo ſtinctum,& ex eis compoſita,ſuccingo ſuccinctum,extingo extinctum.Ango quoq; differẽtiæ cauſa ſeruauit n in ſupino anctum. Nam ab ago actum fit. Quidam tamen etiam anxus eius participium protulerunt.Et omnia in compoſitione integras ſeruant ſimplicis literas, quamuis in alijs modis mutentur,ut rego rectum,pergo & porrigo perrectum & porrectum,ago actum.cogo coactum,abigo abactum,tango tactum, contingo contactũ, frango fractum, defringo defractum, pango pactum,impingo impactum. Et poſſumus hoc exiſtimare differentiæ cauſa in pleriſq; fieri, ne ſi pictum & abictum & defrictum & impictum diceremus, alias ſignificationes monſtrare putaremur. Lucanus in quinto: Impactæ ceſſere fores. In gor deponentia mutant eam in ctum, & faciũt ſupinum,ut fungor functum. In ho definentia, mutant ho in xi & faciunt præteritum,ut ueho uexi,traho traxi. & ſecũdum ſupradictam regulam in xi terminantium præteritum perfectum, per ctum proferunt ſupinum,ut uectum, tractum. In lo finientia præſens per lui exeunt in præterito,ut alo alui,colo colui, molo molui,conſulo conſului,occulo occului. Statius in quinto Thebaidos: raptum quæ ſola parentem Occului. Excipiuntur duplicantia l quæ ſi à muta incipiant, geminant principalem ſyllabam,& ſi non ſeruant eandem uocalem,ut pello pepuli,fallo fefelli, tollo tetuli. Pro quo nunc in uſu frequenti eſt ſuſtuli. A' tulo quoq;,quod ueteribus in uſu fuit,tetuli dicebant. In compoſitione tamen non geminant principalem ſyllabam, ut refello refelli,compello cõpuli. Alia quoq; eiuſdem terminationis o in i conuertunt,ut uello uelli,ſed & uulſi dicitur,percello quoq; perculi,& excello uel excelleo exculi,uel ut alij excellui,quorum ſimplex in uſu non eſt.Pſallo etiam pſalli facit præteritum. Cicero de ſupplicijs: Reuelliſtis atq; in profundum abieciſtis.

Virgil.in Buc. Cũ canerẽ ſyluas et prælia Cinthius aurẽ Vellit & admonuit.
Lucanus in.iiij. Caſtroq; ficcas de ceſpite uulſerat herbas.
Idem in.vi. percuſſaq; uiſcera membris Vulſit.
Idem in eodem: Illa genæ florem primæuo corpore uulſit.
Idem in.ix. Auulſitq; manu telumq; affixit harenæ.

Lucretius ab excello excellis infinitum protulit excellere penultima correpta:Omnibus ornatum uoluiſti excellere rebus. Cicero uero in primo epiſtolarũ ad filiũ: Quare effice & elabora ut excelleas,quod eſt ab excello excelles,cuius præteritum debet eſſe excellui, ut caleo calui, ſecundum proportionem ſecundæ coniugationis. Idem tamen Cicero in Verrinis, percellunt protulit ſecundum tertiam coniugationem.Et in primo pro Cornelio: Qui eloquentia cæteris antecellit. ex quo debet exculi quoq; eſſe præteritum perfectum,ſicuti percello perculi. Virgilius in quinto:

Perculit & ſulua moribũdum extendit harena.

Baſſus in.ij.Lyricorũ: Calliope princeps ſapienti pſallerat ore.

Supina in tum quidem exeunt, quæ naſcuntur ab unam l habentibus, ut occulo occultum,colo cultum,conſulo conſultum. Quæ uero duplicant l per ſum, ut fallo falſum,pello pulſum,uello uulſum, excello excelſum,percello perculſum. A' pſallo ſu-

pinum nõ legi. Ab alo uero tam altus q̃ alitus dicitur. Cicero pro Plancio, Vbi altus eſt. Similiter Salluſtius in Iugurth. Et omnem ætatem Arpini altus. In quibuſdam autem codicibus etiam alitus inuenitur. A᾽ tollo quoq; ſupinũ deficit, ſed pro eo utimur ſublatum. Volo quoq; anomalum facit præteritum uolui, ex quo nomen participiale naſcitur uultus, quomodo ex colo cultus, & ex occulo occultus. In mo deſinẽtia ſi uocalis longa antecedat o in pſi conuerſa proferſit præteritum, ut ſumo ſumpſi, promo prompſi, demo dempſi, como compſi. Hæc autem ſi in tum conuertentia faciunt ſupinum, ut ſumo ſumpſi ſumptum, promo prompſi promptum, demo dempſi demptũ, como compſi comptum. Alia uero in mo deſinentia per uĩ diuiſas exeũt in præterito, ut uomo uomui, gemo gemui, fremo fremui, tremo tremui. excipiuntur emo emi, & premo preſſi. Et in uĩ quidem diuiſas terminantium ſupina fiunt uĩ in tum cõuerſis, correpta penultima, quomodo in omnibus, quæ ex huiuſmodi præteritis naſcentia i habent ante tum, ut uomui uomitum, gemui gemitum, fremui fremitũ, tremui tremitum. emi uero emptum facit, quod ideo aſſumpſit p, quia non poteſt m ante t ſine p inueniri euphoniæ cauſa, ut ſumptus, promptus, comptus. Preſſi uero ſecundum in ſi terminantium regulam i in um conuertens facit ſupinum, ut preſſi preſſum. In no o uel g antecedentibus per uĩ diuiſas faciunt præteritum, ut pono poſui, & ab eo cõpoſita, ſuppono ſuppoſui, compono compoſui. Antiqui tamen & poſiui protuliſſe inueniuntur. Plautus in Vidularia, Nunc ut apud ſequeſtrum Vidulum poſiuimus. Apuleius in .i. Hermagoræ: Et cibatum, quem iucundum eſſe nobis animaduerterãt, eum appoſiuerunt. Gigno genui, pro quo geno uetuſtiſſimi protuliſſe inueniuntur. Varro in Andabata, Sed q̃ hæc loca aliquid genunt. cuius infinitum paſſiuum Lucretius in quarto protulit, geni: tanto magis inficiandum Totum poſſe extra corpus durare geniq;. A᾽ canendo quoq; compoſita ſimiliter præteritum in uĩ diuiſas faciunt, ſuccino ſuccinui, occino occinui. Quidam & occano occanui protulerunt, ut Salluſtius in .i. hiſtoriarum: Iuſſu Metelli cornicines occanuere. Sed Probus occini quoq; exiſtimat poſſe dici, cum ſimplex cano cecini faciat, quomodo à cado cecidi, incido incidi, & à tango tetigi, contingo contigi. M antecedente no in pſi cõuerſa, facit præteritum perfectum, ut temno tempſi. Alia omnia per ui coniunctas proferunt præteritum, ſino ſiui, ſterno ſtraui, cerno creui. Nõ ſolum enim ἀ κοσκινίζω κρίνω, ſic facit præteritũ, ſed etiam cum pro uideo accipitur. Titinnius in Gemina: Simul ut pueras has nocte ſuſpirare creui, pro uidi. Plautus in Ciſtellaria: Cum ego te amaui mea Antiphila, & mihi amicã eſſe creui, ſimiliter p uidi. Sperno queq; ſpreui facit, & lino liui, uel magis differentiæ cauſa ad nomen Liui leui. qđ à leo quoq; ſimplici naſcitur, quod in uſu nõ eſt. ex quo deleo deleui. unde & letum dicitur quod delet uitam. Iuuenalis in tertio: Nam quis plura linit uicturo dolia muſto? Terentius in Heautontimoru. Releui omnia dolia, omnes ſerias. Vetuſtiſſimi tamen etiam lini in præterito protuliſſe inueniuntur. Vt Varro rerum ruſticarum: Cum oblinerunt uaſa. Supina in uĩ quidem diuiſas terminantium præteritum ſubtracta u & addita tum proferuntur, correpta penultima, ut poſui poſitum, genui genitum. A᾽ cano tamen compoſita primitiui ſeruãt in ſupino terminationem: cantum enim & ſuccentum dicimus, quamuis in ipſo uerbo a in i conuertant ex eo compoſita. ſed in ſupino iterum i in e tranſferunt, ſuccino ſuccentum, occino occentum. Temno uero tempſi temptum facit, ſicut omnia in pſi p præteritum exeuntia. In ui uero ſyllabam deſinentia, mutant eam in tum ſecundum prædictam regulam, ut ſiui ſitum, ſtraui ſtratum, creui cretum, ſpreui ſpretum. ergo lui quoq; uel lini litum. Vnde Virgilius in quarto Georgicorum: & paribus lita corpora guttis. Salluſtius in Iugurth. Simul gladium ſanguine oblitum oſtentans. Et ſciendum quòd tam litum quàm ſitum, & itum, quitum, citum, ſatum, corripiunt penultimas, quod in alĳs ſupinis, quæ à præteritis in ui terminantibus naſcuntur, non inuenitur, ut amaui amatum, moui motum, neui netum, faui fautum, cupiui cupitum, muniui munitum, Caper, ut ſino ſitus, ſic nequeo nequitus, corripuit penultimam, quod

usus ubiq; approbat. Cicero pro Cornelio: Cœptum igitur per eos qui uolebant, de fitum est per hunc qui decessit. Ecce hic manifestissime ostendit orator, à definor esse desitum. Sic ergo & à finor situs. Quod autem penultimæ supradictorum supinorum corripiuntur, poetarum exempla docebunt. Virgilius à prætereor in.viij.

O' mihi præteritos referat si Iuppiter annos.

Idem in.x.ab obeor: Morte obita quales fama est uolitare figuras.

Ouid. in Fastis: Sol aditus quam quæris, ait, ne uana labores
Nupta Iouis fratri tertia regna tenet.

Terentius in Hecyra: Nam cum compressa est nata, forma in tenebris noscí non quí ta est. Est enim quaternarius iambicus. Lucanus in.viij.

Hic situs est Magnus placet hoc fortuna sepulchrum.

In eodem: Illita tela dolis, nec Martem comminus unq̃.

Virgilius in quarto Georgicoꝝ ut prædictum est: & paribus lita corpora guttis.

A' cio composita, tam corripientia quàm producentia penultimam inueniuntur. In po definens m antecedente unum inuenio rumpo. quod subtracta m & o in i con uersa facit præteritum penultima producta, tam in simplici quàm in cõpositis ab eo. Rumpo rupi, abrumpo abrupi, corrumpo corrupi. E uero breuem penultimam ha bentia, mutant o in ui diuisas in præterito, ut strepo strepui, obstrepo obstrepui. R uero uel l uel e productam ante po habentia, o in si conuertentia faciunt præteri tum, ut scalpo scalpsi, sculpo sculpsi, carpo carpsi, repo repsi, serpo serpsi, sarpo sar psi. Lucanus in tertio: Sed per iter longum causa repsere latenti. Supina quidem ter minatorum in pi fiunt mutata i in tum, ut rupi ruptum. In ui uero separatas, sub tracta u & addita tum, strepui strepitum. In psi autem exeuntia secundum supra dictam regulam, mutata si in tum, ut scalpsi scalptum, sculpsi sculptum, repsi reptũ, carpsi carptum. In ro finita, per ui syllabam terminãt præteritum, ut tero triui, quæ ro quæsiui, sero seris seui. nam sero seras à sera obdita natum, seraui facit. A' sero seris seui tamen composita, quando mutant simplicis significatiõem, per ui separatas pro ferunt præteritum o in ui conuersa, desero pro derelinquo deserui. Insero pro im mitto inserui. Si enim de arbore dicam insero inseui facit, & participium insitus, non insertus. Virgilius in Bucolicis: Insere nunc Melibœe piros, pone ordine uites.

Idem in secundo Georgicoꝝ: mutatamq; insita mala Ferre pirum. Vetustissimi ta men etiam in simplici seruí protulisse inueniuntur, pro ordinaui & pro seui. Ennius in præceptis: Vbi uidet auenam lolium crescere. Inter triticum selegit, secernit, aufert sedulo Vbi operam addidit quam tãto studio seruit. Duo inueniuntur supradictæ ter minationis uerba, quæ duplicant ss ante i in præterito, gero gessi, & uro ussi. Verro enim secundum Seruium uersi facit, secundum Carisium autem uerri. quod & usus comprobat. Licinius Macer pro Tuscis: quos oportuit amissa restituere, hisce etiam reliquias auerrerunt. Publius in muro: Mutone cellas seruorum cõuerri. Curro et iam repetita priore syllaba cucurri facit præteritum. quod in compositione inuenitur apud quosdam autorum geminationem primæ syllabæ seruans, apud alios minime, ut Virg. in.iiij. Aenei. Decurrere iugis, alia de parte patentes,
Transmittunt cursu campos.

Liuius in uicesimo secundo ab urbe condita: Quâ cuique proximum fuit decurrere. Idem in uicesimo: Et si ferocius procucurrissent. Cato cõtra C. Pisonem: Video hac tempestate concucurrisse omnes aduersarios. Terentius in Hecyra: Vna illarum in terea propere præcucurrit. Cæsar ad Virgilium: Excucurristi à Neapoli. Plautus in Sticho: Præcucurri, ut nuntiarem nuntium exoptabilem. Supina eorum in ui syl labam terminantium præteritum mutatione ui in tum proferuntur secundum su pradictam regulam, ut triui tritum, quæsiui quæsitum. Seui uero secũdum analogiam setum debuit facere, sed differẽtiæ causa ueteres setum pro zetum dicentes, hoc satum proferre tradiderunt. Et sciẽdum quòd in nullo alio supino siue participio seu nomine

participiali a penultima corripiẽ, nisi in supradicto, & alijs tribus: satus, ratus, datus, status. Reor quoq; ratus facit participium (ut puto) differẽtiæ causa, quia ritus aliud significat, & retus pro retitus dicebant, quomodo saucius pro sauciatus, & lassus pro lassatus, & lacerus pro laceratus, & potus pro potatus. Difficile enim inuenis e uerbi in a conuerti per participium, siue supinum, nisi in supradictis uerbis. In compositiõe uero a supradictoꝝ supinoꝝ siue participioꝝ in i conuertitur correptam, satus, insitus, obsitus. Virg. in .ij. Geor. mutatamq; insita mala Ferre pirum. Cicero in Frumẽtaria: Vt cum obsitum Leontinum agrum uidisses. Deserui uero desertum, & inserui insertum, & exerui exertum faciunt supina. Quæ uero duplicant ſſ in præterito ante i mutant si in tum in supino, gessi gestum, ussi ustum. Duplicantia uero r ante o in præsenti, ro in sum conuertentia faciunt supinum, ut curro cursum, uerro uersum. In so definentia o in i conuertentia assumunt ui & faciunt præteritum, ut lacesso lacessiui, arcesso, arcessiui. Sallustius in primo historiarꝝ: Domitium proconsulem ex citeriore Hispania cum omnibus copijs quas parauerat arcessiuit. Idem in .ij. historiarꝝ: Argentum mutuum arcessiuit. Cicero pro Roscio: Arcessiuit aliquem: quem aut quãdo. lacesso lacessiui, sic Probus. & uidetur mihi melius dicere lacessiui quã lacessi. Participium enim passiuum lacessitus. Caper tamen lacessi dicit esse, ut facessi: & profert exemplum Lucilij quo usus est. xiij. Nam uetus ille Cato lacessisse appellari, quod conscius ipse non erat sibi. Sed potest lacessisse per syncopam esse prolatum, ui syllabæ, ut cupisse petisse, dicimus pro cupiuisse, petiuisse. Sallustius in secundo historiarꝝ: Diuersa uti solet rebus perditis lacessiuit. Idem in .iij. Igitur legiones pridie in mõte positas arcessiuit. Facesso uero & capesso & uiso, quæ possumus desideratiua dicere. significat enim facesso desidero facere, & capesso desidero capere, & uiso desidero uidere. (Frequentatiua enim esse non possunt cum primæ coniugationis non sint.) Hæc eadem secundum Diomedem & Carisium o in i conuertentia faciunt præteritũ perfectũ, ut facesso facessi, capesso capessi, uiso uisi. Similiter quæso quæsi. Probus tamen quæsiui dicit, & melius, q̃uis primitiuum quoq; eius, id est quæro quæsiui faciat præteritum. Sallustius in primo historiarum: Curionem quæsiuit uti adulescentior, & populi suffragijs integer ætati cõcederet Mamerci. Cicero in diuinatiõe: Ipse profecto metuere incipies, ne innocenti periculum facesseris. Inuenit tamen in quibusdam codicibus facessieris. Pinso pinsui facit præteritũ, quod Probus usu Pomponij cõprobat. Neq; molis molui, neq; pilis pinsui. Supina eoꝝ in situm exeunt, arcessitum, lacessitum, capessitum, secundũ in ui definentium regulam, de qua sæpe in superioribus diximus. A pinso autem pistum debet esse, unde pistor nomen uerbale, ut pastum pastor, ustum ustor, gestum gestor. In to c antecedẽte inuenio pecto, cuius præteritũ plericq; pexui, Asper tamen pectiui, Carisius pexi protulerunt. Mecœnas in Octauia. Pexisti capillũ naturæ muneribus gratũ. Similiter necto nexui & nexi. Virg. in .v. Et paribus palmas amborum inuexuit armis. Sallustius in .i. historiarum: Nexuit catenæ modo. Lucilius in .v. Hic solus uigilauit opinor: Et cum id mihi uisus est facere tũ retia nexit. Propertius: At tibi qui nostro nexisti retia lecto. Flecto uero flexi facit, & plecto plexi, antique. Liuius in sexto Erotopægnion: Andromacha perdudum manu lasciuula ac tenellula, capiti meo trepidans, libens insolito plexit munere. Nunc enim plector & amplector dicimus. sed plector passiuum esse Terentius ostendit in Phormione: Ego plectar pendens. E breui antedente in to definentia duo inueni, peto petiui, & meto messui. Cato in secundo originũ: In campo Tiburti ubi hordeum demessuit. Idẽ in mõtibus, Seruit ibi hordeũ, idem iterum messuit. Cassius Hemina in tertio Annalium: In campo Tiburti ubi hordeũ demessuerũt. R antecedente similiter duo inueni, uerto uerti, sterto stertui. Persius: Cor iubet hoc Enni postq̃ destertuit esse Mœonides quintus pauone ex pythagoræo. Geminata uero t ante o unum, mitto misi: & in sto unũ, sisto. Cuius ptm̃ quando actiuam habet significationẽ, tam in simplici, q̃ in composito desinit; quãdo uero absolutam & similem sto uerbo, commune cũ eo habet ptm̃, ut resisto

uel resto restiti, consisto & consto constiti, persisto & persto perstiti. Supina eorꝝ, quæ in xui uel in xi præteritum terminant, per xum exeũt, ut nexui nexum, pexui uel pexi pexum, flexi flexum. Similiter faciunt supinum, quæ in ctor desinunt deponentia, amplector amplexum. Petiui uero secundum analogiam in ui terminantiũ præteritum, petitum facit penultima producta. Similiter messui messum, sicut censui cẽsum. Misi duplicauit ſſ in supino missum. A' sterto em̃ supinum non inueni nec à sisto. Deponentia in tor desinentia, nulla antecedente consonante tor in sum conuertũt, utor usum, nitor nisum. Inuenitur tñ etiam nixum. In xo duo inueniuntur o in ui cõuertentia in præterito, texo texui, & nexo nexas uel nexis nexui. Ouid. in. iiij. Metamorp.

Luna quater plenum tenuata retexuit orbem. Cicero in. ij. de Oratore: Sic omnia quæ fiunt, quæq; aguntur, leuioribus principijs natura ipsa retexuit.

Virgilius in quinto: Nexantem nodis seq; in sua membra plicantem.

Idem in eodem: Et paribus palmas amborum innexuit armis. Liuius: Nexabant multa inter se flexu nodorꝝ dubio. Accius in Deiphobo: Nos cõtinuo ferrum eripimus, omnibus manicas neximus. Supina alterꝝ p tum, alterꝝ p sum finiũt, textũ, nexum. unde Virg. in. vij. & clypei non enarrabile textum.

Idem in quinto: Qui primus nodos & uincula linea rupit
Quis innexa pedem malo pendebat ab alto.

De præterito perfecto quartæ coniugationis.

QVartæ coniugationis uerba omnia actiua uel neutralia in io desinunt, exceptis eo, & queo, & ueneo, & ex eis compositis. In cio igitur desinentia duarum exce dentia numerum syllabarum simplicia n antecedente cio in xi conuersa faciunt præteritum perfectum, ut uincio uinxi, sancio sanxi. Vetustissimi tamen etiam sanciui uel sancij proferebãt. Pomponius Secundus ad Thraseam: Sancierat ius utile ciuitati. Sin aũt n non habuerint, cio in si mutata faciunt præteritum, farcio farsi, farcio farsi, rau cio rausi, fulcio fulsi. quod & Probo placet. Quamuis alij differentiæ causa fulxi posue runt. Cicero in primo de Oratore: At Aesopum si paulũ irrauserit explodi. In eodẽ: peranguste referſit in oratione sua. Idem pro Cornelio lib. ij. Qui eis rebus urbem Italiamq; referserunt. Idem in. ij. Tusculanarꝝ: Ex quibus uerbis etiam omnia referserũt. Alia uero omnia supradictæ coniugationis uerba secundæ personæ præsentis, abiecta finali s, & addita ui faciunt præteritum perfectũ: quod tamen etiam subtracta u cõsonante, & correpta penultima i licet proferre, ut scio scis sciui uel scij, & ab eo composita, adscio adsciui uel adscij. Similiter cio cis, quod & cieo cies dicit ciui uel cij, & ab eo cõposita, cõcio concis conciui uel concij, audio audiui uel audij, mollio molliui uel mollij, munio muniui uel munij, sæuio sæuiui uel sæuij, eo iui uel ij, queo quiui uel quij, ueneo ueniui uel uenij. Solinus in collectaneis: Tatius in arce, ubi nũc ædis est Iunonis monetæ, q anno quinto, postq̃ ingressus urbẽ fuerat à Laurentibus interemptus est, septima & uicesima Olympiade hominẽ exiuit. Sallustius in Catili. Sed neq; pretio neq; gratia impelli quiuit. Idẽ in. i. historiarꝝ: Neq; se recipere aut instruere prælio quiuere. Suffio suffiui uel suffij, quod quamuis à neutro passiuo componatur, tamen quia significationem mutauit, mutauit etiam declinationem in præterito & infinito. Vnde Virgilius in. iiij. Georgicorum: At suffire thymo cerasq; recidere inanes. Suffire dixit secundum rectam rationis declinationem, cum simplex eius fieri sit. Excipiunt haurio hausi. Inuenitur tamen etiam hauriui uel haurij. Varro in. xxiij. ad Ciceronem: quum inde haurierint. Sepio sepsi, sentio sensi, uenio ueni, aperio aperui. quod uidetur à pario compositum. quod uetustissimi non solum secundum tertiam, sed etiam secundum quartã coniugationẽ declinabant. Vnde Ennius: Oua parire solet genus pennis condecoratum. Igitur ex eo cõposita, si principalẽ syllabam puram, nec ex integra præpositione habuerint io in ui cõuertunt in præterito, ut aperio aperui, cooperio cooperui. Reperio uero duplicauit p in ptõ, quippe diminuta una syllaba repperi. Simile est ptm̃ à cõperio cõperi. Sunt & alia ex hoc ipso cõposita deponẽtia, experior, operior,

quorum participia expertus & opertus,ostendunt à pario esse composita,cuius participium partus est.Salio saliui uel salĩ & salui. Virgilius in Bucolicis:

Dulcis aquæ saliente sitim restinguere riuo. Idem præteritum in secũdo geor. Mollibus in pratis unctos saliere per utres.

In quibusdam tamen inuenit codicibus,etiam saluere scriptum. Idem in.xi. Aeneid.

portisq; ab equo regina sub ipsis Desiluit.

Idem in quinto: Haud mora prosiluere omnes,ferit aurea clamor Sidera.

Lucanus in tertio: Insiluit solo nociturus pondere puppim.

Statius tamen in.ix.Theb. excussi salierunt cuspide dentes.

In eodem: Insiluere uadis magnoq; fragore solutus Agger.

Ouid.in.xi.Metam. Cum sæpe assiluit defensæ mœnibus urbis.

Idem in.iiĩ. Fastor. Per flammas saluisse pecus,saluisse colonos.

Quadrigarius in sexto Annnali: Artorius Taureæ dextrum humerum sauciat atq; ita resilĩt. Cambio ἀμείβομαι ponit Carisius,& eius præteritum campsi,qđ ἀπὸ τοῦ κάμπτω κάμψα, græco esse uidet,unde & campso campsas solebant uetustissimi dicere. Ennius in decimo: Leucatem campsant. Aio cuius declinatio in usu frequenti nõ est, quartæ coniugationis esse ostenditur ab imperatiuo in i terminante.Sic enim Probus de dubio perfecto tractans ostendit Neuium protulisse: An nata est sponsa prægnans, uel ai;uel nega. Accius in Ione: Quibus nam te aibant ortum locis, pro aiebant, qđ in hac coniugatione fieri solet. Et est notandum in hoc uerbo, q̃ pares habent syllabas tres personæ,aio ais ait,quod in alio huius coniugationis uerbo non inuenis. & q̃ penultima primæ solius personæ producit,quæ sola i habet loco consonantis.Vnde tertia quoq; pluralis quæ solet à prima fieri similiter i consonantem habens producit penultimam.Quod autem in alĩs corripitur,ostendit usus. Virgilius in primo Aeneid. Sic ait,& dicto citius tumida æquora placat. Et Neuius: An nata est sponsa prægnans uel ai uel nega. Nam nisi corripiatur a,iambus stare nõ potest. Inuenimus tamen tertiam personam præteriti ait,quasi à prima ai aisti ait. quæ in usu non sunt. Vnde neq; perfecti neq; plusq̃perfecti,nec futuri subiunctiui in hoc uerbo declinatio inuenit. Potest etiam ait præsens pro præterito accipi. Supina in xi quidem terminantium secundum supradictam regulã in ctum exeunt,uinxi uinctum,& sanxi sanctum.sanciui uero sancitum. Vnde Lucretius: Quod porro nequeas sancitum quandoquidem extat. In si uero præteritum perfectum finientia l uel r antecedentibus,mutant eam in tũ in hac coniugatione & faciunt supinum,ut fulsi fultum,farsi fartum,farsi sartum,unde & sartores & fartores,& ex his composita,confercio confertum,refercio refertum. Cicero in.ĩ.Tusculanar: Tum iecore optimo farta & satiata. Alia uero in si definentia, supradictam regulam seruãt,id est generalem in si definẽtium,sensi sensum,rausi rausum.unde Lucilius in.xix. Rausuro tragicus qui carmina perdit Oreste. Haurio hausi haustum differentiæ causa assumpsit t, quamuis & aspiratione differat. Sepsi uero septum secundum proportionẽ in supradictis expositam facit. Veni uentum,& aperui apertum,faciunt,sicut pario partum.& ex eis omnia composita,aduenio aduentũ,conuenio conuẽtum,comperio compertum,experior expertũ. Alia uero omnia quæ tam in ui q̃ in ĩ terminant præteritum perfectum in itum faciunt supinum penultima producta,tam in hac q̃ in alĩs coniugationibus,ut audiui uel audĩ auditũ, muniui uel munĩ munitum,sciui uel scĩ scitum,arcessiui uel arcessĩ arcessitũ,cupiui uel cupĩ cupitum.Excipiuntur in eo definentia,& dissyllaba aliar cõiugationum,quæ penultimam supini corripiunt,ut eo ĩui uel ĩ itum,adeo adiui uel adĩ aditum, prætereo præteriui uel præterĩ præteritum,queo quiui uel quĩ quitum,sino siui uel sĩ situm,lino lĩui uel lĩ (quod rarissimo in usu est) litum,cieo quoq; ciui uel cĩ citum corripit penultimam,quando uero à cio cis quod quartæ coniugationis est,producit eam. Pono quoq; quod antique posiui,in frequenti autẽ usu posui facit præteritum,corripit penultimã, in supino positum, Veneo quoq; secundum analogiam uenitum debet facere supinũ,

pro quo magis est uenum in usu. Et supradicta omnia autoritate ueterum comprobant, sicut iam superius ostendimus. Rursusq; referamus in memoriam. Virgilius in.vii.

O mihi præteritos referat si Iuppiter annos. In eodem,
Amphytrioniades armenta abitumq; pararet. In quinto,
Nunc hos nunc illos aditus omnemq; pererrat. In decimo,
Morte obita qualeis fama est uolitare figuras. Oui.in.iii.fast.
Sol aditus quam quæris ait, ne uana labores,
Nupta Iouis fratri tertia regna tenet. Idem in Heroidibus,
Tempore quo nobis inita est cerealis Eleusis. Teren. in Hecyra,
Nam cum cõpressa est gnata, forma in tenebris noscí non quita est. Iuue. in.iii.
Nam coitus iam longa obliuio, uel si Coneris, iacet exiguus cũ ramice neruus.

Antepenultima quoq; in futuri temporis participio corripit. Idem comprobat Virgi. in.ii.ænei. Si periturus abis & nos rape in omnia tecum. Luca. in.v. tum lurida pallens, Ora tulit, uultu sub nubẽ tristis ituro. Cieo citus correpta penultima, ut diximus, facit. Statius in.iii. Theb. Atq; hic ingenti Capaneus mauortis amore
Excitus, & longam pridẽ indignantia pacem, Corda tumẽs.

A cio uero citus penultima producta, ut Virgilius in quarto æneid.

At genus è syluis Cyclopum & montibus altis
Excitum ruit ad portus & littora complet. Sinor situs, & desinor desitus

penul. correpta. Cice. pro Corne. in.i. Cœptum igit per eos qui agi uolebant, desitũ est per hunc qui decessit. Idem in.i. rheto. Et si non ab eo quod in pximo desitum erit, dein ceps incipiet. Inde etiam situs dicit pro negligentia. Virg. in.vii. Sed te uicta situ ueriq; effœta senectus. Idem in.ii. geor. mutatamq; insita mala Ferre pirũ. Et in.iii. eorundẽ. & paribus lita corpora guttis. Ideo aũt diximus dissyllaba in ui desinentia secundæ uel tertiæ coniugatiõis in supinis, uel pticipijs pteriti corripere penultimã, quia siue dissyllaba sint quartæ, ut scio scitus, siue ultra duas syllabas alterius quoq; cõiugationis, pducũt, arcessiui arcessitus, cupiui cupitus, nisi sint à dissyllabis cõposita, ut insitus, incitus, illitus. Lucan. in.vii. Illita tela dolis, nec Martem cõminus usquam Ausa pati uirtus. Virg. in xii. crebro super ungula pulsu Incita, nec domini memor proculcat equor. Similiter impositus & ppositus corripiunt penul. Iuue. in.i. Si te ppositi nondum pudet atq; eadem est mens. Virg. in.iii. impositis auro dapibus. Præterea notandum q; sepelio sepe liui uel sepelij, sepultum in frequentiori usu est supinum. Antiquissimi etiam sepelitum dicebãt. Vnde Cato in Thermũ: Mortuus est, sepelitus est. Salio quoq; saliui uel salij saltum facit. Vnde Virg. in.vi. Cum fatalis equus saltu super ardua uenit Pergama. Idem in.xi. At medias inter cædes exultat Amazon. Solent enim frequentatiua plerunq; à supinis uel à participijs præteritis nasci. Sallio sallitũ facit, sallo salsum quõ uello uulsum. Sisenna; Sic meam paludem multi piscium salliendor causa à nauibus semionustis commeant. A sallio salliendor dixit non sallendor. Sallust. uero in.iii. histo. Parte cõsumpta reliqua cadauerum ad diuturnitatem usus sallerent. sallerent dixit à sallo non à sallio. Similiter Lucilius in.vii. Sallere murænas mercem in frigidaria ferre. Inde etiam futuri participia, salliturus & salsurus. Neuius: Salliturus istæc mittam salem. Mumius: Istæc sum multo sale salsurus. Sed etiam præteriti participium sallitus & salsus. Cornelius Severus in.vii. De statu suo ad quem salliti pumiliones afferebant. Ambio ab eo compositum solum mutauit penultimam e in i: itaq; in io quidem desinentiũ regulam seruauit in supino & participio, quippe producta penultima, ambitus ambita ambitũ. In nomine aũt siue uocabulo rei, differentiæ causa in eo terminantiũ regulam seruans, corripuit penultimam ambitus, ut Ouid. in.i. metamor. Iussit & ambitæ circũdare littora terræ. Lucanus in.i. letalisq; ambitus urbi, Annua uenali referens certamina campo. Quãuis Scaurus similem esse in utroq; tenorem putauit. Sed Velleius Celer respondens Hadriano imperatori p epistolam de hoc interroganti, declinatione & tenore ambitus nomen à participio ostendit discerni, quod usu quoq;, ut ostendimus, confirmat.

PRISCIANI GRAMMATICI
CAESARIENSIS LIBER XI.

De participio.

QVi tertio loco participium posuerunt rectius fecisse uidentur. cum enim nomen & uerbum primum,& secūdum tenuerint locum,participium quod ex utroq; nascitur, sequentem iure exigit. quæsitum tamen est,an bene separauerint id ab alijs partib. grammatici.Et primus Trypho,quem Apollonius quoq; sequitur,maximus autor artis grammaticæ. Stoici enim articulum & pronomen unam partem orationis accipiebant,infinitū articulum uocantes, quem grammatici articulum,ei quoq; adiungentes,etiam infinita nomina uel relatiua:quod etiam Didymus facit,tractans de latinitate.Finitum autem articulum dicebant idem Stoici,quod nunc pronomen uocamus finitum,quod & uera ratione solum pronomen est dicendū. Ergo Romani quoq; artium scriptores Stoicorum secuti magis traditionem, pronomina finita dixerunt,& infinita.nam articulos nō habent. Sic igitur supradicti philosophi etiam participiū aiebant appellationē esse reciprocam, id est, ἀνταπάκλασον προσηγορίαν, hoc modo,legens est lector,& lector legens,& cursor est currens,& currēs cursor, amator est amans,& amans amator.uel nomen uerbale uel modum uerbi casualem.unde uidentur nostri adsciuisse inter uerba gerundia uel participia, cum uideantur ea diuersos assumere casus. Ideo autem participium separatim non tradebant partem orationis, q̄ nulla alia pars orationis,semper est in deriuatione,nullam propriam positionem habēs nisi participium. Cæteræ enim partes prima impositione inuentæ sunt,ad quam deriuatiua etiam aptantur.Omnis enim pars orationis quocunq; modo deriuata, uel in eandē notionem siue definitionem primitiui sui accipit,& eandem habet ei diuisionem, & eadem accidentia.uel in aliud quod iam ante erat ei suppositum in propria & naturali positiōe.Vnde etiam deriuatiuum propter similitudinem eius quod iam erat ante ex se ortum,ei addebatur,ut pater nomē,& paternus nomen. Similiter rex & regalis,taurus & taurinus nomina.Quicquid em̄ accidit primitiuo,accidit etiam deriuatiuo.Ferueo uerbum & feruesco uerbum.Similiter facio & facesso,uideo & uiso,uerba sunt ab eodem in idem.Sed etiam bene,male,deriuatiua aduerbia à nominibus ab alio ad aliud ad similitudinem nata sunt in propria positione inuentorum,ut penè,nempe,ferè:hæc enim à se orta sunt.Quicquid enim accidit his,accidit etiam illis, & quod suum est aduerbiorum, per omnia uerba percurrunt. Quantum igitur ad hoc,id est q̄ in primitiuis & in sua positione non inueniuntur participia,uidentur Stoici bene fecisse. Sed rursus prohibet ea esse nomina temporum diuersorum assumptio, quæ fit in proprijs transfigurationibus ad similitudinem uerborum.Sed si quis dicat q̄ nomina quoq; multa inueniunt tempus significantia,respōdebimus q̄ hoc interest inter participia,& nomina temporalia:q̄ nomina illa nihil aliud significant nisi ipsum tempus per se,ut annus, mensis, dies, meridies,hodiernus,hesternus,crastinus,nec in proprijs sunt transfigurationibus.participia uero actionem uel passionem aliquam in diuerso tempore fieri demonstrant,non tempus ipsum per se.& q̄ eos sequuntur casus,quos & uerba à quibus nascūtur. & q̄ uerborum significationes habent.& q̄ pro uerbo ponuntur,quorum nihil est suum nominis.Omne enim nomen à quocunq; uerbo natum,uel genitiuum sequit casum uel datiuum figurate per compassionem,quam Græci συμπάθειαν uocant,ut amicus illius est,lector illius é, speculator illius,auditor illius,uictor illius,& datiuū,ut amicus illi est,lector illi est,speculator illi est,auditor illi est,uictor illi est.Et nota q̄ plerunq; substātiuum uerbum,qđ Græci ὑπαρκτικὸν uocant,solet adiungi huiusce modi figuræ. Inueniuntur tamen pauca etiam ablatiuum sequentia,ut dignus illa re,mactus uirtute.accusatiuum uero figurate, ut exosus bella, præscius futura. Participiorum enim loco uidentur posita illorum constructionem seruasse. Verba autem & participia genitiuo uel datiuo,uel accusatiuo,uel ablatiuo solent associari,ut misereor illius,miserens illius,parco illi, parcens illi, oro il-

lum,orans illum,careo illo,carens illo. Et actiua quidem plerunq; accusatiuum sequuntur,passiua uero ablatiuum uel datiuum figurate, genitiuum uero admodũ pauca. Sed de his (si deus annuerit) cum de dispositione uel constructione partium orationis scripserimus,id est περὶ συντάξεως,exponere latius conabimur. Ergo si uerborum seruauerint consequentiam participia sunt:sin amissis temporibus,casus quoq; quos nomina solent uerbalia sequi attrahant,transeunt in ea,ut amans illum participium est: amo enim illum dicimus,amans aũt illius nomen est,ut amator illius. itaq; & tempus amittit,& cõparationẽ assumit,ut amantior amantissimus. Acceptus ab illo, participium est,quia & accipior ab illo dicimus,acceptus illi nomen,ut amicus illi. Ideoq; tempore quidem caret,comparationẽ uero adsciscit,ut acceptior acceptissimus. Et ea quidem sunt,quibus ostendit participium aliud esse q̃ nomen. Verbum aũt id esse non potest cum casus habeat,& declinationes & genera ad nominũ formam. nullum enim uerbum potest hæc habere. itaq; cum & uerbi quædam sua prohibeant hoc esse nomen,id est tempora, & significationes, & nominis propria prohibeant esse uerbum, id est genera & casus (quæ cũq; enim pars orationis habet genera apud Græcos uel Latinos, & habet casus:& quæ cunq; habet casus,habet & genera,exceptis paucis indeclinabilibus)manfit participium mediũ inter nomen & uerbum. Vnde rationabiliter hoc nomen est ei à grammaticis inditum,per confirmationem duarum partiũ orationis principalium. Nec solum participium,nõ ab aliqua propria ui,sed ab affinitate nominis & uerbi nominatum est, sed aliæ quoq; quinq; partes orationis,non ab sua ui,sed ab adiunctione quam habent ad nomen, uel uerbum,uocabulum acceperũt. Pronomen enim dicitur, q̃ pro nomine ponitur,& aduerbium q̃ uerbo adiungitur,& præpositio quæ tam nomini quàm uerbo præponitur. & coniunctio quæ coniũgit ea,& interiectio quæ his interiacet. Vnde est dicẽdum, q̃ si non sit nomen,nec uerbum,nec alia pars orationis cõstare poterit. Itaq; quibusdam philosophis placuit nomen & uerbũ solas esse partes orationis:cætera uero adminicula uel iuncturas earum,quomodo nauiũ partes sunt tabulæ & trabes. Cætera autem,id est cera stuppa,& clauí, & similia,uincula & conglutinationes partium nauis,hoc est tabularum & trabium,non partes nauis dicuntur. sed est obiiciendum ad hoc,q̃ cera & stuppa,non ex eadẽ cõstant materia,ex qua tabulæ & trabes, cõiunctiones aũt & præpositiones,& similia ex eadẽ materia,ex qua nomen & uerbũ,constat,hoc est lr̃is & syllabis, & accentib.& ĩtellectu. Itaq; etiã p se,platæ q̃ ptes sunt oronis oñdunt. Quid em̃ est aliud pars oronis, nisi uox indicans mentis conceptũ,id est cogitationẽ? Quæcũq; igit̃ uox literata proferẽ̃ significans aliquid, iure pars oratiõis est dicenda. Quod si non essent partes,nũquam loco earũ nomina ponerentur, cum loco ceræ uel stuppæ in naui tabula fungi non possit. Inuenimus autem loco aduerbiũ nomen unà,multùm,falsò,quàm:& pronomẽ similiter eo, illo: & loco cõiunctionis tam nomen quàm pronomẽ, quare, ideo. & aduerbium loco nominis,ut mane nouum, & sponte sua,& euge tuũ,& belle,& cras alterũ. Sed si,quia compaginem uidentur præstare nomini & uerbo,nõ sunt partes orationis dicendæ,ergo nec partes corporis debemus accipere neruos, quia ligant mẽbra, & articulos,quod penitus uidetur absurdum. Multo igitur melius quàm principales & egregias partes nomen dicunt & uerbum,alias autem ñs appendices. Quod autem participium nomen accepit à confirmatione nominis & uerbi, nihil mirum,cum inueniantur quædam nominationes etiam ex abnegatione nascẽtes,ut neutrum genus,quod nec masculinum est,nec fœmininum,& infinitum uerbum,quod personam nõ habet. Participiũ est igit̃ pars oronis, quæ pro uerbo accipitur, ex quo & deriuat̃ naturaliter,genus & casum habens ad similitudinem nominis,& accidentia uerbo absq; discretione personarũ,& modorum. Ideo autem repertum est participium, q̃ nomini uerbum adiungit̃, sed non aliter nisi sit ntũs casus ei p̃sonæ adiunctus, secũdum quam proferẽ̃ uerbũ,ut facio ego bonus,facis tu bonus,facit ille bonus. Cum igit̃ flectas nomen in obliquos casus, uerbum ei adiungi non potest intransitiuũ,id est, ἀμετάβατον, hoc est in sua manẽs p̃sona. Nam μεταβαλικὰ dicuntur, id est transitiua, quæ ab alia ad aliam transeũt personam,

in quibus solent obliqui casus adiungi uerbis, ut misereor tui, moderatur imperator militibus. hic enim quia ab alia persona ad aliam transit uerbi significatio, utimur obliquis. Cum igitur sunt intransitiua, quia nō possunt obliqui casus his adiungi, loco uerbi subit participium, ut bonus homo loquebatur, boni hominis loquentis orationem audiui, bono homini loquenti dedi, bonum hominem loquentem audiui, bono homine loquēte delectatus sum. Vbiq; enim participium loco uerbi intransitiui accipitur. Vocatiuus quoq; quomodo nominatiuus intransitiuis adiungitur, ut doctus loquēs proficis, & docte loquens proficis uel ꝓfice. Sicut igit pronomen ideo est inuentū, ut adiungi primæ & secundæ uerbi personæ possit (nomina enim tertiæ personæ coniūgi uolunt absq; uocatiuo casu, qui semper secundæ adiungitur personæ) sic participia inuēta sunt, ut quod deest uerbis, id est casus compleant, coniuncta nominibus. Nec solū per obliquos casus utile est participium, sed etiam ꝓ nominatiuū. diuersa enim uerba absq; cōiunctione adiungere non potes, ut lego, disco, uel doceo discis, non est dicendum, sed lego & disco, uel doceo & discis. nam hoc proprium est tam transitiuorum quàm intransitiuorum. Participium autem si proferas pro aliquo uerbo, & adiūgas ei uerbum, bene sine cōiunctione profers, ut legens disco, pro lego & disco, & docēte me discis, pro doceo et discis. Contra autem diuersa nomina, si ad unum referantur, sine coniunctione oportet ea proferre, nisi adiectiua geminentur, ut pius Aeneas, Marcus Tullius Cicero. Si enim dicas pius & Aeneas, uel Marcus & Tullius & Cice. quasi de alio & alio dicis. Accidētia uero siue adiectiua, si geminētur, necesse est interponi coniunctionem, ut bonus & pius & iustus, & fortis Aeneas. Verba quoq; & participia si sequantur sese, coniūctione egēt, ut legit & scribit doctor, loquens & currens facit. Nec mirum propria quæ insecabilem substantiam demonstrant, ut Socrates, Scipio: nec appellatiua, quæ secabilem, id est generalem, & specialem, quæ diuidi potest substantiam indicant, ut animal, corpus, homo, taurus, equus, aur̄, lapis, non egere coniunctione. diuersæ enim substantiæ in uno coniūgi non possunt. Itaq; cum dicam Publius Cornelius, Scipio Africanus, non egeo coniunctionibus. unam enim his indico omnibus esse substātiam. Similiter homo est animal rationale mortale disciplinæ capax, cum unum significē substantiam, quanuis multor̄ cōmunem, non egeo cōiunctionibus, quæ diuersas res solent coniūgere. diuersæ enim substantiæ in eodem esse non possunt. Accidentia autem quæ substantiæ iam ante superpositæ accidunt, possunt esse diuersa in eadem substantia, ut si dicam Marcus Tullius Cice. quia una est substantia, non eget coniunctionibus. Sin autē dicam, sapiens & eloquens, & felix Cicero, diuersa ostendo accidentia in una substantia. itaque egent cōiunctione. Illud quoque admonendum, quod quemadmodum coniungitur aduerbium uerbo, sic etiam participio. nec mirū cum pro uerbo ponit̄, ut bene legēs delectat, pro bene legit & delectat. Et quanuis ab indicatiuis deriuentur uerbis participia, potestate tamē & ui significationis omnes continēt modos: hoc pacto exponēs doceo, pro expono & doceo, exponens doce, pro expone & doce, utinam exponēs docerem, pro utinam exponerē & docerem, cum exponens doceam, pro cum exponam & doceam, exponens docere uolo, pro exponere & docere uolo. Eius igitur obtinet uim modi, cuius uerbo coniungitur. Et in hoc quoq; quantam habeat cū infinito coniunctionē ostenditur. infinita enim similiter cum ab indicatiuo nascuntur, pro oīi accipiunt̄ modo. Dico enim scribere me indico, pro scribo: scribere te impero, pro scribe: scribere me opto, pro utinā scribam: scribere me uolo, cum legere, ꝓ cū scribam legere. Nec mir̄ in his una uoce tam diuersas inueniri significationes, cum in multis aliis quoq; dictionibus hoc inueniatur, ut circumnomen, & aduerbium, eo pronomen, & uerbum, & aduerbium, & coniunctio. similiter in aliis plurimis hoc inuenis (sicut supra dictum est). Igitur participium inuentū est, ut in nominatiuo quidem sine coniunctione proferatur cū alio uerbo, ut legens doceo, pro lego & doceo. quæ constructio uel cōpositio intransitiua est, hoc est ipsam in se, ostendit manere ꝓsonam. obliqui uero casus participio r̄ ad hoc sunt utiles, ꝙ non solum sine cōiunctione proferuntur cum obliquis casibus nominum, sed etiam ad alias transeunt ꝓ-

nas,ut docentis potior,& docenti respondeo,& docentem audio,& illo docẽte didici. Ergo nominatiuus & uocatiuus intransitiuus solet esse,ut legens ego homo facio,pro lego ego homo & facio. Et similiter uocatiuus,ὁ homo bñ legens fac, id est ὁ homo bene lege & fac. Cæteri uero magis transitiui sunt,ut prædictum est,ut bellantis hominis misereor, pro bellat homo & eius misereor, imperanti homini obedio,pro imperat homo & ei obedio,docentem hominem audio,pro docet homo,& eum audio,lucente sole uideo,pro lucet sol & uideo. nisi ipsa in sese faciat,id est κατὰ ἰδιοπάθειαν proferatur. tunc enim utimur consuetudine transitiuorum,quæ ἰδιοπάθειαν significant,ut misereor mei legentis,præbeo mihi legenti,accuso me legentem,fruor me legente. & ad eum casum maxime referuntur, quem uerba desiderant,ut supra dictum est,misereor tui,miserens tui,inuideo tibi,inuidens tibi,accuso te,accusans te,dignor te illa re,dignans te illa re.

De accentibus participiorum.

ACcidũt autem participio sex, genus,casus,tempus significatio, numerus,& figura. Genus masculinũ ut amatus. Fœmininũ ut amata. Neutrũ ut amatũ. Cõmune trium generẽ,ut hic & hæc & hoc amans. Nam commune duum generum,& ἐπίκοινον inueniri in participio natura ipsa prohibet. Cum enim uerba ex quibus nascuntur participia pariter omnibus adiungantur generibus,ut legit uir,legit mulier,legit mancipium,necessario participium,quod ex ipso proficiscitur eisdẽ generibus associatur. Et siquidem in ns definit, quod fit in præsenti tempore,quod est etiam præteritum imperfectum, sine dubio trium est genẽ cõmune ad formam nominũ adiectiuorũ: quæ cum in duas definunt consonantes,trium generum sunt cõmunia: Sin uero in us finiant masculina,pariter ad similitudinem adiectiuorũ in a finiũt fœminina,& in um neutra. qđ fit in oñi præterito tempore & futuro. nec mirum ad formam adiectiuorũ hæc dirigi, cum penè uim habeant participia quoq; adiectiuorum nominum. accidentia enim propriis uel appellatiuis nominibus significant,uelut illa,bonus homo,scribens homo,& illud accidit,& hoc accidit,fortis Scipio,scribẽs Scipio. Nec nos moueat q; sunt quædam uerba,quæ naturaliter ad mares pertinẽt uel ad fœminas, quæ uidentur exigere,ut participia uel masculina sint solũ uel fœminina,ut futuo,nubo,futuens, nubens. nam illud ad mares hoc ad fœminas pertinet solum. sed illud attendamus,q; adeo natura ipsius uerbi & participij communis est trium generum, q; siue uituperationis causa, siue figurate,licet maribus aptum uerbum uel participium fœmininis quoq; adiungere, & contrà facere,utputa bona anima futuit illam fœminam, p bonæ animæ uir. ergo & bona anima futuens fœminam,gignit bonam animam,& bonum corpus futuens gignit bonum corpus. nec uitiosam facio orationem,adiungens & fœmínino & neutro generi hoc uerbũ & participium,quod ad mares solos uidẽt attinere. Et contrà uituperationis causa possum dicere,ut Iuuena.in.ñ. nubit amicus,& nuptus uir. & figurate bonus animus mulieris nubit mihi,& nuptus est mihi. Ergo sine dubio omne participium uel in duas desinit consonantes,& trium generum est: uel mobile, in us masculinũ, in a fœmininũ, in um neutrum terminat.

De temporibus & formatione participiorum.

TEmpora coniuncta habent præsentis & præteriti imperfecti, præteriti perfecti & plus quã perfecti, tam participia q̃ infinita uerba ad similitudinem optatiuorum. Nascit autem participium præsentis & præteriti imperfecti, à prima præteriti imperfecti persona in omni coniugatione. nec mirum,cum prima persona honestior sit cæteris. Ipsa enim sine illis esse potest,illæ autem sine hac esse non possunt: & ea illas sibi coniungere potest,illæ autẽ eam minime. Ego enim & tu & ille facimus licet dicere,tu autem & ego facitis, uel ille & ego faciunt, nemo dicit. Virg.in.ñ. Aeneid. diuellimur inde,Iphitus & Pelias mecum. Fit autem participium mutatione extremæ syllabæ supra dicti temporis & personæ,id est,bam in ns,ut amabam amans,docebam docens,legebã legens,faciebam faciens,muniebam muniens. Exceptis in eo definentibus quartæ coniugationis uerbis,quæ contra alios regulam i habent ante bam productam: quàm tamen antiqui diphthongum scribẽtes, transmutationem uocalium factam ostendebant,

ut adeibam pro adiebam,queibam p quiebam.quod etiam in alijs uerbis sæpe solet fieri,ut poleibam pro poliebam, insigneibam pro insigniebam. nec tñ id prohibuit participia ad perfectorum regulam nasci.dicimus enim iens,adiens, quiens,poliens, insigniens.Hæc tñ eadem participia,quæ à uerbis in eo desinentibus,quartæ coniugatiõis nascuntur,anomale per obliquos casus pro ie, eu habuerunt,iens euntis, quiẽs queuntis. Futuri uero temporis participia,si sint à uerbis actiuis uel neutris uel deponentibus, fiunt ab extremo supino,addita rus, amatu amaturus,doctu docturus,lectu lecturus,auditu auditurus,statu staturus,locutu locuturus.A communi quoq; uerbo,q; in futuro tẽpore habet duo participia, unum quidẽ actiuũ in rus, alteꝝ uero passiuum in dus, illud q; in rus definit secundum prædictam fit regulam,criminatu criminaturus,osculatu osculaturus.Passiua uero eiusdẽ temporis participia fiunt à genitiuo participij̃ præsentis temporis, tis finali in dus conuersa, ut amans amantis amandus, docẽs docentis docendus,legens legentis legendus,audiens audientis audiendus, præteriens prætereũtis prætereundus, transiens transeuntis transeundus. Præteriti uero temporis participia, quæ in tus uel in sus uel in xus desinunt,similiter à supino extremo fiunt, addita s, & correpta u. Nascuntur autem à uerbis passiuis & communibus & deponẽtibus & neutro passiuis,& quibusdam neutris. A passiuis,ut amatu amatus, domitu domitus,doctu doctus,deletu deletus,mersu mersus, pexu pexus,auditu auditus. A communibus, criminatu criminatus,osculatu osculatus.A deponẽtibus,for fatu fatus,reor ratu ratus, uereor ueritu ueritus,loquor locutu locutus,molior molitu molit⁹.A neutro passiuis,gauisu gauisus,factu factus.A neutris uero paucis præteritũ nasciť,cœnatu cœnatus, pransu pransus,placitu placitus, nuptu nuptus, excipitur mortuus à morior, cuius supinum cum secundum analogiam moritu,& hinc moriturus facere futurum debeat,& præteritum moritus,mortuus non moritus facit. Præterea dubitabať utrum potatu potaturus & potatus secundum analogiam,an potu poturus,per syncopam melius dicatur,quæ in usu sunt. Virg.in buco. Huc ipsi potum uenient per prata iuuenci.
Idem in.iij̃.georg. Quoq; modo potis gauderent intyba riuis.
Lucanus in.v. Strymona sic gelidũ bruma pellente relinquunt, Poturæ te Nile grues. Ex quo ostendiť potus quoq; participium esse.nec mirum cum lautus & lauturus,p lauatus & lauaturus in usu eſt.nam secundum Teren.lauatus & lauaturus debet proferri, qui supinum lauatum protulit in eunu. Vix elocuta'st hoc, foras simul omnes proruunt se Abeunt lauatum,perstrepunt. Vnde Ouidius in.iij̃.Fast. Syluia Vestalis,quid enim uetat inde moueri? Sacra lauaturas mane petebat aquas. Quæriť ortum ortu,unde ortus,an oritum oritu unde oriturus.Hora.in.ij̃.epist. Nil oriturꝝ aliâs nihil ortum tale fatentes. Partum partu unde partus, an paritum paritu unde pariturus, erutũ erutu unde erutus,an eruitũ eruitu,unde eruiturus.Luca.in.iiij̃.Impẽdent caua saxa mari,ruituraq; semp,Stat miꝝ moles. Cassum cassu unde cassus,an caritũ caritu unde cariturus. Iuue. in.ij̃. tollere dulcẽ Cogitat hæredẽ cariturus turture magno. Virg.in.ij̃.æne. Demisere neci nunc cassum lumine lugẽt. Quibusdam tñ hoc,id est cassus,magis nomen esse uideť,ut lassus.In anomalis quoq; supradictæ regulæ seruanť,latu laturus latus, ferẽs ferẽtis ferendus,esu esurus esus,edens edẽtis edẽdus.Et sciendũ q; si deficiant supina,deficiunt etiam ptícipia,tam futuri tpis in rus desinẽtia, q̃ præteriti,quæ ex ipsis nascunť. qđ inuenis in oñibus meditatiuis & inchoatiuis,in qbus deficiũt supina duo extrema,quibus deficiẽtibus supradictoꝝ quoq; tẽpoꝝ deficiunt pticipia. Rarissime iueniunť supradicta supina in usu à neutris secũdæ cõiugationis uel tertiæ in uo desinẽtibus,quæ in ui diuisas faciunt præteritũ pfectum,ut lecturio,pturio,esurio,horresco,calesco,feruesco, amasco,miseresco, labasco,hisco, horreo,tepeo,algeo,egeo,caleo, ferueo,stupeo,lateo, candeo,niteo,albeo,renuo,luo.Rarissime tñ,ut diximus,iueniunť ex qbusdam huiusce modi uerbis supina,uel futuri tpis pticipia, ut doleo doliturus, careo cariturus. & alia tñ multa iueniunť deficiẽtia,in alijs quoq; significationib. uel generib.uerboꝝ tam supina q̃ ex eis nascentia,ut urgeo,spuo,metuo,timeo,medeor,disco,posco,cõpesco, cresco,

Et quocunq; tempore defectiua sunt uerba deficiunt etiam participia, ut ambigo, scando, niteo, uergo, areo, mando mandis, strideo. quamuis apud uetustissimos, eorum quoq; præterita inueniantur. Ferior quoq; & uescor, quia præteritum tempus non habẽt, deficiunt etiam in participijs eiusdem temporis. Cœpi non habet præsens, nec futurũ, nec participium, sed tantummodo præteritũ cœptus. Similiter odi, noui, osus, ex quo perosus & exosus, notus. Plautus in Amphitruone: Inimicos semper osa sum obtuerier. Et uerbale tamen nomen, ex eo protulit. idem in Asinaria: Madidum nihil in cõtinentem, atq; osorem uxoris suæ. Et memini meminens. Liuius Erotopægnion. iiij. Meminens Varro corde uolutat. quia memini tam præsentis quàm præteriti uim habet, quomodo odi. unde & osus pro præsenti, & meminens pro præterito licet accipere. nam noui præsens nosco noscens facit. Similiter impersonalia deficiunt in supinis, & participijs, quæ ex supinis nascuntur, ut piget pudet, quamuis quidam puditum posuerunt, ut Plautus in Bacchidibus: Neq; me, neq; tui te intus puditum est, factis quæ facis. Tædet, pœnitet, liquet, licet, libet, oportet. sed compositum pertæsum inuenitur, & pœnitens, unde pœnitentia, & libens & licens, unde licentia & licitus. Virg. in. vij. & licito tandem sermone fruuntur. Horatius: licentum Satyroq; greges. Sciendum tamen q; hæc omnia inueniuntur perfectorum declinationem habentia in usu ueterum, teste Capro, pigeo, pudeo, tædeo, pœniteo, liqueo, liceo, libeo, oporteo. quomodo, placeo, contingo, euenio, uaco, attineo, accido, iuuo, delecto. quoq; tertiæ personæ impersonalium uice fungũtur, placet, cõtingit, euenit, uacat, accidit, attinet, iuuat, delectat. Non tamen etiam si participia deficiant, deficiunt & uerba: illa em̃ ex eis, non ista ex illis nascuntur. Sunt tamen quædam participia, quoq; quamuis deficiant uerba in usu, ratio tamen analogiæ, q; dici possunt ostẽdit, ut triumphatus, erratus, regnatus, laboratus, decursus. Virg. in. vi. Ille triumphata capitolia ad alta Corintho. Idem in vij. regnata per arua Saturno Quondam. Et in. i. Aenei. Arte laboratæ uestes. Idem in. iij. errata retrorsus Littora Achemenides comes infelicis Vlyssi. Teren. in Adelp. decurso iam spacio. Quid enim prohibeat uerbis quoq; eorum uti, nisi autoritas deficeret? Nec mirum hæc fieri in participijs, cum in nominibus quoq; inueniunt, & in uerbis quædam deriuatiua uel composita, quoq; primitiua uel simplicia in usu non sunt. ut dicimus puella diminutiuum, quod uidetur à puera nasci, ut enim tener tenera tenella, sic puer puera puella debuit dici. quo tamen quia autores, quorum maxime usus regnauit non sunt usi, nec nos utimur. licet inueniãtur uetustissimi protulisse, & hæc puera, & hic & hæc puer. Ocyor quasi ab oco, qd̃ in usu non est, licet à græco sit ὠκύς. offendo quasi à fendo uerbo componitur, quod non est lectum, sicut aspicio, inspicio, despicio, conspicio, respicio, suspicio, à uerbo spicio, quod in usu non est. similiter hoc idẽ in plurimis alijs inuenies. Sunt quædam quæ cum formam habeant participiorum, tamen carentia tempore nomina esse ostenduntur, ut galeatus, scutatus, pileatus, tunicatus, manuleatus, caligatus, gemmatus, bacchatus, paludatus, togatus, prætextatus, trabeatus, comatus, bracatus, penulatus, soleatus, ocreatus, cristatus, hastatus, lunatus, stellatus, literatus, turritus, cerritus, pellitus, cornutus, astutus, hirsutus. Quædã enim primæ coniugationis participioq; formam obtinent, id est, in atus desinentia. Quædã uero tertiæ, id est in itus uel in utus terminantia. Sunt alia eadem & nomina & participia, ut armatus, ὁ ὁπλισθείς, & ὁ ὡπλισμένος. Doctus ὁ παιδευθείς, καὶ ὁ εὐπαίδευτος, ἤτοι ὁ παιδεύτος. sanctus ὁ διασθείς, καὶ ὁ διαστέος, ἤτοι ἁγιος. acutus ὁ ὀξυθείς καὶ ὁ ὀξύς. sapiens ὁ φρονῶν καὶ ὁ φρόνιμος, ἤτοι ὁ σοφός. monitus ὁ ὑπομνηθείς καὶ ἡ ὑπόμνησις. iudicatus ὁ κριθείς καὶ ἡ κρίσις. armatura ἡ ὁπλίσθη καὶ ἡ ὅπλισις. Scriptura ἡ γράφθη καὶ ἡ γραφή. usura ἡ χρησομένη καὶ ὁ τόκος, ἤτοι ἡ χρῆσις. litura ἡ ἀπαλείφθη καὶ ἡ ἀπαλιφή. factum τὸ γενόμενον καὶ τὸ ἔργον. dictum τὸ λεχθὲν καὶ ὁ λόγος. usus ὁ πραθὲν καὶ τὸ ὄφελμα. legendus ὁ ἀναγνωσθησόμενος καὶ ὁ ἀναγνωστέος. amandus ὁ φιλησθησόμενος καὶ ὁ φιλητέος. Sic & alia plurima, quæ cum temporibus participia sunt, absq; ijs nomina. Illud quoq; attende, q; cum à nominibus nomina, & uerba, & aduerbia, & coniunctiones soleãt per

deriuationes uel compositiones proficiſci,ut ab Aenea æneius,à patre patriſſo, à claro clare,à qua & re quare,& à uerbis ſimiliter nomina & uerba & participia & aduerbia, ut à lego lector & lecturio & legens,à curro curſim,ab aduerbijs nomina & aduerbia, ut ultra ulterior ulterius.à participijs participia nõ poſſunt naſci,nec uerba,ſed uel nomina,ut indulgens,indulgentia,uel aduerbia indulgenter.

De caſibus participiorum.

CAſus quoq; participia ſex habent, quomodo nomina, nec ſunt in ipſis deficientia aliquo caſu.nec mirum.nam in eo quoq; imitantur adiectiua,quæ nullo deficiunt caſu,ſiue ſint mobilia,ſiue in duas conſonantes deſinẽtia.quæ enim deficiunt fixa ſunt, ut fas,ditione,Iupiter,Iouis,iter,preci,& prece,uicem & uice,tabi & tabo,maria,æra. Nam frugi,& nihili, & mancipi,& huiuſcemodi, & ſimilia non deficiunt aliquo caſu certo,ſed pro omni caſu eadem terminatione funguntur.quamuis poſſunt hæc eadem figurate magis prolata, ut dictum eſt, per genitiuum & datiuum quàm indeclinabilia eſſe uideri,ut ſi dicam cordi homo eſt mihi.cordi hominis,hoc eſt hominis qui eſt mihi cordi.cordi homini,cordi hominem, & poſſum cum omnibus caſibus figurate iungere datiuum.ſic frugi homo,id eſt qui frugi eſt,hoc eſt utilitati. Similiter omnibus caſibus adiungitur figurate,& eſt magis datiuus. Sed hæc etiam de nomine latius tractauimus. Declinantur aũt participia ad ſimilitudinem & regulam nominum in ns deſinentium,uel in us mobilium,exceptis, ut ſupra dictum eſt, illis quæ naſcuntur a uerbis quartæ coniugationis in eo deſinentibus, quorũ genitiuus uocales nominatiui ie mutant in eu, iens euntis,quiens queuntis. Quamuis Plautus gerũdium eius abiendi dixit pro abeundi in Amphitruone: Abiendi etiam nunc tibi occaſio eſt.

De temporibus.

TEmpora participijs accidunt eadem,quæ & uerbis infinitis, id eſt præſens, quod eſt etiam præteritum imperfectum, ut oſculari & oſculans. præteritum perfectũ quod eſt etiam præteritum plusq̃ perfectum,ut oſculatum eſſe uel fuiſſe,& oſculatus. futurum oſculatum iri, & oſculaturus. Et ſciendum q̃ non ex omni ſignificatione omnia tempora inueniuntur. nam cum quinq; ſint ſignificationes,id eſt actiua, paſſiua, neutra, communis & deponens. ab actiua quidẽ & neutra præſentis & futuri ueniunt participia, ut amans amaturus. in quibus quia præteritum deficit,loco participij uerbo utimur & nomine infinito,ut qui amauit ὃς ἐφίλησεν, id eſt ὁ φιλήσας. Quomodo enim loco uerbi participium accipit neceſſitatis cauſa cum uerbo ſubſtantiuo,ſic etiam ubi participiũ deficit,neceſſario uerbum infinito nomini ſubſtantiuo iunctũ participij officio fungit. Paſſiuum quoq; præteritum & futurũ habet, amatus amandus. In præſenti autem deficit, pro quo ſimiliter uerbum cum prædicto nomine proferimus dicẽtes,qui amat ὃς φιλεῖ, pro ὁ φιλούμενος, ex quo quoq; oſtendit ſignificatio participij,quod tam nominis q̃ uerbi uim obtinet,q̃ & hæc pro illis,& illa pro his pouũtur. dicimus enim legens eſt qui legit,& qui legit eſt legens,cœnatus eſt qui cœnauit,& q̃ cœnauit cœnatus eſt. Illud quoq; ſciendum,q̃ ſæpe & præſenti pro præterito, & præterito pro præſenti utuntur autores neceſſitatis cauſa,cum deficiant,& in or deſinentia præſenti,& in o terminantia præterito. Præſentis tamen participium, quod etiam præteritum imperfectum ſignificat,ſolet coniungi uerbis præteriti perfecti, & plusq̃ perfecti, & ſignificationem eorundem temporũ complere, quomodo uerba præſentis temporis,ſi adiunganť participijs præteriti, præteritum ſignificant, ut cœnatus ſum, cœnatus es,cœnatus eſt, pro cœnaui cœnaſti cœnauit. Sic ergo ſi dicam cœnans fui fuiſti fuit,cœnaui cœnaſti cœnauit,cœnans fueram,ras,rat,pro cœnaueram cœnaueras cœnauerat,poteſt accipi. Itaq; quod deeſt latinitatis linguæ naturaliter,cõpletur iuncturæ ratione.Multa tamẽ in his quoq; quæ regula exigit dici, ſiue euphoniæ cauſa deficiunt,ſiue q̃ in uſu nõ ſunt,ſicut & in aliis partibus orationis. A' neutris,ut diximus, ſicut ab actiuis duũ temporũ participia ueniunt,præſentis ut ſtans, futuri ut ſtaturus. Inueniunť tñ quædam ex eis etiã præteriti temporis,ut cœno cœnatus, prandeo pran

sus, placeo placitus, nubo nupta, pateo passus (& patior tamen passus facit) assuesco assuetus. quod quibusdam nomen magis esse uidetur, sicut quiesco quietus, iuro etiam iuratus, quod etiam in passiua significatione inuenitur. quippe etiam uerbum ipsum Lucanus in .v. protulit: Et lætæ iurantur aues bubone siniſtro.

Stat. etiã in .vij. Theb. Numina captiuis etiam iurabere Thebis.

Virg in .ij. Georg. Aut coniurato descendẽs Dacus ab Istro.

Addũt quidam etiam à careo cassus: quod si esset, deberet & cassurus facere futurum, non carituru, quod Iuuenalis in secundo protulit: tollere dulcem Cogitat hæredẽ carituru turture magno, ut supra memorauimus, ergo cassus magis nomen est sicut lassus. & maxime cum uanum significat, ut cassa fraude parat. Titubo quoq; tituba tus facit. Virgilius in quinto Aeneid. uestigia presso Haud tenuit titubata solo. & in alijs multis neutrorum, præteriti participia uetustissimi protulisse inueniuntur, ut discessus, interitus, obitus, occasus, potus, senectus. Neutro passiua quoq; quæ sunt quinq;, trium temporum habent participia, ut gaudeo gaudens gauisus gauisurus, audeo audens ausus ausurus, soleo solens solitus soliturus, fio fiens factus futurus, differẽtiæ causa, ne si facturus dicamus, simile sit participio, quod uenit à facio uerbo, quod uim possidet actiuam, fio uerbi. unde à supino eius nascitur passiuum præteriti participium, & futuri actiuum, factum factu, factus facturus. fido quoq; fidens fisus fisurus. A` communi uerbo quatuor nascuntur participia, præsentis siue præteriti imperfecti, quod actiuam solum habet significationem, ut criminor criminans ὁ διαβάλλων οὐκ ἔτι, καὶ ὁ διαβαλλόμενος. præteriti perfecti & plusq̃ perfecti, quod communẽ habet significationem tam passiui quàm actiui, ut criminatus ὁ διαβαλὼν, καὶ ὁ διαβληθείς. futuri unum actiuum in rus desinens, ut criminaturus, & unum passiuum in dus, ut criminandus. Omnia tamen in dus desinentia participia, eadem etiam nomina esse possunt, cum amittunt tempus, ut amandus, ὁ φιληθησόμενος, καὶ ὁ φιλητέος. docendus, ὁ διδαχθησόμενος, καὶ ὁ διδακτέος. legendus, ὁ ἀναγνωσθησόμενος, & ὁ ἀναγνωστέος. A` deponenti trium temporum ueniunt participia, præsentis uel præteriti imperfecti, ut sequens. præteriti perfecti & plusq̃ perfecti, secutus. futuri, secuturus. Multa tamen ex huiusce modi uerbis inueniuntur apud antiquissimos participia præteriti temporis, tã actiuam quàm passiuam significationem habentia, ut meditor μελετῶ, meditatus ὁ μελετήσας, καὶ ὁ μελετηθείς. Terentius in Phormione: Meditata mihi sunt omnia mea incommoda. Auxilior auxiliatus, ὁ βοηθήσας, καὶ ὁ βοηθηθείς. Lucilius: A` me auxiliatus es. Sic etiam amplector amplexus, ὁ περιπλακείς, καὶ ὁ περιπλεχθείς. Petronius: animam nostro amplexam in pectore. Cicero pro Roscio: Quo uno maleficio scelera omnia uidenť complexa esse. Adminiculor adminiculatus, ὁ βοηθήσας, καὶ ὁ βοηθηθείς. Varro: tribunicio auxilio adminiculatus. Sed sciẽdum q; uerbis quoq; plurimis, quæ nunc in usu deponentia sunt, ueteres sicut communibus usi sunt, de quibus cum de uerbo tractabamus docuimus. A` uerbo sum, quod est anomalum, ueteres præsentis temporis proferebant participium ens, unde componiť potens. Nam futurus magis à fio uerbo uideť nasci, potest tñ etiam à fui esse existimari.

De Numero.

NVmerus participijs accidit utercq;, singularis ut currens, pluralis ut currentes. Et sicut non deficiunt casibus, sic nec numeris defectiua inuenies participia.

De Figura.

FIguras habent quas à uerbis accipiunt. nam per se nunquam componitur participium, nisi prius uerbum eius componatur. ergo uel simplicia sunt uel decomposita plerunq;, quæ Græci παρασύνθετα uocant, id est à cõpositis uerbis deriuata, ut efficio efficiens, intelligo intelligens: si enim ipsa per se componanť, non prius uerbis compositis, transeunt in nominum uim, sicut etiam si componeret, ut nocens innocens, sapiens insipiens. simplicia eñ eorũ possunt & participia esse & nomina. composita uero sine dubio nomina sunt. ideo autem addidimus plerunq;, quod sunt quædam quæ non seruant compositionis uerbo compaginem, unde apparet ea ex se cõposita, ut effringor

effractus,cõtingor contactus,& similia. Indulgens,amans,acceptus,si cõparentur nomina sunt,indulgentior,amantior,acceptior,sicq; similia. De diuersis quoq; cõsonantibus, quæ ante us in præteriti temporis participijs inueniunt, quamuis per singulas uerbi terminationes cum de supinis tractabamus docuimus, tamen hic etiam generaliter comprehendere non incongruum uidetur esse. Omnia igitur participia præteriti temporis, uel in tus definunt,ut amatus, adiutus, datus,domitus,solitus,cultus, munitus,conuentus. uel in ctus, ut sectus,doctus,lectus,sanctus. uel in ptus, ut raptus,captus,sumptus. uel in stus, ut quæstus. uel in sus, ut risus,morsus,lusus,iussus. uel in psus,ut lapsus. uel in xus, ut fluxus,flexus,pexus. In tus definunt omnia,quæ præteritum in ui syllabam terminant,mutatione ui in tus, ut amaui amatus,oraui oratus, adiuui adiutus,deleui deletus,cupiui cupitus,lacessiui lacessitus,decreui decretus,straui stratus, muniui munitus, audiui auditus. Excipiuntur differentiæ causa tria a longam in au conuertentia,laui lautus,faui fautus,caui cautus, ne si latus,fatus, catus diceremus, alias significationes habere putarentur. Et sciendum q; hæc omnia penultimas productas habent,tam in uerbis præteriti q; in participijs. exceptis seui satus,& siui situs,quæ in participijs penultimas corripiunt,& liui uel lini litus. à ciui quoq; citus licet & corripere & producere penultimam. ab iui quoq; uel ij compositа,& quiui uel quij corripiunt in participijs i ante tus, ut aditus, obitus, præteritus nequitus. Solui enim solutus,& uolui uolutus,abiecta i produxerunt tamen u. A uero correptá ante tus in quatuor solis inueni participijs, duobus primæ coniugationis quæ duplicãt in præterito priorem syllabam dedi datus,& steti status, quod participio simile nomẽ est,unde futurum staturus. secundæ quoq; unum inueni à deponenti reor ratus,& tertiæ unum de quo supra diximus,seui satus. unde Virgilius in.ij. Georgicorum: muta tamq; insita mala Ferre pirum. Sepeliui etiam notandum q; sepultus facit. antiqui tamen & sepelitus dicebant. Et saliui salitus & salsus. Præterea notanda sunt à saliui uel salui saltus & salturus. ab halo halas halaui halitus nomen participiale non halatus,& à spiro spiras spiraui spiritus. similiter nomen participiale,non spiratus facit. quæritur cur cum spiro spiras,& halo halas,spiraui et halaui faciant,rerum uocabula i habeant spiritus & halitus. quæ puto anteriora esse uerbis,ideoq; non sequi deriuatiuoꝝ regulam,quomodo iudicatus,id est iudicatio,& dominatus id est dominatio. à paui pastus non patus,ab ambio ambitus,correpta penultima quando nomen est: nam in participio producitur. Ouid. in primo Metamor. Iussit et ambitæ circundare littora terræ. Quod autem halaui ab halo est,ostendit usus. Iuuenalis in.iij. & omni Bellonæ pompa animam exhalasset opimam, pro exhalauisset. I uero correptam habent ante tus omnia quæ præteritum in uï diuisas terminãt nisi sint ex præsentibus in io uel in uo diuisas definentibus,ut domui domitus,uetui uetitus,attonui attonitus,habui habitꝰ, elicui elicitus,genui genitus,strepui strepitus. Excipiuntur primæ quidem coniugationis duo quæ per synæresim i proferuntur,secui sectus,fricui fricatus,à neco quoq; uerbo necatus & nectus inuenitur participium. Sed necatus proprie dicitur ferro,nectus alia ui. Illud quoq; notandũ q; Horatius ponit in Epodo: Non me lucrina iuuerint conchilia, Magis ue rhombus, aut scari fiquos, Eois intonata fluctibus, Hyems ad hoc uertat mare. Intonata dixit,non intonita,cum Virg. in. iij. Aeneid.

Attonitus tanto imperio monituq; deorum.

Sonaturus quoq; pro soniturus Horatius in primo Sermonum protulit:

Ingenium cui sit,cui mens diuinior atq; os
Magna sonaturum,des nominis huius honorem.

Virg. in. vi. Dum flammas Iouis & sonitus imitatur olympi.

In secunda quoq; coniugatione excipiuntur in uï diuisas in præterito definentia quæ penultimam i in participijs non habent,ut hæc,docui doctus,tenui tentus, censui census. tertiæ quoq; rapui raptus,& ex eo composita,corripui correptus, prærripui præreptus. Similiter à canendo composita absq; i faciunt participia secũdum primitiui for

mam,canor cantus,occinor occentus,accinor accentus,quamuis occinui & accinui faciant ptm̃.In rui etiam & in xui, per idem tempus exeuntia non habent i in participijs, ut differo differui differtus, defero deferui defertus,infero inferui infertus, aperio aperui apertus,nexui nexus,pexui pexus.messui quoq; messus facit,ut censui census. In lui uero definentia, ui in tus conuertunt in participio, ut colo colui cultus, occulo occului occultus,consulo consului consultus,alo alui altus & alitus. Vnde etiam uolo uolui uultus fecit,quod nomen est participiale quõ colui cultus,qñ quartæ est declinationis,quæ etiam o uerbi in u conuertunt.Quæ uero in præsenti in uo definunt, i extrema præteriti in tus conuersa faciunt participia,ut polluo pollui pollutus, acuo acui acutus, suo sui sutus,tribuo tribui tributus,eruo erui erutus, quod solũ penultimam corripit. apud antiquiores tamen etiam ab hoc compositũ producit penultimam. diruo dirui dirutus. A do quoq; composita, ĭ breuem habent ante tus in participio præteriti,ut reddo reditus,credo creditus,prodo proditus,perdo perditus,uendo uenditus. In ctus faciunt participia præteriti passiua,quæ uerba per idem tempus actiuoꝝ in xi faciunt, ut intelexi intellectus,duxi ductus,uexi uectus,auxi auctus,traxi tractus,pexi pectus,iunxi iũctus.excipit̃ flexi,quod flexus facit participium. Similiter in ci uel in qui, uocali longa antecedente definentia in præterito,feci factus,ieci iactus,uici uictus,reliqui relictus. Similiter in gi,ut legi lectus,tetigi tactus,fregi fractus. In ptus exeunt participia præteriti passiua, cum actiua eiusdem temporis in pi uel in psi uel mi terminant̃,ut cepi captus,cœpi cœptus,rupi ruptus,scalpsi scalptus,cõpsi comptus,sumpsi sumptus,prompsi promptus,dempsi demptus,scripsi scriptus,nupsi nupta(nuptus eñ naturaliter filetur,nisi per irrisionem uel figuram dicat̃:quamuis uetustissimi nouus nuptus protulisse inueniant̃,quod nunc in usu non est)emi emptus,ademi ademptus,redemi redemptus, rapui quoq; raptus facit,& ex eo cõposita,ut corripui correptus, præripui præreptus. In stus unum inueni deponens,queror questus,& passiuũ,pascor pastus, cum alia eiusdem formæ soleant s abijcere,ut nascor natus,irascor iratus,obliuiscor oblitus,paciscor pactus,nanciscor nactus,proficiscor profectus, ulciscor ultus, expergiscor experrectus. deficisco▸solum duplicauit ſſ in participio defessus. X quoq; antecedente unum inuenio in tus, à texui textus. In sus definunt participia, quæ ex uerbis ueniunt in si uel in di præteritum actiui terminantibus, nisi sint à do composita,de quibus superius diximus,uel quartæ cõiugationis,quæ nullum participium in sus terminant, ut læsi læsus, mersi mersus,iussi iussus,mordeo momordi morsus,prandeo prandi pransus,tondeo tondi tonsus,obsideo obsedi obsessus,uideo uidi uisus,fodio fodi fossus,tendo tetendi tẽsus,tundo tutudi tunsus,prehendo prehendi prehensus,scindo scidi scissus,findo fidi fissus.Excipiunt̃ ussi ustus,gessi gestus,torsi tortus,& torsus antiqui dicebãt.à torreo quoq; tostus fit.Similiter faciunt participia,quæ in li uel in ri uel in ti terminant præteritum actiuorum,ut uelli uel uulsi uulsus,fefelli falsus,pepuli pulsus,perculi perculsus. A suffero sustuli anomalũ est,& sublatus facit.Decucurri decursus,uerri uersus,uerti uersus.excipitur peperi partus,differentiæ causa:peperci enim parsus facit.Quartæ coniugationis in si uel ri præteritum terminantia in tus,non antecedente i,faciunt participia, farcio farsi fartus, farcio farsi sartus, fulcio fulsi fultus, haurio hausi haustus, reperio repperi repertus,comperio comperi compertus.In psus unum inuenio à deponenti labor lapsus.In xus tria inuenio passiua,nexus à nexui,pexus à pexui,flexus à flexi. Similiter faciunt pticipia in xus,amplector amplexus,complector cõplexus. Supradictas formas seruant in pticipio præteriti cõmunia & deponentia, quæ facile ex simili terminatione passiuoꝝ dignosci possunt,quõ faciant per singulas coniugationes participia præteriti tpis.Neutra pauca habent præteritum participium, ut supra dictum est, cœno cœnatus,prandeo pransus,iuro iuratus,careo cassus(qđ & nomen est)passus à pateo, titubo titubatus,placeo placitus,quiesco quietus.A neutro passiuis quinq; sunt,gaudeo gauisus,audeo ausus,soleo solitus,fio factus,fido fisus. Vetustissimi tñ, & ex alijs plurimis neutris inueniunt̃ ptulisse pticipia ptĩ, quõ superius oñdimus,quæ nũc in usu non sunt,

Participium quoq; futuri actiuum uel neutrale à supino fit,ut amatu amaturus, domitu domiturus, doctu docturus, flexu flexurus, fultu fulturus, factu facturus,sanctu sanctu-rus. Pleraq; tamen neutrorum secundæ coniugationis in ui diuisas definentia præteri-to, deficiunt in supinis, ut horrui, rubui, tepui, ferbui,senui,egui,frigui,rigui,dirigui, stupui,& similia. Et quia superius diximus, q̃ uerba actiua uel neutra, carent præteriti temporis participio, sicut & passiua præsens tempus non habent, quia non hoc signifi-cant quod debent,& deficiunt in participijs instantis temporis,sed pro his subst̃atiuo no mine & uerbo utimur,ut ὁ φιλήσας qui amauit, ὁ φιλούμενος qui amatur. Sciendum est, q̃ antiqui in actiuis & neutris uerbis pro præteriti temporis participijs etiam instanti tẽ pore utebantur: ὁ ἐρχόμενος ἢ ἐλθὼν ueniens dicẽtes, similiter παραγενόμενος ἢ ὁ παρα-γινόμενος aduenies. Virg.in.x. Cæculus,& ueniens Marsorum montibus Vmbro. Hic enim ueniens ὁ ἐλθὼν significat. Terentius in Phormi. Offendi aduenies, qui cum uo-lebam & ut uolebam collocatam filiam.Hic enim quoq; aduenies ὁ παραγινόμενος signi ficat.Statius in.i.Theb.Et caligantes abrupto sole Mycenas,caligantes p̃ caligatas dixit.

PRISCIANI GRAMMATICI
CAESARIENSIS LIBER XII.

De pronomine.

PRonomen est pars orationis, quæ pro nomine proprio uniuscuiusq; accipitur,personasq; finitas recipit.Pronomini accidunt sex, Spe cies,persona,genus,figura,numerus,casus. Species pronominũ bi-partita est:alia enim sunt primitiua,alia deriuatiua. Primitiua,ego, mei,tu,tui,sui:deriuatiua,meus,tuus,suus. Et primæ quidem perso næ primitiuum est ego, & reliqui casus sequentes. Secundæ tu, & eius obliqui. Tertiæ uero ille, ipse, iste,hic,is,& sui,quod ntõ caret, quõ ἑαυτοῦ apud Græcos. Et ea quidem octo pronomina sunt, primitiua uel simplicia, deriuatiua uero sunt septem,meus,tuus,suus,nr̃, uester,nostrâs,uestrâs. In his igit̃ quin decim pronominibus nulla fit controuersia,quin omnes fateantur ea esse pronomina. Quæritur tamen cur prima quidem persona & secũda singula pronomina habeant, ter tiam uero sex diuersæ indicent uoces? Ad quod rñdendum est,q̃ prima quidem & secũ da persona ideo non egent diuersis uocibus, quia semper præsentes inter se sunt & de-monstratiuæ,tertia uero persona modo demonstratiua est,ut hic,iste: modo relatiua,ut is,ipse:modo præsens iuxtà, ut iste:modo absens uel longe posita, ut ille. Si enim super omnes alias partes orationis finit personas pronomen,rectissime tertiarum quoq; perso narum differentia distincte proferr̃,quæ plurimas habet diuersitates. unde non irratio-nabiliter tertias uerboꝝ personas Apollonius infinitas dicit,cum nulla in eis certa finiat̃ persona,& profundæ multitudinis sint capaces,quõ & pluralis numerus nominum, ni-si adiungas eis uel nomen uel pronomen, cum prima & secunda persona eis non egeat. Si enim dicam,scribo uel scribis,in ipsa uoce,diffiniui etiam personam scribentis & ostẽ di. Sin dicam,scribit,incertum,quis,donec addam uel nomen uel pronomen.Et primæ quidem personæ pronominũ & secundæ & tertiæ,cum non discernũt genera, inæqua-lem habẽt etiam casuum declinationẽ,tam in singulari q̃ in plurali numero, ut ego mei uel mis mihi me à me,nos nostrum uel nostri nobis nos à nobis. Similiter secunda,tu tui uel tis.nam tertia,quæ est sui sibi se à se,non solũ genera, sed etiam numeros confundit. nec mirꝝ:nam cum relatiua sit,ex antecedente cognitione possumus, ad quod genus uel numerum referr̃ scire,quod facit in genere primæ & secundæ personæ ipsa demonstra tio,& præsentia utriusq;.Illa uero quæ distinguunt genera, certam habent & æqualem per utrunq; numerum declinationis & casuum regulam,ut ille,ipse,iste, & reliqua no-uem.Sunt aũt eoꝝ alia demonstratiua,alia relatiua,alia & demonstratiua & relatiua.un de notabiles & certæ fiunt psonæ, Et primæ quidẽ & secundæ psonæ pronomina, sunt

demonſtratiua ſemper. utraq; enim, ut dictum eſt, præſens oſtendit perſona, & eius qui loquit, & illius ad quem loquit. Tertiæ uero aliæ ſunt demonſtratiuæ, ut hic, iſte: aliæ relatiuæ, ut is & ſui: aliæ modo demõſtratiuæ, modo relatiuæ, ut ille, ipſe. Ille demonſtratiuum Teren. in eunu. Viden' tu illum Thaïs? Relatiuum Virg. in. vij. ſic Iuppiter ille monebat. Ipſe uero ſi per ſe proferat in tertia perſona, relatiuum eſt. Virg. in. iij. æneid. ipſe arduus altaq; pulſat, Sidera. Si uero cum aliis pronominibus iungat, eor̃ accipit ſignificationem, ut idem Poeta in. v. æne. Ipſe ego pauliſper pro te tua munera inibo. Eſt enim hic demonſtratiunm, qm̃ & ego cui adiungit eſt demonſtratiuum. Inuenit tñ ſæpiſſime abſq; aliis per eclipſim prolatum, & tamen eor̃ habet ſignificationem, quæ cum eo ſubaudiunt, ut Virg. in. ij. æne. quæq; ipſe miſerrima uidi. ſubaudit enim ego: quãuis uerbum ipſum primæ perſonæ, id eſt uidi, habeat in ſe intellectum ꝓnominis quoq; eiuſdem perſonæ. Intereſt aũt inter demonſtrationem & relationẽ hoc, q demõſtratio interrogationi reddita, primam cognitionem oſtendit. Quis fecit? ego. relatio uero ſecundam cognitiõem ſignificat, ut is, de quo iam dixi. Iure igit hic quod primam cognitionẽ indicat præponit, unde & præpoſitiuum nominat. Is aũt quod ſecundam cognitionem ſignificat, ſubiungit. Vnde & ſubiunctiuum pro merito nuncupat, quod redigat in memoriam cognitionis primæ, ut ſi dicam, Aeneas filius fuit Veneris, is eſt qui uicit Turnum. Ipſe quoq; in tertia perſona, ut dictum eſt, per ſe poſitũ, ad recordationẽ perſonæ refert, iam cognitæ. Recte igit demonſtrationẽ, quæ ſignificat per ille & iſte pronomina, reparat memoriæ pronomen, qd eſt ipſe. non tñ ille & iſte referri ad pronomen, ipſe, poſſunt. Prima enim cognitio eſt per demonſtratiua pronomina, ſecunda uero per relatiua. Hoc idem pronomen, hoc eſt ipſe, quidam commune exiſtimauerunt, quia tribus adiungit perſonis, ego ipſe, tu ipſe, ille ipſe, non eſt tñ uerum. figurate enim uel diſcretionis uel ſignificantiæ cauſa, primæ & ſecundæ adiungit. Quod aũt tertiæ eſt, oſtendit ex eo q dicimus, ego feci, tu feciſti, ipſe fecit. & q tertiæ perſonæ in id transferri poſſunt. quod maxime in interrogationibus animaduerti põt. Nunquam enim interrogante aliquo quis dixit? quis fecit? quis audiuit? rñdemus ipſe ꝓ ego, uel pro tu, ſed ꝓ aliqua tertia perſona. Quidam etiam nomen hoc putauerunt, quia eſt qñ pro ſolus accipit, ut Virg. in. vij. Ipſe ratem conto ſubigit uelisq; miniſtrat. Sed hic quoq; per ſignificantiam uel diſcretionem proferr. nam cum pro nomine accipit, quod ſuum eſt pronominis implet. Verba primæ & ſecundæ perſonæ adiuncta pronominibus perfectionẽ faciũt, ego ſcripſi, tu docuiſti: nominibus aũt non, niſi ſint uerba ſubſtãtiua uel uocatiua, ut Tryphodicor, Cicero ſum. Ipſe uero oñibus uerbis adiunctum perfectionem habet, ipſe dedi, ipſe dediſti. Ergo hoc pronomẽ, id eſt ipſe, ἐπιταγμαλικὸν etiam, hoc eſt impoſitiuũ uel ſubiunctiuũ uocant Græci, q uel ſubiũgit uel ſubiungitur alteri ꝓnomini, ut ego ipſe.

De ſeptem deriuatiuis pronominibus.

PRonomina deriuatiua ſeptem eſſe diximus. A prima perſona deriuant tria, à ſingulari gtõ unum, mei meus, à plurali duo, noſtrum uel noſtri, noſter & noſtrâs. A ſecunda quoq; tria, à ſingulari unum, tui tuus, unde & corripit penultima, quõ in primitiuo, à plurali pariter duo, ueſtrum uel ueſtri, ueſter & ueſtrâs. A tertia uero perſona unũ ſui ſuus: & quia primitiuum tam ſingularis q̃ pluralis eſt numeri commune, deriuatiuũ quoq; intrinſecus ex qua parte poſſeſſoris perſona ſignificat, per gtm̃ primitiui, ex quo naſcit, utriuſq; eſt numeri commune, ut ſuus illius, & ſuus illor̃. In omnibus enim deriuatiuis pronominibus duæ intelligunt perſonæ, intrinſecus poſſeſſoris, extrinſecus poſſeſſionis. Vnde intrinſecus perſonæ, in quibus genitiui primitiuor̃, ſicut dictum eſt, intelligunt, ex quibus deriuantur confundunt genera, quomodo & primitiua eor̃: extrinſecus uero diſtinguunt ea pro generibus nominum quibus adiunguntur, ut meus ſeruus, mea ancilla, meum mancipium. Numerus uero intrinſecus hic intelligit, quẽ habẽt genitiui primitiuor̃, ex quibus deriuant. Genera etiam poſſeſſiuor̃ demonſtratio oſtẽdit quemadmodũ in primitiuis. Extrinſecus uero terminatio diſtinguit numerum, quõ & genera & caſus poſſeſſionũ, in qbus regula eor̃, cõſequentiã ſeruat mobiliũ nominũ.

Quæritur cur noſtrâs & ueſtrâs à plurali tantũmodo numero deriuantur? Ad quod reſpondendum,ꝙ patriam ſeu gentem ſignificant.Patria autem uel gens unius eſſe nõ poteſt,ſed ſemper multorũ eſt poſſeſſio.Itaꝙ noſtrâs dicimus,qui eſt à noſtra patria uel gẽte,quam multi poſſidemus,hoc eſt tam mea q̃ meorum ciuium.Et poſſeſſiua quidẽ egẽt adiectione nominum ad plenam ſignificationem,primitiua uero non ſemper. Itaꝙ perfectum ad diſcretionem eſt,ego quidem affui,tu autem non aderas, deficiens uero quantum ad diſcretionem,affui quidem,non aderas autem. Iure igit̃ apud Græcos prima & ſecunda perſona pronominum,quæ ſine dubio demonſtratiuæ ſunt,articulis adiũgi nõ poſſunt,nec tertia qñ demonſtratiua eſt. Nam ὁ αὐτὸς qñ dicunt relatiuo utunt̃,non demõſtratiuo.Cum igitur & articulus relationem, & pronomen relationem habeant, bis eundem ad cognitionem referri oſtendunt.ergo illos ſecuti, nos quoꝙ declinando ꝓnomina non addimus his articularia.Quid enim abſurdius q̃ cũ Græci articulos pronominibus non præponant,nos pronomina pronominibus præponere in declinatiõe?ad quãduntaxat,hic hæc hoc loco articulorum accipiunt̃. Nam in omni oratione pronomina ſunt.nihil enim aliud niſi ὗτος,αὕτη,τοῦτο ſignificant. Nec mirum loco articulorũ ea nos accepiſſe in declinatione,cum apud Græcos quoꝙ iſdem uocibus,& in articulis,& in pronominibus ſoleant uti, ὁ ἡ τὸ, ex quibus apud nos,hic hæc hoc naſcunt̃ pronomina articularia. Itaꝙ quia illa apud Græcos aſpirant̃ quæ à uocali incipiunt,ea quoꝙ apud nos,& à uocali incipiunt & aſpirationem habent. Poſſeſſiuis ſolẽt præponi articuli,ſed ad ſequentia nomina neceſſario intelligunt̃ ὁ ἐμὸς δοῦλος, id eſt ὁ δοῦλος ἐμός. Sic hic meus ſeruus,hoc eſt hic ſeruus meus. & primitiuorũ quidem nominatiui, ſi cum uerbis iunganꝫ perfecti ſunt,ego ſcribo,tu uides,ille facit.Poſſeſſiua uero tranſitiua ſunt ſemp, meus ſcribit,tuus dicit.quemadmodum aũt nomina tertiæ ſunt perſonæ abſqꝙ uocatiuo, tunc uero etiam primæ & ſecundæ,qñ uerbis ſubſtantiuis uel uocatiuis iunguntur̃,ſic etiã ea,ut meus es amicus, meus diceris cognatus, tuus ſum filius, tuus nominor pater, tuus uocor ſocius,tuus nuncupor amicus,patronus.Et ſciendum eſt,ꝙ uocatiuum non habet aliud pronomen,niſi ſecundæ perſonæ primitiuũ,ὸ tu,ὸ uos. Et primæ poſſeſſiuum qñ ad ſecundam tranſit perſonam.nam poſſeſſio eſt,quæ uocat̃ ab ipſo poſſeſſore, ad quam loquit̃ prima perſona,ut Terẽ.in eunu.O mea tu.Idem in And.O nr̃ Chremes.uno eñ eodemꝙ pronomine,tam prima q̃ ſecunda in hoc ſignificat̃ perſona. & primæ quidem perſonæ poſſeſſiuum,tam ad ſecundam q̃ ad tertiam tranſit perſonam,ſecundæ uero ad primã uel ad tertiam,ut tuus ſum,tuus eſt. Ipſa enim ſeſe poſſidere non poteſt, quõ nec prima.nam poſſeſſiua neceſſario in duabus diuerſis intelligunt̃ perſonis,& ſunt tranſitiua. Si igit̃ tranſit à ſecunda perſona poſſeſſiuum,neceſſe eſt cum ſeparatur ab ea, uel primæ adiungi,uel tertiæ,quæ carent uocatiuo,qui ſemper inter primam & ſecundã inueniũt̃ perſonam.Prima enim uocat,ſecunda uocat̃.Et quærit̃,cur ſi prima non põt poſſidere primam,nec ſecunda ſecundam,tertia poſſidet tertiam?In quo pariter oſtendit̃ multitudo diuerſa,quæ ſignificat̃ per tertiam perſonam, unde & uarias habuit uoces & loca,ſicut docuimus.quãuis ergo alia ſit poſſidens,& alia quæ poſſidet̃, & in diuerſis pſonis & tranſitiuis intelligat̃,tñ poteſt in tertia ſimul utraꝙ inueniri. In diuerſis, ꝙ in prima & in ſecũda perſona non poteſt,ut ipſa habeat, & poſſeſſorem unà, & poſſeſſionem: niſi figurate dicamus,meus ſum,tuus es,hoc eſt meæ poteſtatis & tuæ. uel pro reciprocis,quæ apud Græcos compoſitæ ſunt ἐμαυτοῦ φίλος εἰμὶ, meus amicus ſum,ut Perſius: Vindicta poſtquam meus à prætore receſſi. Et Teren.in Phor.Ego meorum ſolus ſum meus. Nec mirum cum etiam tertia perſona,ſoleat figurate primæ adiungi,ut Virgil. Ille ego qui quondam gracili modulatus auena. & Cicero in.iiij.inuectiuarũ: Ego ſum ille patres conſcripti,cui forum,in quo omnis æquitas continet̃. Et primæ quidem poſſeſſiuum perſonæ tranſit tam ad ſecundam q̃ ad tertiam,ſicut ſupradictum eſt, ut tu meus es,& ille meus eſt.Secundæ quoꝙ poſſeſſiuum, tam ad primam dicitur q̃ ad tertiam, ut ego tuus ſum,& ille eſt tuus.Tertiæ uero ad primam uel ad ſecundam tranſire nõ poteſt,niſi figurate,ut ſuus illius filius ſum,uel ſuus illius es filius,ſed ad aliam tertiam,ſu-

us illius iste,uel suus istius ille. Et attendendum q̃ quõ sui,sibi,se a' se, quod est primitiuum ad omnes uoces tertiæ personæ potest esse relatiuum,ut sui causa facit iste, & ille, & ipse,& hic,& is,sic suus,quod ab eo deriuatur possessiuum est omnis tertiæ personæ, ut suus,illius,istius,ipsius,huius,eius. Illud quoq; sciendum, q̃ sui non solum ἑαυτοῦ, uel ἑοῦ, sed etiam ἀυτοῦ uel οὗ significat,id est non solũ tunc refertur ad tertiam p̃sonam,q̃n ipa in se agit per reciprocationẽ,id est κατὰ ἀνταπάκλασιν, uel ἀυτοπάθειαν, ut ille sui miseret, uel sibi ꝑdest, uel se custodit, sed etiã cũ ipsa agit, & sic alia in ipsam,id ẽ cũ retrãsitiue dicit,ut Ter. in And. Orare iussit hera si se ames,ut ad se uenias. De personis.

PErsonæ pronominũ sunt tres,prima, secũda, tertia. Prima est cum ipsa quæ loquit̃ de se pronũtiat. Secunda cum de ea ꝑnuntiat, ad quam directo sermone loquit̃. Tertia cum de ea, quæ nec loquit̃,nec ad se directum accipit sermonẽ. Nam si dicamus, prima est quæ loquitur,potest nihil de se loqui,sed de secunda uel tertia,& fit dubitatio. Similiter de secunda si dicamus ad quam loquit̃ potest intelligi & ad primam & ad tertiam. Nam ipsa locutio pertinet non solum ad secundam,sed etiam ad primam,& ad tertiam. De tertia quoq; si dicamus de qua loquit̃, cõmune inuenit̃ trium personarũ. nam & de prima,& de secunda,& de tertia loquitur. Melius igit̃ Apollonius, quẽ nos quantum potuimus sequi destinauimus, præpositis personarum diffinitionibus est usus. Enucleatim tamen in singulari numero prima dicit̃ persona. nam in plurali conceptionẽ facit aliarum personarũ;hoc est secundarum uel tertiarum. secundarum quidẽ,quando ad ipsas præsentes loquitur,ut ego & uos faciamus. tertiarũ uero quando ad alios loquens, id est ad secundam personam alios sibi uel præsentes adiungit uel absentes,ut ego & isti fecimus,uel ego & illi fecimus. põt tamen & utraq; simul sibi adiungere, ut ego & uos & illi fecimus. Secũda uero tertiam concipit solam,tu & ille, uel uos & illi fecistis. Tertia aũt tertiam solam,isti & illi fecerunt. Itaq; etiam in hoc ostendit̃ late patens tertiæ personæ copia,quæ omnibus adiungi potest. Quid igitur? q̃ multi simul loquentes dicunt, nos fecimus? non est supradicto contrarium. unusquisq; enim loquentium cõceptionem facit eorum,qui unà secum loquuntur. quippe cum unusquisq; pars est totius;qui si uelit cæteros indicare secum loquentes,necessario uel secundæ uel tertiæ eos attribuit personæ. Idq; tam in pronominibus q̃ in uerbis contingit,in quibus etiam finiuntur personæ. Et sciendum q̃ in prima quidem & secunda persona pronomen ponit̃,in tertia uero nõ, nisi demonstratione egeat,uel relatione. Nam plerunq; nomen in eius loco ponimus,ut si Pompeius dicat ad Cæsarem,ego & tu,& Crassus teneamus rempub. sin autem egeat demonstratione uel relatione,tunc ponimus pronomẽ,ut ego & tu,& ille,quem uides, uel ego,& tu & is,de quo dixi. Nam omne nomen tertiæ est personæ absq; uocatiuo, si cut supradictum est,nisi substantiuo uel uocatiuo uerbo coniungat̃. & iure,quia ipsa positio prima nominum non ad aliquem,sed de aliquo habet locutionem. dicimus em̃ nominetur hic qui natus est Virgilius,ntm̃ proferentes. Prima enim & secunda, nisi figurate,adiunctione nominis non egent, cum & substantia,& qualitatem tam suam, ipse q̃ loquitur, q̃ eius ad quem præsens,præsentem loquitur,uideatur scire uel aspicere. Tertiæ uero personæ ideo congrue adiungunt̃ nomina, quia potest abesse persona, uel spatio eius qualitas obscurari. Itaq; pronomine quidem substantia per se, nomine uero etiã qualitas manifestat̃,de qua sæpe fit dubium in ea persona, ut Virg. in sexto:

Quis pater ille uirum qui sic comitatur euntem?

Cum ignoratur propria eius qualitas,quærit̃ nomen. solam enim substantiam nõ etiam qualitatem significant pronomina,quantum est in ipsius prolatione uocis.

De generibus.

GEnera pronominum sunt quinq;,masculinum ut hic, fœmininum ut hæc, neutrũ ut hoc,commune ut nostrãs uestrãs,trium generum ut ego,tu. Cum igitur omnia pronomina,ut supra docuimus,sint. xv. alia omnia mobilia sunt,id est ex masculinis fœminina & neutra faciunt, absq; tribus primitiuis primæ & secundæ personæ ego & tu, in quibus demonstratio ipsa secum genus ostendit. & sui,quod cum sit relatiuum, ut do

cuimus,tam genus q̃ numerum,non uocis discretione,sed priore cognitione subiũct.Re-
latio enim est cognitionis ante latæ repræsentatio,ut scribit Virgil.ad laudem sui. Ro-
gat te ille ut causa sui facias. Quod si quis dicat, cur ergo etiam is cum sit semper relati-
uum,non est commune trium generum? Respondemus,ꝙ sui,sibi,se,à se,non solum re-
lationis causa,quod supra diximus,sed etiam ipsius terminationis,singulorꝝ casuum,qui
consimiles sunt primæ & secundæ personæ,hoc habuit ut confundat genera.Quõ enim
Græci per tres personas primitiuorꝝ,obliquos casus similiter habẽt terminantes, qui &
communes sunt omnium generꝝ,ἐμοῦ σοῦ, οὗ,ἐμοὶ σοὶ, οἷ,ἐμὲ σὲ ἕ, sic nos quoꝙ illorꝝ au-
toritatem in plerisꝙ secuti per tres personas habemus pronomina similiter terminantia
per obliquos casus,& omnis cõmunia generis,mei,tui,sui,mihi,tibi,sibi,me,te,se,à me,
à te,à se. alia uero omnia sicut apud Græcos mobilia sunt,ut ille illa illud, iste ista istud,
hic hæc hoc,is ea id,ipse ipsa ipsum.Deriuatiua quoꝙ meus mea meum,tuus tua tuũ,su-
us sua suum,noster nostra nostrum,uester uestra uestrum.Duo tm̃ inueniuntur commu-
nia nostrâs & uestrâs.quorum perfecta nostratis erant,& uestratis.unde quia ti syllabæ
syncopa facta est,manſit in a accentus perfecti,quõ & in alijs multis,arpinâs pro arpina-
tis,fumât pro fumauit,cupît pro cupiuit,illîc pro illicce.itaꝙ neutrum quoꝙ eorum in
e finitur nostrate uestrate,ex quo ostendit illorum quoꝙ nominatiuus in tis secundum
analogiam à uetustissimis prolatus esse. Cassius Hemina in.iij. annalium: Hos libros si
quis nostratis sapiens.M.Cato in legis Meuiæ suasione: Rex Seleucus arma nostratia fa-
cit.Plau.in Sticho: Ergo oratores populi summates uiri summi accũbent,Ego infima-
tis,pro infimâs.Necesse est aũt omnia ꝓnomina tria habere genera, uel in una eadem ꝙ
uoce confusa,uel in diuersis distincta terminationibus.Ideo quia pro uniuscuiusꝙ rei ꝓ
prijs accipiunt nominibus,quæ tam in masculinis & fœmininis, q̃ in neutris inueniũtur
generibus,quæ in pronominibus quoꝙ necesse est ostendi,seu demonstratione siue rela-
tione.Quærit tamen cur habeat genus neutrum prima & secunda persona,cum natura-
liter sermo non nisi inter mares aut fœminas exerceat, quorum sunt primæ & secundæ
personæ,id est à quibus profertur,& ad quos dirigitur loquela? Ad quod dicemus, ꝙ
possunt equidem etiam hominum propria inueniri nomina neutri generis, ut in mari-
bus, hoc Basion, hoc Heliconion, quõ etiam in fœminis, Glycerium,Dorcium. possu-
mus tñ etiam ad res, quæ non habent naturam loquendi uel audiendi per confirmatio-
nem hominum,id est προσωποποιΐαν primas & secũdas adiungere personas, etiam si sint
generis neutri,ut foro,mari,cælo.Illud quoꝙ notandum,ꝙ deriuatiua pronomina quæ
sunt septem,ut supra ostendimus,Meus,tuus,suus,noster,uester,nostrâs, uestrâs, alteri-
us sunt intrinsecus generis,hoc est communis trium generꝝ, in quo possessor ostẽditur,
& alterius extrinsecus,hoc est mobilis,in quo possessio denuntiatur.quod terminatione
consequenti discernit,quõ & numerus,sicut supra docuimus, quamuis qualitatẽ ipsius
possessionis non declarent,nisi adiungas nomen.Et sciendum, ꝙ intrinsecus proprij lo-
co funguntur,extrinsecus uero magis appellatiui. nec solum in pronominibus deriuati-
uis,sed etiam in nominibus possessiuis,& quæ à proprijs deriuantur infinitæ possunt in-
telligi possessiones,nisi adiectione nominis alicuius discernant,ut meus filius,Telamoni-
us natus,Euandrius ensis. Et uide ꝙ appellatiua magis adsciscunt, quæ communis sunt
qualitatis.tam autem possessiua pronomina,q̃ nomina in genitiuum primitiuorꝝ resol-
uunt.Quid est enim meus filius,nisi mei filius? Euandrius ensis,nisi Euandri ensis? Cõ-
mune habent possessiua ꝓnomina cum possessiuis nominibus, ꝙ in utrisꝙ possessio sub-
auditur,& quod binæ intelliguntur personæ,& ꝙ in genitiuos primitiuorum similiter
resoluuntur,cum possessione. non commune habent ꝙ ꝓnomina possessiua, omnis sunt
communia possessoris, nomina autem possessiua, non omnis. Hectoreus enim clypeus
unius est proprium possessoris.necnon ab appellatiuis quoꝙ deriuata,quanuis sint mul-
torum communia possessorum,non tamen sic possunt esse communia,quõ pronomina,
ut humanus,marinus.& ꝙ nomina tertiæ intelliguntur personæ, nisi adiungantur uer-
bis substantiuis, uel uocatiuis,pronomina uero primæ & secũdæ inueniuntur personæ,

Dubitatur numerus possessoris in nominibus possessiuis, quæ ab appellatiuis deriuantur, ut si dicam taurina uestigia, possunt & unius et multorũ intelligi taurorum: In pronominibus uero non, quia tam per singularem q̃ per pluralem numerum positiones sunt. excepto suus, cuius primitiuum, id est sui, commune est utriusq; numeri. possessiua etiam nomina ascendentibus non solent adiungi, ut Hectoreus pater non dicimus, frater uero uel seruus dicimus, pronomina uero adiunguntur, ut meus pater.

De Figura.

FIgura pronominum duplex est. aut enim simplicia sunt pronomina, aut composita. Simplicia sunt omnia alia per nominatiuos, tria tantum componuntur, unam interpretationem apud græcos habentia οὗτος, iste, hic, is. componuntur igitur iste & hic secum, ut istic, & istæc, istoc. Is uero cum aduerbio idem quod significat, is demũ, ex quibus & componitur, hoc est iterum is eius, fœmininum eadem, neutrum idem i correpta, quæ in masculino producitur. Virgilius in. iiij. Aeneidos:

Idem ambas ferro dolor, atq; eadem hora tulisset.

Iuuen. in primo: & tamẽ alter Si fecisset idem caderet sub iudice morum.

In neutro tamen præterea geminatur compositio: dicimus enim identidem, id est idem & idem, cuius obliqui deficiunt casus. Et nominatiuus quidem tam masculini q̃ neutri, ex duobus corruptis est, necnon accusatiuus tam masculini quã fœminini, mutatur enim m in n ante d euphoniæ causa, ut eundem eandem, quod in alijs quoq; compositis fieri solet, propter eandem consonantem, ut quẽdam, quandam, quorundam, quarundam, quæ tamẽ possunt & per adiectionem habere extremam syllabam. Cæteri uero casus supradictorũ pronominum, hoc est eadem, eiusdem, eidem, eodem, eadem, eisdem, easdem, eosdem, ex integro & corrupto inueniuntur. Itaq; regula exigit per duas i, uel per e & i tam nominatiuum pluralem masculini, quàm datiuos & ablatiuos omnium pluralium scribi, id est, ijdem uel eidem & ijsdem uel eisdem. Iuuenal. in .ij. satyrarũ: Implet & ad mœchos dat eisdem ferre cinædis. Solent autẽ autores etiam per synæresim unam i ponere pro duabus, ut Virgil. in primo: & crudelia secum Fata Lyci pro Lycij. &, ille urbem Pataui, pro Patauij. Iuuenal. in. iij. Antoni gladios potuit contemnere si sic, pro Antonij. Iste uero & hic non componitur, nisi per eos casus qui in c desinunt, absq; datiuo, id est per nominatiuum, accusatiuum, ablatiuum singularem. per pluralem uero nullum, nisi nominatiuũ neutri, qui est & accusatiuus. Nam hic solus in plurali numero c habet finalem, ut hic istic, hæc istæc, hoc istoc, hũc istunc, hanc istanc. Terentius in Heauto. Suspicionem istanc ex illis quære. hoc istoc, hac istac, hæc istæc, qui semper singularem sequitur fœminini. Quidam tamẽ hæc magis quoq; per metaplasmum finis q̃ per compositionem proferri confirmãt, unde nec aspirationem seruant quomodo nec illic illac. Quod autem composita seruant, ostendunt aduerbia, abhinc, adhuc. Nam egomet & cætera quibus adiungit̃ met magis per porrectionem uel assumptionem, quam græci uocant ἔκτασιν uel προαγωγὴν solent proferri. Et primæ quidem personæ omnibus adiungit̃ casibus met, ut egomet, meimet, mihimet, memet. secundæ uero personæ obliquis solis, tuimet, tibimet.

Stati. in. viij. Thebai. Ceu tibimet sceptra & proprios laturus honores. Nominatiuo aũt ideo non addit̃, ne dubitationem faciat, cum etiam uerbum intelligi possit, si dicamus tumet. Itaq; breuẽ te syllabam p met ei addere solebãt autores, uel temet.

Lucretius in .i. Accipe præterea quæ corpora tute necesse est.

Idem in eodem: Tutemet à nobis, iam quo uis tempore uatum.

Ennius: O' Tite tute tati tibi tanta tyranne tulisti.

Alpheus Auitus in .ij. Excellẽtium: Seu tute malis hospites, seu tute captiuos habes. Sunt enim dimetri iambici. unde neq; in alio casu eandem te syllabæ adiectionem inuenies, necnõ pluralis numeri casibus additur met alijs, absq; genitiuo, nosmet nobismet, & uosmet uobismet. Cicero de domo sua: uobismetipsis pontifices. Tertiæ quoq; personæ triptoto, id est suimet, sibimet, semet. Pte quoq; ablatiuum quinq; prono-

minum poſſeſſiuorum inueni aſciſcere,meapte,tuapte,ſuapte,noſtrapte,ueſtrapte.Sci endum tamẽ ꝙ & met & te addunt pronominibus ſupradictis, uel diſcretionis cauſa plerunq; uel ſignificantiæ,ut Terent in Adelph. Egomet rapui:intelligit enim ego & non alius.Cicero pro Muræna: Quid ꝙ cũ admonueris,tamen quaſi tute noris, ita ſa lutas.tute dixit,pro tuipſe per te & non per alium.Nam tete utraq; producta accuſati uus eſſe geminatus oſtenditur,uel ablatiuus,quod & in prima & in tertia ſolet fieri p ſona,ut meme,ſeſe.compoſita tamen hæc oſtendunt accẽtu penultimo acuto. Nec mi rum eam compoſitionẽ in his ſolis caſibus inueniri,qui ſoli inter obliquos ſupradicto rum pronominum ſingulares ſunt monoſyllabi. ſupradicta enim geminatio in alijs ca ſibus fieri non ſolet. Et ſciendum ꝙ hoc quoq; ad græcorum imitationem facimus, ut inueniantur quidam caſus adhibentes compoſitionem uel adiectionem,alij uero abne gent. Solẽt enim apud illos attici ἔμοιγε, ἔμοιγε per duos caſus, id eſt nominatiuum & datiuum addere,quæ προσωγὴ per alios caſus non inuenitur. ἐμαυτὸ σαυτῳ deficiũt no minatiuo. Ce quoq; ſolebant per omnes caſus uetuſtiſſimi addere articularibus, uel demonſtratiuis pronominibus,hoc eſt ab aſpiratione incipiẽtibus,ut hicce,hæcce,hoc ce.unde hoc quaſi duabus conſonantibus cc ſequentibus ſolent poetæ producere: ut, Hocc erat alma parens quod me per tela per ignes Eripis? Et ſic in antiquiſſimis co dicibus inuenitur bis c ſcriptum, quomodo & apud Terentium in Andria: Hocć ne eſt credibile aut memorabile? Nunc uero eorundem pronominũ his caſibus frequen ter additur ce qui in s definunt euphoniæ cauſa,huiuſce, hiſce,hoſce, haſce. nec ſolũ poetæ,ſed etiam oratores his utuntur ſupradictis adiectionibus. Cicero in ſecundo in uectiuam: Hoſce ego non tam milites acres,quàm inficiatores lentos eſſe arbitror. In ueniuntur tamen etiam nominatiuum pluralem hiſce proferentes antiqui,ut Terenti us in Eunuc. Hiſce hoc munere arbitrantur ſuam Thaidem eſſe. In quo uident eupho niæ cauſa s interpoſuiſſe.necnon ſimiliter illicce,unde illic quaſi apocopa facta in fine ſeruat accentum. Terentius in Andria: Illic eſt huic rei caput. Illiuſce,iſtiuſce,illucce, iſtucce,ueteres dicebant,teſte Papyriano,qui de orthographia hoc oſtendit. Terentius in Heautontimorum.Illanccine mulierem alere cum illa familia. Hæc igitur, hoc eſt, met pte ce te adiectiones eſſe ipſe ſenſus arguit,qui nullus in his ſeparatis poteſt inue niri. Nihil enim compoſitum diuiditur,quod cum ſeparetur,q̃uis ſit ex corruptis,non tamen hæc eadem corrupta ab integris eſſe oſtendat, ut expers ab ex præpoſitione,& pars.conficio,à con & facio.Idem,is & demum. Ergo egomet,tute,ſuapte,huiuſce,il licce,minime dicenda ſunt compoſita,quia additio, ſi ſeparetur, nihil ſignificare poſſit per ſe. Quæritur eccum,eccam,ellum,ellam,eccos eccas,mecum,tecum,ſecum, nobiſ cum,uobiſcum,pronomina ſint compoſita an aduerbia? ad quod dicendum ꝙ aduer bia perſonas ſimul & numeros & caſus in eodem habere non poſſunt. Sunt enim quæ dam perſonas tantum ſignificãtia,ut meatim facis,& facitis: Quædam caſus certos ui dentur nominum habere,carẽt autem perſonis,ut domi domo domum: Quædam nu meros,ut ſemel,bis. Omnia autem ſimul ſupradicta,niſi in pronominibus inueniri nõ poſſunt. Sunt igitur ſine dubio pronomina. Adeo autem non eſt idem dicere, ecce & eccum,quod ecce aduerbium,licet tam mares,quàm fœminas, & unum & plures de monſtrantibus dicere,eccum autem non niſi marem & unum,& eccam,non niſi fœmi nam & unam,eccos & eccas non niſi plures.Quid eſt enim aliud eccum? niſi ecce eũ, eccam? niſi ecce eam, eccos? niſi ecce eos, eccas? niſi ecce eas, ellum? niſi ecce illum: quæ omnia tam genera diuerſa quàm caſus habent accuſatiuos utriuſq; numeri quos exigit uerbum,uide uel aſpice uel cerne, quod ſæpe per eclipſim ſolet intelligi. Mecũ autem & tecum,ſecum,nobiſcum,uobiſcum,per anaſtrophen, cum pronomie præpo ſitio eſt. unde & caſus qui ſeruiunt præpoſitioni cum,id eſt ablatiui, in utroq; numero trium perſonarum componuntur. Quomodo igitur ſi dicam propter te & te propter idem ſignifico,& cum quibus & quibuſcum,ſic cum me & mecum. Nam antiquiſſimi utrunq; dicebant, ſed in plurali primæ perſonæ cacephati cauſa ſolebant per anaſtro-

phen dicere nobiſcum pro cum nobis. itaq; propter hoc reliquarum quoq; perſonarū ablatiuo ſimiliter præpoſtere proferre cœperunt, teſte Plinio, qui hoc in ſecūdo libro ſermonis dubĳ oſtendit, & Cicerone, qui de oratore his utitur uerbis: Noluimus cum me & cum te dicere, ne eidem computationi adiungendum eſſet, cum nobis, ſed potius mecum & tecum & ſecum & nobiſcum diximus cum præpoſitione, quæ facit obſcœnum aſſidue poſtpoſita. Antiqui tamen abſq; obſeruatione naturali ordine hæc protuliſſe inueniuntur, nulla tamen monoſyllaba præpoſitio anaſtrophen patitur, niſi ea. & fortaſſis ideo enclitici uice fungitur, quia enclitica monoſyllaba ſunt, que, ue, ne. Nec mirum ſupradicta pronomina unius cauſa idem pati, cum in alĳs quoq; quibuſdā ſtructuris, hæc eadem ſola cōmunes habeant quaſdam proprietates. Intereſt et refert genitiuo ſolent adiungi omniū caſualium abſq; ſupradictis quinq; pronominibus, pro quorum genitiuis ablatiuos ponimus poſſeſſiuos, ut intereſt & refert mea, tua, ſua, noſtra, ueſtra. Cuia quoq; infiniti poſſeſſiuū cum ſupradictis uerbis p genitiuo primitiui ponitur. Cicero pro Vareno: Ea cædes ſi potiſſimum crimini dat, detur ei cuia interfuit, non ei cuia nihil interfuit. Cuius gentile non ſolū cuiâs, ſed etiam cuiatis proferebant communi genere. Plautus in Penulo: Quid ſit. cuiatis. unde ſit, ne parſeris. Quid eſt? cuiates eſtis? unde aut quo ex oppido. Pte quoq; ea ſola in eodem ablatiuo aſſumere ſolent meapte, tuapte, ſuapte, noſtrapte, ueſtrapte. Sed ſi quem forte tāgit q̄ in fine ſit cum præpoſitio, in compoſitione autē plus dicat ualere ea pars quæ in fine ſit, ſciat q̄ coniunctiones & præpoſitiones & aduerbia uim nominū uel pronominū ante ſe poſitos in compoſitione non mutant, ut uterq;, quiſq;, quicunq;, qualiſcunq;, totidē, idem, tantundē. cuius genitiuus ſolus ex obliquis in uſu inuenit tantidem. Terent. in Adelp. Tantidem emptam. Quod q̄uis uideat pro eiuſdem poni, tñ ſignificat quantitatē quæ in pronomine eſſe minime poteſt, quod ſubſtātiam ſolam, ut ſæpe diximus, ſignificat. Eſt igitur nomen quomodo & ſimplex eius tantus tanta tantū. uſus quoq; hoc confirmat. Tantidē dixit emptam, quantitatē ſimilem pretĳ oſtendens. Tantundem ergo nihil aliud ſignificat niſi relationē & ſimilitudinem quantitatis, quod etiam ſi poſſet pro idem accipi, non tñ etiam pronomē eſſet. non em̄ id quod pro aliquo accipitur omnimodo etiam ex eadem ſpecie accipiendum eſt. Componunt nomina cum pronominibus, ut huiuſmodi, iſtiuſmodi, huiuſcemodi, ſicut apud Græcos, αὐτοκασίγνητος, αὐτοδέλφη, ἐμαυτοῦ. Et ſunt omnia nomina, etiam quæ in fine pronomina habuerint. cum em̄ qualitatem ſignificāt pronomina eſſe nō poſſunt. Componunt etiam cum aduerbĳs pronomina, eccum, eccam, eccos, eccas, ellum. Cum præpoſitione etiam ſecundum Donatum, mecum, tecum, ſecum. Nec mirum per ſingulos quoſdam caſus ea cō poni, quomodo meme, tete, ſeſe, quī nomina quoq; ſupradicta per genitiuos cōpoſita ſint ſolos. quos em̄ caſus ſeparata per appoſitionē habere exigebat ſtructura, eos in cōpoſitione ſeruauere. Quid eſt em̄ huiuſmodi, niſi modi huius? eccum, niſi ecce eum? mecum, niſi cum me? quod uetuſtiſſimis erat in uſu, ſicut ſupra dictum eſt.

De numero.

NVmerus pronominibus accidit qui & nominibus & uerbis & participĳs, id eſt ſingularis & pluralis. Sola em̄ declinabilia poſſunt habere ex ĳſdem uocibus, tā ſingularem q̄ pluralem numerū, id eſt quæ ſub perſonas finitas ſiue infinitas cadere ſolent, ſine quibus numeri declinabiles, id eſt ſingularis & pluralis inuenirinō poſſunt. Itaq; ſi careat uerbū perſona, quod dictum eſt iam, caret neceſſario etiā numero, ut infinita, & imperſonalia, & gerundia. Principales igit duæ partes, nomen & uerbum, & quæ loco eorū funguntur, hoc eſt participium & pronomen, ſupradictos numeros habent in declinatione. Aliæ autem quatuor partes, hoc eſt, præpoſitio, coniunctio, aduerbium, interiectio, declinatione carentes numeros ſupradictos habere nō poſſunt. Quāuis igitur aduerbia ſint quædam numerorum, tamen nō ex eadem uoce ſingularem & pluralem ſignificant, nec ad perſonas, uel ſingulas ſingularē, uel plures pluralem, quomodo ſupradictæ partes reddūt numeros, ſed ſimiliter uel uni, uel pluribus eadem ad-

iunguntur,siue singularis sint numeri,siue pluralis,ut semel facio,facis,facit,facimus, facitis,faciunt,similiter bis,ter,quater,sæpe,cum declinabiles partes necessario sibi adiunctæ eosdem numeros seruent,ut facimus nos,faciunt homines, faciunt scribentes. ecce omnes plurales. Et iterum facio ego,facit homo,facit scribens,en,ubiq; singularibus utimur. Cum igitur duo in pronomine quoq; quomodo in nomine,sint numeri, singularis & pluralis,sunt quædam numerō communia, ut idem. dicimus enim idem uir,& idem uiri. Sunt alia non solum numero,sed etiam diuerso genere communia,ut hæc mulier,& hæc mancipia. Possessiua autem (quemadmodum iam diximus) duplicem significant numerum. & intrinsecus quidem eundem habent,quem primitiua eorum,extrinsecus autem pro terminationis forma singularē & pluralem, meus mei, noster nostri. unde suus,quia & primitiuum eius utriusq; est numeri cōmune,id quoq; intrinsecus utriusq; est numeri commune, tam per singularem, quàm per pluralem declinationem: dicimus enim suus illius,& suus illorum.

PRISCIANI CAESARIENSIS
GRAMMATICI LIBER .XIII.

De casibus pronominum.

CAsus quoq; accidit pronominibus, quemadmodū & nominibus. & prima quidē persona & tertia plus quinq; casibus habere nō possunt,quippe cū uocatiuus in eis nullo modo possit inueniri, q proprius est secundæ,quæ sola habens uocatiuū sex casus potest habere,scilicet ad quā sermo rectus dirigit. unde nomina quoq; & participia in uocatiuo casu secundæ sunt personæ sine dubio & finitæ. Itaq; etiam in appellatiuis nominibus ipsa demonstratione secūdæ personæ proprioꝝ loco fungi uident,in eo casu,ut si dicam: grammatice, neminem alium significo,nisi eum ad quē loquor. Si igit in illis partibus,quæ tertiæ sunt plerunq; personæ,tāta uis est uocatiui,ut transferat illas ad secundā personam,quomodo in pronomine,qd totū est secundæ personæ, hic deficiet casus: uel ad aliam transferat personam,cum nulla alia pars sic discernat triū personarū differentias,quomodo pronomē? Primæ quoq; personæ possessiuū,quod solū etiam secundæ potest adiungi personæ,sicut supradictū est,habet uocatiuū,non possessoris,qui est in prima persona,quæ intrinsecus secundum genitiuū intelligit primitiui,sed possessionis. quæ cum extrinsecus declinet,uocatiuum quoq; propter secundam assumpsit personam, cum ad eam dirigat. Terentius in Andria: Pater mi. Idem in Eunucho: O mea tu. Idem in eodem: O mea Thais,meum suauium. Idem in Adelph. O noster Demea. Nostrâs quoq; gentile eundem habet ntm̄ & utm̄. Alia uero sicut docuimus possessiua pronomina, quia secundæ adiungi non possunt, carent uocatiuo. Sunt igit alia monoptota,ut istoc,eccū, eccam, eccos,eccas,ellum,mecū,tecum,secum,nobiscū,uobiscum. Alia triptota,ut sui, sibi,se, meum,tuum,suū,nostrum,uestrū. Alia tetraptota,ut tuus,suus,illud,istud. Alia pētaptota,ut ille,ipse,iste. Nam hexaptota pronomina inueniunt. quia secunda persona in qua sola sex casus inueniri possunt similē habet ntō uocatiuum, ut Virgili. in. iiij. nominatiuū protulit: tuq; puerq; tuus. Terentius uocatiuū in Eunu. O mea tu. Deriuatiua quoq; primæ personæ,habent uocatiuos,quia possunt secundæ adiungi personæ,ut dictum est,non tamen in omnibus uariantur casibus. nec in nominibus tamē hoc inuenies,nisi tribus,quæ nominatiuum in us & genitiuum in ius terminantia,secundum quorundam pronominum declinationē flectuntur. unde quidam decepti pronomina ea esse putauerunt,ut unus unius,solus solius,totus totius. nam ullus nullus alius uocatiuos habere non possunt,cum abnegent præsentium demonstrationem personarum, uocatiuus autem præsentem soleat demonstrare personam.

De prima declinatione pronominis.

SVnt igitur in pronominibus modi declinationū quatuor, primus qui in tribus primitiuorum personis cernit per obliquos casus. Nam nominatiuus primæ personæ dissonus est à gtō. Tertia uero deficit, ut ego mei uel mis, tu tui uel tis, sui, quod debuit secundum analogiam esse sui uel sis. quod dubitationis causa, ne uerbum esse putet recusauerunt proferre. Nam ad græcorꝫ imitationem his quoꝙ utimur duplicibus genitiuis pronominum: apud illos enim ἐμοῦ & ἐμοῦς dorice σοῦ & σοῦς, οὗ & οὗς dici solet. In ος aūt desinens genitiuus, solet apud nos in is finiri, ut Δημοσθένους Demosthenis, Ἑρμογένους Hermogenis. In ου uero in i, πριάμου Priami, κύρου Cyri. Sic ergo ἐμοῦ, σοῦ, οὗ, mei tui, sui, ἐμοῦς, σοῦς, οὗς, mis, tis, sis. sed propter supradictam causam tacitus est tertiæ huiusmodi genitiuus. Ennius in .ij. Ingens cura mis cum concordibus æquiparare, mis dixit pro mei. Datiuus mihi, tibi, sibi. Nec mirum in easdem uocales gtm̄ & datiuum exire, cū in nominibus quoꝙ inueniunt similiter desinentes genitiui & datiui, tam in in prima q̄ in quinta declinatione. Accusatiuus me, te, se. Ablatiuus similis est accusatiuo in singulari numero, nec dubiū hoc quoꝙ à græcis esse acceptum. Illi enim ἐμέθεν, σέθεν, ἕθεν accusatiuos cum adiectione ꝓferentes loco genitiui accipiunt. eumꝙ quidam ex ipsis sextū casum existimauerunt. nec nō etiam in nominibus simili modo plurima inueniunt prolata ὀυρανόθεν ἀπὸ ὀυρανοῦ, οἰκόθεν ἀπὸ οἴκου. & cum præpositiōe ἐξ ὀυρανόθεν, & ἐξ οἰκόθεν. unde Romani sextū casum assumpserunt. In plurali uero numero, quia tertia persona, id est sui, tam singularis cōmunis est, q̄ pluralis numeri, prima & secunda sibi congruūt, ut nos uos, nostrum uel nostri, uestrū uel uestri, nobis uobis, nos uos, à nobis à uobis. Ex primis igit syllabis tam primitiuorꝫ q̄ possessiuorū personæ intelligunt, ab extremis, casus & numeri, necnō etiam in possessiuis genera, quæ in possessione sunt, cum uerba soleant personas in fine magis ostendere, amo amas amat. Qđ igit habent nominum, id est casus et genera, in fine ostendunt: quod uero uerborꝫ, in principalibus syllabis uitādæ causa cōfusionis. Quærit inter mei, tui, sui, nostri, uestri gtōs, & possessiuorꝫ & primitiuorꝫ quid interest? Ad quod dicendum, ꝙ primitiuorꝫ genitiuis omnes casus adiūgi possunt & numeri, ut mei ager est, et mei agri instrumentū, & mei agro dedi, & mei agrū colo, similiter & mei agri, & mei agrorꝫ, & mei agris, & mei agros dicimus, similiter tui agrū, & tui agros, sui agrū, & sui agros, nostri agrū, & nostri agros, uestri agrum & uestri agros. Quando aūt sunt possessiua gtīs adiunguntur solis eiusdē numeri, mei serui filius, tui serui uestis, sui serui ministeriū, nostri serui frater, uestri serui soror. Nec mirū cum in nominibus quoꝙ hoc idem seruet. nam primitiuorum genitiuis omnes casus adiungi possunt, uel numeri, ut Tullij ager, agri, agro, agrum, agri, agrorum, agris, agros. In possessiuis uerō similis casus adiūgitur & numerus, ut Tulliani agri, tullianū agrum, tullianos agros. In omnibus aūt concidentibus hoc sciendū, ꝙ structura uel ordinatio orationis, dubitationē repellit. nulla em̄ alia re discernunt à se tā partes orationis q̄ accidentia eis nisi significatiōe, ad quam & constructio fit. Nam inueniunt uoce sæpe similia, ut amator, accusator, orator, et nomina sunt & uerba. Similiter poetæ, musæ, diei, rei, & gtī sunt & datiui. Significatione igit discernunt à se, quæ attentissime est in omnibus inspicienda. Quærit etiā illud cur cum apud græcos tertia psona ꝓnominum primitiuorꝫ, et in singulari numero habeat ntm̄, ut ἵ, & in plurali, ut οἵ, apud latinos sui & ntō defecit, & pluralia separatim nō habuit? existimo eam esse causam, ꝙ necesse erat uel cum aspiratione proferre ntm̄, & hi dicere, q pluralis erat alterius ꝓnominis, uel loco aspirationis s præponere, & si dicere qđ est coniūctio. Ergo iure defecit, ne dubitationē faceret, sicut & sis in gtō ꝓ sui. pluralis quoꝙ q est οἱ apud græcos in hi transfert. omnia em̄ pluralia apud græcos οι desinētia mutant eam in ι λατῖνοι latini, sic οἵ hi. & quō λατίνων latinorꝫ, sic τῶν horum. & sicut λατίνοις latinis, sic οἷς his, & quemadmodū λατίνους latinos, sic οὕς hos. Fœminum quoꝙ λατίναι latinæ, sic αἱ hæ, λατίνων latinarꝫ τῶν harꝫ, λατίνας latinas ἃς has. Vnde aspirationem quoque ubique seruauit, quæ est & in græcis ex quibus nascuntur pronominibus, hoc tamē interest, ꝙ tertia persona primitiui apud græcos relatiua est,

quomodo & sui sibi se à se, & is eius ei. Hic uero & hæc & hoc apud nos demonstratiua sunt proprie & præpositiua, quamuis à relatiuo græco uideãtur genita. Necessario igitur cum tria pronomina pro uno habuimus, defecit sui nominatiuo, & communes habuit numeros. Nec mirum cum apud Græcos nominatiuus supradicti pronominis id est, ἵ, rarus est in usu. præterea ꝙ non solum οὗ uel ἑαυτοῦ, sed etiam ἑαυτῷ significat frequentius. quod nec apud Græcos habet nominatiuum, quia ipse in se agere qui patitur per hoc pronomen ostenditur. Nec eget recto casu quem uerbum habet in se.

De secunda declinatione pronominis.

SEcundus est modus eorum, quæ in ius terminant genitiuos, quorum datiui abiecta us genitiuorum, solent proferri: Ille illius illi, ipse ipsius ipsi, iste istius isti, is eius ei, hic huius huic, quod solum assumpsit c per omnes casus singulares absq; illis qui in s definũt, hoc est genitiuo singulari, & datiuo, & ablatiuo, & accusatiuo pluralibus. Quibus tamen frequenter autores solent addere ce syllabam, huiusce, quomodo & pluralibus eius in eandem terminantibus consonantem, ut hisce hosce hasce, quamuis reliquis quoq; casibus uetustissimi addebant eandem ce syllabam, hicce hæcce hoc ce. Vnde uocali quoq; sequente e ablata per synalœpham manentibus duabus c solebant producere hoc, ut Virgilius in secundo Aeneidos: Hocc' erat alma parens, ꝙ me per tela, per ignes Eripis. Sed scriptoꝝ negligentia prætermisit unum c. Et sciendum ꝙ accusatiui casus singulares, & genitiui plurales m in n conuertunt c sequente, ut hunc hanc horunce harunce. Genitiuus & datiuus supradictæ declinatiõis in ius terminantium communis est trium generum, ille illius illi, & producitur penultima i genitiui, quam tamen poetæ etiam corripiunt absq; uno alterius: quod quia solum duabus uicit syllabis proprium nominatiuũ, corripuit penultimam semper. Reliqui uero casus secundum mobiliu mregulam nominum declinantur, illum illam illud, ab illo ab illa ab illo, similiter plurales, illi illæ illa, illorum illarum illorum, illis, illos illas illa, ab illis, sic cætera eiusdem formæ, tam pronomina quàm nomina. Et sciendum ꝙ in e quidẽ terminantia masculina mutatiõe e in a faciũt fœminina, ille illa, ipse ipsa, iste ista, is uero ea facit, quod solum literam principalem mutauit in fœminino. masculinum enim ab i, fœmininum ab e incipit. Hic enim & hæc ab eadem uidentur littera incipere, cum aspiratio in principio utriusq; ascribitur, quomodo & apud Græcos ὅυτος & αὕτη, uel ὁ & ἡ quamuis diuersas habeant uocales, ab eodem autem incipiunt spiritu. eorum neutrum hoc, quia & principium & finem seruauit masculini, mediam uocalem mutauit. Illud etiam attendendum, ꝙ cum ille illud, iste istud, is id faciũt neutra, ipse solum, quod & ipsus inuenitur à uetustissimis prolatum, neutrum in um desinens fecit. Terentius in Andria: Ipsus mihi Dauus, qui intimus est eorum consiliꝝs dixit. Idem in eadem: istuc ipsum, Atqui hoc ipsum nihil periclí est, me uide. Illa enim quæ quibusdam uisa est ratio nõ adeo firma uidetur, ideo in um facere neutrum, quia in us definit masculinum. nam alius cum in us terminetur, neutrum tamen aliud fecit. omnia neutra pluralia similia sunt singularibus fœmininis, ut illa, ea, hæc. Supradictorum pronominum declinationem sequuntur nomina octo. In us quidem definentia quinq;: unus, totus, solus, alius, ullus, quod tamẽ ab uno diminutiuum esse plerisq; uidetur, sicut à uino uillum, & quod ab eo componitur nullus. In er duo, uter alter, & ex eis composita, uterq;, alteruter, neuter. In is uel in i unum, quis uel qui, & quæ ex eo componuntur. hæc tamen ipsa secundum mobilium regulam nominum solebant apud uetustissimos terminare etiam genitiuos & datiuos, ut Terent. in Andria: Tam iners, tam nulli consilí, pro nullius consiliꝝ. Idem in Heauton. dum loquitur alteræ, pro alteri. Et in Eunu. Solæ mihi ridiculo fuit pro soli. Et cuicuimodi pro cuiuscuiusmodi. Cicero pro Sex. Roscio: Vereor enim cuicuimodi est Roscí, ne ita hunc uidear seruare, ut tibi omnino non pepercerim. Cũ igit uniores frequẽtius supradicta nomina secũdum in ius terminantium pronominum formam declinauerint, in uno ex eis magis nominum declinationem sequuntur, neuter neutri neutro dicẽtes, cum apud uete-

res etiam in ius secundum simplicis sui declinationem inueniatur, desinens genitiuus, & in i datiuus. Plautus in Vidularia: Neutri reddibo donicum res dñudicata sit. Cum igitur supradictæ formæ nomina soleant in um facere neutra, unus unum, solus solũ, totus totum, ullus ullum, uter utrum, alter alterum, duo tantum in d finiunt ea, quis quid, alius aliud. Alis quoq; antiquissimi pro alius protulerũt, eius genitiuus rarus est in usu. Et cum debuit una syllaba uincere suum nominatiuum & datiuũ, tamen par est syllabis. Sed producit i penultimam semper. Necnon etiam secundum nominum secundæ declinationis regulam in i quoq; inuenitur. M. Cælius de uestitu & uehiculis: Nam periniuriũ fiet, cum mihi ob eos mores, quos prius habui, honos detur, ubi datus sit, tum uti eos mutem, atq; alĩ modi fim. Quintus in.ĩ. Peruersum est alĩ modi postulare Pyrrhum in te, atq; in cæteris fuisse. Cælius in primo: Neq; ipsi eos alĩ modi esse atq; Amilcar dixit, ostendere possunt aliter. Idem in.v. Nullius alius rei nisi amicitiæ eor̃ causa. C. Cæsar in Anticatone priori: Vno enim excepto, quem alius modi atq; omnis natura finxit suos quisq; habet charos. C. Fannius in.i. Annalium: Cum in uita agenda didicimus multa quæ impræsentiar̃ bona uidentur post inuenta, & multo amplius alius modi atq; ante uisa essent. Sed quod est mirum, fœminini etiam generis genitiuum quidam in i protulerunt. Cælius in.i. Anteq̃ Barcha perierat alĩ rei causa in Africam est missus. Quis etiam communis esse generis putauerunt uetustissimi, sicut apud græcos ὅσις. Terentius in Eunuc. Hunc oculis nostrar̃ quisq̃ non uidit Phædria. Nostrar̃ quisquam dixit pro quæq̃. Plautus in Vidularia: Dic mihi si audes quis ea est, quam uis ducere uxorem? Et obliquos eius casus tam secundum tertiam, q̃ secundam declinationem terminabant, unde nunc quoq; accusatiuus masculini in em secundum tertiæ proportionẽ proferẽt, quãuis fœminini in am, ut quem quam. Ablatiuus nõ solum in o, sed etiam in i, à quo uel à qui, & à qua uel à qui. Virg. in.xi. Accam exæqualibus unam, Qui cum partiri curas, pro qua cum. Terentius in Eunu. Qui cũ? Cum Parmenone. Nominatiuum quoq; pluralẽ nõ solum in i & æ, sed etiam in es, qui, quæ uel ques. accusatiuum etiam quos, quas, uel ques, ut Pacuuius in Medo: Ques sunt isti? Cato: Quescunq; Romæ regnauissent. Accius in Neoptolemo: Sed quesdã. Nam datiuũ & ablatiuum nunc quoq; tam per is q̃ per bus ꝓferimus, quis uel quibus. Sciendum aũt ꝙ qui, quando ꝓ interrogatiuo uel infinito, id est pro quis ponitur, circunflectiẽ, quando aũt pro relatiuo, acuitur per se, in lectione uero grauaẽ. Similiter obliqui casus generalẽ accentuũ regulam seruant qñ sunt infinita, uel interrogatiua, qñ uero relatiua acuũtur per se, in lectione grauanẽ per omnes syllabas. Quæritur in hoc modo declinationis, cum omnis datiuus una syllaba minor fit gtõ, ut illius illi, istius isti, ipsius ipsi, unius uni, solius soli, utrius utri, alterius alteri, an huius huic, cuius cui, eius ei monosyllaba sint accipienda in datiuo quod regula exigit, & plerisq; poetarum metris comprobant, ut Virgilius in quarto Aeneidos:

Cuiq; loci leges dedimus, connubia nostra Reppulit.

Idem in .i. Georg. Huic à stirpe pedes temo protentus in octo. Et ubiq; hoc seruat. Inueniuntur tamen, sed raro, bisyllaba: & maxime ei, differentiæ causa, ne interiectio esse putetur. quod de nomine quoq; tractantes memorauimus. Vnde pluralis etiam datiuus & ablatiuus secundum analogiam in ius terminantium genitiuum singularem, quorum datiuus singularis in i terminans, & pluralis in is desinẽs, pares habet syllabas, ei, eis uel ĩs, ut cui, quis, huic, in quo c per adiectionem differentiæ causa accedit. His, quamuis & hibus pro his antiqui ptotulerunt. Plautus in Curculione: Eodem hercle uos pono & paro, parissimi estis hibus. quòd per diæresim autem ei, & eis inuenitur bisyllabum, ostendit Iuuenalis in quinto:

Implet & ad mœchos dat eisdem ferre cinædis.

Statius quoq; huic uidetur protulisse per diæresim syllabarum in primo Sylu.

Lætus huic dono uideas dare thura nepotes.

Idem in eodem: Falsus huic pennas, & cornua sumeret æthræ,

Cui quoq; Terentianus de literis: Verum ut cuiq; est proximitas loci soniq;. Est enim Sotadicum ex duobus ionicis à maiore, & tribus trochæis. Idem in eodem: Ex ordine fulgens cui dat locum sonipes.

De tertia declinatione.

TErtius modus declinationis pronominum est, qui sequitur per omnia mobilium declinationem nominum, meus mea meum, tuus tua tuum, suus sua suum, noster nostra nostrum, uester uestra uestrum. Notandum tamen ꝙ meus cum secundum regulam uocatiuum deberet facere ò mee, euphoniæ causa, duas ĕ breues in ī longam conuertit. Terentius in Adelph. O mi Aeschine, ò mi germane. Idem in Eunucho: Eho Parmeno mi, nostin? Adeo autem masculini est uocatiuus possessiui, & non genitiuus, uel datiuus primitiui per syncopam, quod quibusdam uidetur, ꝙ nunquam uocatiue positum fœminino, uel neutro adiungatur. cuius quidam nominatiuum etiam mios uel mius dixerunt, quod Carisius & Celsus ostendunt.

De quarta declinatione.

QVartus modus est, qui sequitur per omnes casus tertiæ declinationis nomina, nostrâs nostratis. quod ideo in extrema circunflectitur syllaba, ꝙ per syncopam profertur. uetustissimi enim similem genitiuo nominatiuum quoq; proferebant.

O non esse pronomen.

ONon esse pronomen, nec articulus multis modis ostenditur. Nam ex quo fit nominatiuo? tu enim quod est secundæ personæ, eundem habet nominatiuũ & uocatiuum, qui assumit o, ut ò tu. hic hæc hoc tertiæ sunt personæ, quæ caret uocatiuo. non est igitur pronomen. nec articulus uero, cum semper in demonstratione ponit o, quæ contraria est relationi, quam articulus significat. deinde articulum Romani non habent. Nam idem quamuis ὁ ἀνὴρ, quod est articulus præpositiuus cum pronomine significet, apud nos tamen non ex articulo & pronomine componit, quemadmodũ apud Græcos, sed ex pronomine & aduerbio, is & demum. qui quoq; ὅσις significatione & interpretatione uidetur habere articulum subiunctiuum, simplex est tamen nomen apud Latinos. quomodo plurima quoq; alia inueniũtur apud nos simplicia, quæ apud græcos composita sunt, ut felix εὐτυχής, sanctus ἅγιος, pius εὐσεβής, & alia mille. non tamen ideo significationem græcam attendentes debemus ea composita dicere, uel quæ ex cõtrario inuenitur simplicia apud illos, apud nos composita, ut incestus μεμολυσμένος, ineptus μωρός, superfluus περιττός, sicut & multa alia. Sine dubio igitur o est aduerbium uocandi & optandi, est etiam interiectio. nihil tamẽ interest inter o, hoc est uocatiuum & heus. Quomodo enim dicimus, heus iuuenes, sic ò iuuenes. itaq; omnibus uocatiuis præponitur, ò tu, ò mi, ò noster. Quippe aduerbium est uocãdi, ꝙ nulli alĩ casui, nisi uocatiuo huiuscemodi aduerbia possunt adiungi, sicut etiam uerba secundæ personæ, ut ueneris ad me Virgili. & pronomina, fecisti tu Homere, ueneris tu Terenti, nisi cum substantiuis, uel uocatiuis adiungũtur uerbis. tunc enim etiam nominatiuis utimur, quomodo & in prima, & in tertia persona, ut tu es doctus, ego sum prudens, Priscianus ego uocor, tu uocaris Herodianus. Male igitur quidam secũdam personam nominatiuum non putauerũt habere. Si enim nomina, quæ semper sunt tertiæ personæ, tamen si cum supradictis uerbis sint iuncta, possunt etiam primam & secũdam significare, ut Socrates sum, Socrates es, Socrates est, Socrates uocor, Socrates uocaris, Socrates uocatur, quomodo non in pnominibus quoq;, quæ maxime discernunt personas, accipiamus nominatiuum etiam in secũda persona, ego sum bonus, tu es bonus, ille est bonus? Non igitur nominatiui nominum uel participiorum semper tertiæ sunt personæ, sed quando carent uerbo substantiuo, uel uocatiuo. Nemo eñ recte dicit, Apollonius ambulo, Aristophanes ambulas. Pronomina enim primæ & secundæ personæ ideo maxime accipiuntur, ut loco proprioꝝ fungãtur nominum, cum uerbis earundem personaꝝ, ut ego ambulo, tu ambulas. Itaq; loco tertiæ personæ melius nomẽ ponitur, & maxime si abest, ego facio, tu facis, Tullius facit, nisi uel præsens sit iuxta, & demonstratiue hoc ipsum uolentes indicare dicamus, hic uel iste, uel longe

uideatur,& dicamus ille:uel ſi abſit quaſi de iam cognito utamur relatiuo is,dicentes de quo iam nouimus aliquid uel locuti antè ſumus.Cum igit̃ ſemper in demonſtratiõe ſit prima & ſecunda perſona,hoc autem nominis caret ntũs,iure ad tertiam retruditur perſonam. Subſtantiuis autem & uocatiuis ſolis ideo adiungunt̃ uerbis & primæ & ſecundæ perſonæ nominatiui nominum,ꝙ uidentur ipſa hæc uerba uim demonſtratiuam habere.oſtendunt enim ſubſtantiam ipſarum perſonarum,uel nominationem, in qua ſimiliter ſubſtantia demonſtrat̃,nec egent pronominibus, quæ demonſtratiõem ſubſtantiæ ſignificant. Cum igit̃ omnia quæ ſibi coniunguntur in diuerſis poſita perſonis,caſualia,ſiue diſiunganť,ſiue copulent̃,eundem ſeruant caſum,uocatiuus hoc ſolus ſeruare nõ poteſt.dicimus em̃,uel Probus uel Donatus, & Priſcianus & Theotiſtus, & ego & ille,uel mei uel tui,& mihi & tibi,uel me uel te,& à me,& à te. Vocatiuus autem niſi in una eademꝙ perſona conferant̃ diuerſa nomina,iungi non poteſt,ut bone & caſte & formoſe. quia alia perſona hunc caſum habere non poteſt niſi ſecunda,ideo ei diuerſas ꝑſonas iungere non poſſumus,cæteris uero caſibus diuerſas perſonas iungimus,quippe cũ in oĩbus illi inueniant̃ perſonis. Ergo qñ dicimus & ego & ille & tu,ſine dubio ntũs eſt tu. Idꝙ maxime dignoſcit̃ in plurali numero,ꝙ pluralia conceptionem habent perſonarũ. ergo qñ dicimus,ego & tu docti ſumus, ſine dubio tu ntũs intelligit̃. Et ꝙ pronomina in ĩſdem caſibus adiungunt̃ nominibus,ego Virgilius,tu Virgilius, ille Virgilius,mei Virgilĩ,tui Virgilĩ,illius Virgilĩ.Et ꝙ ad interrogationes nominatiui reddunt̃, quis ſcripſit?ego.quis ſcripſit?tu.quis ſcripſit?ille. & quicquid habet uocatiuum, hoc & ntũ habet:quicquid autem ntũ,non omnimodo & uocatiuum.neꝙ enim interrogatiua nomina,nec infinita,nec abnegatiua,nec diſtributiua uel impartitiua,nec relatiua, quæ omnia carent demonſtratione,uocatiuos pollicentur,ut quis uel qui,qualis talis, quantus tantus,alius,nullus,alter alteruter,uter uterꝙ.ſinguli,bini,terni,quaterni,& ſimilia.nec primæ & tertiæ ꝑſonæ ꝓnomina. Cætera aũt nomina ꝓ uocatiuos caſus etiam ſi ſint appellatiua,loco ꝓpriorũ funguntur,cum demonſtratio ipſa definit præſentẽ ſecundam ꝑſonam,& habet in ſe uim & ſignificationem pronominis tu uocatiui.Illud etiam ſciendũ, ꝙ omnia pronomina apud Latinos abſoluta ſunt, & tam præpoſitiua q̃ ſubiunctiua, rectiꝙ accentus,id eſt ὀρθοτονούμενα, cum apud Græcos ſint quædã inclinatiua,ut μοῦ, μοὶ, μὲ, ego dico,dico ego,tu dicis,dicis tu,ille dicit,dicit ille.Abſoluta autẽ dicuntur, quæ cum alĩs ſociari poſſunt uel non.Nam dicendo ego dico,poſſum & ſolus intelligi & cũ alio.Solet tamen met addita plerunꝙ ſignificantiam,uel diſcretionem oſtendere,quam Græci ἀνασολὼ dicũt,egomet,ego & non alius. Necnon etiã ipſe ego uel egomet ipſe, ut Ter.in adel.Egomet rapui,ipſe ego ſolui argentum, id eſt ego & nullus alius. Sui ſolum apud Latinos reciprocum fit in eadem tertia ꝑſona, quod Græci ἀνταναπλαστὸν uocant,id eſt qñ ipſa in ſe actum reflectit perſona, ut eadem ſit & agens & patiẽs, qđ ἰδιοπάθειαν uocant, poteſt ſignificare ἑαυτῷ ſui. Nam ἐμαυτοῦ & σαυτοῦ, quod eſt primæ & ſecundæ perſonæ non habemus, ſed pro eis ſimplicibus primitiuis utimur, quæ tam in reciprocatione q̃ in tranſitione poni poſſunt,ut mei miſereor,& mei miſereris. Similiter tui miſereris,& tui miſereor. Nec mirum cum apud Græcos quoꝙ uetuſtiſſimus omnium ferè autorum Homerus ſimplicibus utatur pro compoſitis,ut ἐμὲ λύσομαι pro ἐμαυτὸν. Sui quoꝙ tam ἑαυτοῦ quàm οὗ ſignificat, quod ſemper eſt relatiuum. Nec mirum cum hoc quoꝙ apud Homerum inueniatur ſæpe ſimplex pro compoſito,ut πρόσθεν ἕθεν φεύγοντα, id eſt ante ſe fugientem, ἕθεν pro ἑαυτὸν dixit.Nominatiuum autem ideo non habet hoc pronomen,id eſt, ſui, ſibi, ſe, à ſe, quia neceſſe eſt, quando ἑαυτοῦ ſignificat tam actionem q̃ paſſionem in eadem intelligi perſona.nec aliter igit̃ põt proferri is,in quem agit̃ aliquid niſi ꝓ obliquos caſus.Euenit em̃,ut à nominatiuis actus ꝑficiſcẽtes ad obliquos,uel in tranſitione perſonarũ intelligant̃, uel in una eademꝙ ꝑſona. In tranſitione,ut Ariſtophanes Ariſtarchum docuit,ego te honorauí,tu mihi dixiſti.Et per ſola quoꝙ uerba,ntũs intelligit̃,& tranſit rurſus ad obliquos,dedi tibi,honorauí te,

In una quoq; eademq; persona hoc idem fit, ut Phemius se docuit: docendi enim transitio non ad alteram fit personam, sed ad ipsum Phemium reciprocat. Aiax se interfecit. rursus enim interfecit ad ipsum Aiacem reciprocatur. Huiuscemodi igit structuris primitiuorum pronominum cum uerbis, accidit una eademq; uoce, & transitiuam demonstrare psonam & reciprocam. Vnde Homerus quoq; antiquitatis autor in simplicibus semper pronominibus & intransitiuas ponit, ut dictum est personas & tranfitiuas, ut ἐμὲ λύσομαι ῥ ἐμαυτὸν. unus enim, & idem loquit, ἐμὲ autem ἐγὼ tranfitiue. Alter em cognouit, & alter est cognitus. Postea uero iuniores addidere composita pnomina, quae intransitiuas significarent personas, simplicibus uero usi sunt transitiuis. Itaq; αὐτοπαθῆς compositas, id est ipsas agentes, easdemq; patientes dixerũt. Illas uero, hoc est simplices, ἀλλοπαθῆς, hoc est in alias passionem facientes, nominauerũt. Iure igitur nos, qui in plerisq; antiquitatem seruauimus graeciae in pronominibus quoq; secũdum Homericam auctoritatem, simplicibus utimur etiam pro compositis, id est non solum cum in aliam personam agit, sed etiam cum ipsa in se. In aliam, ut Virg. in. iiij. Aene. cui me morituram deseris hospes? Teren. in adel. Facio te apud illum deum. In se, Idem in And. Nec quid nunc me faciam scio. Idem in adel. Aedepol Syrisce te curasti molliter. Quaeritur igitur, cur si mei pro ἐμοῦ & ἐμαυτῷ, & tui pro σοῦ & σαυτοῦ accipiantur, & tamen ntõs habeant, sui cum pro οὗ & ἑαυτοῦ accipiatur, non habeat ntm? Ad quod multa sunt dicẽda. Primum, quia si loco aspirationis, ut supra diximus, quae est in principio tertiae personae apud Graecos, id est i praponeret s ntõ, esset dubitatio ad coniunctionem si: quõ em οὗ sui, & οἱ sibi, & ἑ se, sic ntũs ἑ si debuit esse. Et in alijs enim dictionibus quibusdam solent Latini Aeoles sequentes uel in digamma u uel in s conuertere aspirationem, ἥμισυ semis, ἕξ sex, ἑπτὰ septem. & fortasse ideo ex eo per anastrophen factum est is aliud pnomen. quod propterea puto & relatiuum esse quõ ἕ apud Graecos. Deinde q huius ipsius, id est ἑ nominatiui, rarus est etiam apud Graecos usus. Postremo q nunquam potest hoc pronomen inueniri, hoc est, sui, sibi, se, à se, siue reciprocum, siue tranfitiuum, ut non intelligatur actus, uel ab ipsa in se, uel ab ipsa in aliam simul, & ab alia in ipsam, nisi possessiuis uel adiunctis copuletur. tunc enim agere solum, non etiam pati significat, ut ille miseratur sui seruum, & sibi simílem, & se sequentem, & se ducentem. Ab ipsa in se, ut Teren. in Andria: Ipsus sibi esse iniurius uideat. Passiua enim quoq; ab actu aliquo fiunt. In aliam ab ea, & in eandem ab alia, ut Idem in eadem: Hanc fidem Sibi me obsecrauit, qui se sciret nõ deserturum, ut darem. Huiuscemodi uero structura ntm̃ habere, quantum ad transitionem non potest. Omnis enim genitiuus uel uerbo adiungitur ad perfectionem sensus, ut mei uel illius potior, uel possessiõi, ut mei seruo loquor. Alij uero casus non ad possessiones, sed ad uerba solum ferunt. Igit sui pnomen uel ad uerbũ semper ponitur reciprocum, id est sui passionem significans, uel retranfitiuũ, uel ad possessionem, ut sui seruo loquitur, uel sui misereat, uel rogat me uidua ut sui miserear. nunquam autem absolute quõ alia, ut ego loquor, & tu loqueris, & ille loquit. Cum enim sicut diximus, necesse sit actum uel à semetipsa in se, uel ab alia in eam intelligi, nunquam potest uerbum reciprocari, uel tranfire nisi in obliquos casus. Omnis autẽ obliquus nominatiuo adiungitur, tranfitionem personae ad personam significans, uel uerbo in se nominatiuũ demonstranti, ut ego te docui, ille mihi profuit, uel docui te, profuisti mihi. si militer per reciprocationes, ego mihi profui, tu tibi profuisti, ille profuit sibi. uel me accuso, te uituperas. Ntũs enim per se positus transitiõem non significat, ut ego scripsi. una enim eademq; persona intelligit. nec potest esse ntũs, cuius etiam obliquus eidem uerbo possit sine transitione uel reciprocatione adiungi, ut ego scribo, mei autem scribo dicere nõ possumus, ille facit, illius facit, nemo dicit. Cum igitur sibi loquitur dicimus, in uerbo, loquit ntm̃ intelligimus ille, cum sibi uero coniungimus ad eum casum, hoc ẽ datiuum, qui est unus ex obliquis, referri actum significamus. Non mirum autem sui pronomen, & reciprocum & tranfitiuum aliqñ esse, cum ἐμαυτῷ quoq; & σαυτ apud Graecos, & ἑαυτοῦ quandoquidẽ ad actum, hoc est ad uerbum proferuntur, reciproca sunt, ut

ἐμαυτ῀ ἀκόσ῀, id est egomet ipse me audio, qñ autem ad possessiones adiunguñt, quod fit per solum genitiuum, transitiua sunt, ut ἐμαυτοῦ σ῀ὄλον ἔτυφα, id est mei seruum cecidi. Hoc autẽ, id est, sui, sibi, se, à se, tertiæ esse personæ primitiuum, coniũctum illis pronis, quod συζύγιον Apollonius uocat, comprobat etiam ipsa declinatio, in qua sequit declinationem primæ & secundæ personæ, quõ apud Græcos ἐμοῦ, σοῦ, οὗ, ἐμοὶ, σοὶ, οἷ, ἐμὲ, σὲ, ἕ, sic & apud nos mei, tui, sui, mihi, tibi, sibi, me, te, se, à me, à te, à se. Et ꝙ quemadmodũ prædiximus, loco aspirationis, quam habet ῾ tertia apud Græcos persona, s habet principalem per oñes casus. In hoc autem quoq; id est, ut hoc pronomine modo transitiuo, modo reciproco utamur, Homerum sumus, ut iam dictum est, secuti, qui tertia quoq; persona primitiui modo reciproca, modo transitiua utitur, ut δεύτερον αὖ δώρηκα πρὸ σκήπτοιο ἑδνωτὴν, οἷο κασιγνήτοιο λυκάονος. οἷο dixit pro ἑοῦ. Idem ὀδυσσάς. γ. πάρ τε κασιγνήτῳ θρασυμήδεϊ, ᾗ πατέρι ᾧ. ꝙ πατέρι αὖ῀. Idem ἰλιάδος, υ. τὴν ᾗ ἀρκείφαντο θεοὶ δι῀ οἰνοχοεύειν κάλεσσ῀ ἕνεκα οἷο, ἵν᾽ ἀθανάτοισι μετείη, κάλεσσ῀ οἷο, ἀντὶ τ῀ κάλεσσ῀ αὑτοῦ. Itaque apud nos quoq; modo pro οὗ, mõ pro ἑοῦ potest sui accipi. Similiter sibi ꝙ οἷ ꝟ ἑῷ, se ꝙ ἕ ꝟ ἑὸν. Et sciendum, ꝙ quoties hoc pronomẽ reciprocum est, eiusdem personæ uerbum habet conuenienti casui adiunctum, ut sui meminit, sibi placet. Et manifestum est, ꝙ adiunctio uerbi uim habet nominatiui casus, cum adiectione aliqua. Si igit pronominis quoq; huiusce modi significationem habentis, hoc est in se recurrentis, ponas ntm & cum eo uerbum eiusdem personæ, erũt duo nominatiui. Duo aũt nominatiui per se ubi & actio & passio ostendit, coniungi non possunt, sed obliquus & ntũs. Nec solum in reciprocis, sed etiam in illis, quæ in transitione habent alteram personam. non igit sui ntũs potest constare. Quis ideo quibusdam pronomen esse putatur, ꝙ declinat ad similitudinẽ quorundam pronominũ. Quis, cuius, cui, sicut ille, illius, illi. & ꝙ pro omni nomine ignoto nobis, tam proprio q̃ appellatiuo poni potest, ut quis fecit? quis dixit? unde respondentes ad huiusce modi interrogationem, uel proprio utimur, uel appellatiuo. Quis fecit? Virgilius uel poeta. & ꝙ substantiam significat, sine aliqua certa qualitate, quod est suum pronominis. Ad quæ dicendũ, ꝙ non similitudo declinationis omnimodo coniũgit uel discernit partes orationis inter se, sed uis ipsius significationis. Nam & pronomina multa declinationẽ nominum sequunt, ut omnia deriuatiua, meus, tuus, suus, noster, uester, nostrâs, uestrâs. & rursus nomina declinationem pronominũ, ut unus unius uni, solus solius soli, totus totius toti, ullus ullius ulli, nullus nullius nulli, alius alius alij, cuius gtũs qa par syllabis est ntõ, producit semper penultimam, cum alterius contrà, quia duabus uincit syllabis ntm suum, semper corripit penultimam. Alter alterius alteri. Vter uero utrius, quia una superat syllaba, licet in metris & producere & corripere, & quæ ex his componunt. quamuis hæc quoq; quidam eodem errore declinationis inducti pronomina esse putauerunt: cum enim omnia hæc ad certum numerꝝ, uel quantitatem referant, quõ possunt esse pronomina: quæ omnia, qualitate & quantitate careant, & loco proprioꝝ quæ sunt indiuidua, hoc est nihil commune, uel generale habentia, accipi soleant? Supra dicta igitur cum generalem substantiam uel quantitatem significent, neq; loco proprioꝝ accipiant, sine dubio nomina sunt appellatiua. similiter illa quæ infinitam qualitatem significant, qualis talis. Quõ enim infinita uel interrogatiua pro nominibus accipiant propriis, quæ ignorationem ipsius propriæ uniuscuiusq; substantiæ, uel quantitatis, uel qualitatis significant? Quis quoq; quamuis substantiam sine aliqua certa qualitate demonstret, hoc tñ interest inter substantiam illam, quam significant pronomina, ꝙ illa pro speciali & propria uniuscuiusq; accipiunt substantia, quæ demonstratione præsentium, & relatione absentium personarꝝ intelligit, hoc aũt generalẽ & infinitam substantiam, quæ pertinet ad uniuersarum rerum genera, & species, & partes, demonstrat. Quõ igit numeros & quantitates inter species qualitatis nominum accipimus, sic etiam infinitam & generalem substãtiam, quæ est in hoc nomine, hoc est quis uel qui, & quæ ex eo componunt in hoc esse dicimus qualitatem. Habet igit etiam qualitatẽ quam deriderat nomen. Vt breuiter igit totum colligamus, pronomina loco proprioꝝ accipiunt

nominum. itaq; finitas exigunt sibi personas, quas nullum ex supradictis potest habere nominibus. Quid autem sic incõgruum, quàm omnia numeroꝝ nomina, sine dubio ab omnibus nomina accipi, unus autem, & alter, & uter, & solus, declinationis causa ꝓnomina esse putare? Sin autem in declinatione, uel in deriuatione quædam inæqualitas inuenitur, ut quis quæ quod, alius alia aliud, nihil mirum cũ in omnibus partibus orationis, de quibus nulla dubitatio est, hoc inueniatur, ut in nominibus supellex supellectilis, hospes hospita, gracilis gracila. In ꝓnominibus ipse uel ipsus ipsa ipsum. In uerbis sum fui, fero tuli. Illud quoq; quidam obiiciũt, ꝙ demõstratio est ꝓpria ꝓnominũ, ut hic, ergo & talis & tantus, sed falsò. nam aduerbia quoq; inueniunt demõstratiua, ut en, ecce: ergo & nomina possunt esse demonstratiua. & ꝓnomina tamen inueniũtur carentia demonstratione, quæ sunt relatiua, ut is sui. Hoc autem interest inter demõstrationem nominũ & ꝓnominum, ꝙ id quod demonstratur per pronomen, solum ostenditur per se, nec ad alium pertinet extrinsecus: quod uero per nomen, non solũ ipsoꝝ quæ ostenduntur, sed etiã illorum ad quos referuntur demonstrationem habet, ut talis Pyrrhus apparet, qualis pater eius. & ꝙ ꝓnomina demonstratiua in eodem genere & numero manent, cum eo qui demonstratur, nomina uero demonstratiua possumus diuersa ostendentes, ad diuersa referre, ut si aspicientes mare, dicamus talem esse Nilum, cum sit Nilus masculini, mare autem neutri: uel si quis dicat statuam Herculis cernens, tanti fuerũt mei parẽtes, quantus iste Hercules. Cum enim unũ aspiciat, plurali uti potest numero. Si igitur similitudinis causa huiuscemodi nominum demonstrationes proferuntur, quæ est in cõmuni qualitate, uel quantitate, qua carẽt ꝓnomina, quæ dubitatio est, nomina magis hæc esse appellatiua? Itaq; interꝓtantes, qd est talis, uel tantus? dicimus similis huic, de quo loquimur. Ergo cum adiungimus substantiam qualitati, (nam huic, substantiam significat, similis, uero qualitatem) tantus, talis, pronomina esse non possunt. neq; ꝓnominibus reddunt, sed nominibus, hoc est quantus, uel qualis. Tria autẽ sunt demõstratiua nomina, talis, tantus, tot, & quod à pronomine componit, & nomine, huiusmodi uel huiuscemodi. Vnde hoc quoq; aliud intrinsecus demonstrat, id est substantiam, & aliud intrinsecus intelligitur, id est qualitas, quam per se pronomen sine adiunctione nominis habere non potest. Sciendum tamen ꝙ talis, & tantus, & tot, si ad præsentes dicãtur, etiam demõstratiua sunt: sin autem ad absentes, relatiua uel redditiua, tantum, ut qualis Hercules, talis Theseus fuit. Illud quoq; notandum, ꝙ in uocatiuo omnia nomina eius capacia, possunt esse demõstratiua. Itaque in hoc solo finitam uidentur secũdam habere personam. Nam in aliis casibus infinitæ sunt personæ, & tertiæ, nisi quando substantiuo uel uocatiuo adiunguntur uerbo. tunc enim & secundæ & primæ copulant personæ, ut supra memorauimus, Priscianus sum, Priscianus uocor, Virgilius es, Virgilius diceris. Omnia aũt infinita, uel relatiua, uel interrogatiua, cum semp de tertia dicant ad secundam (ea est eñ ad quam naturaliter interrogatio dirigitur) non possunt habere uocatiuos, qui proprij sunt secũdæ. Alius quoq; caret uocatiuo, cum abnegationẽ habeat, tam primæ quã secundæ. dicimus enim, neq; ego, neq; tu, sed alius, igitur ꝙ caret demonstratione præsenti, uocatiuũ habere non potest, ergo nec pronomen hoc esse, certum est. non solum enim, non finit personas, sed etiam abnegationem habet finitarum. Tertiam quoq; incertam significat, ꝙ est illi ꝓ qualitate, & ꝙ in amplioribus solet dici, quàm duobus. Pronomina loco nominũ accipiũtur propriorum, ut Cicero scribit, idem recitat, & unum idem significat. Sin uero dicam Cicero scribit, & alius recitat, non est eadem persona. Illud quoq; arguit, hoc non esse pronomẽ, ꝙ ipse omni potest subiici pronomini, ut ego ipse, tu ipse, ille ipse, nõ tamen etiam alius ipse dicimus. Alter quoque & uter, & quæ ex his componũtur, & ambo, uocatiuos habere nõ possunt, cum uel partiantur uel referantur. qđ autem partitur, in diuersis est personis, uocatiuus autem ad unam dirigi uult personam, itaq; in his esse non potest quæ partiunt. Quid est enim uter, nisi ego uel tu, siue tu uel ille? Similiter alter ex me & te, uel te & illo? Quomodo ergo in significatione diuersarum personarum possit esse uocatiuus, qui ad unam pertinet solam secundam? Relatiua quoq; cũ demon

ſtratione careant,uocatiuum habere non poſſunt,ut ambo,uterq;,alteruter.ullus etiam & nullus,cum ſemper pro abnegatione ponantur,& nemo,carent uocatiuo.

PRISCIANI GRAMMATICI CAESARIENSIS LIBER XIIII.

De præpoſitione.

QVONIAM DE OMNIBVS,ut potui,declinabilibus ſuprà diſſerui, id eſt de nomine & uerbo & participio & pronomine, nunc ad indeclinabilia ueniam,quæ iure extrema ponuntur. ea enim ſine illis ſententiam complere non poſſunt,illa aũt ſine iſtis ſæpiſſime complent.Itaq; cum bene mihi uideantur præpoſitiõem cæteris indeclinabilibus Græcorum doctiſſimi præpoſuiſſe,& maxime Apollonius, cuius autoritatem in omnibus ſequendam putaui, ego quoq; ab ea incipiam. Nomini enim quæ principalis eſt omnium orationis partium, & cæteris quæ caſus ad nominis ſimilitudinem ſumunt,præpoſita, uim poteſt ſibi dictionis defendere,aliis uero id eſt carentibus caſu adiuncta unitur cum eis, iuſq; dictionis proprium perdit. Eſt igitur præpoſitio pars orationis indeclinabilis,quæ præponit aliis partibus uel appoſitione,uel compoſitione. Eſt autem qñ per appoſitionem prolatæ præpoſitiones præpoſtere ponuntur,poetica plerunq; autoritate. Nam ſine metris ſcribentes,rariſſime hoc inuenias facere,niſi in, cum. quæ ſolet quibuſdam pronominibus apud omnes ſimiliter poſtponi.Quando autem ordinem mutant,mutant etiam accentum,niſi differentia prohibeat.quod etiam coniunctiones apud Latinos præpoſitiuæ uel communes, ſi poſtponantur facere ſolent,ut igitur,quoniam,ſaltem.præpoſitæ enim grauant oĩnibus ſyllabis,poſtpoſitæ autem acuuntur in principio.Sed hoc intereſt inter præpoſitiones & coniunctiones,q; coniunctiones præpoſitiuæ nunquam componi poſſunt,niſi cũ his declinabilibus infinitis,ut ſiqua,nequa. Præpoſitiones uero quamuis in tranſitione ponantur perſonarum ſeparatæ,id eſt per appoſitionem prolatæ,non coniungunt duas ſubſtantias cum uno accidente, quod eſt proprium coniunctionis, ut ego & tu facimus, homo & taurus arant.uel duo accidẽtia,cum una ſubſtantia,ut ſcribit & legit homo,uel iuſtus & fortis homo. Et ut hoc ipſum planius abſoluam,non copulat præpoſitio duas caſuales dictiones uel duo aduerbia cum uno uerbo,ut ego & tu facimus.doctus & ſapiens fuit Cicero.bene & ſplẽdide loquitur.uel duo uerba,cum uno caſuali, uel cum uno aduerbio,ut uir docet & docetur, recte ſcribit & legit. Et præpoſitiones quidem ante caſuales,tam in compoſitione q̃ in appoſitione ponuntur,coniunctio uero niſi in appoſitione præponi aliis partibus non poteſt.nec ſupponi quidẽ,excepto,que,ut ubique,plerunque,undique,uterque. In quo tamen poſſumus additionem magis,uel deriuationẽ que ſyllabæ,quomodo ce quoq; ſolet fieri,factam accipere,quàm coniunctionem eſſe, cum nec ſignificationem ſuam coniunctionis ſeruet,nec legẽ inclinationis in omnibus, ut undique,utique. Deriuatiua autẽ per additionem finalis alicuius ſyllabæ apud Græcos quoq; ſolent inueniri, ut οὐρανὸς οὐρανόθεν, ἔξω ἔξωθεν, λοιμὸς λοίμοθεν, ἀθήνη ἀθήνηθεν. Sic igitur uter uterq;,ubi ubiq;,unde undiq;, plerum plerumq;,quis quiſq;. Nihil mirũ tamen eſt coniunctionis ſimilem ſyllabam q; addi,cum apud græcos quoq; δέ, in eundem modum in fine additur,nec tamen cõiunctio accipitur,ut ὅδε, τόδε, τῶδε. Sed redeamus ad differentiam coniunctionum,& præpoſitionum.Coniunctio præponit etiã carentibus caſu per appoſitionem ſolam,cum contra, præpoſitio per compoſitionẽ dumtaxat poſſit illis præponi. Sunt autem uel unius ſyllabæ præpoſitiones,uel duarũ,uel trium.Et aduerbia quidem deriuatiua poſſunt eſſe, præpoſitiones uero poſitiuæ,id eſt primitiuæ ſunt omnes,ſi ſequimur Græcorũ autoritatẽ. Itaq; aduerſum, extra, infra,inter, intra,cum ſint deriuatiua,magis aduerbia eſſe uident præpoſitiua,q̃ præpoſitiones.poſſunt enim hæc etiam ſine caſualibus uerbis adiũgi, ut ego in campo curro,tu extra,ego ſupra aſpicio,tu infra,ſic etiam ſimilia. Sciendum tamen quod omnia aduerbia,quæ ſo-

lent casibus adiũgi, Romani artium scriptores inter præpositiones posuerunt, quia sunt præpositiua casualium, & grauantur in omnibus syllabis. uel quia interpretatio eorum apud Græcos modo præpositionis, modo aduerbij̃ uim obtinet: ut ante ora patrum, hic ante τὸ πρὸ significat, quod est præpositio græca. At uero

Ante leues ergo pascentur in æthere cerui: Et

Ante pererratis amborum finibus exul,

hic ante τὸ πρόπροσ significat, & est sine dubio aduerbium. Similiter contra quando κατὰ significat, loco præpositionis est accipiendum, ut contra concionem Metelli: cum uero τὸ ἀξιοκρατίας, quod proprium est eius, significat, & aduerbium est sine dubio, ut ego in hanc partem specto, tu contrà. Iuuenalis in primo: Stat contra starique iubet. Aduersum quoq; ideo præpositionem esse putauerunt, quia pro ἐπὶ græca præpositione solet aliquando poni, ut Terentius in Andria:

Id gratum fuisse aduersum te habeo gratiam.

Quando autem ἀντικρύ significat, magis aduerbium ostẽditur, ut Terentius in Phormione: Ei loco ex aduersum Tonstrina erat quædam. Secundum quoq; quando pro κατὰ & μετὰ, loco præpositionis est. Sallustius in Iugurthi. Secũdum ea uti debetis uterer. Lucanus in octauo: secundum Aemathiam lis tanta datur. Accentum habẽt præpositiones acutum in fine, tam apud Græcos quàm apud Latinos, qui tamen cum alijs legẽdo in grauem conuertitur, nisi præpostere proferantur, quod Aeoles quoque quamuis fugiant in fine acutum, in hac parte solent seruare, quos in plerisque secuti, in hoc quoq; sequimur. Cum uero præpostere ponũtur monosyllabæ acuto, dissyllabæ penultimo acuto proferuntur, nisi aliqua differentia (ut prædictum est) impediat, ut Virg. in. i. Aeneidos: maria omnia circùm. Finalem enim acuimus syllabam: ne si penultimam acuamus, nomẽ uel aduerbium putetur esse. Tantam autem præpositioni tenorum mutationem facit ordinis commutatio, q̃ in quibusdam pronominibus etiam enclitici uice fungitur, quæ sunt hæc, mecum, tecum, secum, nobiscum, uobiscum. de quibus in pronomine latius tractatum est. Nec mirum in hac parte orationis Romanos in fine ponere accẽtus, q̃uis sint dissyllabæ, necnõ Aeoles contra consuetudinẽ suam idem facere, cũ annitat semp præpositio sequẽti dictioni, & quasi una pars cũ ea efferat. q̃uis p appositiõem pferant. unde & acutũ in grauẽ conuertit. Idq; Donatus etiam in secũda arte de p̃positiõe se intelligere cõfirmat his uerbis: Separatæ p̃positiões in fine acuunt, cõiunctæ uero casibus aut loquelis, uim suam sæpe commutant & graues fiunt. Censorinus uero planissime de his docet in libro quem de accentibus scribit. Et compositæ quidem, tam in nominatiuo, quã in obliquis casibus, ab eo nominatiuo composito, flexis inueniuntur, ut in doctus indocti indocto, indoctum indocte indocto. Appositæ autem, non nisi cum accusatiuo uel ablatiuo, ut in hostem, pro patria. Cum uerbo semper in cõpositione, ut induco, extorqueo, percurro. Cum participijs in compositione quidem secũdum uerborũ figuram ex quibus nascuntur, ut inducens, extorquens, percurrens. Et præterea per appositionem, in accusatiuo & ablatiuo secundum nomina, ut in amantem pro docente. pro nominibus uero per appositiõem solã præponitur duobus supradictis casibus obliquis, ut in illum, de illo, & sibi præponitur in cõpositione, ut imperterritus, inexpugnabilis. Necnon etiam coniunctione inuenitur præposita, sed non seruat uim suam, abs absq;. unde ut supra memorauimus additio magis putatur q̃, ergo à præpositione abs, deriuatũ est absq;, quomodo ab ex extra. Similiter aduerbijs præponitur per compositionẽ, ut proinde, desubito, deinceps, abhinc. Igitur nomini quidem & per appositionem & per compositionem, pronomini uero per appositionem solam, licet quibusdam, mecum, tecum, secum, nobiscum, uobiscum, composita esse uideantur. Participio per deriuationem uel consequentiam compositorum uerborum, uel per appositionem. Cæteris autẽ partibus per solam compositionem præpositio iungitur. loco etiam coniũctionis accipi solet casualis, ut per desidiam malitiæ nascuntur, id est causa desidiæ. Similiter ꝓpter & ob. Virgi, in, iij. Teꝓpter libycæ gentes Nomadũq;. Idem in, xi. Cuius ob auguriũ infaustum,

Sunt autem apud nos multo plures, q̃ apud Græcos. apud illos enim cum sint decem & octo præpositiones, diuersas singulæ habent significationes, quæ complent multam apud nos demonstrationem, ut περί pro circum, & circa, & erga, & de, & super, quando memoriæ est, ponitur. Similiter πρός pro apud, & propè, & propter, & præter, nec solum id, sed etiam illud causa fit, ut sint ampliores apud nos, ꝙ omnia aduerbia localia, quæ solent casualibus præponi, inter præpositiones nostri posuerunt, ut supra diximus, tenoremq; eam in eis quoq; seruauerunt, ut póne tribunal, aduersum hostem, cítra forum, contra inimicos, infra tectum, supra montem, extra muros, intra urbem, ultra Alpes. Huiuscemodi enim omnia græci aduerbia dicunt esse, quia & certam aliquã habent significationem etiam per se posita, quod præpositiones habere nolunt per se prolatæ. Aduerbia uero habent. Et pleraq; eorum componi non possunt. Omnes autẽ præpositiones apud illos, & componi & apponi solẽt. Præterea hæc, quæ certissimam locorum habent significationem etiam per se posita, possunt apud latinos quoq; sine casualibus proferri, quod rarissime patitur præpositio. Virgilius in secundo Aeneidos:

Póne subit coniunx, ferimur per opaca locorum.

Inueniunt igitur apud Latinos in præpositionibus tria contraria obseruationi Græcorum, ꝙ certæ sunt significationis quædam præpositiones, ut apud, erga, circa, inter, & ꝙ quædam nunquam componuntur, ut hæ ipsæ, apud, erga: & quædam nunquam separantur, con se re di dis. Nulla præpositio habet aspirationem, sicut nec coniũctio, cum in alijs sex partibus orationis sint, quæ habeant aspirationem, & quæ non, ut hara, habeo, habens, hic, huc, heu. Rarissime apud quosdam scribentes præpostere proferuntur præpositiones, monosyllabæ uero etiam apud poetas difficile mutant ordinem, ut apud Teren. in Andria: I, præ sequar. nisi cum. Ea enim sola, tam apud poetas, q̃ apud reliquos præpostere cum pronominibus ponit, ut prædictum est, mecum, tecum, secum, nobiscum, uobiscum. Necnõ etiam quocum, quicum, quacum, quibuscum. Mediæ quoq; ponũtur, ut qua de re, quam ob rem, quas ob res, qua in parte. Necnon habent quandam cognationem cum aduerbijs localibus plerunq; præpositiones, ut in & ad locum, & in loco: A & ab & è & ex de loco. Sciendum tamen ꝙ nulla alia pars in x desinit apud Latinos nisi nomina, & ex præpositio, quæ græca est, & uix, & mox, & pax παντελῶς aduerbium comicũ, quo utitur Terentius, quod similiter græcum est. Sunt quæ in compositione elisionem patiuntur, ut con sequente uocali, coeo, coarguo, coarcto, coerceo, coæquo. Contrà pro sequente uocali d assumit, prodes, prodest, proderam, prodesse. Quædam etiam syncopam passæ sunt, ut supra pro supera, & infra pro infera & extra pro extera. Nam antiqui trisyllaba ea pferebant, ut Cicero in Arato: Toruus draco serpit, subter superaq; retorquens Sese. Tenuit tamen usus ut dissyllaba magis ea proferant. Nec solum præpositiones, sed etiam aduerbia sunt ea pro uaria significatione accipienda. Oportet autem scire, ꝙ Græci proprium dicũt esse præpositionis, ut nihil certũ per se positæ sine alijs partibus oratiõis significare possint, ut supra dictũ est, quales sunt penè apud nos quoq; omnes monosyllabæ, ut ad ob per pro præ à ab abs cum de e ex. Necnon etiam dissyllabam quædam, ut ante præter. Hæ enim ad sensum sequentium significationes suas accommodant, ut ad modo personæ, modo loco, est quando tempori adiungitur, uel numero. peusonæ, ut Virgilius in primo Aeneidos:

Ad te confugio, & supplex tua numina posco.

Loco, ut idẽ in eodẽ: Prima quod ad Troiam pro charis gesserat Argis.

Tempori, ut Sallustius in. i Histor. Ad bellum Persi Macedonicum. Numero, ad quinquaginta millia. In compositione quoq; modo intentiuum est, ut approbat, affirmat. Modo ad personam aliquam uel rem dirigitur, ut alloquitur, arridet. Similiter & aliæ supradictæ diuersas habent significationes. Quæ uero certæ alicuius sunt significationis, quamuis secundum Græcorum rationem pleraq; inter aduerbia poni debeant, id est, supra, infra, extra, pone, & huiusmodi alia, tamen quia & casualibus plerunq; præponuntur, & grauantur more præpositionum, & loco plerunq; græcarum accipiũtur, ut

dictum est præpositionum,ut supra cælum, ὑπὲρ τὸν οὐρανόν, infra terram, ὑπὸ τὴν γῆν. Ideo non penitus irrationabiliter ab artium scriptoribus latinaꝝ inter præpositiones quoq; sunt receptæ. Inueniuntur tamen in alijs partibus etiam præpositiuæ, non tamẽ semper,nec omnes ad eandem speciem pertinentes,ut ne aduerbiũ hortandi,& hic p nomen præpositiuum. quod tamen licet etiam postponere,ut hic homo & homo hic, nulla ordinis confusione, tam à poetis q̃ à fine metro scribentibus, bene dicit. Iure igit sola hæc pars, id est præpositio à loco quem proprium possidet,nomen accepit. Sæpe & uerbis desunt præpositiones, ut Virg. in.i. Aeneid. Vna eurusq; notusq; ruunt, p eruunt. Et præpositionibus uerba,ut idem in.iij.Aenei. O` mihi sola mei super Astyanactis imago. super pro superes. Compositæ præpositiones cum alijs partibus illarum potestatẽ concidũt, ut incuruus,adoro,abhinc,proinde.Nam in absq; magis adiectio est que syllabæ ut diximus,q̃ coniunctio. Verba quia nominatiuum semper significant uel uocatiuum,ideo in compositione semper habent præpositiones,quomodo & nominatiui nominum,& uocatiui. Est quando præpositio loco cõiunctionis,ut dictum est,accipit,tam apud Græcos q̃ apud nos,ut propter te,hoc est tui causa.Tunc enim loco causalis coniunctionis accipitur,quando διὰ græcã significat. Virg.in.iij. Aeneidos: Te propter libycæ gentes Nomadumq; tyranni Odere. Quando uero περὶ significat,præpositionis uim fine dubio defendit.Idem Virg.in. ix. Siue Padi ripis Athesim seu propter amœnum. Similiter ob loco causalis solet poni coniunctionis. Virg.in.xi. Cuius ob auspiciũ infaustum moresq; finistros,cum in compositione semper præpositionis habeat significationẽ,ut idem in.vi magnas obeũtia terras, Tot maria intraui duce te. Necnon cum alijs partibus orationis coniuncta simul cum illis loco causalis cõiunctionis accipit,ut quamobrem,pro quapropter,ut Cicero in.i. inuectiuaꝝ: Quamobrẽ,ut sæpe iam dixi,discede.Cum apud Græcos separata præpositio tribus soleat casibus præponi,genitiuo,datiuo, accusatiuo, apud nos duobus solis præponitur,id est accusatiuo et ablatiuo,nisi hellenismo utat autoritas, ut Virg.in.iij. Georgi. Et crurum tenus à mento palearia pendent,genitiuo est usus secundũ Græcos pro ablatiuo,quamuis apud Græcos τὸ ἄχρις, quod est tenus,nõ præpositio, sed ad uerbium esse ostendit.Itaq; apud nos quoq; raro præponitur,idem in.ij.Georgicoꝝ: Hactenus aruoꝝ cultus & sidera cæli. Idem in.ij.Aenei. capulo tenus abdidit ensem. Nominatiuo uero per compositionem addita præpositio,p omnes manet obliquos casus. Ideo autem nominatiui per appositionẽ,non recipiunt præpositiones, quia per in transitiuam dicunt elocutionem,id est nõ transeuntẽ ab alia ad aliam personam,ut per currit homo excelsus,ecce quia nominatiui sunt,nullam habent transitionem. Accusatiuus uero & ablatiuus,cum transitiui sunt,recipiunt separatas præpositiones. separatæ em̃ hæ semper transitiones significant. Itaq; uerba quoq; quia semper adiũcta sunt, quantum ad intellectum,uel nominatiuo uel uocatiuo, & carent casibus, iure non possunt per appositionem adiungi præpositioni: nihil em̃ carens casu per se transitiuũ esse potest. Præpositio quando per defectionem uerboꝝ profertur, generalem seruat accentuum regulam, & ab acuto incipit. Virg. in.iij. Aeneid. O` mihi sola mei super Astyanactis imago. Et Terentius in Andria: Adeo modesta,adeo uenusta,ut nihil supra.Et hoc ad similitudinem Græcoꝝ Homerus ἀλλ' ἔνι τοι φρένες· & πάρα δ' ἀνὴρ. & χαλεπὴ δὲ θεὸς ἔπι μῆνις. Necnon etiam si præpostere proferantur, ut Virg. in. vij. decus imperiumq; Latini Te penes. hoc quoq; à Græcis Homerus: μάχῃ ἔνι κυδιανείρῃ. & ᾧ ἔπι πόλλ' ἐμόγησε. & νεῶν ἄπο νῆ κλισιάων. Est tamẽ quando postposita quoq; grauatur, si genitiuus sequatur,& redit ad suprapositum accusatiuum uel ablatiuũ, ut si dicam: uirtutem propter imperatoris,uel iustitia in legum.sin autem in fine sensus sit præpositio,omni modo generalem seruat accentuum legem,& ab acuto incipit, ut homines mille uenerunt supra,nisi differentia prohibeat,sicut supra dictum est,ut circùm. Virgil.in.i.Aeneid. maria omnia circùm,in fine acuitur, ne aduerbium uel nomẽ esse putetur, sicut & apud Græcos διὰ. Et si loco aduerbioꝝ uel interiectionum accipiãtur,

similiter mutant accentum sibi destinatum. Teren. in Eunuc. Perpulchra credo munera, haud nostris similia. Et Lucanus in. ij. proh tristia fata, Quis fuit ille dies, Marius quo mœnia victor. Hoc tamen quoq; græcis autoribus facimus: sicut enim præpositiones loco aduerbiorũ, sic etiam aduerbia loco præpositionum solent poni. Homerus: γέλασσε δ' πᾶς πρὶ χθῶρ, πρὶ pro πέρι, præpositionem posuit pro aduerbio. Idem: ἴλιον ἶσω, pro εἰς ἴλιον. aduerbium pro præpositione. Nihil igitur mirũ apud nos quoq; præpositiones pro aduerbijs, uel aduerbia pro præpositionibus inueniri, cũ etiam loco nominis ea soleant accipi, ut Virg in. iiij. Mane nouum, sponte sua. Statius in. xi.

at tu (pudet) hostia regni,
Hostia nate iaces ceu mutus, & è grege sanguis,
Hei mihi primitijs Ararum, & rite nefasto, Libatus. rite p̃ ritu posuit. Præpositiones quoq;, tam pro aduerbijs, q̃ pro coniunctionibus inueniunt̃, ut ostendimus. non bene tñ Stoici præpositionem inter coniunctiones ponebant, præpositiuam coniunctionem eam nominantes, cũ coniunctio & nominibus & uerbis & omnibus tam declinabilibus q̃ indeclinabilibus, per appositionem soleat adiungi, nec solum præponatur, sed etiam subiungat̃, tam apud poetas, q̃ apud sine metris scribentes. Præpositio uero, ut sæpe dictum est, & præponi uult semper, cũ recto ordine ponitur, & uerbis cæterisq; partibus indeclinabilibus, nisi in compositione, nõ adiungitur.

De potestate præpositionum.

SEparatæ præpositiones, uel accusatiuo uel ablatiuo adiunguntur, compositæ uero tam nominatiuo q̃ cæteris omnibus obliquis, q ex composito nominatiuo nascuntur. Et est qñ eandem habent tam in compositione q̃ in appositione significationem, ut inuado hostem, & in hostem uado: in utroq; enim contra significat. Est qñ diuersam, ut de te loquor, id est tui causa loquor, deprimo, id est infra premo. Est qñ abũdant syllabice, id est auctionis syllabarum causa tantummodo, nulla significationis adiunctiõe, ut emori pro mori. Est quando localem uim possidẽt quadripartitam, ut uenio per forum, proficiscor ad Græciam, in Italia sum, à Sicilia uenio. Cum apud Græcos præpositio composita cum dictionibus alijs quibusdam penultimam habentibus acutam, antepenultimam eã facit, si addit significationi aliquid, ut πλησίον παραπλήσιον, apud nos in uno aduerbio hoc solet facere, inde, deinde, exinde, subinde, proinde. ne si grauetur præpositio, per appositiõem esse putetur ante aduerbium, qd fieri non licet. Est qñ significantiæ causa assumitur præpositio, ut Virg. in. i. Georg. nunq̃ imprudentibus imber offuit. Est qñ priuationem, id est abnegationẽ significat, ut impius, expes, sunt quæ similem habent potestatẽ, ut ab a ex e, quæ etiam localẽ possident significationem. Ex uero & pro causali cõiunctione potest accipi, ut ex insidijs illius hoc patior, id est insidiarũ illius causa. Priuationẽ quoq; significat, ut supra dixi, ut expes, exlex. & ordinem, ut Vir. in. viij. Aenei. Exin gorgoneis Alecto infecta uenenis. Et loco aduerbij extra fungit̃, ut exul, extra solũ, & excludo, extra cludo. q̃uis extra quoq; & omnia localia, ut sæpe memorauimus aduerbia, quæ casibus solẽt adiungi, nostri inter præpositiones posuerunt. Temporalia & localia quoq; aduerbiorũ quædam in præpositiones transferunt̃ & nomia, ut pridie calen. & aduersus, uel aduersum hostes. Subtractæ quoq; nominibus quibusdã loco aduerbiorũ ea faciunt accipi, ut domo uenio, p à domo, & domi sum, p in domo, & domũ eo, p ad domum. Et inuicem p se ponunt̃ præpositiones, ut in urbẽ uenio, p ad urbem, & per urbem sum, p in urbe. Adeo aũt plerunq; localem habent significationẽ præpositiões, q aduerbia quoq; ex his quædam localia nascunt̃, ex, extra, extrinsecus. sub, subter, in, infra, intra, intus. sed etiam hæc, ut supra dictum est, quia loco præpositionũ sæpe soleant poni, cũ casibus adiungunt̃, artium scriptores, inter præpositiones numerant. Cum igit̃, ut supra memorauimus, p appositionem duobus casibus adiungant̃ præpositiões, accusatiuo & ablatiuo, de singularũ significatione differamus. Et primo de his quas accusatiuus sequit̃: Vnisyllabæ, ut plerisq; latinorũ uidet̃, sunt hæ: ad ob per post cis trans: Bisyllabæ, apud ante citra circum

circa cõtra erga extra inter intra infra iuxta prope pone ultra præter propter supra usq; penes: Trisyllabæ, circiter aduersum secundũ. Ex his pleræq; apud Græcos inter aduerbia ponunt, ut sæpe docuimus, ꝙ certã habent significationẽ etiam p se positæ. quod in præpositionibus abnegant esse per se positis. & ꝙ licet tam poetis q̃ oratoribus sine reprehensione & præponere & postponere ea casibus, cũ præpositiones, de quibus nulla dubitatio est, nisi poetica autoritas faciat, postponere non soleãt. & ꝙ eoꝝ pleraq; cõponi non possunt, cũ præpositiones omnes apud illos talem naturam habeant, ut & cõponi & separari possint. Nostri uero ideo inter præpositiones eas dictiones posuerunt, quia semper præpositiuæ sunt, nisi licẽtia hoc poetica mutauerit, & grauant præpositæ, qd̃ præcipue suum est præpositionis. Sunt autem pleraq; huiuscemodi aduerbia localia, ut cis trans apud ante contra circum & reliqua similia. De singulaꝝ igit ui & significatione, ut ualemus differere conemur. Ad, tam in cõpositione q̃ in appositiõe plerũq; proximitatẽ significat, ut adeo, adcurro, aduenio, assideo, ad Troiam, ꝑ iuxta Troiam, ad urbẽ, pro iuxta urbem, ad balneas palatinas, hoc est, iuxta balneas. Est etiam causalis, ut ad qd hoc feciſti? hoc est cuius causa. Et similitudinis, ut ad commodatus, adæquatus, adsimilis, adunguem. Significat etiam contrarietatẽ, ut adillum mihi pugna est, hoc est, contra illum. Pro temporali quoq; accipit, ut Sallustius in primo historiaꝝ: Ad bellum Persi Macedonicũ, hoc est usq; ad bellum Persi. Additionis quoq;, ut ad hæc mala. Ob, tam in appositione q̃ in cõpositione inuenit, sed quando p appositionem ponitur, uim obtinet διὰ græce præpositionis, quæ ꝑ causali coniunctione accipit. Virgil. in. xi. Cuius ob auspicium infaustum moresq; siniſtros. Vel loco pro uel κατὰ græce, cum accommodatiua sunt intelligit. Idem poeta in. iiij. georgicoꝝ: haudquaq̃ ob meritum, id est ꝑ merito, καταξίαν. In compositione uero significationem cõtra uel circum cõplet. contra, ut obuius, occurro, oppono, obiicio. circum uero, ut obumbro, obambulo. Per, & componit & separat, et significat διὰ græcam localem, ut Virg. in. i. Georg. Circum perq; duas, in morem fluminis Arctos. Et perrumpo διαῤῥήγνυμι. Sciendum aũt ꝙ omnia localia possunt eadem etiam tẽporalia esse, ut ꝑ medium forum, & ꝑ medium diem dicimus. Necnõ etiam aliꝭ rebus ad eandem figurationem omnia localia possunt adiungi, ut per uirtutem fio laudabilis, in quo quasi locus laudis ostendit fuisse uirtus. Est etiam iurãdi, in quo uim obtinet πρὸς græce, quæ apud illos quoq; in iureiurando accipitur, ut per Iouem πρὸς τοῦ διός. Virg. in. xi. Per te, ꝑ qui te talem genuere parentes. Est etiam perfectiuũ plerunq; in cõpositione, ut perficio, percurro, ꝑseuero, percipio, peroro. Aduerbiũ quoq; uim obtinet, quando pro ualde accipitur, ut Terent. in Andria: Percastor scitus puer est natus Pamphilo. Abnegationem quoq; significat in compositione, ut perfidus, periurus. Post, & componitur & separatur, et significat μετὰ græcam præpositionem, sed nõ qñ loco σὺν accipitur, sed quãdo ordinem magis significat, siue loci, siue temporis, siue cuiusq; alius rei, ut Virg. in. iiij. Georg. Post montem oppositum. similiter dicimus, post multum tempus, & post pietatem utilitas ponenda est. loco etiam aduerbiũ ponitur, ut Terent. in Adelp. Post faciet tamen, pro postea. Virg. in. vi. ille admirans uenerabile donum Fatalis uirgæ lõgo post tempore uisum. Nam qñ præpositio est ablatiuao iũgi nõ potest. deriuat ex hoc posterus, & postica. Cis, & cõponitur & separat, & magis localem habet significatiõem, ut Cisalpina Gallia, & cis Rhenum. Possumus tamẽ ꝑ translationem, & in tẽpore, & in aliꝭ rebus ea uti, ut cis definitũ tempus, sicut ultra definitum, uel cis naturæ leges, ut ultra naturæ, deriuat ex hoc citra. Trans, quoq; & cõponitur & separat, ut transfero, transueho, trans Padum, trãs Tiberim. Est tñ quando in cõpositione amittit n & s, ut traduco, trado, traiicio, trano. Et cõposita quidem διὰ græce uel παρὰ, uel ὑπὲρ loco fungit, ut trãsueho διακομίζω, trado παραδίδωμι, trãsgredior ὑπερβαίνω, ut Sallustius: Cõmunem habitũ transgressus, ꝑ supergressus. πέραν uero significat, qd̃ est aduerbiũ apud græcos, separata, ut trans mare πέραν τῆς θαλάσσης. Sciendum ꝙ omnes monosyllabæ præpositiones tam accusatiuo quàm ablatiuo casui

ſeruiẽtes,& componi & ſeparari poſſunt,excepta cum,pro qua,con in cõpoſitione ſemper inuenit̃ præpoſita,eandem ſignificationẽ habẽs, quam cum præpoſitio,ut cõcurro, cõficio.nec ſcriptura tamen multum diſcrepat. Antiq enim pro cum,con ſcribebant.& ſæpe tamen m in n,ſicut & n in m,conuerti ſolet,ut communis imperator, eundẽ,tantundem.Præpoſtere tamen,ut quibuſdam placet,cum ablatiuo pronominum,componitur cum præpoſitio,ut mecum,tecum,ſecum,nobiſcum,uobiſcum.Alijs uero ideo enclitici uice fungi poſtpoſita uidetur,ne ſi acuatur aduerbium eſſe putetur. de quo tamẽ in pnomine latius diſſeruimus.Clàm enim magis aduerbium eſt,cum nec localẽ habeat ali quam ſignificationem,quam plerumq; præpoſitiones poſſident, & qualitatem demonſtret,quæ in aduerbijs inueniri ſolet,& diminuatur,quod nulla præpoſitio habet, ut clã culum,& poſſit etiam abſq; caſu proferri,ut bona aperte facit,mala autem clàm:& quod apud Græcos abſq; nulla dubitatione aduerbium eſt. nihil mirum tamẽ q̃ præponatur caſui,cum multa aduerbia,& maxime localia,& apud Græcos, & apud nos ſoleant caſibus præponi,quoꝝ pleraq; noſtri,ut ſupra diximus præpoſitiões eſſe dixerunt. Sed ſciẽ dũ, q̃ aduerbia quidẽ & ſine caſibus & cũ caſibus pferri poſſunt, ut cõtrà, circùm,clàm, ponè, cum eandem in utroq; ſeruent ſignificationem. Præpoſitiones uero ſuam ſignificationem ſeruantes,ſemper caſibus adiungũtur,ut per,quando præponitur caſui, διὰ ſignificat,quando autem aduerbium eſt,mutat ſignificationem,& pro ualde accipitur.Bi ſyllabæ ſunt præpoſitiones,quæ accuſatiuo iunguntur,ſecundum pleroſq; artiũ ſcriptores hæ,apud,ante,citra,circum,circa,erga,contra, extra,inter, intra,infra,iuxta, prope, propter,ponè,ultra,præter,ſupra, uſq;,penès. Apud unam habet ſignificationem in loco,ut apud Numantiam.adiungitur tamen etiam perſonis,ut apud amicum,apud Athenienſes,& ſignificat παρὰ græcam quando locum apud illos demonſtrat. ea autem præpoſitio in compoſitione non inuenitur.Ante & componitur,& ſeparatur,antepono,ante domum,& ſignificat πρὸ græcam,localem uel tẽporalem,ut anteeo προέρχομαι, ante annũ πρὸ ἐνιαυτοῦ. Inuenitur etiam ſinẽ caſu,in quo, loco aduerbij accipit̃, ſignificat eñ antea, quod eſt apud græcos πρόπαροι, ut Virgilius in Bucolicis:

Ante pererratis amborum finibus exul,
Aut Ararim Parthus bibet,aut Germania Tigrim.

Deriuatur ex hoc nomen antiquus,& antiqua,& antiquum,ex quo antiquarius. Citra nunquam componitur,& penè eandem habet ſignificationem, quam cis.nam apud nos locum ſignificat.ſed inuenio q̃ proprijs nominibus fluminũ, uel montium cis,ſolet præponi plerunq;, reliquis uero magis citra, ut cis Rhenum,cis alpes,cis Padum,citra ſanie̅m,citra cruorem, citra forum.& à cis quidẽ deriuat̃ citra, à citra uero citer,citerior & citimus,teſte Capro.Cato de agna paſcenda, Citer agnus allígatus ad ſacra erit,utriuſq; tamẽ interpretatio apud Græcos,aduerbiũ eſt, id eſt τὸ ὧδε uel ἐπιτάδε. Circùm quando περὶ ſignificat præpoſitio accipitur,tam in compoſitione, quàm in ſeparatione,ut circùm fero,περιφέρω: circùm montem περὶ τὸ ὄρος: quando uero πέριξ demonſtrat,aduerbium eſt locale,ut Virgilius in quarto Aeneidos:

Anna uides toto properari littore circùm.

ex hoc naſcitur circiter ὁ περιφοράριος. Circa quoq; περὶ græcam ſignificat,quando pro iuxta accipitur,ut circa forum,circa templum,circa uiginti annos,& nunquam præpoſitiua componit̃.poſtpoſita tamẽ inuenit̃ apud Virgi.poſt ablatiuũ.quo loco cõiunctionis plata cauſalis,ut in.i.æne. Quocirca capere ante dolis & cingere flãma Reginã meditor.Eſt tamen q̃ circũ præpoſitioni eam ſubiungimus.& circum circa dicimus,q̃ & Donatus in ſecũda arte docet his uerbis: Aut uerbũ p̃cedit,ut pfero,aut aduerbiũ,ut expreſſe,aut pticipium,ut præcedẽs,aut coniunctionẽ,ut abſq;,aut ſeipſam, ut circũ circa. Et hoc tunc fit quando ἀμφὶ περὶ ſignificare uolumus, ut Heſiod. ἀμφὶ περὶ κρήνην ἰοειδέα. Circiter uero tũ ſimiliter περὶ græcã ſignificat,cũ p iuxta accipit̃.ad tẽpus tamẽ ſolũ pertinet,ut circiter Calend. Ianua.Erga etiam πρὸς græcam ſignificat,ſed q̃ affectum demonſtrat,ut bonus eſt erga propinquos. ſeparata inuenitur ſolum. Contra & ſeparat̃,

& componitur quando κατὰ uel ἀντὶ significat. & tunc proprie est præpositio, ut contra adultexꝫ dico κατὰ μοιχοῦ λέγω. contradico ἀντιλέγω. cõtrouersia, ἀντίῤῥησις. qñ uero sine casu ponitur τὸ ἐναντίας indicat, quod est aduerbium. Iuuenalis in.i. Stat contra starique iubet. Ex eo deriuatur cõtrarius. Extra quoꝙ quod significat τὸ ἐκτός apud græcos, aduerbium est deriuatiuũ à præpositiõe ex, tam apud illos quã apud nos. Nostri aũt ideo non solum inter aduerbia, sed etiam inter præpositiones acceperunt, quia & sine casualibus uerbo adiungitur, & præpositũ casualibus grauat, ut Persius: Pinge duos angues puer sacer est locus, extra Meĩte. Teren. in Phor. Extra unam aniculam. Nihil tamẽ mirũ loco præpositionis extra accipi, cum, ex, quoꝙ in quibusdam dictionibus loco extra fungatur, ut exlex, qui extra leges est. exul, qui extra solũ. exterminatus, extra terminos. expes, extra spem. exeo extra eo. Et sciendum, ꝙ extra per appositionem solam alĩs iungit partibus orationis. ex eo deriuat extraneus & externus. Inter quoꝙ & composita, & apposita inuenitur, ut internuncius, intercapedo, interuallũ, interpres cuius simplex, id est pres, in usu nõ inuenit. int amicos, inter muros. hoc quoꝙ apud Græcos sine dubio aduerbiũ est. significat enim τὸ μεταξύ. nec solum casualibus præponit apud nos, & grauatur, quod suum est præpositionis, sed etiam uerbis potest adiungi, & penultima acui, ut si dicam, tu dextrorsum ille sinistrorsum, ego curro inter. Quomodo autem à sub subter deriuatur, & à cis citra, & ab ex extra, à præ quoꝙ præter, & à ꝑ propter, sic ab in inter proficiscitur. Significat autem modo τὸ διὰ, ut interrumpit διαῤῥήγνυσι, internuncius διάκτορος, intercapedo διαχώρημα, interuallũ διάστημα: modo ἐν, ut Virgi. in. xi. Conuersiꝙ oculos inter se atꝙ ora tenebant, Inter se ἐν ἑαυτοῖς. interea loci ἐν τοσούτῳ: modo τὸ μεταξὺ ut interreges, int uicinos. Hic ergo quoꝙ admoneo (quod sæpe dixi) omnia ea quæ supradicta sunt, quæ apud græcos sine dudio aduerbia sunt, latinos etiam inter præpositiones ponere, quia frequentissime casualibus præponũtur, & grauantur, quod suum est præpositionum. & quod interpretatio ostendit, etiam præpositionũ quarundam loco ea poni. ut inter modo ἐν διὰ: modo τὸ ἐν ostendimus demõstrare. Interea uero quia nunquam præponitur casuali, sine dubio aduerbium accipitur. uerbo eñ sem per adiungitur. Ex inter præpositione deriuatur interea, ἐνίχιον. Intra quoꝙ uidetur ab in deriuatũ, uelut ab ex extra, à sub subter, sic ab in inter & intra. & significat ἐντὸς quod est aduerbium apud græcos. Luca. in. v. Intra castroꝝ timuit tentoria ductor. huic cõtrarium est τὸ ἐκτὸς, id est extra. Quomodo aũt inter & intra deriuantur ab in, sic etiã intus & intro, quæ sine dubio aduerbia sunt etiam apud nos. Sed intus & intro casualibus nunquam ꝑponuntur, inter uero & intra frequentissime, sicut extra casibus præponuntur, foris autem uel foras minime. ab intra deriuatur intrinsecus, & internus, sicut ab extra extrinsecus, & externus & extraneus. Verbum etiam ab intra, intro intras. Infra etiam ab inesse natũ puto & significat ἐκ κάτω, quod est apud Græcos aduerbiũ. Id quoque propter supradictas causas inter præpositiones recipitur à Latinis. Frequentissime enim præponitur casualibus & grauatur. Terentius in Eunucho: Ego te esse infra omnes infimos puto. Ex hoc deriuatur inferus, ueluti à nuper nuperus, quod approbat Caper. uel infer, ut citer, exter, & infernus & inferior infimus. Et sciendum quod omnia aduerbia locorũ quæ solent casibus præponi, ideo nostri inter præpositiones quoꝙ enumerauerunt, quia sæpissime inueniuntur huiusmodi aduerbia, loco præpositionum accepta, uel loco eoꝝ præpositiones positæ: ut intra uiscera, pro in uiscera, & absqꝫ læsione, pro extra læsionem, & in adulterum dicitur pro contra adulterum, & sub terrã pro infra terram. iuxta etiam quod significat τὸ ἐγγύς, quod apud græcos sine dubio aduerbium est, quia loco propè, siue propter, quod est πρὸ fungitur (est autem præpositio πρὸ græca) & quia casum sequitur, nostri inter præpositiones posuerũt. quando uero uerbo per se coniungitur aduerbium id esse existimant, ut Sallustius in Catilin. Hoꝝ enim uitam mortemqꝫ iuxtà æstimo. Pridie quoꝙ more ꝑpositionis accõ adiungit, Cicero in.i. Inuecti. Pridie Calen. Ianuarias. Pridie nonas. Pridie idus. Liuius ab urbe condita, xvij.

De præpositionibus, quæ ablatiuo casui coniunguntur.

MOnosyllabæ præpositiones quæ casui abltõ seruiunt duntaxat sunt hæ, à, ab, abs, è, ex, de, pro, præ, cum, addunt etiam clam, quod apud Græcos aduerbiũ est. Dissyllabæ autem coram, palam, sine, absq; tenus, quorum omnium interpretationes apud Græcos aduerbia sunt. sed dixi sæpissime, q; nostri huiuscemodi dictiones qñ præponũtur casibus accusatiuis uel ablatiuis, per transitionem personarũ, inter præpositiones accipiunt, & grauantur omnibus syllabis. qñ uero uerbis cõiungunt, & intransitiuæ sunt, & generalem seruant accentuum rationem, inter aduerbia numerant, & tunc licet ea nominatiuo uel præponi uel supponi, ut legit Cicero, & ultra nihil facit, uel ultra Cato fecit, q̃ Cicero. Sine tamen & absq; & tenus, non inueni nisi cum ablatiuo, & semp transitiue, ut Virg. in. xij. æneid. haud quicquam mihi dulce meorum, Te sine frater erit. Suum uero est aduerbiorum, ut dixi, intransitiue posse proferri, & similiter omnibus casibus adiungi, ut non bonus homo ille est, non boni hominis officium facit, non bono homini loquitur, sic & per reliquos casus, in quibus non aduerbij causa, ulla transitio fieri ostendit. At si dicam coram Cicerone dixit Catilina, uel absq; cõsule egit prætor, transitionem sine dubio facio diuersarum personarum, id est ab alia ad aliam transeo psonam, quod est suum præpositionis. Hæc igitur quoq; ratio compulit artiũ scriptores Latinos hmõi dictiones, quamuis interpretationes earum aduerbia sint apud Græcos, tamen inter præpositiones ponere apud nos, qñ casibus supradictis præponunt. Quæ uero ex his possunt sine casibus uerbis adiungi, etiam inter aduerbia ponunt. quod Censorinus quoq; de accentibus approbat, sic dicens: Super præpositio est, apud Virg. in. i. æneidos:

Multa super Priamo rogitans super Hectore multa.

Sallust. uero in historijs aduerbium hoc protulit, ubi multa nefande casu super ausi, atq; passi. sed mihi uidetur Sallustius quoq; loco præpositionis hoc præpostere ptulisse. sed Virg. in. ij. æneï. satis una superq; Vidimus excidia. Aduerbium sine dubio in hoc loco accipit. Idem Censorinus hæc eadem subiungit: Post est præpositio apud Vir. in. iij. geor. Pascua post montem oppositum. Idem in. i. æneï. aduerbium: Post mihi non simili pœna, commissa luetis. Ante præpositio est, Virg. in primo geor.

Ante Iouem nulli subigebant arua coloni. At in. iij. æneï. aduerbium:
Antè & trinacria lentandus remus in unda. Supra præpositio, Virg. in. v. æneï.
Olli ceruleus supra caput astitit imber. Aduerbium Sallust. in Iugurt.

pauca suprà repetam. Contra præpositio apud Virg. in. viij.

Contra Neptunum & Venerem, contraq; Mineruam. Idem aduerbium in. ij. geor.
Contrà non ulla est oleis cultura. Prope præpositio, Virg. in. viij. æneï.
Est ingens gelidum lucus prope Ceritis amnem. Aduerbium, Teren. in Andria:
Propè adest cum alieno more uiuendum est mihi.

Vltra præpositio apud Sallust. in Iugurt. Mauriq; uanum genus, ut alia Africæ conten debant, antipodas ultra Aethiopiam cultu Persarum iustos & egregios agere. Aduerbium, lego assidue nihil ultrà faciens. Hæc Censorinus, ut supra dixi, de accẽtibus tractans. Nec mirum accentum uel ordinem, differentiam facere præpositionibus & aduerbijs, quamuis easdem habeant syllabas, cum hoc in alijs quoq; partibus inueniat, ut Pone uerbum, & aduerbium siue præpositio accentu discernitur. Similiter Verum cõiunctio est & nomen. Sine, præpositio est & uerbum. Ergo causalis & rationalis est coniunctio. In multis quoq; alijs dictionibus hoc inuenies.

NVnc singularum uim præpositionum casus ablatiui inquiramus, à & ab, & abs, & è, & ex, eandem ferè significationis uim habent. Nam & locales & temporales & ordinales similiter inueniuntur. Sed qñ consonans sequitur a & e, magis præponũtur in appositione, ut à domo, è iure: ab uero & ex, sæpissime in compositiõe, non solum uocalibus, sed etiam consonantibus, ut abigo, abduco, exuro, excurro. In appositione uero uocali quidem sequente semper, ut ab illo, ex illo, consonante raro. Nam a quidẽ & e uocali sequente, non præponũtur. Ab autem & ex, consonantibus sequentibus, solet, ut dixi, præponi, si nulla asperitas uocis prohibeat, ut Virgilius in secundo æneidos:

Ex quo me diuûm pater atq; hominum rex.

Abs,tam in compositione,q̃ in appositione,consonantibus solet præponi,sed ab, omnibus in compositione præponit̃ literis,absq; c uel q uel t, ut abduco affatur. Nam b in f est conuersa. Aufero,in quo b in u conuertit̃,tam euphoniæ,q̃ differentiæ causa,ne si affero dicas,ab ad & fero componi uideat̃. Abluo,abnego,arripio, in quo b in r cõuertitur. asporto,in quo b in s commutatur,sicut & aspello,differentiæ causa,ne si apporto & appello dicamus,ab ad composita existimantur, ab m uel u loco consonantis incipientibus,solet in compositione præponi a, ut amando, amẽs,aueho.ante q in cõpositione abs,abs quolibet.ante c uero,uel t in compositione,ut abscondo, abscedo,abscindo,abstraho, abstrudo,abstineo. E,& in appositione & in compositione inuenit̃,ante b d g l m n r, & ante u & i loco consonantiũ positas,ut ebibo,ebullio,edo,educo,egero,elimino,eludo,emineo,emico,enarro,eneruo, enodo,eripio,eruo,eueho,euoco,eñcio.Reliquis uero sequentibus,ex præponitur,excubo,excludo,efficio, effundo,effero. In quibus & similibus x in f cõmutatur, euphoniæ causa, exhorreo, exhibeo,expello, exequor,expiro,quæ rationabilius absq; s scribunt̃, ut de literis docuimus,exquiro,extendo. Vocalibus quoq; sequentibus tam in appositione, quàm in cõpositione ex,ut supradiximus,præponit̃,ut exaro,exegi,exigo, exolet⁹, exulcero,exæquatus,exaudio.& omnia quidem supradicta,consimilẽ,ut dictum est,uim habent.Frequẽtius aũt a, & ab, & abs,uerbis passiuis,uel ablatiuo iunguntur,ut amor à uiro, uel ab illo accipio,ab illo, uel abs quolibet,uel aufero. E uero uel ex,frequenter tpalia inueniunt̃,ut Virg.in viñ.

Ex illo celebratus honor,lætiq; minores, Seruauere diem. E autem in compositione uel priuatiuum est,ut eneruus,enodis:uel intentiuum,ut enectus,enarro, eludo:uel pro extra accipitur,ut educo,elimino,egero. Ex quoq; modo pro extra accipitur,ut excludo,extermino,extorris,exlex, expes,excors: modo priuatiuum, ut explico,expedio,exero,extirpo:modo intentiuum uel perfectiuũ,ut expleo,exoro, efficio,effundo,extendo.Deriuatur autem ab eo quod est abs, absq;.nam que, quando uim & significationem coniunctionis non habet,syllaba est,non pars orationis,quomodo in ubiq;,undiq;,itaq;,deniq;, & similibus.ab ex quoq; deriuat̃ extra. De non solum ἀπὸ significat,sed etiam τὸ περὶ memoratiuũ, ut de ptibus orationis. accipit̃ etiam p κατὰ locali in compositione,ut deduco, descendo,detraho, deiicio,despicio, derideo. Est etiam intentiuum,ut deprehendo,dedo,deprauo,deprimo,deminuo,dehisco,deterreo,decurro, deligo. Est etiam priuatiuum, ut desperatus, demens, desum,deiero. Pro est quando localis inuenitur, tam in compositione, quàm in appositione, ut pro templo,pro curia,pro oculis. Sallustius in Catilin. q̃ ni maturasset pro curia signũ socijs dare, pro curia dixit,pro ante curiam.procurro,prouenio.Est etiam temporalis,ut prouideo,pspicio. Terẽ.in.Heaut.Tibi prospexi,& stultitiæ tuæ. Proauus,sed hoc quidẽ ab aduerbio procul compositum affirmant,unde & corripitur.& omnia similiter pro,correptam habentia,ut profatur,proteruus.alij uero ad imitationem Græcorum apud quos pro,præpositio corripit̃,nostros quoq; in quorundam cõpositione hoc fecisse dicunt, loco etiã e uel super,accipitur,ut prominet pro eminet, uel supereminet.& ante,quod supra quoq; ostendimus,ut procliuis,procumbens,prostratus,prosubigẽs.& ad, ut pro uiribus suis, hoc est ad suas uires. Virg.in.v. summis incuruant uiribus arcus, Pro se quisq; uiri, hoc est ad suas uires.in quoq; loco inuenitur,ut pro testimonio dixit,hoc est in testimonio.plerunq; tamen separata τοῦ περὶ significat, pro Milone, pro Clodio. Necnon etiam interiectionis loco ponitur,& circumflectitur, ut Sallustius in Catilin. prô deûm atque hominum fidem.Præ,& per appositionẽ,& per cõpositionem inuenitur. significat autẽ,modo ad,ut Terent.in Eun.Hic ego illum contempsi præ me,pro, ad comparationẽ mei. Idem in eadẽ: Hic uero est qui si occeperit amare ludũ iocumq; Dices fuisse illum alterũ,præ ut huius rabies quæ dabit:pro ad quæ dabit.Modo p ab.Teren.in eadem:(ut fit)misera, præ amore exclusisti hũc foras,pro ab amore.Idem in And.Præ studio dum id efficias quod cupis,pro ab studio, loco super etiam fungitur, ut præsideo præfectus,

Necnõ etiam pro ualde inuenitur, ut præcelsus ualde celsus, prævalidus ualde ualidus. Præco quoq; à ualde canendo est dictus. prægestio ualde gestio. Hora. in. i. carmin. Lude re cum uitulis salicto prægestientis. pro ante quoq; accipit, ut prædico, præcurro, præfero, præcipio, præmaturus. Lucanus in quinto: Ad præmaturas segetũ ieiuna rapinas. Iuuena. in. iiij. Non præmaturi cineres. uidetur deriuatiuũ ex hoc esse præter, quomodo à sub subter, in inter, pro propter. Cum & aduerbium potest esse qñ ἀπὸ ὁποτε significat, & præpositio, qñ σὺν, & est copulatiua, ut cum ducibus pugno, cum imperatore proficiscor, cum amico habito, & per solam appositionem inuenit, nec mirũ, cum loco eius in compositione semper con ponat, ut concurro, coniungo, contraho, conspiro. Et sciẽdum q; & con, & in, tunc mutant m in n, qñ b sequit, uel m uel p: tunc uero conuertunt eam in sequentes cõsonantes, qñ l uel r sequit, combibo, comburo, imbuo, communis, immunis, compello, impleo, colligo, illido, corripio, irruo, irritus. quamuis raro l & r sequentibus soleant hoc scribentes seruare. Sed cum Græcorum autoritatem in omnibus penè sequi soleamus, in hoc quoq; imitari debemus, ut συμβουλεύω, ἐμβαίνω, συμμάχω, ἐμμένω, συμπλέκω, συλλέγω, συῤῥέω ἔῤῥωμαι, ἐλλείπω. Vides enim in his omnibus præpositiones σὺν & ἐν mutare n in m b, uel m, uel p, sequẽtibus, l uero uel r in eas conuertere n. Cum, præpositio, qñ pronominibus postponit primæ uel secundæ personæ uel etiam se, quæ est tertiæ, enclitici uice fungitur, ut supra dictum est, mecum, tecum, secum, nobiscum, uobiscum, alijs uero postposita acuitur, ut quocum, quacum, quicum, quibuscum. Clam, ut diximus, apud Græcos aduerbium est, apud nos autem ideo præpositio accipit, quia & casualibus præponitur, & graui accentu pronuntiatur, ut Teren. in And. Nec clàm te est, quàm illi nunc utræq; res inutiles. Potest tñ etiam apud nos aduerbium ostendi, cum uerbo inuenit iungi, non seruiens casui, ut Virgilius in. i. æne. Clàm ferro incautum superat securus amorum. nec in compositione inuenit, & adiungitur non solum ablatiuo, sed etiam accõ, teste Donato. habet tñ etiam diminutionem, quæ in præpositiõe nunquam inuenitur, in aduerbio uero est qñ inuenit, ut bene belle, longe longule, sic ergo à clam clanculum deriuatur, ex hoc etiam clandestinus. Et attende q; ea quæ sunt aduerbia apud Græcos, certam aliquam possident significationem cũ præpositiões soleant eam uariare. Coram quoq; & palàm apud Græcos aduerbia sunt, quæ propter supradictas causas nostri etiam inter præpositiones assumpserunt. Sed mihi uidetur cum inter aduerbia quoq; hæc eadem plerique ponant, quippe q; sine casualibus uerbis non possunt adiungi, aduerbia ea dicere, quæ præpositiua possunt esse etiam casualium. Vt Virg. in. i. æne. coram quem quæritis adsum. Idem in eodem, Postquam introgressi, & coram data copia fandi. Sallust. in. iiij. histo. Si nihil ante aduentum suum inter plebem, & patres conuenisset, coram se daturum operam. & habet significatiõem contrariam clam, semperq; in appositione inuenit, sed coram magis ad personas, palàm ad omnia accipitur. Terẽ. in eunu. Si falsum aut fictum continuo palàm est. Sine etiam & absq; apud Græcos aduerbia sunt, ut supradictum est, quæ prædicta ratio fecit apud Latinos præpositiones putari. habent autem consimilem significationem, quæ est negatiua, nec in compositiõe inueniunt. Sine autem etiam uerbum est imperatiuum, sed accentu differt qñ præponitur, quõ ponè, præposita enim grauatur utraq; syllaba, ut sine timore, postposita penultimam acuit, ut Virg. in. x. Si sine pace tua, atq; inuito numine troes. Idem in. i. geor. Te sine nil altum mens inchoat. Absq; quibusdam cõposita à præpositione abs, & q;, coniunctione uidetur, sed nunquam q;, coniunctio in compositione suam uim amittit, ut atq;, neq;, quoq;. Ergo qñ amittit significationem, syllabice magis adiecta uidetur. Est igitur, ut mihi uidetur, deriuatio ab abs, absq;, quõ ab unde undiq;, ibi ibiq;, ita itaq;, uter uterq;, quis quisq;, in quibus coniunctionis significatio nulla remanet. ostendimus tñ in superioribus, q; etiam Græci soleant addere δὲ sine aliqua coniunctionis significatione, ut ὅδε, τόδε, τῶνδε. Tenus τοῦ ἄχρις significat, quod sine dubio apud Græcos aduerbium est, & quamuis penè semper postposita inuenitur, tñ quia sine casuali non potest poni quõ alia, quæ quamuis sint aduerbia, tñ hoc ipso quod cum casualibus

iunguntur,præpoſitiones eas eſſe exiſtimauerunt.hoc quoq; inter præpoſitiones annumerant,quod non ſolum ablatiuo,ſed etiam genitiuo caſui, Virgi.more græco adiũgit, ut in tertio Georgi. Et crurum tenus à mento palearia pendent. Reſtant quatuor præpoſitiones, quæ pro uaria ſignificatione, modo accuſatiuo, modo ablatiuo præponuntur,in,ſub,ſuper,ſubter.In quando εἰς uel κατὰ ſignificat,id eſt ſi ad locum,uel contrà demonſtrat,accuſatiuo iungitur,ut in urbem uado,uel in adulterẏ dico. Inuenitur tamẽ etiam pro ad,cum huic caſui præponitur,id eſt accuſatiuo,ut Virg.in.i.Aenei.Impulit in latus,p ad latus.Luca.in.iĳ.In puppim rediere rates,pro ad puppim.quãdo uero pro ἐν græca præpoſitione accipitur apud nos ablatiuo ſeruit, ut in Italia,in urbe,in tempore.In compoſitione quoq; tam diuerſas habet ſignificationes, quàm in appoſitione:modo eñ priuatiua eſt,ut indoctus,iniuſtus,inutilis,iniquus, impius, infirmus, improbus: modo intentiua,ut imprimo,incuſo,irrumpo,impingo, iniĳcio, immitto, incũbo,incurro,irrideo.Sub quoq; qñ ad locum habet ſignificationẽ, uel pro ante, uel pro per ponit, accõ iungitur,ut Virg.in.ĳ.Aeneid. poſtesq; ſub ipſos Nituntur gradibus. Idem in.i. Georg.At ſi non fuerit tellus fœcunda ſub ipſum Arcturum. Idem in.iĳ. Georgi. Sub lucem exportant calathis. pro ante lucem, uel per lucem.Idem Poeta in.i.Aeneid. Vrit atrox Iuno,& ſub noctem cura recurſat.pro per noctem.qñ autẽ in loco ſignificat, ablatiuo præponitur, ut Virg.in.viĳ.

Arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu. Idem in ſexto:
Ibant obſcuri ſola ſub nocte per umbram. Idem in eodem:
Quale per obſcuram noctem ſub luce maligna Eſt iter in ſyluis.

Omnes eñ præpoſitiones locales,etiam in tẽporibus & rebus,ſimilẽ habent conſtructiõnẽ.Quomodo eñ dico ad templũ, ſic dico ad tẽpus,ad diem,ad iuſtitiam, ad hominẽ, ſimiliter ſub templum,ſub diem,ſub iuſtitiam,ſub hominem,& ſub tẽplo,ſub die,ſub iuſtitia,ſub homine, ſub muliere. In cõpoſitione uero modo localẽ uim retinet,ut ſubeo, ſuppono,ſubiĳcio,ſummitto,ſubduco, ſubſtraho: mõ diminutiuam,ut ſubrideo, ſubtriſtis,ſuffundo.mutat b in ſequentem conſonantem,quando à c uel f uel g uel m uel p incipiũt ea,quibus adiungitur,ut ſuccumbo,ſuccurro,ſufficio,ſuffero,ſuggero,ſummitto,ſummoneo,ſupparo,ſuppono. Super & ſubter contrarias habent ſignificationes, & utraq; tam accuſatiuo q̃ ablatiuo coniungit. quibuſdam tamen uidetur ablatiuo figurate adiungi,quõ poſt,& ante,& circũm. Virg.in.vi. ille admirans uenerabile donum

Fatalis uirgæ,longo poſt tempore uiſum. Idem in.i. Geor.
Omnia quæ multo ante memor prouiſa repones. Idem in.iĳ.æne.
Anna uides toto properari littore circũm. Sic in ſexto:
Sedibus optatis gemina ſup arbore fidũt,id eſt in gemina arbore fidũt ſup.Et in buc.
Fronde ſuper uiridi ſunt nobis mitia poma. Et in.ix.
Ferre libet ſubter denſa teſtudine caſus. Quod ſi accipamus figurate in huiuſcemodi locis prolatas, loco aduerbiorum neceſſe eſt eas accipere quõ & poſt & ante & circũm,quando cum ablatiuo inueniuntur.ſuper tñ quando loco, de, ponit,ſine dubio ablatiuo iungit,ut Multa ſuper Priamo rogitans,ſuper Hectore multa. Inuenitur tamen etiam uerbo adiuncta, uel nominatiuo participĳ,in quo ſine dubio aduerbium eſſe oſtenditur,ut Virgilius in primo æneid.

His accenſa ſuper iactatos æquore toto. Et in undecimo:
Ecce ſuper mœſti magna Diomedis ab urbe, Legati reſponſa ferunt.

In compoſitione quoq; inuenit,ut ſuperſedeo,ſuperuacuus,ſuperuolo,ſupereminet,ſuperficies.& ſuper tñ, & ſupra à ſupera, illud per apocopam, hoc p ſyncopam facta ſunt. ſic enim antiq frequenter ptulerunt,& maxime Cicero in poematib.ſuis,ut in Arato:

Toruus draco ſerpit ſubter ſuperaq; retorquens Seſe. Idem in eodem:
Huic ſupera duplices humeros adfixa uidetur
Stella micans tali ſpecie, taliq; nitore.

à ſup deriuatiua fiũt, ſupbus, ſuperus,ſupremus, Cũ apud græcos oẽs ꝓpoſitiones,quæ

ſunt decem & octo,ut ſupra diximus,& componi poſſint & apponi, apud latinos ſunt quædam,quæ & componũtur & apponunt, ut ad ob per a ab abs de e ex ante cir cum contra inter poſt trans cis præter pro præ. Sunt quæ nunq̃ componunt, ut a pud citra circa erga extra infra iuxta pone prope ſecundũ ultra ſupra. Quoꝝ plera q̃ aduerbioꝝ uim habẽt,ut oſtendimus. Sunt quæ nunq̃ apponũtur,ut di dis re ſe an con. Hæc em̃ ſex ſemper in compoſitione inueniunt: quæ q̃uis cũ per ſe poni non poſſunt,ſeparatæ in cõtextu orationis, ideoq̃ partes orationis dici uera ratione nõ poſ ſint,tamen quia uim & ſignificationem præpoſitionum habent,& in ipſa compoſitio ne ſemp̃ præpoſitiuæ ſunt, ideo & præpoſitionib. cõnumerauere. Et di quidẽ & dis eandem ſignificationẽ habent,quomodo a & abs. Sunt autem ſeparatiuæ, ut diuido, diduco,diſtraho,diſcurro,quod apud Græcos διὰ præpoſitio facit. Et ſciendum q̃ tũc dis præponit,cum ſequitur c uel f uel p uel s uel t uel i loco conſonantis, ut diſcũ bo,diſcutio,differo,diffido,diffundo,in quibus s in f conuertitur euphoniæ cauſa,diſ pliceo,diſputo,diſperdo,diſpicio,diſtraho,diſturbo, diſtorqueo, diſiectus, diſiungo. Alĩs uero quibuſcunq̃ cõſonantibus ſequentibus di præponit, dimitto,diruo, diduco,digero,diluo. & ubiq̃ producitur di, excepto dirimo & diſertus.

Lucanus in quarto: dirimit tentoria gurges.
Idem in eodem: Qui medius caſtris tutam dirimebat Ilerdam.
Idem in quinto: Et non amiſſæ dirimit ſuffragia plebis.
Virgil. in quinto: Cede deo,dixitq̃,& prælia uoce diremit.
Iuuenalis in tertio: didicit nam diues auarus
Tantum admirari,tantum laudare diſertos. Re, uidetur à retro per apocopam factum,ſicut & ipſe ſenſus manifeſtat,reſpicio retro ſpicio,reuertor retro uertor,recurro retro curro,uel ex hoc natum eſſe aduerbium,quomodo ab ex extra. Se, quoq̃ pro διὰ græca præpoſitione ſeparatiua eſt,ut ſecubo,ſeparo,ſeduco. Eſt etiam abnegatiua,ut ſecurus ſine cura. Præterea ſeorſum fit aduerbium à ſe, ut à de deorſum,à ſuper ſurſum. quibuſdam ſe à ſemis,quod ſeparatiõem facit,quibuſdam à ſe cus uidet profectum. Alĩs autem magis ea uidentur à ſe præpoſitione eſſe deriuata. Am,etiam ἀμφὶ græcam præpoſitionem ſignificat,amplector, amputo, ambio. in quo etiam additio b conſonãtis fuit propter m. Con, pariter loco cum præpoſitionis,cũ de ea diſſerebamus,accipi ſupra docuimus.

PRISCIANI CAESARIENSIS GRAMMATICI LIBER XV.

De Aduerbio.

Aduerbium eſt pars orationis indeclinabilis, cuius ſignificatio uerbis adĥcitur. Hoc enim perficit aduerbiũ uerbis additum, qđ adiectiua nomina appellatiuis nominibus adiuncta, ut pru dens homo prudenter agit,felix uir feliciter uiuit. Sunt igitur quædam aduerbia, quæ omnibus cõuenienter ſociant tempori bus,ut ſapienter dico,ſapienter dicebã,ſapienter dixi,ſapienter dixerã,ſapienter dicam. Recte facio,recte faciebã,recte feci,re cte fecerã,recte faciam. Sunt alia quæ cum ſeparatim tẽpora ſignificant, neceſſario ſeparatim eis coniunguntur,ut hodie facio. heri feci, cras faciam. Nunc intelligo,antea intellexi,poſtea intelligam, q̃uis uſus in eis quoq̃ uariatur. Sunt quæ cum omnibus apte ſociant modis, ut diligenter curas,diligenter cura,utinam diligenter curares,cum diligenter cures,diligenter curare uelis. Sunt quæ non omnibus modis poſſunt coniungi,ut ne cum eſt dehortatiuum indicatiuo non adiungit, ſed uel imperatiuo, ut Virgilius in. vi. Tu ne cede malis, ſed contrà audentior ito. uel optatiuo, ut Terentius in Phormione: Quod utinam ne Phormioni id ſuadere in mẽtem in

cidisset. Aut subiunctiuo, ut idem in Adelphis: ne dicam dolo. Aut infinito, ut Cice. in inuectiuis: Ne dici quidem opus est, quanta diminutiõe ciuium. Vtinam optatiuo coniungitur. Lucanus in .ij. O utinam cælíq; deis herebíq; liceret. Ni subiunctiuo copulatur. ut Terentius in Andria: Ni metuam patrem. Idem in Phormi. Ni mihi esset spes ostẽtata. Virg. in .iij. Ni teneant cursus. Idem in .i. Aene. Ni faciant maria ac terras cælumq; profundum. Sed & ni & ne quando pro neq; accipiunt inter coniunctiones pleriq; posuerunt causales, quamuis significatio abnegatiua aduerbijs ea magis applicat. Quod aũt etiam ne pro neq; ponatur, usus approbat. Cicero inuecti. ij. Ne dici quidem opus est quanta diminutione ciuium. Ni quoq; pro ne accipit, ficut supradictus Virgilij usus ostẽdit: Ni teneant cursus, pro ne teneant. Quod etiam Donatus in commento Aeneid. affirmat dicens: Ni pro ne, sic ueteres. Non uero imperatiuo proprie adiungi non potest, nisi in compositione, ut noli, aptissime autem indicatiuo sociatur, uel subiunctiuo, uel optatiuo. Indicatiuo, ut Virg. in .ij. Aene.

Nõ tibi Tyndaridis facies inuisa Lacænæ,
Culpatus ue Paris, ue; inclementia diuûm Has euertit opes.

Subiũctiuo, ut Vir. in .vi. Non mihi si linguæ centum sint, oraq; centum,
Ferrea uox, omnes scelerum comprendere formas,
Omnia pœnaq; percurrere nomina possim. Optatiuo, ut

Virgi. in .i. Geor. non illa quisq; me nocte per altum
Ire, neq; à terra moneat conuellere funem. Num quoq; indicatiuo soli adiungit, ad quod pertinet interrogatio. Teren. in Phorm. Num quid meministi? Idẽ in eodem: num quid subolet patris? Et uerbũ quidem sine aduerbio perfectam potest habere significatiõem. Aduerbiũ uero sine uerbo uel participio, qđ uim uerbi possidet, nõ habet plenam sententiã. q̃uis em̃ ab aliqua persona per se proferãtur aduerbia, necesse est ea, uel ad antedicta ab alia psona referri uerba, ut siquis me interrogauerit, bona est superbia? & respondeam, nõ, uel per eclipsim dici, ut si recitante aliquo dixero, bene, diserte, eloquẽter: ubiq; em̃ subauditur dicis. Similiter si dicam, non malus homo q pro uiribus suis subuenit clientibus, subaudi est. In multis quoq; alijs p hanc figuram inueniunt sine uerbis, uel participijs aduerbia, ut Virg. in .i. genus unde latinũ, subaudit est. Et sciendum q; ut supra dictũ est, participijs quoq; aptissime adiunguntur aduerbia. Quid em̃ est aliud participium nisi uerbũ casuale? ut bene lego, bene legens, sapiẽter loquor, sapiẽter loquens, q; si aliud uerbũ uerbo subiungas, idẽ significat. Sed hoc interest q; participiũ non eget cõiunctione, uerbũ eget, ut bene legens disco, bene lego & disco, sapiẽter loquens doceo, sapiẽter loquor & doceo. Accidit aũt ad uerbio species, significatio, figura. Species primitiua & deriuatiua. Primitiua quidem quæ à se nascit, ut nõ, ita, ceu, clam, sæpe. Deriuatiua uero quæ ab alijs nascit, ut à clam clanculũ, à sæpe sæpius sæpissime, docte à docto, cursim à cursu, ductim ἀπὸ τοῦ ductu. Deriuatiua igit aduerbia, uel ab alijs aduerbijs deriuant, ut à prope propius, & ultra ulterius, citra citerius. uel à nominibus, ut Tullius tulliane, latinus latine, felix felicíter. uel à uerbo siue pticipio, uel pticipiali nomine, ut sentio sensus sensim, sto status statim, singultio singultí. Horat. in .i. ser. Vt ueni corã singultí pauca locutus. tractus tractim. Virg. in .iiij. Georg. tractimq; susurrant: uel à nomine & uerbo, ut à pede & tento pedetentim. uel à pronomine, ut hic illic ab hic & ille. uel à præpositiõe, ut ex, extra, in, intra, con, contra, sub, subter. Est qñ etiam nominum terminatio diuersorũ casuum constructionem aduerbialem suscipiens, loco aduerbioq; accipitur. ut Virgil. in .vi. nimium nobis Romana propago Visa potens superi. Nimium dixit p nimis. Similiter in primo Aeneidos: multum ille & terris iactatus & alto. Idem in .viij.

Iam primum saxis suspensam hanc aspice rupem.

Idem in primo Georgicoq; : sublime uolans. Similiter idem in primo Aeneidos: Vnà Eurusq; Notusq; ruunt. Pronomina quoq; pro aduerbijs ponuntur, ut Virgi. in .viij. Hoc tunc ignipotens cælo descendit ab alto, hoc pro huc. Idem in .i. Aeneid.

Nanq; uidebat uti bellantes Pergama circum, Hac fugerẽt Grai, premeret troiana iuuentus Hac Phryges. Neq; em ea indubitanter aduerbia esse accipimus, sed nomina uel pronomina esse dicimus loco aduerbior; posita, per diuersos casus: per ntm, ut Virgil. in. xi. Fors & uota facit cumulatq; altaria donis. Et in. i. Georg. Sole recens orto. per genitiuum, ut Romæ, Cicero pro Ligario: Romæ ne sit? ne uue cum fratribus? Sallustius in. i. historia. Ac deinde militiæ, et domi gestas composui. Idem in eodẽ: Atq; Seruilius ægrotum Tarenti collegam prior trãsgressus. per datiuũ, ut uesperi, ruri, forti. Terẽtius in And. Quem ne ego heri uidi ad uos adferri uesperi? Virg. in. iiij. Geor. Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti. Terentius in Phorm. Cui opera uita erat, Ruri ferè se continebat. per accusatiuũ, ut Romã, Athenas. Terentius in And. Quid tu Athenas insolens? per ablatiuum. Virgilius in Buco. Forte sub arguta cõsederat illice Daphnis. Idem in eodem: Alternis dicetis amant alterna camœnæ. Cum autem loco aduerbior; accipiunt, manent indeclinabilia, licet iungantur nominum uel pronominum uel participior; diuersis casibus, ut sublime uolans, sublime uolãtis, sublime uolanti. Sic igit omnia discernas nomina uim aduerbior; recipientia, uel nõ. Et primitiua quidem uniformia sunt, nec regulam aliquam ad similitudinem uel collationẽ aliorum possunt accipere, ut cras, cur, heus, sic nẽpe. Deriuatiua uero quæ sub aliqua certa proferunt forma, inter sese adhibita collatione, rationem plerũq; regulæ possunt accipere, pro similitudine terminationũ. plerunq; aũt diximus propter excepta anomala, ut bene, male, duriter. Ergo per singulas terminationes necessarium est eor; formas inspicere. A, igit terminantia uel primitiua sunt, ut ita, quod solũ a correptam habuit, q̃uis quidam puta quoq; aduerbium esse accipiant. Ideoq; Persium id corripuisse, ut Hoc puta non iustum est, illud male, rectius illud. Vel composita, ut præterea, interea, postea, antea, quæ omnia ꝓducunt a terminalem. Vel ablatiui sunt nominũ, qui pro aduerbijs accipiunt, ut unà, quà, nequa, Roma, ut Virgil. in. i. Aeneidos:

Vnà Eurusq; Notusq; ruunt, creberq; procellis.

Idem in eodem: Qua data porta ruunt, & terras turbine perflant.
In eodem: Ne quà scire dolos, medius ue occurrere possit. Et sciẽdum ꝙ propria nomina ciuitatum, si primæ uel secundæ sint declinationis, in gtõ quidẽ casu pro aduerbio in loco accipiunt, ut Romæ sum uel Tarenti. Accusatiuo uero ad locũ cuiuscunq; sint declinatiõis, ut Romam eo, uel Tarentũ, uel Carthaginẽ, uel Athenas, uel Delphos, uel Trallis. Ablatiuo de loco uel per locũ, ut Roma exeo, Tarẽto transeo. Sin tertiæ sint ablatiuo, tam in loco q̃ de loco, uel per locũ, ut Carthagine sum, Carthagine uenio, Carthagine transeo. Idem semper pluralibus inuenit, ut Athenis sum, Athenis uenio, Athenis transeo. Inueniunt tñ, & cum præpositionibus nomina ciuitatũ sæpe ꝓlata, & maxime apud historicos. Liuius in. viij. ab urbe condita: Venerant & ab Lanuuio Antioq; auxilia. Sallust. in Catilin. Nam tum Brutus ab Roma aberat. Idem in Iugurt. Ad Cirthã oppidũ iter cõstituunt. Liuius in. ix. Et Fabius supplementũ ab Roma adduxit. Idẽ in. viij. quem aũt ab Roma posse excipi. In eodẽ: qua uia ad Veserim ferebat. Sallu. in. i. histo. ad Olympũ atq; Phaselida. In eodẽ: ad Corycũ, & apud Lete oppidũ. &, repulsus à Lete oppido, & apud Ilerdã, cum multa opera circundata. Idẽ: apud Præneste locatus. Idem: apud Mutinã. Plaut. in Mercato. Nauem ex Rhodo qua est heri aduectus filius. Inueniunt tñ quædam etiã appellatiua supradictã regulã seruãtia, ut militiæ, militia, militiã, domi, domũ, domo, humi, humũ, humo. In e correptã, uel primitiua sunt, ut pone, penè, ex quo etiam aliud deriuauit Plaut. in Mostel. Ita mea cõsilia puertipeniſſime. Ne, prope, nempe, quippe, sæpe, inde, & ex eo cõposita, deinde, subinde, perinde, exinde, proinde. quæ omnia antepenultimã habent accentu acuto, uel quia ꝓ adiectionẽ habent de, ut quibusdam uidet, unde frequẽter inueni mus, exin & dein. Virg. in vij. Exin gorgoneis Alecto infecta uenenis. uel magis quia præpositiões separatæ grauant, & ut cõiunctæ esse ostendant, acutum in his assumpserunt accentũ, quomodo & cõiunctio si, & ne aduerbiũ, cum præponunt qñ, ut siquan-

do,nequando. nam aliquando differentiæ causa ad aliquanto ꝙ consimilem sonū habere uidetur,acuit antepenultimam,uel deriuatiua sunt,ut peragro peregre,punio impune,abundo abunde,rito unde irrito rite. Nomina quoq; ꝑ aduerbijs in ĕ correptam definentia inuenimus,ut Sallust.in Iugur.Cætera haud facile comperta narrauerim. Virgi.in.iij.æneid.Forte fuit iuxta tumulus quo cornea summo Virgulta. Idem in.v. Sed sublime uolans nubi se immiscuit atræ.Quāuis facile & sublime accusatiui sint,forte aūt ablatiuus. Sic etiam sponte sua,& mane primo,nomina esse ostenduntur coniunctione aliarum casualium,ut domi suæ.Sunt etiam composita in ĕ correptam definētia aduerbia,ut supra dicta,exinde,perinde,proinde,& punio impune. Virg.in.ij.geor. Et sæpe alterius ramos impune uidemus Vertere in alterius. Vtpote quoq; compositum est ab aduerbio & nomine.Pote enim ab eo quod est potis nascit, hic & hæc potis & hoc pote,unde Persius:Qui potes uis dicam nugaris,cum tibi calue,id est quō possibile est.Ab eo autem quod est hic & hæc potis,& hoc pote fit comparatiuum hic & hæc potior,& hoc potius,& superlatiuum potissimum,ex quibus etiam aduerbia potius & potissime. In ē productam primitiua non inueni,nisi ne, sed deriuatiua à nominibus secundæ declinationis, quorum datiuus in o definens in ē longam conuertitur, & facit aduerbiū, ut huic claro clare,optimo optime,pulchro pulchre,affabro affabre.Cic. in Ver.vi. Deum nullum qui ei paulo affabre factus.huic sano sanè,fero ferè. Excipit bene & male,à bono & malo in ĕ breuem definentia.Multa autem ex supradictis nominibus ipsa terminatione datiui pro aduerbijs accipiuntur,ut falsò,consulto,postremo,sedulo,auspicato,augurato,manifesto,priuato,precario,merito. Terent.in Eunu. Seu ui,seu clàm,seu precario.Idem in And.Haud auspicato huc me appuli. Idē in Phorm. Merito te amo. Idem in eadem,Postremo si nullo alio pacto,uel fœnore.Liuius in.xiij.Priuato nos tenuissemus.dicit tamen & priuatim. Sallust.in Catili. Ea priuatim & publice rapere.Et sæpe corripiunt ŏ terminalem,qñ in aduerbia transeunt,ut cito,sero,modo.Iuue.in.iij.

Et cito rapturus de nobilitate comesa, Quod supereſt. Virg.in.iiij.æneid.
Tu modo posce deos ueniam sacrisq; litatis. Statius in.i.Theba.
Sero memor thalami mœstæ solatia mortis, Phœbe paras. Idem in secundo:

queritq; fidem tam sero reposci. Necessario dicit & necesse,sed necesse eget uerbo substantiuo.Teren.in eunu. Quod des paululū est,& necesse est multum accipere Thaidē. inuenit tamen & necessarium.Sunt tñ quædam ex eadem declinatione quorum neutra ꝑ aduerbijs accipiūtur,ut multū,nimiū,uer; & uero primū & primo.Teren.in And. Primum hæc pudice uitam,parce ac duriter Agebat. ꝙ autem etiam prime dicit,ostendit idem Teren.qui compositum ab eo in Andria protulit: nam id arbitror Apprime in uita esse utile,ut ne quid nimis.Nimium quoq; pro nimis frequenter inuenimus, & parum pro paruum.Luca.in.v. & quam nimiumq; parumq; Distulimus. Excipiunt à duro dure & duriter,à largo large & largiter,ab humano humane & humaniter, ab inhumano inhumane & inhumaniter,à firmo firme & firmiter. Teren.in Andria:Primum hæc pudice uitam,parce ac duriter Agebat.Cicero in.iij.Verr.Respondit illa ut meretrix non inhumaniter.Idem in.xiij.Philip.Putare aliquid moderate, aut humane facturum.Idem de Repub.in.vi. Firmiter enim maiores nostri stabilita matrimonia esse uoluerunt.Idem ad Pansam in.i.de Antiocho,feciſti humaniter. Inueniuntur & alia,quibus tamē non est utēdum.Pomponius in Authorato:Ludit nimiū insaniter,pro insane. seueriter quoq; ꝑ seuere. Titinnius in Proclia: Seueriter hodie sermonē amica mecum contulit.Idem blanditer,benigniter.Plautus amiciter,ueraciter, auariter, munditer,seueriter,mœstiter, æquiter,asperiter.Nouius,festiuit.Lucilius, ampliter,ignauiter.Varro,probiter,mutuiter.Ennius proteruiter,ignauiter,inimiciter,iracunditer,superbiter, temeriter,præclariter,toruiter,puriter,reuerecūditer,miseriter,ꝑsperiter.Dicit etiam abunde ab abundo,& abundanter ab abundans. sciendū tamen ꝙ quædam aduerbia nō plene seruant significationem, quæ in nominibus est,à quibus deriuantur,ut ferus ferè, sanus sanè,sensus sensim.Ideo aūt diximus nō plene, quia pōt esse aliqua rō ut feræ dicū

tur quæ omni corpore feruntur, quippe cum quatuor pedibus utantur, ferè ergo pro iuxta, q̃ celeribus omnia iuxta sunt, sanus pro ualidus accipit, ergo et sanè pro ualide. Hoc quoq; notandum, q̃ à ualido ualde, pro ualide per syncopam profertur, sensim pro paulatim, quia ea maxime faciunt sensum quæ morant. A rito uero uerbo uel ritu rite, pro recte, quia nihil traditur ritibus, nisi quod rectum esse credatur. A quintæ quoq; declinationis nominibus composita ē producũt, ut pridie, hodie, postridie, meridie quoq; pro aduerbio accipitur, cum sit nomen. In i quoq; definentia inueniunt aduerbia, sed pauca primitiua, ut heri, ubi, ibi. dicit tamē & here. Iuue. in. i. Res hodie minor est here quàm fuit, atq; eadē cras, Deteret exiguis aliquid. Hora. in. ij. Serm. Nam mihi conuiuam quærenti ductus here, illic De medio potare die. Alia uero nomina sunt loco aduerbij posita, per genitiuum pleraq;, ut domi, Tauromin̄, Lampsaci, Tyri, Ephesi, belli. Liuius in. ij ab urbe condita, Duo nefanda facinora decē uiri belli domiq; adiecũt. Inueniunt etiam per datiuũ, ut uesperi & sorti. Terē. in An. Quē ne ego heri uidi ad uos afferri uesperi? Virgilius in. iiij. Georgi. Sunt quibus ad portas cecidit custodia sorti. Nec non etiam per ablatiuum, ut qui pro quomodo, uel unde, ut Terenti. in Andria, Nam qui tibi istæc incidit suspicio? Qui? quia te noram. Idem in eadem, audiui & credo, multa concurrunt simul, Qui coniecturam hanc nunc facio. Est enim ablatiuus à quo uel à qui. In o primitiua quidem, ut qñ temporale, & ex eo cõposita, siquando, neqñ, aliquando, quæ antepenultimã habẽt acutã, ne duæ ptes, ut supra dictum est, esse putent diuisæ, uel differẽtiæ causa: deriuatiua uero à cis citro, unde dicit ultro citroq;. Cic. pro Roscio, postea hoies cursare ultro citroq; nõ destiterũt. Ab in quoq;, intra, et intro, et intus, & inter. Sunt etiã composita præsto, profecto. alia uero nomina sunt uel ꝓnomina aduerbialiter prolata, ut falsò, merito, sedulo, cito, sero, uero, utro, utroq;. Liuius in. viij. ab urbe condita: Vtroq; exercitus missi. similiter quo, aliquo, eo, illo. Sed qñ pro aduerbijs accipiunt, inueniũtur interdum corripientia o, sicut ostendimus. In u pauca inueniunt denominatiua, ut diu, & ex eo compositum interdiu, & à nocte noctu. Nam astu nomen est indeclinabile, quõ cornu. Terē. in eunu. Hem quid amat an scit ille qd meretrix siet. An in astu uenit? quod nisi esset nomen, præpositio separata ei non præponeretur. In æ diphthõgum nomina sunt genitiui casus loco aduerbij posita, ut Romæ, Cosæ, Capuæ. Sallust. in Iugur. Hæc ubi Romæ cõperta sunt. Idem in. i. histo. Res populi Ro. Marco Lepido, Catuloq; consulib. ac deinde domi, & militiæ gestas. In hoe, hau, heu, hei, oh, ah, terminantia, interiectiones sunt quas Græci aduerbijs connumerant. Hora. in carminib. Heu hoe Bache pĕcor. Idem in. ij. car. Heu hoe recenti mens trepidat metu. Teren. in eunu. Hau obsecro, ne conferẽdus hic quidem cum illo est. Idem in eodem: Hoi hei. In eodem:

Oh illud uide, os ut sibi distorsit carnifex.
Dictura ne es quod rogo? hau, hei.

Idem in Andria:

Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo Hectore. Virg. in. ij. æne. Idem in eodem:

Heu fuge nate dea teq; his ait eripe flammis.

In e primitiua inueniunt, sic donec, quod etiam donicũ antiqui dicebant. Plaut. in capti. Auscultatũ scies, Ego me amitti donicũ ille huc redierit. Et deriuatiua ꝓnominum, Illic, istic, huc, illuc, istuc, hinc, illinc, istinc, hac, illac, istac. Et omnia uel natura uel positiõe ꝓducunt extremam syllabam, excepto donec, & in fine circũflectunt, si uocalem longam habuerint natura. Composita quoq; inueniunt, ut adhuc, abhinc, dehinc. In l pauca inueniunt, ut semel, pol, ædepol, uel, etiam coniunctio, pro ualde frequenter inuenit. Cicero pro Muræna, uel maximum bellum populo Ro. cum rege Antiocho gessisse. In am primitiua, ut clam, coram: deriuatiua, uel composita, nequicquam, nequaquam, neutiq;. Præterea, quam, qñ est similitudinis uel comparationis, siue electionis, aduerbium accipit. Vir. in. xi. Quã facile accipit saxo sacer ales ab alto. Sallust. Mare Ponticũ dulcius ē, q̃ cætera maria. q̃uis interꝓtatio eius, id est ὑπερ apud Græcos cõiunctio sit electiua, bifariã etiã trifariã & omnifariã, cõposita sunt à fando, & ꝓpositis dictiõibus. In em primitiua, itē, tandē, cõposita ut itidē, ibidē, indidē, idētidē, Cic. ꝓ Ros. Ameri, Indidē, ne Ameria,

In im & denominatiua inueniũtur, & uerbalia,siue participialia, ut à parte partim,à uiro uiritim,à uice uicissim,ab hostio hostiatim,à statu statim,à raptu raptī, à saltu saltim & saltuatim,à cursu cursim,à stricto strictim,à furto furtim,à sensu sensim, à singulis singillatim,ab affatu affatim,uel magis à græco ἀφάτως,id est abunde,& corripit fa, à priuato priuatim , à paulo paulatim,à singultu singultim. Hora.in.i.serm. Vt uenī coram singultim pauca locutus, præsertim, confestī,à tractu tractim, a carptu carptī, à ductu ductim. Plaut.in Curc. fine ductim,sed hæc abȳt hac persequar. In um primitiua pauca sunt,itex,sursum,rursum & rursus,prorsum & prorsus. Deriuatiua uel cõposita dextrorsum,finistrorsum. Hor.serm.ȳ. Ille finistrorsum, hic dextrorsum abit: unus utriq; Error. Sed antiq etiã dextrouorsum dixerunt, Plaut.in Rudente: Sed dextrouorsum auersa est in malã crucẽ,sursum,deorsum, horsum uersum,orientem uersum, occidentẽ uersum. Teren.in Adel. Similiter utroq; uorsum. Plaut.in Captiu. Vtroq; uorsum rectũ est ingeniũ meum. hæc em̃ quoq; cõpositā esse uidenť cum sub uno accẽtu proferanť. Melius tñ dicimus q; inclinant sibi suprapositā nomina. Similiter actutũ deriuatũ est ab actu,id est celeritate. Virg.in.viȳ. tum cætera reddet Actutũ pius Aeneas,atq; integer æui Ascanius. Nomina quoq; loco aduerbiorx in eadem terminatiõe inueniunť,ut multũ,nimiũ,primũ,parum ꝑ paruũ. Lucan.in.ȳ. & quam nimiumq; parumq; Distulimus,ꝑ & multũ & paruum. Cicero in.iiiȳ.de Rep. Non em̃ facile ualenti populo resistiť, si aut nihil impertias iuris, aut parũ, ꝑ paruum. In n pauca inueniunť,ut en,non,forsan,forsitan. In r primitiua,cur & per,quando ꝑ ualde accipiť. Deriuatiua à nominibus uel participijs tertiæ declinationis ueniunt in ter exeũtia. sed si in ens desinat ntũs, is genitiui in er conuertũt, ut sapiens sapientis sapienter, prudens prudentis prudẽter,indulgens indulgentis indulgenter, diligens diligẽtis diligẽter. Alia uero assumũt datiuo ter penultima correpta,ut fortis, forti fortiter,utilis utili utiliter,felix felici feliciter,audax audaci audaciter,sed ꝑ syncopam in usu est frequẽtiore audacter. Teren.in Phorm. Minus multo audacter,q̃ nunc lædit,læderet. Sallust. tñ histor.ȳ. audaciter protulit secundũ analogiam. Et Cicero pro Sex.Roscio: Multa scelerate,multa audaciter,multa improbe feciſti. Excipiť facilis,quod pro faciliter facile aduerbȳ loco habuit in usu. Virg.in.xi. Quàm facile accipiter saxo sacer ales ab alto. Difficilis aũt difficulter facit,pro difficiliter, & ab omni omnino. Præterea à tribus & quatuor nascunť aduerbia,ter & quater. obiter em̃ compositũ est ab ob & iter. Similiter pauliſper,tãtiſper,parũper,compositā sunt. Vetustissimi tñ quædam contra suprædictam regulam ꝓtulerunt. Sed si quidem sint nomina neutra pro aduerbijs, ut sublime uolans,assumanť. aliter uero reȳciant,ut Pomponius de philosophia: Cũ istæc memore meminit pro memoriter. Aliter quoq; ab eo, quod est hic alis huius alis huic ali, pro alius alius alȳ,secundum supradictã analogiam proferť. In as denominatiua inuenio as extrema circunflexa,aliãs. In es productam,sodes,Hercules. pleraq; tamen à numeris nascunť,id est à quinq; usq; ad mille,ut semel,bis,ter,quater,quinquies,sexies,decies,uicies,centies,quingenties,millies. In is correptã,nimis,quod etiam nimium dicimus. satis,qđ etiam loco nominis positiui accipiť, itaq; etiam comparationẽ recipit satius. Terentius in Eunu. Accede ad ignem hunc,iam calesces plus satis.

Lucanus in primo: Tu satis ad uires Romana in carmina dandas.

Iuuenalis in.iiȳ. Hoc satius,q̃ si dicas sub iudice uidi, Quod non uidisti: satius ꝑ melius. In us correptã penitus,rursus & rursum,prorsus & prorsum,secus,cælitus à cælo,stirpitus à stirpe,funditus à fundo. Virg.in.iiȳ. Aenei. Rursus & alterius. In eodem: Rursum ex diuerso cæli,cæcisq; latebris. Radicitus à radicibus. Virg.in quinto Aenei. radicicus eruta pinus. Mordicus,diuinitus,humanitus. dicitur tamẽ & diuine & humane & humaniter,sed diuersas habent significationes. nam diuinitus à diuis, & humanitus ab hominibus monstrat. Diuine autem,& humane uel humaniter,similiter diuis & hominibus significãt. eminus quoq; & cõminus localia sunt. Aduersus quoq; quod etiam nominatiuus est,quomodo nullus pro minime,Terentius in

Andria: Liberatus sum Daue hodie tua opera.at nullus quidem. Similiter fors cū sit nominatiuus accipitur pro aduerbio. Virg. in.xi. Fors & uota facit cumulatq; altaria donis. Et omnia comparatiua,quæ nominum comparatiuoꝝ generis neutri similia sunt,ut clarius,prudentius,ocyus,satius. In ens totiens à tot,quotiens à quot, & à multo multotiens,& aliquotiens ab aliquot. Sallustius in .i.historiaꝝ: Neq; detrusus aliquotiens terretur. In t sat pro satis,& duntaxat ,quod ab aduerbio componitur & uerbo,& forsit pro forsitan.Horatius serm.i. Dissimile hoc illi est,quia non ut forsit honorem Iure mihi inuideat quiuis. In x , uix,mox,pax:quod est græcum qñ significat tantummodo. In nc,nunc,hinc. In ps, deinceps. Inueniūtur diuersæ aduerbia formæ ex eisdē deriuatiua nominibus,ut à fors forte,forsan,forsitan,forsit,fortasse,fortassis. Virg.in.x. Fors & uota facit,cumulatq; altaria donis.
Idem in Buco. Forte sub arguta consederat ilice Daphnis. Idem in.i.Aenei. forsan & hæc olim meminisse iuuabit. In Bucolicis: forsitan illum, Aut herba captum uiridi.Idem in .x. cæloq; animum fortasse ferebat. Et fors quidem & forsan & forsitan dubitandi sunt,forte uero euētus pro fortuitu, quod à fortuitus deriuatiuo nomine fit.Fortasse autem & fortassis pro temere. quomodo à diuino quoq; diuinitus θεόθεν, diuine θείως, similiter à fato fatuito μοιρίδιον fato, & fataliter μοιραίως, ab omi omnino παντελῶς. & omnifariam in omnē partem,uel ex omni parte. Deriuatiuorum aduerbioꝝ species est etiam in comparatiuis & superlatiuis. Præterea in diminutiuis, quod apud Græcos non est:& plerunq; denominatiua sunt hæc, ut clarus clarior clarissimus,clare clarius clarissime, felix felicior felicissimus, feliciter felicius felicissime, bonus bellus,bene belle,primus primulus,primum primulum, longus longulus,lōge longule.Inueniuntur tamen pauca: quæ q̄uis à nominibus non deriuentur, tamen habent comparatiua uel diminutiua,ut sæpe sæpius sæpissime & sæpiuscule. Antiqui tamen & sæpior & sæpissimus protulisse inueniunt, sicut ultra ulterius ultime, ulterior ultimus. Non enim aduerbia à nominibus, sed ab aduerbijs huiuscemodi nomina nascuntur,supra superius supreme,superior supremus. citra citerius citime, citerior citimus.extra exterius extreme,exterior extremus.infra inferius infime,inferior infimus. diu diutius diutissime,diutior diutissimus. nuper nuperius nuperrime, antiqui nuperus nuperior nuperrimus.ocyor quoq; ocyssimus,& ocyus ocyssime,à græco est ὠκύς. Satis quoq; quia pro sufficiens accipitur quomodo supra diximus,ideo habuit comparationem satius.attendendum igitur,q; non inueniuntur cōparatiua aduerbia,nisi sint adiuncta comparatiuis nominibus. Diminutiua tamen rarissime,ut clam clanculum. Terentius in Eunucho: Cum in cellulam ad te patris penum omnem congerebā clanculum. Deriuantur autem aduerbia à nominibus, sapiens sapienter. à pronominibus, ab ille illic.à uerbis detero deterius. à participijs,indulgens indulgenter. à præpositionibus,ex, extra, sub, subter, in, inter.

De figuris.

FIguræ aduerbiorum sunt tres, simplex, composita, & decomposita. Simplex, ut diu,huc. Composita,ut interdiu,adhuc.Decomposita,quæ à compositis deriuantur,ut à potente potenter, à misericorde misericorditer, ab indocto indocte,ab imprudente imprudenter. Hæc tamen quæ & simplicia habent aduerbia etiam cōposita possunt esse,ut docte,indocte,prudenter imprudenter.Nam efficaciter sine dubio decompositum est,cum à simplici aduerbio non componitur,sed à nomine cōposito deriuat.

De significatione.

SIgnificatio aduerbiorū diuersas species habet.sunt enim temporalia, quæ præteritum tempus significant solum,ut pridem, nuper, antea , nudiustertius. Sunt alia quæ præsens,ut nunc,præsto.uel & præsens,& nō multo ante ptm perfectū,ut modo. Terentius in Andria: Modo dolores mea tu occipiunt primulum. Idem in Heautont. Age modo hodie sero ac nequicq̄ uoles, Idem in Andria: præteriēs modo mihi apud

forũ, Vxor tibi ducenda est Pamphile hodie inquit. Idem in Eunucho: uenit Chærea. Frater'ne? ita. quando? hodie. quàm dudum? modo. Accipit etiam pro infinito quo modo & nunc. Idem in eadem: Modo ait modo negat. Inuenitur etiam pro dũtaxat. Virg. in. iiij. Aene. Si modo quod memoras factũ fortuna sequat. Alia futurum, ut cras, postridie, perendie. Alia communia diuersor̃ tempor̃, ut olim, dudũ, quondam. Virgil. in. iiij. Geor. Deprensis olim statio tutissima nautis, infinite dixit. Olim p ptõ. Hora. in. i. serm. Olim truncus eram ficulnus inutile lignum. Præsentis: Virgil. in. ij. Georg. Ac iam olim seras posuit cum uinea frondes,
Frigidus & syluis aquilo decussit honorem,
Iam tum acer curas uenientem extendit in annum Rusticus.
Idem in quinto: quod tumidis submersum tundit olim Fluctibus. Futuri:
Idem in. i. Aeneidos: forsan & hæc olim meminisse iuuabit. Dudum præteriti. Teren. in Andria: Ego dudum nonnihil ueritus sum Daue. præsentis temporis: Virg. in. ij. Aeneid. iamdudum sumite pœnas. Quondam præteriti. Cicero in. i. inuectiu. Fuit fuit ista quondam in hac republica uirtus. Futuri. Virg. in Bucol. quondam tua dicere facta Tempus erit. Idem in. ij. Aeneid. Quondam etiam uictis redit in præcordia uirtus. Instantis temporis protulit similiter, aliquando, Cicero in primo inuectiuarũ: ibis tandem aliquando. Idem in. ij. tandem aliquando Quirites uel Catilinã. Quando quoq; simplex, & ex eo cõposita omnia, aliquando, siquando, nequando, quæ et infinita sunt, et antepenultimæ accentu acuto proferunt, quomodo etiam ab inde cõposita, exinde, perinde, subinde, deinde, proinde. Quando aũt & interrogatiuũ & relatiuum est, & infinitum. Interrogatiuum, ut quando ueniſti? Relatiuum, ut quãdo erã iuuenis peccaui. Infinitum, quando ueniam faciam. accentu tñ discernit, quomodo & nomina interrogatiua & relatiua. Inuenit tamen etiam pro aliquando, & pro causali coniunctione. Virgil. in. x. Aspera quis natura loci dimittere quando Suasit equos. quando p aliquando. Idem in. i. Aeneid. Hic tibi fabor enim, quando hæc te cura remordet, qñ pro quoniam hic accipitur. Alia localia, hæc quoq; uel discretas, uel communes habent locor̃ significationes. Discretas ad locum, ut huc, illuc, quo. in loco, ut illic, hic, ubi, quod interrogatiuum penultimam acuit, ut si dicam, ubi est Pamphilus? Relatiuum grauatur, ut Virgilius in primo Aeneidos:
Sæuus ubi Aeacide telo iacet Hector, ubi ingens
Sarpedon, ubi tot Simois correpta sub undis. Quomodo & unde, ut Horatius in. ij. sermonum: Vnde & quo Catius? Interrogatiuum acutam penultimam habet. Relatiuum grauat. Virg. in. i. Aenei. genus unde latinum. De loco, ut hinc, illinc, istinc, inde. Per locum, ut hac, illac, qua. hoc quoq; quomodo omnia infinita, id est, quo, ubi, unde, qñ relatiuũ est grauat, aliter suum accentũ seruat. Cõmunes, ut peregre sum, peregre abeo, peregre aduenio, peregre trãseo. Similiter pone, supra, intra, infra, extra, ultra, citra, quæ etiã casibus frequẽter solẽt iungi grauariq; atq; ideo à quibusdam præpositiones esse putant. sed illa ꝓprie est præpositio, quæ separata nũquam potest fine casualibus ꝓferri, ut e ex a abs de pro sub in & similia. Aduerbia uero, quæ coniungi solent casualibus, etiã p eclipsim casualiũ licet proferre, ut Pone subit coniunx, & ultra citraq; nihil est. Et ꝑ aduerbia etiã p se habent aliquã certã significationẽ, præpositio uero nõ. ut si dicã de, uel in, nescio per se quid significent, nisi coniunganť cum aliqua dictiõe. Si em̃ dicam de partibus orationis, aliã habet significationem, & si dicã de loco in locum, aliã. In superiore em̃ τὸ περὶ, in sequẽti δὲ ἀπὸ significat. Similiter deduco κατάγω, descẽdo κατέρχομαι. Extra uero & pone & supra, indubitabilẽ habent loci significationẽ, ex quo ostenduntť magis aduerbia esse. Sunt quædam unam loci significationẽ habẽtia, quæ est ad locũ, ut horsum, istorsum, deorsum, sursum, sinistrorsum, dextrorsum. Similiter aduerbia ostenduntť composita, Italiã uersus, Siciliã uersus, quæ ipse accentus ostendit esse cõposita, nisi dicamus, ꝑ uersus inclinat sibi suprapositа nomina, Dehortatiuũ est ne, hoc etiam accipit ꝓ neq; & pro ut nõ

& pro ualde. pro neq;, ut Cicero in quarto inuectiuaꝝ: Ne dici quidem opus est, pro ne q; opus est dici. pro ut non, Terentius in Adelph. Ne dicam dolo, pro ut non dicam. pro ualde: Idem in Andria: Ne illa illum haud nouit, cuius causa hæc incipit. Abnegatiuum est, ut non, haud, nequaquam, minime. Sciendum tamen q; etiam aliæ partes accipiuntur pro aduerbiorum diuersis significationibus: & est quando duæ pro una, ut nullomodo, nullatenus. quomodo & aduerbia loco nominũ posita inuenimus. Virgilius in. vij. Sponte sua, similiter & mane nouum, ut Lucanus in primo: Tu satis ad uires Romana in carmina dandas. Et Sallustius in Catilin. Satis loquentiæ, sapientiæ parum. Confirmatiua, ut profecto, scilicet, quippe, uidelicet, nempe, ut Persius: Nempe hoc assidue. Duæ quoq; partes pro his ponuntur, ut quidni, curnon, siceſt, quidistic. quo frequenter Terẽtius utitur in confirmatione, ut in Adel. Quidistuc? accedo ut rectius dicas. Similiter militiæ in loco solum inuenitur, quomodo uesperi in tempore. Et sciendũ quod pleraq; aduerbia localia pro temporalibus accipiuntur. Virg. in. ij. Aenei. Inde thoro pater Aeneas sic orsus ab alto, pro deinde dixit. & in. i. Hæc ubi dicta, cauum conuersa cuspide montem, pro postquam. & Terẽtius in Eunucho: Hic ego illum contempsi præ me, pro tũc. Temporalia autem pro localibus nõ accipiuntur, ut nunc, modo, nuper, postq̃. Iuratiua, ædepol, castor, hercle, mediusfidius. Per quoq; præpositio, potest etiam pro aduerbio accipi iurãdi, ut Virg. in. x. Per te per qui te talem genuere parẽtes. Idem tamen etiam cõfirmatiuum est aduerbium, ut Terentius in Andria: Tu quoq; perparce nimium nõ laudo. Sic quoq;, quõ per, coniunctum casualibus, & graui accentu prolatum iuratiuum est. Virgil. in. Buco. Sic tua cyrneas fugiant examina taxos. Optatiua utinam, ò, ut si, ut Virgilius in primo Aeneid.

Atq; utinam rex ipse noto cõpulsus eodem Afforet Aeneas. Idem in. viij.
Adsis ò tantum, & propius tua numina firmes. Idem in. vi.
Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus,
Ostendat nemore in tanto. ut autem & si. Sunt etiam coniunctiones causales. sed ut est etiam similitudinis aduerbium, potest etiam pro temporali accipi, Vt uidi ut perij. & ex hoc componitur utinam. Inuenitur etiam ut pro utinam, ut Horatius in. ij. Serm. O pater & rex, Iuppiter, ut pereat positũ rubigine ferrũ. ut pro utinam, uti enim, & ut idem sunt. Hortatiua, eia, age. Et notandum q; uidetur hoc aduerbium etiam pluralẽ habere, ut agite, ut Vir. in. viij. Ergò agite ò iuuenes tantarum in munere laudum. Remissiua sunt superioribus contraria, ut pedetentim, paulatim, sensim. Qualitatis, ut bene, male. Quantitatis, ut nimium, parum. hæc autem plerunq; à nominibus adiectiuis fiunt, ut disertus diserte, celsus celse, maximus maxime, paulus paulatim. Nec non etiam à participijs, siue uerbis, ut cursim, strictim, minutatim. Dubitatiua, forsan, fortassis, & fortasse, fors, forsit. Virg. in. xi. Fors & uota facit cumulatq; altaria donis. Idem in. i. æne. forsan & hæc olim meminisse iuuabit. Terent. in And. Forma bona fortasse. Hora. in. i. Serm.

Dissimile hoc illi est, quia non ut forsit honorem.
Iure mihi inuideat, qui uis ita te quoq; amicum.

Congregatiua loci sunt & temporis cõmunia, ut simul, unà, pariter. In eodem loco, & in eodem tempore, ut Virg. simul hoc simul ingens. Et in. i. Vnà Eurusq; Notusq; ruũt. Discretiua, seorsum, deorsum, secus, separatim, secreto, utrinq;, diuise, singillatim, bifariam, multifariam. Similitudinis, ut quasi, ceu, uelut, uelutí, sic, sicuti, ut, uti. Hæc etiam coniunctionum uim habent causalium, qñ ἵνα uel ὅτι significãt græcas coniunctiones. Virgilius in undecimo: capias ut digna Camillæ Præmia. Cicero in. iiij. inuectiuarum: Illud uero non ne ita præsens est, ut nutu Iouis Optimi Maximi factum esse uideatur? ut cum hodierno die mane p forum meo iussu, & coniurati, & eorum iudices in ædem Concordiæ ducerentur, eo ipso tempore signum statueretur. Ordinatiua sunt, deinde, continuo, protinus, postea, pterea. Intẽtiua, ut ualde, nimium, prorsus, penitus, omnino. Compatiua, ut magis, minus, hoc cum aduersa qualitate cõiunctum, cõtrariæ qualitatis comparatiuũ significat, ut minus prudẽs, pro stultior, & minus stultus, pro prudentior,

Superlatiua,maxime,minime,ocyſſime. Et ſciendum ꝙ omnia quæ ab aliꝭs deriuantur illorum ſignificationem uel qualitatem generalem ſeu ſpecialem ſeruant, ut à propriꝭs, Demoſthenes demoſthenice dicitur,Tullius tulliane,Salluſtius ſalluſtiane. Similiter ab appellatiuis generalibus,à corpore corporaliter,à quali qualiter,ab alio aliter, à genere generaliter,à ſpecie ſpecialiter,à latino latine, à græco græce, à uiro uiriliter, à muliere muliebriter. Et nota ꝙ pleraq; ex nominibus fiunt deriuatiuis. à græcis quoq; nominib. deriuantᵉ aduerbia,ut ὠκύς ocyus ocyſſime.habẽt tñ nomina ocyor ocyſſimus. Præterea quõ apud Græcos anomale ἀπὸ τοῦ εἷς ἅπαξ aduerbium dicitᵉ, ſic & apud nos inæqualiter ab uno ſemel profertur. A duobus quoq; ꝑ græco δίς nos bis dicimus. Cæteri eñ numeri à uocibus ſuis faciunt aduerbia,tres,ter,quatuor,quater. A quinq; uero uſq; ad mille in es productam deſinunt aduerbia,ut quinquies,ſexies, ſepties, ſic reliqui ut ſupra dictum eſt. A quot uero & tot in ns terminanᵉ,quotiens & totiens.ſunt igitᵉ hæc numeralia.Inueniunᵉ apud nos præterea aduerbia diminutiua, quæ apud Græcos non ſunt,ut clam,clanculum,bene,belle,belliſſime. Quomodo autem ſunt nomina, ſynonyma,& polyonyma, ſic inueniunᵉ aduerbia, uel in una ſignificatione multas habentia uoces,uel in una uoce multas habentia ſignificatiões,ut ubi πῇ ὴ ὅπου. Similiter quo,qua, qñ,& infinita ſunt & interrogatiua,& relatiua.Quando autem etiam & pro coniunctione cauſali inueniᵉ.Tandem quoq; non ſolum pro aduerbio temporali,ſed etiam pro cõiunctione repletiua inueniᵉ,ut Cicero in.i.inuectiua:Quouſq; tandem abutere Catilina patientia noſtra? O,quoq; diuerſas habet ſignificationes.Eſt enim aduerbium uocandi,ut Virg.in.i. æne. O regina nouam cui condere Iuppiter urbem. Eſt admirandi,ut Iuue.in.iiij.O qualis facies & quali digna tabella.Eſt indignandi, ut Cicero in.i.inuect. O tempora ò mores.Eſt optandi,ut Virg.in.viij. Adſis ò tantum,& propius tua numina firmes.Eſt etiam nomen ipſius literæ.In aliꝭs quoq; multis aduerbiꝭs inuenis diuerſas ſignificationes in una eademq; uoce. Quõ etiam ex contrario in diuerſis uocibus unam ſignificationem,ut qñ,aliqñ,olim,dudum,cito,propere,celeriter, actutum. De ordine quoq; aduerbiorum quæriᵉ utrum præponi,aut ſupponi uerbis aptius poſſint,& manifeſtum eſt,ꝙ aptius quidẽ præponũtur, quõ adiectiua nomina, ut bonus homo bñ agit, fortis imperator fortiter pugnat.Licet tñ tam hæc q̃ illa præpoſtere proferre. Exceptis monoſyllabis quidem omnibus,ut o, non, ne, dum, cum temporale, per, ſic, quod aduerbium eſt qñ affirmationem ſignificat,ſicut etiam uel cum pro ualde poniᵉ. Demonſtratiua quoq; & interrogatiua præponunᵉ uerbis,ut en, ecce,cur, quare, quamobrem. Similiter hortatiua & ſimilitudinis & uocandi & optandi,ut eia,age,quaſi,ceu, ueluti, heus,o,utinam. Teren. Vtinam quod cum ſalute illius fiat uelim,ita ſe defatigarit.

Virgilius in Bucol. Sic tua cyrneas fugiant examina taxos.

Idem in octauo: non ita me referat tibi magnus ouantem,Iuppiter.

De interiectione.

INteriectionem Græci inter aduerbia ponunt, qm̃ hæc quoq; uel adiungitur uerbis, uel uerba ei ſubaudiunᵉ,ut ſi dicam papæ quid uideo? uel ꝑ ſe papæ, etiamſi non addatur,miror,habet in ſe ipſius uerbi ſignificationem, quæ res maxime fecit Romanarũ artium ſcriptores ſeparatim hanc partem ab aduerbiꝭs accipere, quia uideᵉ affectum habere in ſeſe uerbi,& plenam motus animi ſignificationem,etiam ſi nõ addatur uerbum, demonſtrare. Interiectio tamen non ſolum illa quæ dicunt Græci χλιασμὸν ſignificat, ſed etiam uoces, quæ cuiuſcunq; paſſionis animi pulſu per exclamationem interꝭciuntur. Habent igitᵉ diuerſas ſignificationes:gaudꝭ ut euax,doloris ut hei. Vir.in.ij.æne,

Hei mihi qualis erat,quantum mutatus ab illo Hectore.

Et ò dolor atq; decus magnum redituré parenti: Virg.in.xi.

Et in Buco. ah ſcilice in nuda connixa reliquit. Idem in eodem:

Ah tibi ne teneras glacies ſecet aſpera plantas.

Timoris, ut Atat,mi homo num formidoloſus es? Teren.in eunu. Admiratiõis,ut idem in eodem:Papæ,hæc ſuperat ipſam Thaidem, Inter has ponunt etiam ſonituum illite-

ratorum imitationes,ut risus haha,hehe,& phi,& heu,hoe,& hau.Possunt tñ esse quædam dubiæ inter aduerbia & interiectiones,ut o᷑, qñ indignationem significat uel dolorem,uel admirationem,interiectionem hoc accipiunt:qñ uero uocandi est,uel optandi, aduerbium.potest tñ etiam nomen esse ipsius literæ,ut supradiximus. A,quoq; & præpositio est,& interiectio,& nomen.Præpositio,ut à summo ad imum:Interiectio,ut p̃monstrauimus in Buco.esse positum:Nomen ipsius literæ.Pro quoq; tam præpositio q̃ interiectio. Præpositio,ut Virg.in.xñ.

Pro Latio obtestor pro maiestate tuorum.

Et in quinto:

Pro se quisq; uiri,& depromunt tela pharetris.

Interiectio,ut Lucanus in. iñ.

pro᷑ si remeasset in urbem Gallorum tantum populis arctoq; subacta.

Optime tñ de accentibus earꝫ docuit Donatus,q; non sunt certi.Quippe cum & abscondita uoce,id est non planè expressa proferant᷑,& pro affectus commoti qualitate,cõfundantur in eis accentus. Aliæ tamen quoq; partes orationis,singulæ, uel plures solent interiectiue proferri, ut Virgilius in I.Aeneidos,

Nauibus infandum amissis unius ob iram.

Infandum, pro interiectiõe protulit. Proprie tñ uoces interiectionũ primitiuæ sunt,ut papæ,euax,hei,heu,heuhoe, hoe, & similia.

PRISCIANI GRAMMATICI CAESARIENSIS LIBER XVI.

De coniunctione.

Coniunctio est pars orationis indeclinabilis,coniunctiua aliarum partium orationis,quibus consignificat, uim uel ordinationẽ demonstrãs. Vim,quando simul esse res aliquas significat,ut & pius & fortis fuit Aeneas. Ordinem,quando consequentiã aliquarum demonstrat rerum,ut si ambulat,mouetur. Sequitur enim ambulationẽ motus,non tamen etiam motum omnimodo sequitur ambulatio.Potest enim aliquis & sedens & accumbẽs mouere,ambulare autẽ sine motu non potest. Accidunt igitur coniunctioni figura & species,quam alñ potestatem nominant,quæ est in significatione coniunctionũ,præterea ordo.Figura simplex quidem,ut at,&,sed: Cõposita uero,ut atq;, etenim,sedenim.Hæc enim ex accentu composita esse noscunt᷑. Species sunt coniunctionum,copulatiua,cõtinuatiua,subcontinuatiua, adiunctiua, causalis, effectiua,approbatiua,disiunctiua,subdisiũctiua,disertiua,præsumptiua,aduersatiua,abnegatiua,collectiua uel rationalis uel illatiua,dubitatiua,completiua.Copulatiua ẽ quæ copulat tam uerba q̃ sensum, ut &,q;,ac,atq;,quidem,quoq; quando pro q; ponitur, at, ast,sed,autem,uero quando pro autem accipitur. hæc enim copulant cum confirmatione intellectum.Inueniũtur tamen multæ,tam ex supradictis,q̃ ex alñs coniunctionibus, diuersas significationes una eademq; uoce habentes,sicut usibus ostendemus, ut q;,inuenitur etiam cõpletiua,ut Virgilius in ix.Aene.Alcandrumq; Haliumq; Nemonaq; Prytaniumq;. Ac,non solum pro &,sed etiam pro q̃ accipitur,Virgi.in iñ.Aeneid. Haud secus ac iussi faciunt,tectosq; per herbam.Terent.in Phormio. Nunq̃ æque inquit,ac modo paupertas onus uisa est mihi & miserum & graue.Sallust.in Iugurt.Præterea transuersis itineribus quotidie castra mouere iuxta᷑ ac si hostis adesset, uallo atq; fossa munire.Similiter atq; Terentius in Phormione,Ne simili utamur fortuna atq; usi sumus.Cõtinuatiuæ sunt quæ continuationẽ & consequentiam rerum significant,ut si cum ἐπεί græcum significat:quando enim ἐπεὶ causalis est.similiter siue,sin,seu,tam cõtinuatiuæ sunt, q̃ causales. Proprie aũt continuatiuæ sunt quæ significant ordinem præcedentis rei ad sequentẽ, ut si stertit dormit, & si ægrotat pallet,& si febri uexat᷑ calet.Non enim conuerso ordine in his consequentiam sententiæ seruat oratio,non enim q; dormit omnimo

do ſtertit,quō qui ſtertit oīmodo dormit.nec qui pallet,omnimodo ægrotat, quomodo qui ægrotat,omnimodo pallet.nec qui calet omnimodo,& febri uexatur,quomodo qui febri uexatur omnimodo,& calet.Et hæ quidem,id eſt,cōtinuatiuæ,qualis eſt ordinatio & naturā rerum cum dubitatione aliqua eſſentiæ rerum ſignificant.ſubcontinuatiuæ uero cauſam continuationis oſtendunt conſequentem cum eſſentia rerum,ut quoniam,quia:ut quoniam ambulat,mouetur:quia ſol ſuper terram eſt,dies eſt. utrunq; ēm ſignificat fieri ordine conſequenti. Quidam tamen & has continuatiuas & ſubcontinuatiuas inter ſpecies cauſalium poſuerunt,quomodo & adiunctiuas,& effectiuas.Nec irrationabiliter.& continuationis enim & ſubcontinuationis,& adiunctionis,& effectionis per has cauſa oſtenditur reddi.Continuationis,ut ſi ambulat,mouetur.Subcontinuationis,ut quia ambulat,mouetur.Adiunctionis,ut moueatur ambulat:Effectionis, mouet: ambulat enim.Eſt autem quando ut,etiam pro ὅτι græca ponitur. Terentius in Phormione,Si eſt ὁ patrue,culpam ut Antipho in ſe admiſerit,Non cauſam dico. Sunt etiā cauſales quaſi proprio nomine.quoniam prodeſt tibi,lege.&,Heu quia nam tanti cinxerūt æthera nymbi,Virgilius in v.Et quamobrē diſcede.Cauſales igitur,quas alīj in una ſpecie poſuerunt,Apollonius pater Herodiani in quinque ſpecies diuidit,quas ſupra oſtēdimus,id eſt continuatiuas,ſubcontinuatiuas,cauſales,adiunctiuas,effectiuas. Adiunctiuæ ſunt,quæ uerbis ſubiunctiuis adiungūtur,ut ſi,cum,ut,dum,quatenus quādo ἵνα græcam coniunctionem ſignificat. Similiter cum,quando ἐπεὰν græca intelligitur,ut ſi uenias,faciam.&,ut profit tibi facio. Virgil.in i. Aeneid.Multa quoq; & bello paſſus,dum conderet urbem,Inferretq; deos Latio.Similiter quatinus id libenter faciat.ut Virgi.in Bucol.Cum faciam uitula pro frugibus,ipſe uenito.Inueniuntur tamen ex his quædam ſimul & cauſales,ut exerceo te ut ſis ſanus.Eris doctus ſi legas.Et hoc intereſt inter adiūctiuas & propriē cauſales,q̄ hæ cauſales cum affirmatione, illæ cum dubitatione proferunt̄. Inueniūtur tamen nomina uel pronomina,uel etiam præpoſitiones,uel aduerbia, quæ loco cauſaliū accipiuntur coniunctionum.pronomina,ut ideo,eo.nomina,qua cauſa,qua gratia,quapropter,quamobrem,& quas ob res. Ne quoq; quando ἵνα,μή ſignificat,coniunctio eſt cauſalis,Virgilius in ij.Aeneidos,Neu recipi portis,aut duci in mœnia poſſit,Neu populū antiqua ſub religione tueri.Et nota aut,quoq; & neu hic pro copulatiuis eſſe coniunctionibus.Inuenitur etiam ne pro neq;,quæ copulatiua eſt coniunctio.Sub una enim abnegatione copulat res,quomodo & nec.Lucanus in primo,Nec ſe Roma ferens.Cicero in iij.Inuectiuarū,Ne dici quidem opus eſt quanta diminutione ciuium.Teren.in Eunuch.Non eam,ne nunc quidem cum accerſor ultro?pro neq; nunc. Hoc autem,id eſt ne,quando μή uel πάνυ ſignificat,aduerbium eſt.Inuenitur tamē etiam uerbum pro aduerſatiua coniunctione cum aduerbio,ut quamuis pro quanq̄,& pro etſi,quomodo licet & licebit. Virgil.in xi.Dicam equidem,licet arma mihi mortemq; minetur,pro quanq̄ minetur.Lucanus in vij.Omnia maiorū uertamus buſta licebit,Et ſtantes tumulos,& qui radice uetuſta Effudere ſuas uictis compagibus urnas,Plus cinerum Hæmoniæ ſulcis telluris arat̄.Et propriē cauſales ſunt quæ cauſam antecedentē, cauſatī ue(.i.res ex cauſa antecedente eueniētes)ſignificāt,ut doctus ſum,nā legi. Aeole,nanq; tibi diuū pater atq; hominū rex,Et mulcere dedit fluctus,& tollere uento: Virgili.in i. Aenei.Hic tibi fabor enim,quando hæc te cura remordet, idem in eodē. Approbatiuæ ſunt quæ approbant res,ut Virg.in xij.Equidem merui,nec deprecor inquit. Terent.in Phor.Ita cognatā equidē ad nos?unde?Inueniunt̄ & cauſales pro approbatiuis,ut Virgil.in ij.Aene.Dij,ſi qua eſt cælo pietas quæ talia curet.Idē in i.Si quid uſquā iuſtitiæ ē. Idē in v.Si cōceſſa peto,ſi dant ea mœnia Parcæ.Et ſciendū q̄ quādo approbatiuæ ſunt, indicatiuo modo iunguntur. Diſiunctiuæ ſunt,quæ q̄uis dictiones coniungant,ſenſum tamen diſiunctū habent,& alterā quidem rem eſſe,alterā uero nō eſſe ſignificant,ut uel,aut. Virgi.in vij.Siue errore uiæ,ſeu tempeſtatibus acti.&,uel dies eſt,uel nox. Iuuenalis in primo: aut dic,aut accipe calcem. Virgilius in ij. Aeneidos,Aut aliquis latet error,equo ne credite Teucri, In eodem,Aut hæc in noſtros fabricata eſt machina muros,

Et eſt qñ indicatiue dicunt, eſt qñ dubitatiue. Indicatiue, ut aut lux eſt aut tenebræ. Dubitatiue, ut aut prodeſt aut non prodeſt diuitias quærere. Subdiſiunctiuæ ſunt, quæ uoce diſiunctiuarum utrunq; tamen eſſe ſignificant, uel ſimul, ut copulatiuæ, uel diſcrete. Simul, ut Teren. in eunu. Vel rex ſemper maximas mihi gratias agebat. pro etiam rex. Idem in Phor. Vel oculum excludito, eſt ubi uos ulciſcar locus. Et Alexander ſiue Paris, pro Alexander qui & Paris dicit. Similiter Mars ſiue mauors, Gradiuus uel Maſpiter, præſul eſt bellorum. Diſcrete utrunq; tamen eſſe ſignificat, ut tota die, uel legit iſte, uel cogitat. Significat enim & legere, & cogitare, ſed non ſimul utrunq; facere, ſed alĩs horis legere, alĩs cogitare. Similiter remex, uel impellit remum, uel attrahit, cum ſimul penè utrunq; fieri intelligo, ſed diſtincte. Alius eſt enim motus pellentis, alius trahentis. Similiter ſi dicam uel tunicam mihi accommoda, uel etiam penulam, ſubdiſiunctiuum eſt: uideor enim in alterius petitione libenter utrunq; accipere. Sed poteſt hic etiã diſiunctiua eſſe: Aliud eſt enim alterutrum petere, aliud utrunq;. Ergo ſi dicam, uel tunicam, uel penulam, alterutrum oſtendo: cum uero addam, uel etiam tunicam, oſtendo uel unam rem uelle, uel duas. quod diſiunctiuum eſt, Inuenit tñ uel coniunctio etiam diminutionem ſignificans, ut Lucanus in ſeptimo:

O felix ſi te uel ſic tua Roma uideret.

Diſertiuæ uel electiuæ ſunt, quando diuerſis præpoſitis aliquid ex eis nos eligere oſtendimus, ut diues uolo eſſe quàm pauper. Terentius in Andria:

Quæ inhoneſte hic uoluit diuitias parare,
Quàm honeſte in patria pauper uiuere.

Eſt autem quam accũs quæ infiniti nominis, & aduerbium ſimilitudinis. Vt Terent. in Phorm. Quàm inique comparatũ eſt. pro ut, & duplicatum p coniunctione aduerſatiua quoq; accipitur, ut Virgilius in ſexto:

Quanquam ò, ſed ſuperent quibus hoc Neptune dediſti. Idem in. ĩ. æneid.
Quanquam animus meminiſſe horret. Aduerſatiuæ ſunt quæ aduerſum conuenienti ſignificant, ut tamen, quanquam, quamuis, etſi, etiamſi, ſaltem, hæc etiam diminutiuam ſignificationem habent, ut Virg. in. iiĩ. æneid.

Saltem ſi qua mihi de te ſuſcepta fuiſſet,
Ante fugam ſoboles. Idem in. ĩ.
Et magis atq; magis quanq̃ ſecreta parentis,
Anchiſæ domus, arboribusq; obtecta receſſit, Clareſcunt ſonitus.

Aduerſum em̃ cõuenienti ſignificat. At quoq; p ſaltem, & uel & aut inuenit. Vir. in. vi.

Si te nulla mouet tantæ pietatis imago,
At ramum hunc (aperit ramum, qui ueſte latebat) Agnoſcas.

Et, ſi non uis ediſcere uel intellige, pro ſaltem intellige. Similiter ſi non factis debitum reddis, aut uerbis age gratias, pro ſaltẽ uerbis. Ne quoq; in eadem inuenit ſignificatiõe. Salluſt. in Catil. quippe ſecũdæ res, ſapientiũ animos fatigant, ne illi corruptis moribus uictoriæ temperarent. Inuenit etiam in hac ſignificatione, nec & neq;, ut nec una hora auarus negligit lucrum, neq; pius iuſtitiam, neq; unum aſſem præſtat illi egenti, nec hic abnegat petenti aliquid prorſus, quod põt & decet. Abnegatiuæ ſunt apud Græcos κὲν & ἂν, quæ uerbis coniunctæ poſſe fieri rem oñdunt, ſed propter cauſam aliquam, ne fiat impediri, ut ἐποίησα ἂν εἰ δυνηθείην, & καί κὲν γηθήσῃ πρίαμος πρίαμοιό τε παῖδες. Nos aũt ſine coniunctionibus ſubiunctiuis utimur uerbis, in huiuſcemodi ſenſibus, ut feciſſem ſi potuiſſem, Et gaudeat Priamus ſi audeat. Virg. in. xi.

Tu quoq; nunc ſtares immanis truncus inermis,
Eſſet par ætas, & idem ſi robur ab annis.

Stares ἕστηκας ἄν. Collectiuæ uel rõnales ſunt ergo, igit, itaq;, qñ antepenultima acuitur, quin, alioquin, imò, utiq;, atqui. hæ enim per illationẽ colligunt ſupradictum, hoc eſt ratione cõfirmant, ut Cice. pro Ligario: Habes igit quod eſt accuſatori maxime optandũ, confitentẽ reum. Lucanus in. ix. Ergo pari uoto geſſiſti bella iuuentus, Inuenit tñ etiam

pro expletiua,ut Teren.in And.Mihi' ne? tibi ergo.Virgi.in.x. quin occidit una Sarpedon mea progenies. Teren.in eunu. Atqui ita opus est.Cice.pro Ligario:Itaq; quo me uertam nescio.dicunt tñ hæ eædem illatiuæ,q; præpositis aliis inferunt, ut etenim Catilinam Cicero solus sapientia domuit,Solus igitur Cicero patriam seruauit.Dubitatiuæ sunt quæ significant dubitationẽ,ut an,ne,correpta,nec ne,ut Vir.in.iij.ænei. Eloquar an fileam,gemitus lachrymabilis imò.Idem in.i.æne.An Phœbi soror,an nymphaꝝ sanguinis una.Idem in.xi.Iustitiæ ne prius mirer belli ne laborum? Frequentissime tñ hæ eædem interrogatiuæ sunt,ut Virg.in.iij.æne. Hectoris Andromache Pyrrhin' connubia seruas? Idem in.x. tanton' me crimine dignum? hæc eadem inuenit & pro confirmatiua,ut Hora.in.ij.serm. Clarus erit,fortis,iustus,sapiens,ne etiam & rex. Idem in.i. O seri studioꝝ,qui ne putatis Difficile,& mirum,Rhodio quod Pitholeonti Contigit. Teren.in And. Nunc ne demum istud uerbum in te incidit.Hic enim ne cõiunctio,nec interrogatiua,nec dubitatiua,sed confirmatiua est.Virgilius in.x.

Tanta'ne me tenuit uiuendi nate uoluptas,
Vt pro me hostili paterer succumbere dextræ? Est enim ne pro etiam. Sola hæc apostrophum accipit apud Latinos.Necne quoq; pro & an non,accipit,ut:Sit sensus in morte necne, prodest recte uiuere. Completiuæ sunt,uero,aũt,quidem,equidẽ,quoq;, enim,nam,namq;,& ferè quæcunq; coniunctiones ornatus causa uel metri, nulla significationis necessitate ponunt,hoc nomine nuncupant. Omnes tñ hæ inter alias species inueniunt,ut si dicam:Aeneas uero & pius & fortis fuit. Completiua est,quia & si tollat uero,significatio integra manet:Sin aũt dicam, Aeneas quidem pius fuit, Vlysses uero astutus,hic pro copulatiua,accipit,quia utriusq; rei simul essentiam significat, cum substantia.potest tñ & distributiua dici,quia distribuit diuersas res,diuersis personis. Completiuam aũt esse,etiam Sallust.oñdit in Catil.Verũ enimuero,is demũ mihi uiuere, & frui anima uidet.hic em̃ ornatus causa uero adiuncta est, quãuis possit etiam approbatiua esse.Similiter Virg.in.xij. equidem merui nec deprecor inquit,poterat sensus stare etiam sine equidẽ,si dixisset,ego merui nec deprecor. Sed siue metri causa, siue ornatus addidit equidẽ.Vnde nec intulit autẽ uel uero subiunctiuas eius,uel tñ,quæ ipsa quoq; sæpissime cõpletiua inuenit,ut Statius in.xi. Me miseram uinces prius hæc tñ arma necesse est,Experiare domi. Sciendum tñ q; quidam equidẽ coniunctionẽ cõpositam esse existimant,ab ego & quidẽ.sed errant.simplex em̃ est. & hoc maxime ex ipsa quoq; constructione orationis possumus intelligere. Nam equidẽ facio,equidẽ facis,equidẽ facit, dicimus. Et põt equidẽ & ad primam & ad secundam & ad tertiam transferri psonam, quod minime fieret,si esset compositũ ex ego & quidẽ. Nemo enim dicit ego quidẽ facis,ego quidem facit,sed ego quidẽ facio, tantũmodo ad primã personam. Et hoc usus etiam autoꝝ approbat,qui equidem præposita,ego subiungunt, ut Sallusti.in Catilin. Equidem ego sic existimo patres conscripti,oẽs cruciatus.Si esset enim cõposita equidẽ ex ego & quidẽ,minime ei ego subiungeret. Quoq; qñ pro etiam, uel pro,&, accipit, copulatiua est,ut Virg.in.vij.Tu quoq; littoribus nostris æneia nutrix.Qñ aũt superuacua ponit,completiua est,ut Virg.in.i.Multa quoq; & bello passus.non egeret ea sensus si dixisset:Multa & bello passus.nisi q; quidam existimant,ut pro aduerbio similitudinis accipiatur,quõ item.Enim quoq; cum sit causalis,τὸ γὰρ significat,ut cole prudentiã.hæc enim fundamentũ est omniũ animi uirtutum.Inuenit tñ etiam completiua,qñ δὲ significat græcam coniunctionem,ut Progeniem sed enim Troiano à sanguine duci,Audierat:Virgilius in.i.Inuenitur eadem etiam pro affirmatiua,ut Teren.in Andria:Enimuero Daue,nihil loci est segnitiæ,neq; socordiæ.& maxime præpositiua hanc habet significationem,ut idem in Adel. enim non sinam.Similiter nam,quõ enim,est qñ γάρ, est qñ δὲ græcam coniunctionẽ cõpletiuam uel affirmatiuã significat,ut Virg.in.iiij.geor.

Nam quis te iuuenum confidentissime nostras,
Iussit adire domos? τίς δὲ, hic repletiuæ uim habet. Idem in.v.
Heu quia nam tanti cinxerunt æthera nymbi, Idem in.i.ænei.

Aeole,nanq; tibi diuûm pater atq; hominum rex, hic causalis est coniunctio. Ordo ac cidere dicit coniunctionibus,qui communis est penè omnibus dictionibus. Quædam enim naturaliter præponũtur,ut præpositiones casualibus,& aduerbia pleraq; uerbis. Et interrogatiuis uel infinitis relatiua subiunguntur uel redditiua nomina,uel aduerbia. Adiectiua nomina præponuntur appellatiuis,ut sapiens homo,& citus equus. Est tamen quando autoritas præpostere his utitur. Similiter igitur coniunctiones pleræq; tam præponi q̃ supponi possunt. Sunt tamen quædam quæ semper præponunt,ut at, ast,aut,ac,uel,nec,neq;,si,quin,quatenus,sin,seu,siue,ni: Aliæ quæ semper supponunt, ut q;,ne,ue. quæ etiam encliticæ sunt. quidem,quoq;,autem. quod tamen antiqui solebant etiam præponere. Aliæ penè omnes indifferẽter & præponi & supponi possunt, ut &,atq;,quæ poetice postponuntur,aliter non,ut Virg. in. ix.

Suspiciens altam lunam,& sic uoce precatur.

Horat. in. i. sermo. Cum me hortaretur parce,frugaliter,atq;
Viuerem uti contentus eo quod mihi ipse parasset.

Et equidem,saltem,tamen,quanquam,quando,quatenus,nam,enim,itaq;, quoniam, quapropter,ergo,igitur,quia. Et sciendum q; pleræq; coniunctiones, quomodo præpositiones diuersas habent,in una eademq; uoce significationes, quod in multis iam ostendimus. Hoc quoq; non est prætermittendum, q; coniunctiones sibi præpositæ inueniuntur,tam eiusdem potestatis cum sint,quàm alterius, ut Cicero in Prognosticis:

Ast autem tenui,quæ candent lumine phathnæ.

Virg. in. i. Atq; equidem Teucrum memini Sidona uenire.

Idem in. iij. Nam neq; erãt astrorũ ignes,nec lucidus æthra Siderea polus,

PRISCIANI CAESARIENSIS GRAMMATICI LIBER XVII.

De constructione,siue de ordinatione partium orationis.



QVoniam in antè expositis libris de partibus orationis in plerisq; Apollonij autoritatem sumus secuti, alioq; quoq; siue nostroq; siue Græcoq; non intermittentes necessaria, & si quid ipsi quoq; noui potuimus addere. Nunc quoq; eiusdem maxime de ordinatione, siue constructione dictionum, quam Græci σύνταξιν uocant uestigia sequentes, si quid etiam ex alijs, uel ex nobis congruum inueniat, non recusemus interponere. In supradictis igitur de singulis uocibus dictionum,ut poscebat ratio, tractauimus: nunc autem dicemus de ordinatione eaq;,quæ solet fieri ad cõstructionem orationis perfectæ, quam admodum necessariam ad autoq; expositionem omnium diligentissime debemus inquirere. Quod quemadmodum literæ apte coeũtes faciũt syllabas,& syllabæ dictiones,sic & dictiones orationem. Hoc enim etiam de literis tradita ratio demonstrauit,quæ bene dicũtur ab Apollonio, prima materies uocis humanæ indiuidua. Ea em̃ non quocunq; modo iuncturas ostendit fieri literarũ,sed per aptissimam ordinationẽ,unde & literas uerisimiliter dicunt autores appellari,quasi legiteras,q; legendi iter præbeant ordine congruo positæ. Necnon etiam à literis syllabæ idem recipiunt, cum ex his coeuntes iuncturæ pro debito dictionem perficiunt. Igitur manifestum est,quod consequens est,ut etiam dictiones, cum partes sint per cõstructionem perfectæ orationis,id est τὴν κατὰ σύνταξιν αὐτοτελοῦς λόγου aptam structurã, id est ordinationem recipiant. Quod em̃ ex singulis dictionibus paratur sensibile,id est intelligibile, quodammodo elementum est orationis perfectæ. & quomodo elementa iuncturis syllabas efficiunt suis, sic etiam ordinatio intelligibilium imaginẽ quandam syllabæ perficit adiunctione dictionũ. Est em̃ oratio comprehensio dictionum aptissi-

me ordinatarum,quomodo ſyllaba comprehenſio literarum aptiſſime coniunctarꝫ. & quomodo ex ſyllabarum coniunctione dictio, ſic etiam ex dictionum coniunctiõe perfecta oratio conſtat. Poſſumus autem ex accidentium quoqꝫ ſimilitudine hoc contemplari. Bis idem elmentum accipiẽt,ut relliquias,reddo. ſed etiam ſyllaba,leleges, tutudi,peperi. Similiter & dictio,ut me me, adſum qui feci, Fuit fuit illa quondam in hac repub. uirtus: Cicero in.iiij.Inuectiuarꝫ. Peruenit tamen hoc uſqꝫ ad plenas oratiões, cum ſemel dicta iterum repetantur,uel neceſſario,uel moræ cauſa,ut ſi dicamus: Magnus poeta Virgilius fuit. Magnus poeta Virgilius fuit. Inuenalis in ſecundo:

Tu' ne duos una ſæuiſſima uipera cœna? Tu' ne duos? Abundat litera non eadẽ, ut prodeſt pro proeſt, & ſicubi pro ſiubi. Abundat etiam ſyllaba, ut huiuſcemodi pro huiuſmodi, induperator pro imperator. Necnon etiam dictio tam in compoſitione,q̃ in appoſitione. In compoſitione,ut Terentius in Phorm̃. Exaduerſum ei loco, pro aduerſum. Et in Andria: Abhinc triennium,pro hinc. Et in Eunucho: Emori ſatius eſt, pro mori. In appoſitione quoqꝫ, ut Virgilius in: ſic ore locuta eſt:abundat enim ore. Idem in.xi. Iachrymis ita fatur obortis: Te 'ne inquit, miſerande puer cum læta uideret Inuidit fortuna mihi? Nam cum dixiſſet fatur,ſuperuacuũ eſt inquit. Nec mirum,cum expletiuæ coniunctiones,quantum ad ſenſum,plerunqꝫ ſuperuacue ponantur. Necnon orationes inuenimus ſimiliter ſuperuacue poſitas, ut Ibant quà poterãt, & quà non poterant non ibant. Contrariæ ſimiliter paſſiones per defectionẽ fiunt literæ,& ſyllabæ,& dictionis,& orationis. Literæ,ut ſciit pro ſciuit,audacter pro audaciter. Syllabæ,ut commorit pro commouerit. Horatius in.ij. ſermo. at ille Qui me commorit,melius non tangere clamo, Flebit. Deũm pro deorꝫ, acceſtis ꝓ acceſſiſtis. Horatius in.iiij.Carmi. Quæ me ſurpuerat mihi,pro ſurripuerat. Dictionis,ut:

Vrbs antiqua fuit Tyrij tenuere coloni. deeſt enim quam.

Similiter Hæc ſecum: Me 'ne incœpto deſiſtere uictam? deeſt enim dicebat. In cõpoſitis quoqꝫ idẽ fieri ſolet,ut: Incubuere mari,totumq̃ à ſedibus imis

Vnà Eurusq̃ Notusq̃ ruunt, pro eruunt: deeſt enim præpoſitio ẽ ad perfectionem plenæ orationis. In his ſunt etiam illa quibus deeſt in fine uerbum,ut Virgil.in.iij.Aenei. O' mihi ſola mei ſuper Aſtyanactis imago: deeſt enim es uerbum ad perfectionem orationis. Nec enim apocopam poſſumus eam dicere,quæ fit in plena dictione,ſed quæ in litera uel ſyllaba ſenſu per ſe carẽtibus. Orationis quoqꝫ fit defectio,ut apud Terentium in Eunuc. Ego 'ne illam,quæ illum, quæ me, quæ non. Deeſt enim unicuiq̃ conſtructio plenæ orationis. Ego 'ne illam digner aduentu meo, quæ illum præpoſuit mihi,quæ me ſpreuit,quæ me non ſuſcepit heri. Et ſi ſemel dicta oratio bis uel ter uel ſæpius eadem intelligat̃, ut: magna uiris gloria eſt prudentia, & fortitudo,& pudicitia,& iuſtitia,& temperãtia: ubiq̃ ẽm ſubauditur,magna uiris gloria eſt,quod ſemel dictum eſt. Quomodo aũt literarum rationem,uel ſcripturæ inſpectione,uel aurium ſenſu dijudicamus,ſic etiam in dictionum ordinatione diſceptamus rationem contextus,utrum recta ſit,an non. Nam ſi incongrua ſit,ſolœciſmum faciet, quaſi elementis orationis inconcinne coeuntibus, quomodo inconcinnitas literarꝫ uel ſyllabarꝫ,uel eis accidentium,in ſingulis dictiõibus facit barbariſmum. Sicut igitur recta ratio ſcripturæ docet literarꝫ congruam iuncturam,ſic etiam rectam orationis cõpoſitionem,ratio ordinationis oſtendit. Dicimus præpoſitiua elementa,tam in conſonantibus q̃ in uocalibus,ſed etiam in ſyllabis ſunt quædam præpoſitiua elemẽta, ut in diphthongis a & e & o. Præpoſitiuæ ſunt,ut ae au eu oe ei. I uero & u poſtponuntur. Et aſpirationes uocalibus adiunctæ in principio ſyllabarꝫ inueniuntur, ut habeo,hermus,hircus,homo,hora,humus, humanus. Et u loco conſonãtis poſita, & q & k ſemper in initio ſyllabarꝫ ponunt̃. Syllabæ quoqꝫ præponunt̃,ut præ in principio inueniẽt ſemper dictionũ, præmiũ,præco,prætor,prædium,præliũ. Poſtpoſitiuæ quoqꝫ quæ à gm uel cm uel chm incipiunt,ut agmen,Pyracmon, Menæchmus. Finales quoqꝫ quæ in ls uel rs uel ms uel ns terminant̃,ut puls,cohors,hyems,ſapiẽs, Idem

etiam in dictionibus inuenis. Vnde & præpositiones nominãtur,& præpositiua ꝓnomina, et subiũctiua uel relatiua. necnon uerba subiunctiua, quæ magis ab ordinatione nomen acceperunt, q̃ à demonstratione,quomodo imperatiua,& optatiua. In oratiõe quoq; hũc modum possumus inuenire, qñ antecedentia si coniuncta sequentibus fuerint,uera esse ostenduntur, dum anteponunt̃ consequentibus per primam orationis cõiunctionem,ut si aliquis dicat,si ambulat Dionysius,mouetur Dionysius.Si enim conuertas,non est uerum.non enim si mouetur Dionysius, & ambulat Dionysius necessario.nam potest & moueri,& non ambulare. Elementum est quando in duo diuiditur, modo syllabico,id est contemplatione temporꝭ, ut fieri pro firi. longa enim uocalis in duas breues diuisa est. Similiter admittier pro admitti, farier pro fari. Sed etiam duo in unum coeunt,ut tibicen,pro tibĩcen.unde & solum hoc ex similiter compositis penultimam productam habet.etiam binæ pro biunæ. Syllaba quoq; in duas diuidit̃,ut aulæ aulaï. Virg.in.iĳ.Aenei. Aulaï in medio libabãt pocula Bacchi. Et sylüa pro sylua. Hora.in Epodo: Niuesq; deducunt Iouem nunc mare nunc sylüæ. Est enim dimetrum iambicum coniunctum pentemimeri heroicæ. Sed etiam duæ syllabæ in unã coeunt,ut Virg.in.vi. Fixerit æripedem ceruam licet,aut Erimanthi Placarit nemora, æripedem pro aeripedem,tetrasyllabũ protulit pro pentasyllabo. Sic etiam dictio diuiditur,ut si dicam:resp.felix est,& res felix est publica.Magister militum fortis,militum fortis magister.Virgilius in.iĳ. Georgicorꝭ: Septem subiecta trioni,pro septen trioni subiecta. Etiam diuisa possunt coniũgi,ut malefida,argiletum,huiusmodi,malesana. Orationibus similiter accidentes coniunctiones est qñ coniungũt duas uel plures orationes,est quando subtractæ dissoluunt. Virg.in.iĳ.Aeneidos:

Conticuere omnes intentiq; ora tenebant.

Idem in eodem: Athamasq; Thoasq;,

Pelidesq; Neoptolemus primusq; Machaon. cõtra alĳ nauali

bus ite. Ferte citi flammas,date tela impellite remos: Idem in quarto. Literæ transmutantur,ut Teucre pro Teucer. Sed etiam syllabæ,ut displicina pro discĳplina. Necnon etiam dictio,ut plebis tribunus, pro tribunus plebis,& publica res pro respublica.Orationes quoq;,ut nutriuit filios ac peperit,pro peperit et nutriuit.Virg.in.iĳ. Aeneidos: Moriamur, & in media arma ruamus, pro in media arma ruamus, & moriamur. Præterea quemadmodum elementorꝭ alia sunt uocalia,quæ per se uocem perficiunt. Alia consonantia,quæ sine uocalibus perficere uocẽ nequeunt, sic etiã in dictionibus animaduertimus quasdam ad similitudinem uocalium, per se esse dicendas,ut in uerbis maxime imperatiuis,uel nominibus, uel ꝓnominibus sæpe uocatiuis, uel aduerbĳs,quæ adĳciunt̃ antecedentibus actionibus,uel orationibus,cũ clamamus bene,recte,diserte,ad illos qui opportune aliquid agunt,uel dicunt. Aliæ uero dictiones sunt quæ ad similitudinem consonantium,sine adiumento aliarꝭ partium oratiõis, quæ imitantur in hoc uocales,ad perfectionem sensus non possunt proferri,ut præpositiones & coniunctiones. Hæ etenim semper consignificant, id est coniunctæ alĳs significant, per se autem non. Itaq; uariatur earꝭ significatio ad uim coniunctarꝭ eis, ut In aliud significat cum accusatiuo iungitur,& aliud cum ablatiuo, in urbem & in urbe,ad locum, & in loco. Coniunctiones quoq; copulatiuæ & disiunctiuæ esse dignoscuntur ab alĳs partibus orationis,quæ eis sociantur,ut uel,aut,non solum disiũctiuæ, sed etiam copulatiuæ reperiuntur,ut Terentius in Eunucho: uel rex semper maximas mihi gratias agere, quicquid feceram,alĳs non item,pro & rex. Virgil.in.iiĳ.Aenei.

Aut ante ora deûm pingues spatiatur ad aras. aut pro &. Que, etiam non solum copulatiua,sed etiam disiunctiua inuenitur,ut Virgil.in.iĳ.Aeneidos:

Aut pelago Danaûm insidias,suspectaq; dona

Præcipitare iubẽt,subiectisq; urere flammis. que posuit pro uel. Necnon etiam aliæ pro alĳs partibus accipiuntur.neq; id aliter possumus scire, nisi ex adiunctis,ut per,si apponatur,pro ualde accipitur,id est loco aduerbĳ,etiam si no

mini coniungatur ſub eadem intenſionis ſignificatione,ut Terentius in Eunu. Perpul chra (credo) dona haud noſtris ſimilia. alioquin præpoſitio eſt. Atq;, &, ac, quoq;,ſi aduerbio aliter uel ſecus uel ſimilibus ſubiunganť,uim aduerbij obtinent,ut Virgil.in iij. Aeneid. Haud ſecus ac iuſſi faciunt, pro q̃ iuſſi. Et, horrendum clamat,pro horrẽde,nomen poſuit p aduerbio.Sublime uolat pro ſublimiter. **Solet quæri** cauſa ordinis elementorũ,quare a ante b, & cætera,ſic etiam de ordinatione caſuum,& generũ,& temporũ,& ipſarũ partium orationis ſolet quæri.Reſtat igitur de ſupradictis tractare, & primo de ordinatione partium oratiõis. quamuis quidam ſuæ ſolatium imperitiæ quærentes,aiunt non oportere de huiuſcemodi rebus quærere, ſuſpicantes fortuitas eſſe ordinationum poſitiones, ſed quantum ad eorũ opinionem, euenit generaliter nihil per ordinationem accipi,nec cõtra ordinationem peccari.quod exiſtimare penitus ſtultum eſt.Si aũt in quibuſdam concedent eſſe ordinationem,neceſſe eſt etiam in omnib. eam concedere.Sicut igitur apta ordinatione perfecta redditur oratio, ſic ordinatione apta traditæ ſunt à doctiſſimis artiũ ſcriptoribus partes orationis, cum primo loco nomen,ſecundo uerbum poſuerunt. quippe cum nulla oratio ſine his compleatur, quod licet oſtendere à conſtructione,quæ continet penè omnes partes orationis, à qua ſi tollam nomen aut uerbum,imperfecta fit oratio:ſin autem cætera ſubtrahas omnia,nõ neceſſe eſt orationem deficere,ut ſi dicas:Idem homo lapſus heu hodie cõcidit,en omnes inſunt partes orationis,abſq; coniunctione: quæ ſi addatur,aliam orationem exigit. Ergo ſi tollas nomen aut uerbum,deficit oratio,deſiderans uel nomen uel uerbum,ut ſi dicam:Idem lapſus heu hodie concidit,uel idem homo lapſus heu hodie. Sin ſubtrahas aduerbiũ,non omnino deficiet oratio,ut idem homo lapſus heu concidit. Necnon etiam participium ſi adimas,neq; ſic deficiet,ut idem homo heu hodie concidit. nec ſi præpoſitionem & interiectionem, ut idem homo concidit. nec ſi etiam pronomen, ut homo concidit. Non tamen dico q̃ non etiam ex pronomine & uerbo perfecta cõſtet oratio,cum dicimus, ego ambulo,tu ambulas. Tunc enim conſtat perfectio orationis, cum loco nominis ſumitur pronomen,& uim nominis complet ordinatione. Quando autem loco nominis per ſe ponatur,& quando non,in partibus oſtendeť conſequentibus,& quæ uerba ad nominatiuos coniungantur ſolos, & quæ obliquos deſiderent caſus. Ante uerbum quoq; neceſſario ponitur nomen. quia agere & pati ſubſtantiæ p prium eſt,in qua eſt poſitio nominum,ex quibus proprietas uerbi,id eſt actio & paſſio naſcitur. Ineſt igitur intellectu nominatiuus in ipſis uerbis,ſine quo ſubſtantia ſignificari non poterat.In prima quidem perſona & ſecunda definitus, in tertia uero quia innumerabiles ſunt perſonæ tertiæ,infinitus,niſi excepta fiat actio.ſicut fulminat,tonat, pluit. Ea eñ q̃is non addamus nomen,definita eſſe uidentur,cum ad ſolum pertineant Iouem.Obtinuit itaq; uſus,ut eiuſdem uerbi nominatione,aliæ quoq; partes uerba uocentur,uel ex contrario illarum communem nominationem per excellentiam,hæc pars quaſi egregia propriam poſſedit.Non irrationabiliter tamen illud quæritur quare poſt nominis poſitionem nõ eam partem,quæ pro nomine ipſo accipitur,ponimus, id eſt pronomen,quæ uice nominis cum uerbo cõtinet oratiõem.de quo manifeſta probatio erit hæc,q̃ uerborũ quoq; cauſa inuenta ſunt pronomina. Nomina eñ tertiarum ſunt perſonarum indicatiua,id eſt tertias indicant perſonas,quippe quæ nomina ſubſtantiam & qualitatem,uel generalem uel propriam ſignificantia, ſimiliter in omnib. poſſint intelligi perſonis ineſſe.Omnis enim perſona & generalis & ſpecialis capax eſt ſubſtantiæ & qualitatis. poteſt eñ homo eſſe,& qui loquitur, & ad quem loquitur,& de quo aliquis loquitur.& Cicero dici qui loquitur,& ad quem loquitur,& de quo aliquis loquitur. Itaq; quia confuſio infinitam faciebat perſonam, conceſſit ad ſibi aptã, id eſt tertiam.Vnde uerborũ quoq; tertiæ perſonæ infinitæ ſunt. Nam prima & ſecunda & præſentes ſunt tantum,& demonſtratiuæ ſemper, & figurate aſſumunt nomina, ut Virgilius ego,ſicut & ille ego. poſſumus tñ etiam illud dicere,quoniam eorũ,id eſt nominum poſitiones cum fiunt, neq; in perſona indicatiua ſunt,id eſt loquentis, quod

est suum primæ personæ (neq; enim sibi imponunt infantes nomina) neq; ad ipsos pronunciantes nominationes facimus. q̃ est secundæ personæ. ergo tertiæ sunt nomina personæ. Verba autem in tribus erant personis. Ideoq; excogitabant pronomina in personas definitas discreta, ut & nominis positionẽ, & uerbi ordinationẽ, id est & substãtiam, & definitas personas indicarent, ut ego scribo, tu scribis. Et substantiã enim significat loco nominis positum pronomen, & personam uerbo sibi adiuncto, congruã indicat. Itaq; nihil prohibet in tertia persona dicere, Aristarchus legit. Quippe cum duæ tertiæ coniungantur personæ. Non tamen ideo tertiæ pronominum personæ superuacuæ sunt, qa possumus in tertia persona ponere nomina. Quare autem in tertijs etiam personis inueniantur pronomina in partibus ostendetur conuenientibus. Ergo si supradicta ratio uera est, manifestum est q̃ iure præponitur uerbũ pronomini, q̃ uerbi quoq; causa excogitatum est. Sed quod est maius, uerba p̃sonarum, quæ per nominatiuum intelliguntur, & sunt indicatiua, & absolute accipiunt. Qui em̃ pnuntiat ambulo uel scribo, non ad discretionẽ alterius p̃sonæ definit. pnomina uero nominatiui primæ & secundæ p̃sonæ ad discretionem alterius personæ excogitata sunt, ut si dicã ego scribo, tu legis, uel ego & tu scribimus, ille legit, tu & ille scribitis, ego lego: & si dicam ego et tu legimus, nihil addẽs ad cæteras omnes personas discernitur. Nisi enim discernere aliam personã uelimus, nõ est opus nominatiui casus pronomina addere uerbo. obliqui em̃ casus pronominũ apud latinos absoluti sunt omnes. Nã græci compositum ἐμαυτοῦ absolute dicunt, ἐμοῦ αὐτοῦ uero discretiue. Similiter alios casus obliquos. Absoluti autem dicunt quibus licet, & sine discretiõe alia uti personarum, & cum discretione. Sine discretiõe, ut da mihi panẽ: en hoc nullã discretionem habet alterius personæ. Sin autem dicam, da mihi panem, illi aũt uinum, discretionem feci, in quo nominatiuus maxime ualet, cum addit uerbo, ut ego facio hoc, tu facis illud. cum enim per se facio, primam personam ostendat, & habeat in se uim nominatiui absolutam, tamen additio pronominis discretionẽ aliquam desiderat alterius p̃sonæ, ut ego lego, tu scribis. Terentius in Andria, Vos ist hæc intro auferte, Sosia adesdum. Idem in Adel. Ego eo intro ut quæ opus sunt parent, tu fac ut dixi. tamen etiã adiunctionem alterius recipit, ut ostendimus personæ, ut ego & tu facimus. Participiũ etiam opportune post uerbum ponit, ex quo & nascit, sicut de uerbo tractantes ostendimus. q̃ necessario translationes uerborũ fiebant etiam in casuales figuras cum generibus quæ eis accidunt, cum uerba nõ possent consequentiam sui præsentare, ut etiam p obliquos casus adiũgi possent, & sine coniunctione cõsociari, ut me legente, p̃ficio, & legẽs proficio, pro lego & proficio. Manifestum est autẽ, q̃ ipsius quoq; positio nominatiõis, qua participiũ nominatiuum est, non bene seruaretur, nisi post nomen & uerbum poneretur participium, cum ex eis utrisq; per cõfirmationem pendens, ea pars accipiatur. quomodo post masculinũ, & post fœmininum eorum abnegatiuum neutrum: nisi enim præpositarum partium patiamur priorẽ positionem, reliquum est, ut nec participiũ uocare possimus, neq; etiam neutrum: quoniam duorũ præpositorũ generum sit abnegatiuum. Participium quoq; necesse est ex quibusdam præpositis partem capiẽs constare, sed neq; aliam recte interponimus partem, id est pronomen, uel aduerbium, uel coniunctionẽ, uel aliam aliquam, cum nullã ex earum proprietate partem capiat participium. Post participium græci articulum ponunt: quẽ nos, sicut in pronomine ostendimus, nõ habemus. Nam idem quod significat ὁ αὐτὸς, & qui ὅστις, quãuis uideantur quantũ ad interpretationes, & præpositiuos, & subiunctiuos habere articulos, tamen sicut latius docuimus, cum de pronomine tractabamus, non sunt articuli. hic uero, & hæc & hoc indubitãter pronomina sunt, quæ nisi in declinatione nominum à grãmaticis loco articulorũ non recipiuntur. nec mirum cum apud græcos quoq; articuli inueniantur loco pronominũ positi, ut apud Homerum, ὁ γὰρ ἦλθε δοὰς ἐπὶ νῆας ἀχαιῶν, p̃ οὗτος γὰρ, ὅς, γὰρ ξα μάλ' ἅμα πάντ' ἐνόησε νεμεσσήθη τε κιχήκων, p̃ οὗτος τόν δ' ἀπαμείβομενος προσέφη πόδας ὠκὺς ἀχιλλεύς, p̃ τοῦτον. Quæ aũt post participiũ pnomen sequi debet, non est quæstio, cũ penè post nomẽ debeat poni, nisi propt supradictas causas. Apparet aũt etiam q̃ p̃positio nõ primã habens positionẽ,

neq; antiquiorem aliꝭ dictionibus, poſt ſupradictas bene ponitur: unde neq; nominatio nem, à propria aliqua ſignificatione accepit, ſed quia ſupradictis præponit partibus, quæ ſi non ante ſint, neq; ea conſtare poſſet: quod etiam de principio diximus, ex quibus etiam ordinem accepit: ſcilicet cum modo per appoſitionem, modo per compoſitionem præponitur antè dictis partibus. Ergo natura quidem poſterior eſt, conſtructione uero principalis. Aduerbium uero quod uerbi eſt ui adiectiuum, poſitio id eſt nominatio, quoq; eius oſtendit. Quomodo igitur in ſecundo loco uerbum poſt nomen eſt, ſic etiam aduerbium in ſecundo loco poſt præpoſitionem bene ponitur, quæ per appoſitionem dictionis uim ſibi defendens præponitur nominibus, uel aliꝭ caſualibus. Compoſita enim uim dictionis non habet, concidẽs in eam partẽ cui adiungit. Poſt ſupradicta uero omnia cõiunctio iure accipitur, cum nullum poſſet per ſe ſignificare ſenſum, abſq; ſuprapoſitarũ dictionum materia. quomodo corporũ quoq; uincula inutilia ſunt, ſi non ſint corpora, quæ ab eis uinciantur. Poſſumus autem & amplioribus rationibus de ordinatione partium demonſtrare: ſed quia non de ea propoſitum nobis eſt, ſufficiat hucuſq; dicere. Illud etiam primum quærẽdum antequam de conſtructione ſingularum orationis partium tractemus, quare interrogatiua dictionũ in duas partes orationis ſolas conceſſerunt, id eſt in nomen, & aduerbium. Et quare non in unum nomen, & unum aduerbium, ſed in ampliora, ut quis, qualis, uter, quãtus, quot, quotus, quotenus, cuius, cuiâs, q̃liter, qua, quo, ubi, quando, unde, quotiens. an hæc etiam eſt approbatio, principales duas ptes orationis eſſe nomen & uerbum? quæ quando in notitia non ſunt, habent de ſe interrogationem frequenter accipiendam? Inueniunt autem in pluribus, ſicut oſtendimus, & nominibus & aduerbiꝭ propter rationem huiuſcemodi. quod in his ſolis dubitatio poteſt fieri ſubſtantiæ, uel qualitatis, uel quãtitatis. Nam ſubſtantiam alicuius ſuppoſiti quærẽtes, dicimus quis mouetur? quis ambulat? quis loquit? cũ manifeſtus ſit actus, id eſt motus uel ambulatio, uel loquela, perſona uero agens incerta. Ideo ſubiectiones nominatiuæ fiunt appellatiuoꝝ uel ꝓprioꝝ, propriꝭ nominibus manifeſtantibus etiam generalẽ ſubſtantiam. Reſpondemus enim, uel homo ambulat uel equus, uel Trypho. in quo etiã homo intelligitur. uel etiam pars ſubiicitur: quæ pro nomine accipitur proprio, id eſt ꝓnomen, quando dicimus ego. Et quia incerta erant accidentia præpoſitis nominibus (ipſum enim per ſe quis interrogatiuum nomẽ, ſubſtantiam ſolam quærebat, cui accidebat quale & quantum) excogitabatur etiam de iꝭ interrogatio, cum qualitatẽ quærentes dicimus qualis, quantitatem uero quantus, numerum uero quot, & quotus, & quotenus, & per deriuationem quæ apud Græcos non eſt, poſſeſſiuum, cuius cuia cuium. & gentile, cuiâs. cuius nominatiuum etiam cuiatis communi genere proferebant antiqui. Plautus in Pœnulo, Qui ſit, quoiatis, unde ſit, ne parſeris. Quid eſt? quoiates eſtis, aut quo ex oppido? Idem in Menæchmis, Rogitant quoiates ſit aut ex quo oppido. Ergo ſi prænoſcit quid ſit, id eſt ſi de ſubſtantia ſciamus, & qualitatẽ quærimus, tunc ſupradictis utendũ eſt, ut puta, quis legit? Trypho, qualis? ſapiens uel doctus: uter, grammaticus an orator? & in omnibus quærendis, quæ poſſunt accidere per adiectiuam ſignificationẽ eis, quæ ad interrogationem quis referuntur nomina. Eſt tamen & cum ſubſtantia & qualitate in ore poſita, & in aliꝭ coaccidentibus additur interrogatio, pertinens ad proprietatem nominis, ut ſi dicam quis eſt ille Romanus, formoſus, & magnus? poſſum. n. uidens aliquem, ſcire eius & ſubſtantiam, & gentem, & qualitatem, & quantitatem, proprietatẽ uero ſolam quærere. Quod oſtendit Virgilius in ſexto:

Atq; hic Aeneas (una nanq; ire uidebat
Egregium forma iuuenem, & fulgentibus armis,
Sed frons læta parum, & deiecto lumina uultu)
Quis pater ille, uirum qui ſic comitatur euntem?

Et ſubſtantiam eũ & qualitatem uidens, & quantitatẽ, tñ proprietatẽ quærens quis dixit. Aduerbia quoq; referunt ad ignotos uerbi affectus, uel per qualitatẽ, cum dicimus qualiter legit, reddentesq; ei aduerbium, quod adiectiui uice fungit uerbo, rñdemus be

ne,rhetorice,ſapiẽter. Sin autem non qualitatẽ quærimus, ſed tempus in quo actum eſt aliquid,dicimus qñ?eiq; iterum reddit heri,nuper,pridem. Vel locum in quo aliqd geritur,ubi?quo?qua?unde? Sed ubi in loco,quo ad locum,qua per locum, unde de loco ſignificat. Videmur tñ etiam ſubſtantiam ipſius actus quærentes dicere quid agit?cui reſpondet nil,uel currit,uel loquit. Quõ & quantitatẽ quærẽtes dicimus, quantũ currit? multũ uel parũ. Cauſam quoq; quærentes interrogatiuis utimur,ut cur?quare? Numerũ etiam ut quotiens?ad quod ex omnibus numeris aduerbia reddi poſſunt, ut ter,quater, & reliqua. Præterea totiens & aliquotiens,& ſæpe ſæpius ſæpiſſime, quæ ſunt infinita. Quãobrem igit ꝓpoſitiuæ ptes,id eſt interrogatiuæ,uel nominatiuæ fiãt, uel aduerbiales,oñdimus,quarũ de conſtructione, in ſequentibus demonſtrabit. Ergo quia reliquæ partes oronis,ad nominis & uerbi conſtructionẽ referunt, ex quibus etiam nominationẽ habuerũt,oportet de ſingulis tractare, id eſt & de eo quod in loco ſumit,uel aſſumit, ut pronomen loco nominis,ut ego feci. aſſumit nomini, ut Virgilius ſcripſit Bucolica, ipſe ſcripſit etiam Georgica. & de eo quod aſſumit ſolum,ut aduerbium uerbo, & coniunctio uerbo & nomini. Et præterea de participio quod loco uerborũ ſumitur, & cum uerbis aſſumit. Sed qm̃ Apollonius de conſtructione,id eſt περὶ συντάξεως, ſcribens ab articulis,qui nominibus adhærent cœpit,nos quoq; ab eis quæ loco articulorum ſumi poſſunt apud nos,incipiamus. Articulus ſecundam notitiam ſuppoſitorũ demõſtrat. Si eñ dicam ἄνθρωπος ἦλθεν, primam notitiam oſtendo:Sin ὁ ἄνθρωπος ἦλθεν, ſecũdam. deficit aũt præpoſitiuis articulis lingua latina. Nam pronomẽ hic quod grammatici in declinatiõe nominũ loco præpoſitiui(ut dictum eſt)ponunt articuli,nunq; in oratione ſenſum articuli habet.unum ſolum,pnomen compoſitũ inuenit apud nos τὸ idem,quod ſecundam notitiã eiuſdẽ pſonæ ſignificat,cuius interptatio apud Græcos cum ꝓpoſitiuo articulo relatiuum ꝑnomen habet ὁ αὐτὸς. Et apud illos quidem duæ ptes oratiõis ſunt, ὁ αὐτός, ὁ quod eſt articulus præpoſitiuus,& αὐτὸς quod eſt pronomẽ relatiuum. Apud nos uero una pars eſt compoſita ab is & demũ, per apocopen um, quõ exin pro exinde, & dein pro deinde. Qui uero(quod interpretat ὅστις, quod eſt ſubiunctiuus articulus cum nomine infinito apud illos,apud nos uero una pars eſt & ſimplex, quæ relatiua eſt τὸ quis,infiniti uel interrogatiui)põt ſubiunctiui loco articuli accipi,quõ & Græci τὸν ὅστις frequentiſſime ponunt loco ὅς articuli ſubiunctiui, niſi in diuidendis. In illis eñ nec nos qui,nec illi ὅστις referunt. Sed illi articulis ſubiunctiuis utunt,nos uero ꝑnominibus uel nominibus,ut τοὺς ἀνθρώπους οἱ μὲν εἰσὶν ἀγαθοί, οἱ δὲ πονηροί. Nos dicimus hominum hi ſunt boni,illi mali,uel alĩ ſunt boni,alĩ mali. δυοῖν αἰάντοιν, ὁ μὲν τελαμῶνος ὁ δ' ὀϊλέως ἦεν ἐγένετο,duorũ Aiacum,alter Telamonis,alter Oilei filius fuit,uel hic Telamõis,ille Oilei filius fuit. Et ſciendũ q̃ in huiuſcemodi conſtructiõe diuiduorũ,ſi per præſumptionem, id eſt κατὰ πρόληψιν præponit plurale uerbũ ad utrunq; ſequens, licet ntm̃ anteferre, ut Aquilæ deuolauerũt,hæc ab oriente,illa ab occidente. Sin ad ea quæ diuiduũt,ſingulariter uerba conſequant,gtm̃ oportebit præponi pluralem diuidendũ, ut aquilarũ altera deuolauit ab oriente,altera ab occidente,& è contrario quàm ſupra dictum eſt, ſi ſingulare uerbum præponat,licet ntõ uti,ut genus humanũ eſt partim bonũ,partim malum, quod ſi gtũs præferat ad id quod diuidit,neceſſe eſt uerbũ ad ea quæ diuidunt præferre,ſiue ſint illa pluralia,ſiue ſingularia,ut generis humani,hoc eſt bonũ,illud malum,& generis humani, hi ſunt boni, illi mali. nec mirũ hoc fieri, cũ uerbũ ſiue præpoſitũ ſiue conſequẽs,iure ſibi exigat ntm̃. Itaq; ſi & quod diuidit,& illa in quæ diuidit,uolumus pobliquos caſus,pferre,neceſſe eſt ptícipio uti,quod loco uerbi accipit obliquis adiungẽdum,& tranſitionẽ facere,ut aquilarũ uolantium, alterius ab oriente, alterius ab occidẽte,ſimilis eſt celeritas.uel per dtm̃,aquilis uolantibus huic oriens, illi relinquit occidẽs. & per accm̃,aquilas uolantes hanc oriens, illam miſit occidens. Autoritas tñ ueterũ eſt, qñ pro gtõ plurali ntm̃ præponit,quãuis ad ſequentes res,id eſt diuiſas,ſingulariter uerba reddantur,ut Homerus, ὣς τῷ. μ. ὀδυσ. οἱ δ' δύο σκόπελοι, ὁ μὲν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει. Cum ars exigeret gtm̃ dicere,id eſt, τὼ δ' δύω σκοπέλω, pro eo ntõ eſt uſus. Similiter ſiquis

dicat,duo fratres,alter maior,alter minor eſt,uitium facit. Debet enim dicere,Duorum fratrum alter maior eſt, alter minor. &, duorum oculorum alter dexter, alter ſiniſter eſt, nõ duo oculi,alter dexter,alter ſiniſter eſt. Liuius in xli. Perití religionum iuriſq; publicí,quando duo ordinarij cõſules eius anni,alter morbo,alter ferro perijſſet,ſuffectum conſulem negabant recte comitia habere poſſe. Sed intereſt etiam hoc inter ὃς articulũ ſubiunctiuũ,& quí:quoniam apud illos ὃς etiam loco pronominis accipitur demonſtratiui ὅυτος,quod ſignificat apud nos hic,ἀόριστον quoq; hoc idem τὸ ὃς nominant μόριον,id eſt infinitam particulam,quãdo pro ὅστις accipitur,quod proprie eſt apud nos qui, ut qui interficiat tyrãnum,præmium accipiat. & neceſſe eſt eandem hanc eſſe partem orationis, quam quis,cum etiam obliqui in omnibus ſimiles ſint eorum caſus, abſq; accentibus. Et qui quidem pro quis infinito uel interrogatiuo accipitur, quis uero pro relatiuo nunq̃. Quomodo ergo qualis & quãtus,ſiue interrogatiua ſint,ſiue infinita,ſiue relatiua, quãuis mutent accentus,non ſunt diuerſæ partes,ſic neq; ſupradicta. Sed latius de eorum poteſtate,cum de pronomine ſcribebamus,tractauimus. Hoc idem,id eſt qui,quotiẽs ſubiungitur nomini,quomodo ὃς apud Græcos,neceſſe eſt nõ ſolum ad nomen præpoſitũ, ſed etiam ad ei ſubiunctum alterum uerbum proferri,ut uirum cano,qui uenit: Sin nominatiuo nominatiuus adiungitur,ad eandem perſonam uerba referuntur,ut homo uenit qui ſcripſit: Sin duo obliqui ſunt,ad aliam perſonam tranſitio fit uerborum, uel in ſe reciprocatur,ut hominem quem uitupero accuſo,& memet quem uitupero accuſo: Sin alterum ſit nominatiui,alterũ uero obliqui,ad nominatiuũ non fit tranſitio uerbi ab alia perſona ad aliam,ad obliquum uero fit,ut homo uenit quem accuſo,uel hominis qui uenit miſereor. Omnia tamen quæ in tranſitione fiunt,poſſunt etiam in reciprocatione fieri,quomodo qui,& eius obliqui omnes,ad nominatiuos omniũ caſualium bene referuntur,ut Virgilius qui ſcripſit, Virgilius cuius ſcripta extant, Virgilius cui gloria contingit, Virgilius quem laudant, Virgilius quo docente bene proficitur. Sic & ex contrario ntõ eius omnes aliorũ caſus bene adiunguntur, ut qui ſcripſit Bucolica, Virgilius poeta magnus fuit. qui ſcripſit Aeneida, Virgilij ſunt Georgica. qui ſcripſit Aeneida Virgilio gloria contigit. qui ſcripſit Aeneida Virgilium laudo. qui ſcripſiſti Aeneida, Virgilí uiuis memoria. qui ſcripſit Aeneida, Virgilio florent ſtudia. Licet autẽ & præpoſtere hæc dicere. Sciendum tamen q̃ per ellipſim aliorum caſualium hæc ſæpe inueniuntur relatiua, ut Terent. in Andria, Ita tum diſcedo ab illo, ut qui ſe filiam Neget daturũ. deeſt eũ, ut ab eo qui neget. & uenit, cuius cauſa eſt. deeſt iſte. & exigit cui debeo. et minatur quẽ timeo. & floret quo ualeo. In omnibus enim ſubaudiendus eſt nominatiuus. Nam uocatiuum relatiua non habent. Qualis quoq; & quantus,& quot relatiua, per defectionem talis,& tantus,& tot, frequenter inueniuntur. Nec mirum relatiuis poſitis,quæ ſecundam cognitionem ſignificant,etiam antecedentia uel redditiua intelligi,licet non ſint dicta,ut qualis Homerus,fuit Virgilius,ut in ſecundo Aeneidos: Millia quot magnis nunquam uenere Mycenis . Horatius in Epodo, Senem,quod omnes rideant adulterum, Latrent ſuburbanæ canes, Nardo perunctum,quale non perfectius Meæ laborauerũt manus,pro tali, quali non perfectius. Et nota figuram, quod pro nominatiuo uel accuſatiuo,uel ablatiuo,ſolum poſuit nominatiuum,quomodo & Terentius (ut ſupra dictum eſt) in Andria, Ita tum diſcedo ab illo,ut qui ſe filiam neget daturum. Horatius in primo Sermonum, Occurrunt animæ,quales neq; candidiores Terra tulit. pro tales animæ quales candidiores,neq; terra tulit. Relatiua autem niſi ſint poſita,intelligi minime poſſunt,niſi in demonſtratione. tunc enim & ſine relatiuis poſſumus redditiua proferre,ut ſi oſtendentes Virgilium,dicamus,talis fuit Homerus:uel Theſea demonſtrantes, dicamus, tantus fuit Hercules. Huic nomini,id eſt quis,quod eſt interrogatiuũ uel infinitum,redditur qui relatiuum,ut quis ſcripſit Bucolica? qui etiam Georgica. Hoc tamẽ idem quis interrogatiuum, proprio quoq; nomini adiungitur, cum uerbis ſubſtantiuis uel uocatiuis ſimilem uim habentibus. Et pronomen etiam redditur huic. Quis eſt Tryphoꝰ uel quis nominatur Tryphoꝰ ego uel tu,uel ille,uel econtrario cum pronomine ad

iunctum ꝫ quis,nomen deſiderat ſibi reddi.Quis eſt ille?uel quis ille uocatur?Achilles. & manifeſtum eſt ex hoc quoq;,ꝙ quando nomini adiũgitur,ſubſtantiã definitam in ali qua certa perſona quærimus ſuppoſiti.Hanc enim ſolam oſtendũt pronomina,quorum demonſtratio ſibi quoq; accidentia conſignificat, unde ad omne ſuppoſitum pertinent. Quando uero pronominibus iungitur quis,ſubſtantiam quidem intelligimus,nõ etiam proprietatem qualitatis,quæ nomine explanatur.Et ẽ manifeſtum,ꝙ loco propriorum nominum pronomina accipiuntur,cum ex eorum interrogatione propria intelligũtur. Cum enim dico,quis es tu?uel ille?ſine dubio de quibuſdam finitis hoc dico ſubſtantijs, in quibus etiã proprietates deſidero ſcire.& cum à propriis quoq; pronominatiuæ redditiones fiunt,ut quis eſt Trypho?ego,uel ille.Cum autem per ſe quis ponitur interrogatiuum,poteſt uerbo cuicunq; adiungi,ut quis ambulat?quis loquitur?quis legit? & ſi pronomen redditur,non eget altera interrogatione:ſin uero nomen potius, eget altera interrogatione,propter multoꝝ ſimilitudinẽ nominum,ut quis currit?Aiax. qui Aiax? Telamonius,uel Locrius. Qui uero dicit,qualis homo uicit? de hominis qualitate adiectiua dubitat,cum ſubſtãtiam atq; actum cognouerit.Qui autem dicit,quis homo uicit? generalem quidem ſcit ſubſtantiam & qualitatem perſonæ,ſpecialem autem deſiderat, quæ proprio redditur nomini,ut quis homo uicit Pompeium?Cæſar.Cum uero dico, quid eſt animal rationale mortale?ſpeciem mihi uolo manifeſtari,id eſt hominem.quæ q̃uis uideatur eſſe cõmunis omnium hominum,tamen eſt etiã propria ipſius ſpeciei incorporalis. Qui uero interrogat,qualiter homo uicit?de homine nõ dubitat,ſed de modo actus.Et nomini quidem tam ſubſtantiua q̃ uocatiua adiunguntur uerba,pronomini uero tantum ſubſtantiua,quia in his quæ nominantur ineſt ſubſtantiuũ,ut Trypho ſum, Trypho uocor.Non tamen ſubſtantiuis,quæ ſunt pronomina, ineſt propria poſitio nominum,id eſt,uerba uocatiua.Nemo eñ dicit,ego nominor,uel tu uocaris,uel ille nuncupatur,ad pronomen referens uerba,quomodo Trypho nominor,uel Cicero uocaris, Virgilius nuncupatur,bene dicimus.Nec mirum,diuerſæ poteſtatis uerba diuerſis cõuenire conſtructionibus,cum uoluntaria (id eſt,affectiua) quoq; uidemus ſolere infinitis adiungi,ut uolo legere,cupio ſcire,ſtudeo diſcere.Quæritur hic quamobrem cũ nominatiuæ interrogationes per nomina ſoleant fieri,non etiam uerbales fiant per uerba. Ad quod dicendum,ꝙ nominũ quidem & ſubſtantiæ & qualitates & quantitates & numeri,& omnia ſubſtantijs accidentia,in his ipſis ſunt ſpeciebus nominum.ſubſtantiæ,ut animal,homo:qualitates,ut bonus,prudens:quantitates,ut maximus,paruus:numeri,ut multus,modicus,paucus.Itaq; ſunt nomina generalem ſignificantia uel ſubſtantiam,uel qualitatem,uel quantitatem,uel numerum,quæ neceſſario & infinita ſunt: quippe cum omnia ſuaꝝ generaliter ſpecierum cõprehendant in ſe nomina.unde quidam ea & pronomina eſſe exiſtimauerunt,quia generaliter pro oñibus alijs accipiunt noibus,quomodo & pronomina.Sed pronomina & finita uolunt eſſe,& loco propriorũ accipiũtur,& ſubſtantiam ſolam ſine qualitate ſignificant,quantum in ipſa uoce eſt eoꝝ,cum ſupradicta generalia nomina,penitus ſint infinita confuſione oñium ſub ſe ſpecieꝝ.Itaq; eis utimur ad ſpeciales interrogationes ſubſtantiæ, uel qualitatis,uel quantitatis, uel numeri. Subſtantiæ,ut quis:qualitatis,ut qualis:quantitatis,ut quantus: numeri,ut quot. Verba uero generalem ſubſtantiam,uel qualitatem,uel quantitatẽ, uel numerũ per ſe ſignificare non poſſunt.ideoq; quemadmodum officio adiectiui funguñ aduerbia ad ſignificandam uerborũ qualitatem,uel quantitatẽ,uel numeroꝝ,uel tempus,uel locum, ſic etiam ad generales eoꝝ interrogationes eadem acceſſerunt.Quomodo igitur nominum ſubſtantiam quærentes,quis dicimus,ſic etiam uerbi actum,uel paſſionem quærẽtes, quid agit uel quid patiẽ dicimus.cum eñ deficiunt aduerbia,loco eoꝝ ſubeũt nomina,ut Terent. in Eun.Quid agiẽ?ſtatur.Qualitatẽ uero cum quærimus,qualiter dicimus,uel quomodo,uel ut.Horat.in ij.Serm.Vt Naſidieni iuuit te cœna beati? Quantitatem uero,quantum.Numeroꝝ,quotiens.Et notandum ꝙ non ſolũ aduerbia,ſed etiã nomina loco aduerbioꝝ,ut dictum eſt,poſita frequentiſſime inuenimus cum uerbis.Et quomodo ſupradi-

cta gñalia noīa, sunt infinita, uel interrogatiua, uel relatiua, uel redditiua, sic aduerbia q̄ q; inueniunt, ut nomē infinitū quis & aliquis, aduerbiū aliquò, & aliunde, & alicubi, & aliquà. Nomē interrogatiuū & relatiuū qualis, ποῖος ὡ ὁποῖος, & quot, πόσοι ὡ ὁπόσοι. Similiter & aduerbiū interrogatiuū & relatiuum qualiter, ποίως ὡ ὁποίως, uel πῶς ὡ ὁπῶς, quotiens ποσάκις ὡ ὁποσάκις. Nomen redditiuū, talis & tot, aduerbiū taliter & totiēs. Et quēadmodū interrogatiua noīa gñalem accentuū legē seruāt, relatiua uero in fine acuū tur, sed in cōtextu oronis p̄positā, ipm quoq; acutū in grauē cōuertūt, ut qui, cuius, cui, qualis, q̄tus, sic aduerbia qualiter, quotiēs. Luca. in. i. Qualiter exp̄ssum uentis p nubila fulmen. Idē in eod. cursumq; furoris Teutonici, quotiēs Romā fortuna lacessīt, Hac iter est bellis. Hoc idem etiā localia & tēporalia seruant aduerbia, quæ omnes gñaliter speci es localiū uel temporaliū, tam aduerbioꝝ q̄ nominum sibi subiungūt, quæ tam interro gatiua sunt q̄ relatiua, quatuor differentias habētia. ad locū, ut quò: in loco, ubi: de loco, unde: per locū, quà. Hæc em̄ quoq; relatiua quidē grauant per oēs syllabas, qñ præpo nunt aliis dictionibus, quō & supradicta nomina, de quibus in libro qui est de accentib. latius tractauimus. Nec mirꝝ tamen aduerbia in interrogatione uerboꝝ poni, quæ loco adiectiuoꝝ eis sunt. Quomodo em̄ dico, bonus homo, celer equus, sapiēs uir, sic dico, be ne uiuit, celeriter currit, sapienter disputat. cū & pronomina, quæ loco noīm sunt, ad in terrogationes noīatiuas soleant loco nominū reddi, ut quis dixit? Virgilius, uel Home rus, uel ego, uel tu, uel ille. Et sciendū q; oībus penè dictionibus possumus interrogati ue uti, sed eisdē sufficienter respondet nomine uel aduerbio negatiuo uel confirmatiuo, ut si interrogē homo est ille? & respōdeas homo est. uel, legit ne? legit, uel nō, uel etiam. doces? uel, doceris? & doceo, & doceor, uel nō, uel etiam aduerbiū confirmatiuū. Supra dictis uero noībus uel aduerbiis, quia gñaliter oēs in se species cōprehendunt, oībus sibi subiectis speciebus bene respondet, ut si dicā, quis est ille? potest ad hoc oīs substan tiæ species responderi, quæ ē suppositā interrogationi, ut homo, equus, coruus, piscis. Si militer si dicā qualis, oēs species qualitatis huiuscemodi interrogationi bene reddunt, ut bonus, malus, albus, niger, & similia. Similiter quantus interrogātibus, oēs species q̄ti tatis aptissime subiungunt, ut longus, breuis, magnus, paruus, & similia. Numeri quoq; oēs si interrogatiue proferant, quot? cōgrue referunt, ut quot hoīes? tres, decē, mille, & similia. Similiter possessiuū, infinitū, cuius cuia cuiū, ad oēs species possessiuoꝝ perti net, ut si dicā, cuia est filia hæc? recte respōdeas, mea, uel tua, uel illius, uel Priameia, uel Euandria. Necnō etiam infinito cuias gentili, opportune respōdemus noībus cūctis gē tilibus, ut cuiās est iste? si quis interroget, perite respondet, nostrās, uestrās, uel Græcus, Romanus, Syrus, & similia. Sic igit etiam aduerbioꝝ supradictorū ad oēs species sibi subiectas intendere possumus interrogationē, ut qualiter interroganti, respondeo, bene uel male, uel cito, uel tarde, & similia. Quotiēs uero interroganti, semel, uel bis, uel cen ties, & similia subiūcio. Sic etiā localia, si interrogē quò? respondes huc, uel illuc, domū, uel militiam, Romam, uel in Italiā. Si uero ubi, respōdes hic uel illic, domi uel militiæ, Romæ uel in Italia. Si uero quærat unde, respondes hinc uel illinc, uel militia. Si quæra tur, quà? respondes hac uel illac, domo uel militia. Non solum em̄ aduerbia huiuscemo di localibus interrogatiōibus, sed etiā oīa nomīa locos significantia licet subiīcere. Ad locos quidē præcedēte quò: In locis uero, ubi: de locis uero, unde: per loca, quà. Eodem modo & tēporalia inuenis. Infinitū aliqñ, interrogatiuū & infinitū & relatiuum qñ, ad quod oīa non solū aduerbia, sed et noīa tēporalia bene respōdemus, ut quando? hodie, heri, cras, ante decē dies, & similia. Appellatiua quoq; nomini infinito, quod est quis, so lent subiungi, sed magis gñalia aut specialia, ut Quis inuenit literas? homo. quis utilis est aratro? bos. quis natat in mari? piscis. Sed uidet hic quoq; res indiuidua esse, cum de ipo gñaliter animali est interrogatio. Similiter si dicam multis præsentibus, quis ē de nobis grammaticus? quis orator? quis medicus? & respōdeatur, ego quidē sum grāmaticus, tu orator, ille medicus, loco proprioꝝ hic accipiunt noīm, cum de propria substātia uniusc cuiusq; personæ, quam ipsa habet grammatica, uel rhetorica, uel medicina, respōdetur,

In diffinitionibus quoq; solet ad interrogationes omnium rerū, quæ diffiniri possunt, neutrum substantiuum præponi,& multa appellatiua differentiarum nomina ad id referri,ut quid est animal? substantia animata:& per conuersionem, quid est substantia animata? animal. Quid est homo? animal rationale mortale.Et per cōuersionem, qd est animal rationale mortale? homo.Idem licet facere per omnes diffinitiones. quāuis quantum ad generales & speciales formas rerū,quæ in mente diuina intelligibiliter cōstiterunt,anteq̄ in corpora prodirēt,hæc quoq; propria possint esse,quibus genera uel species,naturæ rerum demonstrantur.Est præterea notādum, q̄ tam nomina infinita, q̄ aduerbia,si generalem habent pronunciationem,colligētem uniuersalitatem numerorum,de quibus loquimur,geminantur apud latinos,uel assumunt cūq;, ut quisquis, uel quicunq;,qualisqualis,& qualiscunq;,quautusquantus,quantuscunq;.Terentius in Adelphis: Tu quantusquantus, nihil nisi sapientia es,pro quantuscunq;. quotquot & quotcunq;. Horatius in.ij.serm. Viuere Vertumnis quotquot sunt natus iniquis. utut & utcunq;. Terentius in Phormi. Vtut hæc sunt ubiubi & ubicunq;, undeunde & undecunq;,quaqua & quacunq;.Inter aliquis & ullus,& alicubi,& usq̄, & aliquando,& unq̄ hoc interest,q̄ aliquis & alicubi & aliquando absolute proferuntur, ut aliquis uenit ad me,similiter & alicubi fuimus,id est in aliquo loco, & aliquando contigit,id est in aliquo tempore.Sin autem dicam ullus,pēdet ex infinito omnium numero:necesse est enim ullus omnium intelligere,et cunctos posse numeros ad hoc referri, nec incongrue diminutiuum esse unius dicitur.& uidetur hoc ad aliquid esse quomodo summus & imus,primus & ultimus,ad omnia dicuntur, tam locis, q̄ temporibus, uel ordinibus subiecta,uel superposita.similiter usquam ad omnia loca refertur,& unquam ad omnia tempora. Et sciendum q̄ composita quoq; eorum abnegatiua sunt omnium generaliter,quæ per ea possunt significari, ut nullus omnium deorū uel hominum,uel eorum quæ sunt,id est quæ cadunt sub nomine.Similiter nusquam omnium locorū est abnegatiuum, & nunq̄ omnium temporum. Eandem habent differentiam, ad simplicia infinita,illa quæ componuntur ex eis geminatis, uel quæ assumunt cunq;, ut quis infinitum,ad unum per se intelligendum pertinet.Horatius in.ij.sermonum:

Et leporum auulsos,ut multo suauius,armos, Quàm si cum lumbis quis edat,p aliquis.quisquis uero uel quicunq; ad uniuersos confuse dicitur.Similiter & quot certum desiderat numerum:quotquot uero,uel quotcunq; ad uniuersos confuse dicitur. Et quis quidem simplex,potest & infinitum et interrogatiuum esse:compositum uero ab eo aliquis,tantummodo infinitum.Similiter aduerbia quò,ubi,unde,quà,& quando, possunt & interrogatiua & relatiua & infinita esse. Virgilius in. x. Aspera quis natura loci dimittere quando Suasit equos,quando pro aliquando. Aliquò uero & alicubi,& alicunde,& aliquà,& aliquando,sine dubio infinita sunt tātum. Et quis uero quod est substantiæ infinitum,pro qualis & pro quantus inuenit.Qualis uero & quantus pro quis,non. Virgilius in.iij.Aeneidos: Quis nouus hic nostris successit sedibus hospes,quis pro qualis. Idem in.vi. Qui iuuenes quantas ostendāt aspice uires. qui pro quales. Similiter aduerbium qui quod est à nomine substantiuo quis,pro qualiter accipitur.Qualiter uero pro qui,cuius propria significatio est propter quidnō accipitur. Terentius in Andria: Quis tibi uideor? miser æque atq; ego, quis pro qualis dixit. Idem in Phormione: Quot me censes homines iam diuerberasse usq; ad necem, Hospites,tum ciues? quo magis noui tanto sæpius,quo pro quanto. Idem in Eunuc. Qui istuc? qui pro quomodo.Idem in Andria: Qui? quia te noui. qui, id est propter quid.Et hoc tamen & alia quoq; omnia aduerbia interrogatiua ad multas tendunt species interrogationum,quomodo & supradicta localia & temporalia.Et sunt eadem,et relatiua,ut cur,quia, διατί, καὶ διότι. Horatius in.i.carminum interrogatiue: Cur apri cum oderit campum? Idem in eodem relatiue: & altis urbibus ultimæ Stetere causæ cur perirent Funditus, cur διότι. Idem in eodem: neu miserabiles Decantes elegos,cur tibi iunior Læsa præniteat fide, cur διότι. Quia nam similiter Virgilius in.v.

interrogatiue: Heu quia nam tanti cinxerunt æthera nymbi? quia διατί. Terẽtius uero in Adelphis: Quia præter ſpem euenit, relatiue dixit, διότι. Omnes enim ſpecies cauſarũ eis reſpondentur, quomodo illis omnes ſpecies localium, uel temporalium aduerbiorum uel nominum. Quæ uero nõ ad diuerſas pertinent ſpecies, aduerbia interrogatiua eſſe non poſſunt, ut hortandi eia, uocandi heus, reſpondendi hem, & ſimilia. Inuenitur tamen quiſq; pro quicunq;, qualiſq; pro qualiſcũq;. Similiter aduerbia quoq; pro quocunq;, quaq; pro quacunq;, quandoq; pro quandocunq;. Quorſum quoque ex quo & uerſum compoſitum, tam interrogatiuum, q̃ relatiuum & infinitũ eſſe poteſt omnium localium ad regionem aliquam uergere demonſtrantium, ut ſi interrogem, quorſum uadis? bene reddit horſum, iſtorſum, ſurſum, deorſum, dextrorſum, ſiniſtrorſum, orientem uerſus, occidentem uerſus, & ſimilia. Idem & relatiuum eſt cum grauatur, ut ſi dicam quorſum ille ierat, & ego iui. & infinitum, ut quorſum ille uadit, & tu uade. Quoad quoq; & infinitum & interrogatiuum & relatiuum eſt. accipitur enim pro quouſq;, & pro quando, quod triplicem habet ſignificationem, ut oſtendimus. Terentius in Phormione: Quid ſenem quoad expectatis ueſtrum? Interrogatiue dixit. Idem & relatiuum eſt, ut Quoad iuſſiſti, parui. Et infinitum, ut quoad libet ſcribo. Similiter quouſq; uſque ad quod tempus, uel uſq; ad quem locum, & interrogatiuum & relatiuum & infinitum poteſt eſſe. Interrogatiuum, ut Cicero in primo inuectiuarũ: Quouſq; tandem abutere Catilina patientia noſtra? Relatiuum, ut quouſq; uiſum eſt doctori didici. Infinitum, ut quouſq; uideatur tibi uenio. Et localia quidem aduerbia pro temporalibus frequentiſſime ponunt autores, temporalia uero pro localibus nunquam. Virgilius in .v.

Hic patris Aeneæ ſuſpenſam blanda uiciſſim
Gaudia pertentant mentem, hic pro tunc.

Idem in .ij. Aeneid,

Inde thoro pater Aeneas ſic orſus ab alto.

Inde pro poſtea & deinde.

De pronominum conſtructione.

QVoniam de his quæ loco articulorum accipi poſſunt apud Latinos, in ſupradictis oſtendimus & de generaliter infinitis, uel relatiuis, uel interrogatiuis nominibus, quæ relationis cauſa Stoici inter articulos ponere ſolebant, & de aduerbijs quæ uel ex eis naſcuntur, uel eorum diuerſas ſequuntur ſignificationes, conſequens eſſe exiſtimo, de pronominum quoq; conſtructione differere. Articuli enim cum nominibus in oratione accipiuntur, ea uero pro nominibus. Neq; apud Græcos tamẽ pronomina demonſtratiua, quippe præſentes oſtendentia perſonas, quæ in prima ſunt cognitione articulorũ, capacia eſſe poſſunt præpoſitiuorum, quibus latinitas caret, ſicut docuimus. Et manifeſtum eſt, quod ideo & caſus recipiunt pronomina, ut pro toto nomine ſubeant, id eſt pro omnibus eius caſibus, perſonarumq; omnium diſcretiua ſunt, ut quod deeſt nomini, id eſt perſonarum diſcretio, ea loco illorum prolata compleant. & nominis quidem habent caſus, uerbi uero perſonas. Itaq; undiq; declinantur, duas generales declinationes aſſumentia, unam nominis, alteram uerbi. nec per confuſionem, ſed per aptiſſimam partitionem. Terminationi enim iniecerunt caſualem declinationem, principio uero perſonarum diuiſionem. Eſt enim planum, q̃ ſi in eadem parte duæ fierẽt declinationes, contingebat caſus mutationem impedimento fieri perſonarũ diſcretioni. Et contrà perſonarũ tranſitione corrumpi caſuum proprietatem, quare caſum quidem diſcernens efficit, mei mihi me, perſonam uero mei tui ſui, perſonã uero & caſum mei tibi ſe. & in omnibus definitum eſt ſupradictis, id eſt perſonis et caſibus, in quibus etiam numeri manifeſtantur propter diſtributionem, quæ in utrãq; partem eorum diſceſſit, id eſt principium & finem. utraq; tamen declinatio, tam caſuũ q̃ perſonarum ad proprias partes abſiſtens, id eſt ad nomen & uerbum, ſine utebatur, ut bonus bona bonum, boni bonæ boni, ſcribo ſcribis ſcribit. Non arbitror autem neceſſarium eſſe ſi quis quærat, quare in pronomine, non cõcedebatur perſonis magis terminatio, quemadmodum in uerbis, q̃ principium? quia oportebat ſemel uni concedere parti finem. & ſi eſt dicendum rationabiliter, caſuali, quippe cum prius eſt nomen uerbo, quemadmodum

ostendimus. Et manifestum ꝙ eius proprietas, id est casus iure obtineat finem. Praterea pronomen est, quod pro nomine accipitur, & imitatur nomen. Et certum quidem accidens est eius significationi, id est substantiæ, quæ innascitur, persona. & si terminatio obtinet maxime partes orationis, finis autem pronominis casus est, obtinebit per finem ut pronomen uocetur, quippe quo imitatur nominis proprietatem, id est casum, q̃uis etiam uerbi subit proprietas, id est persona. Oportere autem iudico antequam de singulorꝫ constructione pronominum dicam, differere de eorum proprietatibus, ex qꝫ bus manifestum tradendæ fiat documentum constructionis. Quoniam igitur prædictum est de præcipua & singulari demonstratione pronominis, quæ fit in utraꝙ parte, in principio personarꝫ, in fine casuum, de cæteris uideamus. Apud Græcos alia sunt demonstratiuorũ pronominum absoluta, alia discretiua. Absoluta dicuntur, quæ non egẽt alterius adiunctione personæ, quæ ἐγκλιτικὰ, id est inclinatiua apud illos sunt, ut ἐμοίγε, ἐμέθεν. Discretiua sunt, quæ egent adiunctione aliarꝫ personarum, quæ ὀχθοποιούμενα uocant, ut ἐμοὶ ἐμὲ δοὺς ἐκεῖνον. Necesse est eñ aliam inferre personam, quo modo in comparatiuis nominibus, necesse est ad alias ea fieri personas. Absoluta uero, id est positiua per se proferunt. Apud nos autem pronomina eadem, & absoluta & discretiua sunt. Absoluta ut uidet me: discretiua, uidet te, uel me, illum autem non. Nominatiuus tamen primæ uel secundæ personæ pronominum si uerbo iungatur, quia uerbum per se absolutam magis personam significat, plerũ ꝙ discretiuus est, ut ego dico, ille autem non. Accidit pronomini relatio in tertia persona, per quam prædicta nomina per recordationem pronominant, id est per pronomen significant, ut Iupiter postquam Troas, & Hectora nauibus appulit, ipse reiecit oculos claros. Et sciendum ꝙ demonstratiua pronomina non aliquorꝫ prædictorꝫ loco nominum, quomodo relatiua, sed eorum quæ proferri demonstratiuæ non possunt, accipiunt. Relatiua uero prædictorum quidẽ loco nominum, sed quæ iterum accipi non possunt. si quis eñ pro ipse reiecit oculos claros, ponat iterũ, Iupiter, nõ colligit duas orationes ad Iouem, sed quasi principium alterius facit orationis. potest aũt proprium nomen, & ad diuersas proferri personas, ut si dicam, Aiax uenit ad Troiam, Aiax fortiter pugnauit cõtra Troianos, dubium est, an de eadẽ dicam persona, cum duo eiusdem nominis fuerint, ad quos supradicti actus pertinere possunt: Sin aũt dicam Aiax uenit ad Troiam, idem fortiter pugnauit contra Troianos, de una intelligo persona. In omnibus igit relatiuis pronominibus una eademq; est oratio ex supradicto nomine pendens. Licet aũt pro relatiuis pronominibus nomina ponere, & orationẽ mutare, ut Iupiter tonat, Iupiter fulminat. Hæ eñ orationes singulæ per se possunt proferri, & inuicem conuerso ordine præpostere dici, cũ non ad priorem refert secunda, quod facit pronomen relatiuum, quod ad prædictum nomen refert. Quotiens uero ille uel hic non ostendendũ ante oculos aliquid referunt, oportet intelligere, ꝙ eorꝫ demonstratio ad intellectum refert, itaq; quædam sunt oculorum demonstratiua, ut ego & tu, quædam & oculorꝫ et intellectus. oculorum, ut hic uir, hic est tibi quem ꝓmitti sæpius audis. intellectus, ut Hic pietatis honos? sic nos in sceptra reponis? Præterea sola pronomina diuersis uocibus diuersas tertias faciunt psonas, cum uerba una uoce ad plures personas pertineãt tertias. Dicimus enim scribit Probus aut Seruius, uel quicunq; potest hunc actum suscipere, non tñ hoc etiam in pronominibus. Nam relatiua quidem sunt ipse uel is uel sui, quod primitiuũ est. Demonstratiua uero hic iste & ille. Sed interest ꝙ ille spacio longiore intelligit, iste uero propinquiore. hic aũt non solũ de præsente, uerũ etiam de absente possumus dicere, ad intellectũ referentes demonstrationẽ, ut prædictum est, ut hoc regnum dea gentib. esse. Virg. in. i. ad absentẽ Carthaginem retulit demonstrationẽ. Iste uero plerunq; ad oculorꝫ demonstrationem profert, ut Virg. in. vi. Non hoc ista sibi tempus spectacula poscit. Inueniuntur tñ hoc de absentibus protulisse autores, uel de eis quæ cerni non possunt, ut supra dictum est. Virgil. in. xi. sed nunc est omnia quando (Iste animus supra). Teren. in Adelp. Iste tuus ipse sentiet posterius, cũ de absente Aeschi

no dicat. Ille quoq; cum est etiam relatiuum, tam de absente q̃ de præsente potest accipi, ut sic Iuppiter ille monebat. Et, Tu ne ille Aeneas. & Ille ego qui quondam gracili modulatus auena Carmen. Licet tamen per figuram conuersionis, id est κατὰ ἀποσ-τροφήν absentis quasi præsentis loquẽdo, uti secunda persona, ut Iuuenalis in. ij, Tu ne duos una sæuissima uipera cœna, Tu ne duos? Quomodo tñ apud Græcos additur ι quibusdam pronominibus ad uim significationis intendendam, ut ἐκείνοσι, οὗτοσι, ὁδί, sic etiam apud nos met te pte ce additæ intendũt significantiam, ut egomet, tute, me apte, nostrapte, huiusce, de quib. cum de ꝓnomine tractabamus latius diximus. Definiunt aũt personæ ꝓnominum nõ solum demonstratione, quæ præsentium cognitionẽ sub oculis ostendit, sed etiam relatione, quæ absentiũ recognitionẽ habet. Itaq; bene docebat Aristarchus coniuga esse personis pronomina, cum similiter & cõiuncte p oẽs personas definiunt. uel demonstratione uel relatiõe, uerba uero inconiuga, cum in prima quidem & secũda persona finiunt, in tertia uero nõ, nisi præcipuus sit ad aliquem unum pertinens actus, ut fulminat, & tonat, de Ioue solo intelligimus, non q̃ uerbum tertiæ personæ finitũ est, sed q̃ is q̃ eius significationem agit, proprium habet hunc actum. Manifestum est igit, q̃ ideo diuersæ sunt pronominis positiones in tertia pſona, ne una uoce diuersæ significent personæ. Cõsequebatur eiñ, ut ipsæ quoq; infinitæ essent, quõ in uerbis tertiæ personæ, qđ contrarium erat proprietati pronominum. quippe cũ una dictio plura significans infinitatis causa sit. Præterea aliæ quidẽ partes casuales à nominatiuo gtm̃, & cæteros casus ad consequentiam nominatiui solent perficere. Principalia uero ꝓnomina, id est ego, tu, mei, tui, sui, mihi, tibi, sibi, positiue magis per singulos casus declinant, cum nõ possit ego secundũ rationẽ casualium mei gtm̃ adhibere. neq; tamẽ mei genitiuus mihi et me opportune ascisit. numeris quoq; positiue cõmutatis, ego, mei, nos, tu, tui, uos. Nullus enim genitiuus qui non ex nominatiuo sit conuenienter declinatus, potest numerum pluralem nominatiuo consequentem exhibere. declinatus enim à nominatiuo congrue, huic condeclinat tam sequentes casus, q̃ numeros. Itaq; & ἐπτόκλιτα, id est diuersiclinia, necessario consequitur aliquis nominatiuus aptus genitiuo, ex quo reliquæ figurationes, tam numerorum, q̃ casuum reddantur, ut itineris, genitiuus fecit itineri, & itinera, & ex hoc nominatiuus quoq; itiner necessario accipitur. Similiter precis, & uicis, & frugis, & lateris, qui sunt genitiui, faciũt preci, & uici, & frugi, & lateri, & preces, & uices, fruges, & lateres. Quapropter opportune inerũt nominatiui supradictis nominibus, & prex, & uix, & frux uel frugis, & later. Ergo mei genitiuus non declinatus, sed positiue factus, consequentiam tam casuum q̃ numerorum recusauit, ille autem & iste & similia cum genitiuũ à nominatiuo habeant declinatũ, habuerunt etiam reliquos casus, & numeros consequentes. Sed forte quærat aliquis cur consequentiam euitauerunt pronomina, & cur non nominat? Nominum positio inuenta est ad significationem qualitatum, uel communium uel ꝓpriarum, quæ sunt innumerabiles, ut homo, Plato. Et quoniam neq; demonstrationem habent ea, neq; relationem, quibus finiuntur personæ pronominum, innumerabilis in eis, id est nominibus positio fiebat. ut singulorum figuratio nominum, singulis reddat suppositorum suam qualitatem, quare non mediocriter disturbant qualitatis significationem, cum in unam concidant uocem nominum positiones, tam in proprijs q̃ in appellatiuis. Inde caruit definitione persona ea, quæ in nomine ipso intelligitur. nec mirum cum propria quoq; nomina, quamuis ideo ponantur, ut unumquẽq; ab alijs omnibus discernant, incerta sunt tamẽ, cum nõ possint omnes eius qualitates quæ illum separant ab alijs omnibus ostendere, absq; demonstrationis auxilio, quæ fit per pronomen. Quamuis enim sciamus q̃ poeta sit Virgilius, & filius Maronis, cernentes eum si posset fieri, nesciebamus eius esse hoc nomẽ, nisi quis nobis eum demonstrans dixisset, hic est Virgilius. Propter quod per singulas figurationes separatus nominatiuus exigebat obliquos casus congruos proprietati suæ, ne fieret incerta significatio tam confusa. Inde etiam genera necessario subeunt, ut cum qualitate significationis discernant etiã go

tus. Inde inuentæ sunt etiam adiectiuæ positiones, ut consequẽtia nominibus communibus uel propriis compleantur, ut equo albus uel fortis, Platoni uero sapiens uel bonus adiicitur, Marti gradiuus, et alia multa quæ possunt accidere. unde etiam compositiones sunt inuentæ, ut beneficus, maleficus, omnipotens, quæ ex accidentibus conficiebãtur, quæ sunt qualitatis uel quantitatis. Pronomina uero ea quæ ad nihil aliud aspiciunt, per demonstrationem, nisi ad propriam aliquam substantiam, & ad ei accidẽtes qualitates, quæ possunt oculis conspici, ut album uel nigrum, longum uel breue, uoce autem ipsa pronominis non manifestantur nisi substantiæ, iure plurimas recusauerunt uocum figurationis. quippe cum singulæ earum per singulos casus pro omnibus accipiantur nominibus. in omnibus enim rebus substãtiæ quidem singulæ sunt, qualitates uero multæ, quæ nomine uolunt intelligi. quod si uerum est, naturaliter abstitit ab eis nominum consequens declinatio, ne cum pro omnibus accipiantur nominibus, uni eorum terminationi succedant. & cum unicam ad omnia quæ sunt habeant significationem, ut una uoce generali proprietates omniũ demonstrarent, unicam habuerunt etiã uocis declinationem, ut singulas uarient personarum & casuum prolationes, nulli obnoxia regulæ, quæ in unicis nec locum habere uocibus poterat. Manifestum est autem ꝙ & prima & secunda persona, in quibus sola est demonstratio, singulas habent uoces. Itaq; genera quoq; omnia non abscissa propriis terminationibus, sed per eundem finẽ congruam habuerunt positionem, quippe cum per ea demonstratio substantiam p se significet absq; discretione generum. Ille autem & ipse & hic & iste & is, quia in diuersis tertiis poterant esse personis, absentibus uel præsentibus, & longe uel iuxta positis, definitionis causa manifestandæ, etiam genus cum sequenti declinatione acceperunt. Quemadmodum nomina, sic etiam pronomina per singulos casus similiter cum uerbis construuntur, & nominatiuis quidem intransitiue, obliquis uero transitiue uerba coniunguntur, ut Theotistus uel iste currit. Theotisti uel istius misereor. Theotisto uel isti præbeo. Theotistum uel istum uideo. Ablatiuus etiam cæteros obliquos sequitur, Theotisto uel isto gaudeo. Nam uocatiuus quoq; intransitiue secundis adiungitur uerborum personis, cum proprius sit naturaliter secundæ personæ, ut Theotiste uel tu noster doctor legis, uel lege. Virgilius in. x. Vigilas ne deũm gens Aeneas uigila. Obliqui tñ constructionem uerborum, quæ fit intransitiue cum nominatiuis excipiunt transitiue, nisi sint uerba absoluta, ut Theotistus uel iste uiuit, spirat, floret, uiget & similia. Ea enim non egent obliquorum adiunctione, id est transitione in alias personas. affectus tamẽ singulorum ostendentibus uerbis, ut doceo istum, uel Theotistus docet Priscianum, ego doceor ab isto, tu doceris ab illo. sciẽdum aũt ꝙ impersonalia, siue transitiue siue intransitiue proferantur, obliquis casibus iungũtur, nisi per defectionem proferãtur. Intransitiue, ut currítur à me, pro curro, uel statur à te, pro stas, & sedeť ab illo, pro sedet ille. Quamuis in eis quoq; potest ipsa res intelligi uoce passiua, ut currit cursus, & bellatur bellum. Vnde etiam si non addatur à quo, potest tamen sensum complere ipsius rei quæ agitur. Virg. in. vñ. certatur comminus armis. Terentius in Eunucho: Quid agitur? statur. Transitiue, ut miseret me tui, pudet te mei, pœnitet illum sui. Mei autẽ & tui & sui genitiuos hic intelligimus primitiuorũ, qui ĩdem etiam possessiuorũ sunt genitiui. Nec mirum eandem uocem mutatione significationis ad aliam speciem transire cum soleat diuersa significatio easdem uoces etiam ad alias partes transferre. ut nomina in aduerbia, sublime uolant, pro sublimiter, sole recens orto, pro recenter. Et contra aduerbia in nomina, ut sponte sua, & mane nouũ. & participia in nomina, ut amãs ἐρασής, sapiens ὁ σοφὸς, doctus ὁ εὐτραπέλος, factum ὁ ἐργον. carent enim tempore in his significationibus. Igitur non uoces magis ualent in partitione dictionum, q̃ earum significationes. loco nominum pronomina ponunť, non ut quidam existimant propter nominũ ignorantiam. quæ enim ignorantia nominum est, cum dicit Aeneas ad Didonẽ, ego te quæ plurima fando Enumerare uales? sed manifestum est, ꝙ quia non possunt nomina in prima & secunda esse persona, ut ostendimus. At dicet aliquis, quid igitur?

non etiam ignoratis nominibus dicimus, ego & tu? ad quem respondendum est quod ex accidente hoc fit, id est demonstratione propriæ qualitatis, cum similiter etiam cognita nomina pronominalem sæpe exigant constructionem. non minus tamen sic quo ꝙ loco eorum accipiuntur. Vi enim proprium nomen intelligitur per pronomen. nō dico uocis nomen, sed quod ex ea ostendit, id est propria qualitas suppositi in qua sunt propria nomina. quamobrē ad nihil utile pertinent pronomina si careant personis ostēdentis, & eius quæ ostenditur. Itaq; cum scribuntur per se pronomina nimirum infinita sunt, scilicet cum à sua materia excidunt, id est demonstratione propriæ qualitatis. Vnde rationabiliter, qui sibi inuicem scribunt, solent nomina propria præponere, sine quibus perfectio orationis non constaret, cum ponantur pronomina tam primæ quā secundæ personæ, propter accidentes actus, tam scribenti, q̄ illi ad quem scribit. Præpositis igitur nominibus proprijs, ut Cicero Bruto, ui ad ea demonstrationes faciunt pronomina. Si enim ponam, ego tibi dudum scripsi, ostendi per pronomen ego, nominis præpositum nominatiuū, per tibi autem datiuum secūdæ personæ, qui loco datiui nominis præpositi accipitur. nec dubium est ꝙ sublatis nominibus antepositis, etiam pronomina infinita fiunt. Est autem causa propter quam nomina nō possunt accipi in prima & secunda persona, quam superius quoq; diximus. uel ꝙ substātiæ & qualitates generales, & communes & speciales & indiuiduæ, in quibus sunt nomina, nō habent certam discretionem personarum. ut puta oīs homo, & substantia potest dici, & animal & homo, & nominari Plato uel Cicero, uel Virgilius uel quodcūq; ex proprijs nominibus potest imponi uni alicui ex omnibus. Prima aūt persona ad nullum pertinet, nisi ad ipsum q loquitur. Nec secunda ad alium nisi ad eum in quem intēditur sermo, uel propter hoc, uel etiam propter illud, quod nō ipsi nobis imponimus nomina, quod suum est primæ personæ, nec ad eos qui nascuntur intendētes sermonem, quod est secundæ personæ, eoꝝ positionem, id est nominatiōem facimus. Necesse est ergo in tertiam personam cōcedere nomina per omnes casus absq; uocatiuo, qui primus transfert positionem à tertia persona ad secundam, propterea ꝙ per eum fit demonstratio præsens, eius in quem facta sit positio nominis. Illud quoq; manifestum est, ꝙ à nobis uerba facientes, id est proferētes ad alias debemus personas, ea intendere. & apparet quod non licet nominibus uti, ꝙ tertiæ sunt ea personarum, sed ratio exigit à prima ad secūdam fieri uerba. Quamobrem subierunt pronomina, hoc quod nō poterat nomen complētia, cum dicimus ego tibi scripsi. Prædicta aūt est causa, quapropter pronomen unum pro omnibus accipit nominibus, id est ꝙ demōstrationem uel relationem habeat alicuius certæ substantiæ, quæ in oīmbus proprijs est nominibus una eademq; uoce significanda. Nemo tñ putet ꝙ nihil usus habeāt tertiæ pronomina personæ, cum nomina in eam possint personam accipi, & dicat si possent in prima & secūda inueniri nomina persona, fortassis nec excogitarētur pronomina. Nam possumus ad hoc dicere, ꝙ pronomina semel nominū loco nata, ex accidente habuerūt etiam demonstrationem. Sub oculis eñ omnes eoꝝ personæ plerūq; cernunt. Itaq; præcipuum habuerunt accidens demōstrationem, quæ profecta per cōiunctionem primæ & secundæ personæ, peruenit etiam ad tertiam. Non igitur ꝙ nō habet tertias personas nomen, ideo excogitata sunt pronomina, sed quoniam expers est demonstrationis, quæ est in pronominibus. Itaq; ineſt utrunq; in illo Virgiliano: hic Cæsar & omnis Iuli Progenies, satis necessarium. Quia enim cernitur Augustus, demonstratione usus est per pronomē, quæ nomine fieri nō poterat hic. ut autem qualitatem quoq; ꝓpriam ostenderet personæ, quā demōstrabat addidit Cæsar. His itaq; se habentibus, certum est qđ si dicam Priscianus scribo, & his similia, sine dubio incōgrue dico. nec propter aliud quid, nisi propter personarum consequentiam. Tertiæ enim personæ est nomē, uerbum uero primæ. Est igit consequens, quod in duabus tertijs profert, ut Priscianus scribit. non tñ omnino ubiq; hoc obseruamus. quæ eñ substantiam significant uerba uel nominationem, adsciscunt aptissime nomina, & in prima et in secunda persona, id quod est in alijs inconsequens,

ut ſum pius Aeneas, Cicero nominor, & his ſimilia. Quamuis enim Græcorũ autores inueniantur licentia ſolita utentes, & aliꝭs quoq; uerbis primæ & ſecundæ perſonæ cõ iungentes nomina, ut Homerus: φοῖβον ἀπόλλωνα χρυσάορον ὅστε πάροιθες, ὑμνέω. Euripides in Hecuba: ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα, πρὸς σκότον πύλας, λιπὼν ἵν' ἅδης χωρὶς ὤκισαι δὲ σὺν πολύδωρος. Idem in Bacchis: ἥκω διὸς παῖς τήνδε Δηβαίαν χθόνα, Διόνυσος. Thucydides: Θεμιστοκλῆς ἥκω πρὸς σέ. In quibus omnibus deeſt ego. Noſtri quoq;, ut Iuuenalis in quarto:

Nam cum ſis conuiua mihi promiſſus, habebis
Euandrum, uenies Tirynthius haud minor illo Hoſpes, deeſt eẽ tu. Supradictis uero id eſt ſubſtantiuis, & ſine pronomine, bene omnes adiungunt perſonæ, & uocatiuis uerbis. Cum enim ipſa uerba per ſe ſubſtãtiam uniuſcuiuſq; propriam colligant, uel ſubſtantiæ nominationem, neceſſario relictis pronominibus, quæ ipſam quoq; ſubſtantiam, quantum ad uocẽ ſolam ſignificant, ad nomina ſe applicant, quæ propriam qualitatem demonſtrant, ſeu generalẽ ſeu ſpecialem, ut homo ſum, Apollonius uocor. unde ego ſum uel ego uocor per ſe nemo dicit, cum duplicata ſubſtantiæ demonſtratio ſine qualitate nihil perfectum ſignificaret. non eẽ erat poſſibile propriam poſitionem, quæ ſignificatur nomine proprio attribuere uoci cõmuni, id eſt ad omnes generaliter pertinenti, quod eſt pronomẽ, ſi diceremus ego ſum, ego nominor, uerba ad pronomen referẽtes. nam ſignificationem non ꝓprie qualitatis, ſed quæ communiter omnibus accidit eſſentiæ demonſtratiuæ faceremus, ad quam pertinet ego. Eadem eſt ratio in cæteris quoq; perſonis. Manifeſtum eſt igitur, ꝙ quia confitẽtur ſuam poſitionem nominum ſupradicta uerba, id eſt nominatiõem, euocant ea à tertia ad primam, quando dico Priſcianus ſum, uel Cicero uocor, cum ſpecialem ſubſtantiã quã pronomen additum demonſtraret, habeat in ſe ipſum uerbum ſubſtantiuum uel uocatiuum. Itaq; frequenter inuenimus demonſtratiuis pronominibus poſitis, nõ poſita ſupradicta uerba tamen intelligi, ut Virg. in. vi. hic Cæſar & omnis Iuli Progenies. Adeo quoq; demonſtratio huiꝰ eſt cauſa, ꝙ aduerbiꝭ quoq; demonſtratiuis ſæpe poſitis, non eſt neceſſe addere ſupradicta uerba, ut Virgilius in. i. Aeneidos: Tu'ne ille Aeneas, quem dardanio Anchiſæ? Idem in. iij. Nam Polydorus ego.

Idem in eodem: Ecce tibi Auſoniæ tellus, hanc arripe uelis.

Necnon etiam nomine ſubſtantiæ poſito frequenter deficiunt uerba ſubſtantiua.

Lucanus in primo: Quis furor ô ciues, quæ tanta licentia ferri?

Virg. in. iiij. Aenei. Quis tibi tunc Dido cernenti talia ſenſus?
Quos'ue dabas gemitus? Et qualis et quantus poſitis infinitis, pro quibus etiam quis ponit, ſæpius deficiunt uerba ſubſtantiua, quomodo etiam participiꝭ, ut Iuue. in. iiij. O' qualis facies, & quali digna tabella.

Virg. in. i. Aenei. Certe hinc Romanos olim uoluentibus annis
Hinc fore ductores reuocato à ſanguine Teucri,
Qui mare qui terras omni ditione tenerent Pollicitus.

Non tamen etiam ſi dicamus Cicero accuſo bene dicitur, ſicut Cicero ſum. Non enim accuſationis uerbum proprietatem ſic ſignificaret ſubſtãtiæ, quomodo ſubſtantiuum uerbum, uel nominationis, quæ per uocatiuum uerbum indicatur. Participiꝭ quoq; quæ tertiæ ſunt perſonæ, quõ nomina ſubſtãtiua, bene ſociamus uerba, ut poſſint loco triũ uerbi perſonarũ fungi, ut amatus ſum es eſt, doctus ſum es eſt. Quæ ſi deficiant, infinita pro his ſubeunt nomina ſubſtantiæ cũ uerbo, ut ego ſum qui amor, id eſt ὁ φιλούμενος, uel tu es qui amaſti, id eſt ὁ φιλήσας. Hæc eẽ deſunt apud nos participia. Et attende in his quoq; quanta uis eſt ſubſtantiam ſignificantiũ, quod & loco participij, qđ & ſubſtantiam ipſius qui agit uel patitur, & actum uel paſſionem ſignificet, accipitur nomen ſubſtantiuum cum uerbo, ut quid eſt amans? qui amat, quid eſt naſcens? qui naſcitur. Et loco uerbi participium cum uerbo ſubſtantiuo, ut pranſus ſum ꝓ prandi, meritus ſum ꝓ merui. Et nota ꝙ cum & nomen, ut ſupra diximus, et uerbũ ſubſtantiuum inuicem, hoc cum participio poſitum loco uerbi, illud cũ uerbo loco participij fungit,

ad omnes quoq; personas pronominum refertur: Ego qui scripsi, tu qui scripsisti, ille q; scripsit. Quomodo autem pronominibus uocatiua uerba nō adiunguntur, sic nec participijs, quippe ad nominationem pertinentia. Substantiua uero aptissime adiunguntur, cum actus uel passiōis essentiam cum participijs significent, ut amatus sum, es, est. Deinde dicendum de constructione pronominum ad uerba. Obliqui casus pronominum omni modo ad uerba referunt, quomodo & nominum, ut illius misereor, illi noceo, illum accuso, illo nitor. Ex qua constructione intelligitur qualis nascitur affectus personæ, sed non reciprocatur quod dicimus. Non enim omnia uerba obliquos desiderāt casus nominum uel pronominum, quomodo oēs obliqui casus uerba desiderant. Quoniam quædam ex his perfecta sunt & absoluta, quædam defectiua. ut si dicam ambulat homo, uiuit, currit, sedet, & similia. quæ sunt absoluta non egent obliquis casibus. Sin dicam accusat, uidet, insimulatur, imperfecta sunt, et egent obliquorum casuum adiectione ad perfectionem sensus. sed de his opportunius separatim, cum de uerbi cōstructione tractabimus dicetur. Quidam tamen putauerunt perfectiorem esse uerborum constructionem, si pronomina assumant, ut ego scripsi tibi, ego loquor tibi, & similia, cuius approbationem dicunt esse eam, q; cum dicam, ego quidem affui, tu uero non, si tollas pronomen, incongrua uel incognita erit locutio. Sed hoc facit hic maxime coniunctio quidem. itaq; ego non arbitror quod dicunt uerum esse generaliter. Nō enim omnimodo egent pronominibus uerba. idq; affirmat, non ex poetica solum constructione, cui licet & deficere & abundare, sed ex communi elocutione doctorum, & maxime à scriptorum constructione, qui sine metris scribentes perspicaciter magis ea utūtur, & ex ui ipsius orationis solent quod necessarium est apponere. Cum manifestum sit de obliquorum constructione, sciendum q; insunt in quibusdam partibus orationis aliarum partium intellectus. ut si dicam: Aiax, intelligo & hominem, & unum per numerum singularem: si dicam Anchisiades, intelligo genitiuum singularem primitiui, & filius cum nominatiuo singulari. si dicam diuinitus, intelligo nomen cum ex præpositione, id est ex dis. si dicam fortior, intelligo magis & positiuum primitiui, id est fortis. Innumerabilis est em̄ huiuscemodi exemplorum copia. nec est dicendum, q; si dicam Anchisia des deest, & debet ei addi filius, & si addat poetica est licentia. Quomodo & præpositiones solent addere & minuere, ut Terentius in Andria: Ad te aduenio, spem, salutem, auxilium expetens. Virgilius in. i. Aeneidos: scelere ante alios immanior omnes. Ante em̄ cum comparatiuo positum auctionem auctioni addit. Terentius in Andria: Post deinde, quod iussi, ei date bibere, abundat post. Idem in eadem: Pernimium non laudo, per superuacuum esse uidetur. Quamuis amplioris significātiæ causa potest accipi. Idem in eadem: Abhinc triennium, pro hinc. Virgilius in. i. Aeneidos: Italiam fato profugus, deest ad præpositio. Neq; si dicam Aiax quod est singulare, deest unus. In uerbis igitur similiter accidunt, quæ unà cum eis intelligūtur, ut in indicatiuis ipsa indicatio, & quæ ex ea intelligitur, affirmatio. Vnde ad interrogationes respondentes, etiam aduerbium confirmatiuum, uel non, uel uerbum indicatiuum reddimus, utpote habens in se affirmationem. ut interroganti, legis? etiam, uel non respondemus, uel lego. Sed & de his in cōstructione uerborum subtilius tractabimus. Inest etiam singularis numerus in uerbo scribo, nec eget ut addat unus. Manifestumq; est, q; etiam nominatiuus pronominis inest uerbo, ergo si supradicta non desunt, quia intelliguntur, nec pronomen deest. Nec tamen si addatur uituperanda sit cōstructio. Est em̄ quando amplioris causa significationis adiungūtur ea quæ possunt, etiam si non addantur, intelligi, ut legis? etiam lego. Ecce em̄ hic quamuis aduerbium etiam per se positum intellectum habeat uerbi prædicti, in interrogatione tamen additum nō fecit uitiosam orationem, sed magis certiorem. firmior enim fit promissio duplici confirmatione. Similiter uni hominem dicimus ambulare, ad diuersorum multitudinem, non q; ipsi homini, cum singulariter dicimus, non inhæreat etiam unius numeri intellectus. Itemq; ad omnium abnegationem dicimus nullus ambulat, neminem inueni, singulari numero, singularem

numeꝝ adiungentes. Eodem igit̃ modo, cum absoluta, & non discretiua inest prolatio, dicimus absq; pronomine, disputo, disputas. Sin aũt alicuius rei discretionem uolumus manifestare, addimus pronomen, cuius est proprium discernere personas. Non enim ut indicemus personam hoc facimus. Eam em̃ habent in se uerba. Vnde infinita eorũ, quia deficiunt personis, egent uerbis indicatiuis, ut quod deest ex his, assumant. Ergo discretionis causa, & maxime si cõiunctio assumitur, pronomẽ additur uerbo, ut ego quidẽ affui, tu uero non. uel, ego quidẽ scripsi, ille uero legit. Vel amplioris causa significantiæ, in quo tamen ad alios omnes uidetur fieri discretio, ut Cicero in .i. Inuect. Nos, nos dico aperte, nos consules desumus. Intelligimus em̃ q; nemo alius nisi nos. Teren. in And. ego iam pol hodie, si uiuo, ostendam tibi, Herum quid sit periculi fallere, & illi patrem. Et prima quidem & secunda persona uerborũ, nisi discretionis uel significationis causa, non egent pronominibus: quippe cum sint finitissimæ, singulisq; uocibus pares habeãt, & præsentes demonstrationes. Tertiæ uero cum sint innumerabiles, una uerbi uoce utẽtes, necessario confusionẽ faciunt infinitam. Itaq; conuenienter ad eandem discernẽdam pronomina quæ sunt finita, tertijs uerbi personis adiunguntur, ut per eoꝝ adiectionem incerta significatio finiat, ut scribit hic, scribit ille, scribit ipse, scribit is, scribit idem. Sall. in Catili. Verum em̃ uero, is demum mihi uiuere atq; frui anima uidetur. Is in hoc loco & relatiuum & discretiuum est ad omnes. Impersonalia quoq; uerba, cum per se infinita sint, personarum & numerorum additione pronominum definiuntur, & loco perfectorum per omnes modos accipiuntur uerborum, ut curritur à me, à te, ab illo, à nobis, à uobis, ab illis. Imperatiuo, curratur à te, ab illo, à nobis, à uobis, ab illis. Similiter optatiuo, utinam curreretur à me, à te, ab illo, à nobis, à uobis, ab illis. Sic etiam per cætera, frequentissime tamen sine additione pronominum proferuntur, & ipsum actum significãt, licet deficiant pronomina, ut Iuuenalis in iij. Curritur ad uocem iucundam, & carmen amicæ Thebaides. Virg. in i. ænei. O dea, si prima repetens ab origine pergam, Et uacet annales nostrorum audire laborum: deest enim tibi. Idem in eod. mecumq; fouebit Romanos rerum dominos, gentemq; togatam, Sic placitum. deest mihi. Et passiuam quidẽ uocem habentia, ablatiuo uel datiuo more passiuorum iunguntur, & intransitiue intelliguntur, ut curritur à me, uel mihi. Actiuam uero, si sint à perfectis uerbis, eoꝝ constructionem seruant, ut iuuat me, quia iuuo te. Virgil. in ij. Georgi. Et iuuat undantem buxo spectare Cytorum. Placet mihi, quia placeo tibi. Contingit mihi, quia contingo tibi. Similiter euenit, accidit, cætera quoq; datiuo copulant, & intransitiua sunt, ut licet, uacat, libet mihi, exceptis quæ accusatiuum simul & genitiuum assumunt, pœnitet, pudet, tædet, piget, miseret me illius. Duo inueniuntur, scilicet interest & refert, quæ cum genitiuis aliorꝝ omnium casualium applicantur, in quinq; tantum solis pronominibus, quorum similes sunt genitiui primitiuorum, genitiuis deriuatiuorum, ne concidant, ablatiuo possessiui pro genitiuo primitiui construũtur, ut interest mea, tua, sua, nostra, uestra: similiter refert mea, tua, sua, nostra, uestra: in quibus subauditur in re, id est, in utilitate mea, tua, sua, nostra, uestra. Nam si dicamus, interest uel refert mei, tui, sui, nostri, uestri, non ad primitiuam personam, sed ad possessionem intelligitur, interest mei filij, uel fratris, uel tui, uel sui, uel nostri, uel uestri. Cum cæteris enim quoq; omnibus casualibus, id est nominibus, pronominibus, participijs supradicta uerba coniuncta, genitiuum exigũt casum, ut diximus, ut interest imperatoris, interest meorum natorum, interest docentis, id est, prodest docenti. Nam participia, tam nominum q̃ uerborum sibi defendunt structuram. & uerborum quidem constructionem seruant, quando uel absoluta, uel transitiua sunt ad alia casualia, quibus ad consequentiam uerbi coniunguntur. Absoluta, ut spirans uiuo, ambulans cogito, quia spiro et ambulo absoluta sunt. Transitiua, misereor tui, miserens tui: noceo tibi, nocens tibi: laudo te, laudans te: potior illa re, potiens illa re. & hoc quidem secundum uerbum. Secũdum nomen autem participia construuntur, quod quemadmodum uerba uel intransitiue cum nominatiuo, uel transitiue cum obliquis nominum ponuntur, sic etiam cum participijs intransitiue, ut Virgilius scribens floret, ego

intellígens delector. Tranſitiue,ut egeo miſerantis,conſentio miſeranti,uideo miſeran⁹ tem,potior miſerante.Hæ enim conſtructiones obliquorum quoq; ad ſimilitudinẽ no⁹ minum uel pronominũ fiunt,ut indigeo illius,indigeo paſcentis,faueo legenti,quomo do faueo amico,faueo illi,accuſo illum,accuſo hominem,ſimiliter accuſo legentem.Dí⁹ gnor te laude,dignor te illa re,dignor te celebrante. Eſt autem quando in nominũ uim tranſeunt participia,& genitiuo coniunguntur,relicta uerborum ordinatione, ut fugí⁹ tans lites,participium eſt:fugitans litium,nomen:Amans illum, ſimiliter participium: amans illius,nomen.unde & comparatur amantior amantiſſimus.Præfectus urbi,partí⁹ cipium,quia & præficior urbi:præfectus urbis,nomen eſt.Participium autem compara tionem habere non poteſt,cum loco uerbi fungatur, quod comparatione penitus caret, quãtum in ſua uoce.nam adiectione aduerbiꝝ poſſunt comparari,ut Virgilius in primo Aeneid.Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam Poſthabita coluiſſe Samo. ma⁹ gis coluiſſe.Similiter participio additur,& magis hunc colens q̃ illum. Et iuxta nomen quidem loco uerbi fungitur,iuxta uerbum uero loco nominis,ut faciens eloquentem di co,pro Qui facio eloquentem,laudo legentem,quomodo laudo lectorem. Nec mirum pro utroq; fungi,cum utriuſq; accidentia poſſideat.& ſciendum,q; ſi præponatur coniũ ctio caſuali,neceſſe eſt aliquam quoq; partem caſualem copulari,& ad utranq; uerbum referri,ut & Dionyſius loquit & Trypho,& Apollonius ſcripſit & ego,& uigilans pro ficit & legens.Et contrà ſi uerbo præponatur cõiunctio,neceſſe eſt aliud uerbum ei con iungi,& ad utrũq; aliquid caſuale referri,ut & ſcribit & legit Trypho,& pugnat & uin cit Aeneas. Licet tamen uerba primæ & ſecundæ perſonæ repetenti nihil caſualium ad iungere,& perfectam orationem oſtendere,ut & lego,& intelligo,& doceo,& doceor, & ſcribis,& cogitas.Nam ipſa demonſtratio,loco caſualis alicuius fungitur,cum & pro nomen & nomen per eam intelligatur, tam in prima q̃ in ſecunda perſona. Nam tertia uerbi perſona,quæ infinita ẽ,eget aliquo caſuali. Quod autem fit in nomine,hoc etiam in aduerbio,quod ui adiectiuũ eſt uerbi,exigit ratio fieri,ut & bene & docte ſcribit. ne⁹ ceſſe eſt enim coniunctiones præpoſitas,uel diuerſas perſonas cõiungere,quæ ſunt in ca ſualibus,uel qualitates quæ ſunt in aduerbiꝭs. communiter autem actum uel paſſionem conſequi,quæ eſt in uerbo uel participio,uel actus uel paſſiones copulari.communes au tem perſonas conſequi,uel qualitates ipſi actui accidẽtes geminari,& tunc actum infer⁹ re. Si enim non præponatur coniunctio,licet diuerſas inferre partes,ut ſcribit Dionyſi⁹ us,& Trypho.ſcribit Dionyſius,& legit. Si enim præponam coniunctionem,dicendo, & ſcribit Dionyſius,neceſſe eſt alterum uerbum ſubiungere & dicere, & ſcribit Diony ſius & legit.Rurſus,ſi dicam & Dionyſius ſcribit,neceſſe eſt alterũ caſuale inferre & di⁹ cere,& Dionyſius ſcribit,& Apollonius:quippe cum præpoſita coniunctio copulatiua uel diſiunctiua,omnimodo conſimilem cogit partẽ repetere,id eſt, uel caſualem uel ca⁹ rentem caſu,& eundem caſum uel modum,ut & ſcribo & intelligo,uel ſcribo uel intel⁹ ligo,& meus ſeruus & tuus,uel meus ſeruus uel tuus. Sciendum tamen,q; licet genití⁹ uis in huiuſcemodi cõſtructione copulare nominatiuos poſſeſſiuorum,quippe qui uim genitiuorum primitiuorum ſuorũ poſſidẽt,ut pulcherrimi ſunt & Homerici uerſus,et Virgilꝭ.Similiter licet dicere,& Agamẽnonis filius,& Menelai filia ſociati ſunt, & fra ter noſter & ueſtri, & meus ſeruus,& illius. Nec ſolos nominatiuos poſſeſſiuorum, ſed quoſcũq; caſus bene poſſumus cum genitiuis poſſeſſiue prolatis coniungere,ut meus ẽ ager & fratris,tua eſt ciuitas & omnium,mei filꝭ eſt hæreditas & cognatorum,meo ſer uo & fratris dedi,meum amicum & patris diligo,mei filꝭ & uxoris meæ,meo filio dele ctor & caſtæ matris.Similiter omnia poſſeſſiua poſſunt proferri,tam nomina q̃ prono⁹ mina.Genitiuos quoq; & ablatiuos inuenimus coniungi uerbo imperſonali,quod eſt in tereſt & refert,de quibus ſupradiximus,ut intereſt mea & patris,refert tua & imperato ris.Modos quoq; (ut diximus) neceſſe eſt ſupradictis coniunctionibus præpoſitis eoſdẽ plerũq; adiũgi,ut et legis et diſcis,aut legis aut diſcis.et lege et diſce,aut lege aut diſce. utinam & legeres & diſceres, utinam aut legeres aut diſceres, cũ & legas & diſcas,cum

aut legas aut díſcas. cupís & legere & díſcere, cupís aut legere aut díſcere. Licet tamẽ uariare, ut & legiſti & lege, & legiſti & utinam legas. Caſus quoq; eoſdem ſociarí exigũt copulatiuæ uel diſiunctiuæ, præpoſitæ uel interpoſitæ cõiunctiones, quando unum uerbum ad eos referẽ, ut ego & tu legimus, uel meí uel tuí míſeretur, & mihí & tibí proderſt, uel me uel te lædit, uel Cicerone uel Virgílio delector. His conſtructionibus inueniuntur contraria quædã apud autores, licet non repetantur coniunctiones ſupradictæ, ſed ſic interponantur, quomodo ſi repetantur. Virgilius in .i. Aenei. Succinctam pharetram & maculoſæ tegmine lyncis, Aut ſpumantís aprí curſum clamore premẽtem. Sed melius in quibuſdam codicíbus ſine m, pharetra ablatiuus inuenitur. Quidam tamẽ lyncis curſum à communí accipiunt: Idem in vij. Quod ſcelus aut Lapithís tantum, aut Calydona merentem. Sed melius hic quoq; in quibuſdam codicíbus inuenitur, Quod ſcelus aut Lapythis tantũ, aut Calidona merente. Vel, aut Lapithas tñ, aut Calidona merentem. Eandem quæſtionem habet etiam illud, Iuſtitia'ne prius mirer, belli'ne labore. Sed inuenitur etiam, Iuſtitiæ'ne prius mirer, quod eſt aptius. Símiles enim quæq; coniunctio dubitatiua uel interrogatiua exigit caſus. hoc autem ſæpe fit, ubi anceps eſt conſtructio dictionum. Nam & ſuccíngor hanc rem, & ſuccíngor hac re dícimus. Virgil. in vij. palla ſuccincta cruenta. Idem in iij. Aeneid. tuumq; Dulce caput, magicas inuitã accingier artes. &, Mars perdere gentem Immanem Lapithûm ualuit, cõceſſit in íras Ipe deum antiquam genitor Calydona Dianæ, Quod ſcelus aut Lapithis tantum aut Calydone merente. &, Quod ſcelus aut Lapithas tantum aut Calydona merentem. Vtrunq; bene dicitur, miror te iuſtitia, & iuſtitiæ. Et rectius quidem, ad præpoſitum caſum eſſe etiam conſequentem interpoſita coniunctione. non tamen penitus abſq; ratione eſſe uidetur, ſi quid tale inueniatur apud autores. Pronominũ oblíquis caſibus coniuncta uerba duas exigunt perſonas, efficientis & efficiendi, id eſt, agentis & patiẽtis, ut miſereris meí, das mihí, uídes me, dignaris me. Similiter in omnibus caſualibus, & in reciprocatí onibus perſonarum, hoc eſt, quando eadem perſona & agit & patitur, utimur eiſdẽ conſtructionibus, ut miſereor meí, inuídes tibí, orat ſe ille, & ſimília. Nulla præpoſitio per compoſitionem poteſt pronomíní adiungí. Itaq; per ſolam appoſitionem oblíquis caſibus eorum præponitur. apud Græcos quidẽ ferè omnibus, excepto uocatiuo: apud nos uero, accuſatiuo ſolí uel ablatiuo, ut ad uos, in nobis. Vnde mecum, tecum, ſecum, nobiſcum, uobiſcum, non accipienda ſunt compoſita, quomodo nec quocum, quacum, quibuſcum, & ſimília. De accentu autem eorum in líbro quí eſt de pronomine ſufficienter dictum eſt. Nomínibus uero præpoſitiones adjiciũtur, tam per appoſitionem, q̃ per compoſitionem. Per compoſitionem quidem quæ fit in nominatiuo, cuius ſeruant compoſitionem etiam obliqui, ut índoctus, índocti, índocto, índoctum, índocte. Per appoſitionẽ uero, ſupradictis duobus oblíquis caſibus. Verbis uero & aduerbijs per ſolam compoſitionem adiunguntur præpoſitiones. Participijs autem tam ſecundum uerbi compoſitionem, q̃ ſecundum nomínis appoſitionem, ut perlegens à perlego, efficiens ab efficio, ad legentem à legente, ut ad puerum, à puero. Sciẽdum tamen q; recta ordinatio exigit, ut pronomen uel nomẽ præponatur uerbo, ut ego & tu legímus, Virgílius & Cicero ſcripſerunt. quippe cum ſubſtantia & perſona ipſius agentis uel patientis, quæ per pronomen uel nomẽ ſignificatur, prior eſſe debeat naturaliter q̃ ipſe actus, qui accidens ẽ ſubſtantiæ. Licet tamen & præpoſtere ea proferre, autorum uſurpatione fretum. Et prima & ſecunda perſona uel in ſe reciprocantur, id eſt, refringuntur, uel in alias díuerſas tranſeunt, cum non abſolutis uerbis adiunguntur. In ſeſe quidem reciprocantur, ut miſereor meí, miſereris tuí, noceo mihí, noces tibí, laudo me, laudas te. In alias uero díuerſas tranſeunt, ut miſereor illíus, miſereris meí, noceo tibí, noceo illí, laudo te, & laudas illũ. Tertia uero perſona, nõ ſolum eadem patitur, ſed etiam in aliam tertiam extrinſecus poteſt tranſire. quippe cum díuerſæ in ea poſſint eſſe perſonæ, quod & in prima & in ſecunda non inuenitur. quippe cum ſint finitiſſimæ, & uocibus unicæ, ut iſte accuſat illum, & ille hunc, & in ſe reciprocatur eadem, ut ille accuſat ſe, Prima autem in aliam primã tranſi

re non potest, nec secunda in aliam secundam, scilicet quia nec possunt esse diuersæ primæ,& secundæ,sed uel in se reciprocantur,ut dictum est,uel transit prima in secundam uel tertiam,& secunda in primam uel tertiam,ut uideo te, & uideo illum : & uides me, & uides illum.Tres igitur personæ eandem quidem habent constructionem:reciprocã, ut prosum mihi,prodes tibi,prodest sibi:transitiuam uero,prima quidem & secunda ad binas personas,ut prosum tibi, prosum illis,prodes mihi,prodes illi. tertia uero ad tres superat enim hac una,quod tertia in aliam tertiã transitiue profertur, ut ille prodest mihi,prodest tibi,prodest isti.Possessiua tamen,quia duas continent personas, id est, possessoris & possessionis,necessario tribus constructionibus ordinantur,cum eorum primitiua duas habeant,reciprocam,id est,sui passam, quam Græci ἰδιοπαθῆ uocant, & transitiuam.Sui passam,ut uideo memet:transitiuam,uideo te uel illum.Possessiua uero modis construũtur tribus,cũ uerba uel à possessore in possessionem,uel à possessione in possessorem,uel extrinsecus transferuntur. A possessore in possessionem,ut doceo meum filium, doces tuum discipulum,docet ille suum auditorem. A possessione uero in possessorem, ut paret mihi meus filius,paret tibi tuus cliens,paret illi suus seruus. Extrinsecus,ut doces tu,uel docet ille meum filium, doceo ego uel docet ille tuum filium, doceo ego uel tu suum illius filium.sed melius hoc per retransitionem dicitur, ut rogat me ille ut doceam suum filium. Cum enim suum sit relatiuum,exigit ut prius cognoscatur persona sui possessoris,ad quem refertur.Et sciendum quod omnia ista possessiua,possessoris quidem personam secundum primitiuum significant, possessio uero ipsa tertiæ ẽ personæ, ut meus,tuus,suus,quomodo & nomina quibus coniunguntur,ut meus pater, tuus filius. excepto uocatiuo, qui solus in primæ personæ possessiuis inuenitur , cum secundæ copuletur personæ,uto mi pater,o mea tu,o noster Chremes.Omnia tamen possessiua in genitiuos primitiuorũ etiam uerbis sociata possunt resolui, ut amicũ meum moneo, pro amicum mei,& Euandrium filium Turnus interfecit,pro Euandri filium, & Daunius filius ab Aenea uictus ẽ,pro Dauni filius. Hoc autem interest inter primitiuum & possessiuum,quod uoce possessiui genus & casus & numerus ipsius possessionis ostenditur.Et substantiua quidem uerba possessiuis coniuncta,ad possessores referuntur, ut tuus sum filius , meus es pater, suus est illius seruus. In una autem eademq; persona possessor simul & possessio intransitiue intelligi non potest,nisi figurate dicat aliquis,meus ego sum seruus & dominus,& similia. Persius,

Vindicta postquam meus à prætore recessi. & Euripides,

ἐγώδε ἐμὸς εἰμί.

Sin autem aliquibus ea uerbis sociamus ad ipsarum possessionum actum uel passionem pertinentibus,necesse est,cum & in prima & in secunda esse persona intelligantur, primitiua quoque eis pronomina adiungi,quomodo etiam in omnibus solet fieri nominibus,ut tu meus filius legis,ego tuus pater doceo,& tu Virgili doces, ego Priscianus doceor.In eis enim constructionibus,uerba quæ non substantiam significant, ad ipsas possessiones,non ad possessores pertinent,id est,quando nominatiuis possessiuorum adiunguntur uerba.Sin autem in una eademq; persona,uerbum obliquo coniungatur pronominis casui,necesse est reciprocationem,id est,sui passionem fieri, & eandem personam agere aliquid in se simul,& à se pati,ut misereor mei,inuideo mihi,incuso me. Et sciendum quod Græci quidem compositis utuntur pronominibus in sui passione,id est,ἰδιοπαθείᾳ,ut ἐμαυτὸν διδάσκω,σαυτὸν διδάσκεις,ἑαυτὸν διδάσκει.hoc idem etiam in possessionem transitione facta à possessore,faciunt,id est, genitiuo composito primitiui pnominis utũtur pro quocunq; obliquo possessionis,ut τῷ ἐμαυτοῦ ὄικῳ ἀνθρωποθύμαι, ὃν σαυτοῦ δῶλον τύπτεις, ὃν ἑαυτοῦ ἡῷ παιδεύει. Pro his autem omnibus Latini simplicibus utuntur pronominibus,Homerum sequentes, qui simplicibus ubiq; etiam pro compositis utitur pronominibus,ut mei misereor,& mei filij misereor, mihi noceo, & mei filio noceo, me accuso, & mei filium accuso. Sæpe tamen etiam in reciprocationibus solemus uti, assumẽtibus syllabas pronominibus,quibus discretionis quoq; causa utimur, ut mihimet inuideo, ti-

bimet ipſi noces, ſibimet ipſi prodeſt. Illud quoq; notandum, quod poſſeſſiua pronomina primæ & ſecundæ perſonæ, ſiue poſſeſſoris ſui, ſiue extrinſecus perſonis bene copulantur, tam agentia quàm patientia, ſiue in ſeipſa reflectantur, id eſt reciprocentur, ut meus filius, uel tuus diligit me, diligit te, diligit illum, diligit ſe, filium meum uel tuum diligo ego, diligis tu, diligit ille. Tertiæ uero perſonæ poſſeſſiuum ſine uoce altera ſignificante poſſeſſorem, non poteſt adiungi alij perſona per ſe. ſi enim dicam, ſuus ſeruus miniſtrat mihi uel tibi, ſolœciſmum facio, quia in poſſeſſiuo primæ & ſecũdæ perſonæ, ſicut oſtendimus, recte conſtruitur, cum quacunq; perſona copuletur. Nec mirum cum primæ & ſecũdæ perſonæ poſſeſſiua, finitas habeant poſſeſſorum perſonas, quippe in unicis uocibus primitiuorum conſtitutas, & demonſtratiuas. Tertiæ uero perſonæ poſſeſſiuum non ſolum ad omnes uoces pronominum tertiæ perſonæ, uerũetiam nominum poteſt referri, ut ſuus iſtius illius ipſius hominis, ſine quibus additis perfectum ſenſum non habet. Idem fit etiam per obliquos poſſeſſiui ſupradictæ perſonæ, ille uel iſte, uel homo ſuæ opis indiget, ſuo filio parcit, ſuum morem ſequitur. Nec mirum hoc fieri in tertiæ perſonæ poſſeſſiuo, cum uim genitiui poſſideat ſui primitiui, quod uel reciprocum, id eſt ſui paſſum ἰδιοπαθὲς eſt, uel retranſitiuum, in quo neceſſe eſt prius perſonæ tertiæ ſignificationem uoce aliqua fieri, ad quam iſte genitiuus, uel reliqui eius caſus referantur, ut ille ſui miſeretur, ille ſibi donat, Virgilius ſe celebrat. Et pro compoſito græco ἑαυτου, ut diximus accipitur, quod apud Græcos quidem in tribus inuenitur perſonis, & uel in ſe reflectit actum ſuum, uel in poſſeſſionem ſuam ἐμαυτου κήδομαι, ηγὴ του ἐμαυτου δῶλου κήδομαι, σαυτὸν τύπτεις ηγὴ τὸν σαυτου δῶλον τύπτεις, ἑαυτῷ χαρίσεται, ηγὴ ζῇ ἑαυτου ἀκροατῇ χαρίζεται. Igitur apud Latinos ſupradictorum compoſitorum pronominum, niſi in tertia nõ habemus ſignificationem perſona, id eſt ſui, ſibi, ſe, à ſe. Ideoq; etiam nominatiuo caret, quomodo ſupradicta apud Græcos compoſita. Et illi quidem ſiue ἰδιοπάθεια, fit, id eſt reciprocatio, uel ſui paſſio, ſiue in poſſeſſiua tranſitio fiat, utuntur ſupradictis compoſitis, ut oſtendimus. Nos uero primitiuis quidem, ſui, ſibi, ſe, à ſe, uel per reciprocationem, ut ſui potitur, ſibi indulget, uel per retranſitionem utimur, ut hortatur me ille ut ſui potiar, rogat te ille ut ſibi indulgeas. Poſſeſſiuis uero cum in ea poſſeſſorũ fiat tranſitio, ut ſui ſerui miſeretur, & ſuo ſeruo prodeſt, & ſuum ſeruum diligit. Nec aliter tamẽ poteſt ſupradictum poſſeſſiuum tertiæ perſonæ conſtrui cum alijs extrinſecus ſonis, niſi per retrãſitionem, quomodo & primitiuum eius, id eſt niſi prius à poſſeſſore eius proficiſcatur in aliam uerbum perſonam, & ſic ab illa rurſus ad poſſeſſionem tertiæ ſicut & ad ſe, ut rogat me ille ut ſuus ſeruus miniſtret mihi uel tibi, precatur ut ſui patris miſerear, petit te ut ſuo proſis filio. Obſecrat Cicero Varronem ut ſuum erudiat natum. Et notandum, quod cum à tertia in tertiam fit retrãſitio perſonam, in dubium uenit poſſeſſio ad quam pertineat earum, ut rogat iſte illum ne ſuo noceat filio, ambiguum eſt, cuius ſuo filio, iſtius an illius, id eſt rogantis, an eius qui rogat, quomodo & apud Græcos, πλάκαλεῖ πλάτωνα ἀριστοτέλης ἵνα ηρ ἑαυτὸν φίλον παιδεύσῃ, dubium fit utrum Platonis an Ariſtotelis ſuum. Omnium poſſeſſiuorum tam nominum quàm pronominum per quemcunq; caſum prolatorum loco, licet genitiuis uti primitiuorum, ut Euandri filius pro Euandrius filius, & Euandri filij pro Euandrij filij, & Euandri filio pro Euandrio filio, & Euandri filium pro Euandriũ filiũ, & Euandri fili, pro Euandrie fili, & ab Euandri filio, pro ab Euãdrio filio. Similiter per omnes caſus tam ſingulares quàm plurales, licet tam pronominibus quã nominibus uti. Itaq; licet genitiuos quorumcunq; caſualium cum poſſeſſiuis per quemcunq; caſum prolatis coniungere, ut mea cauſa laboro & illorum, meum patrem honoro & Catonis, tuo patri pare, & fratris, tuum imperatorẽ & comilitonum ſequere. O noſter & fratris mei pater, ſua ille confidit, & patris uirtute. Similiter figuratur conſtructio in nominibus poſſeſſiuis. Terẽtius in Andria: Meo ſtudio atq; hoſpitis. Eſt tamen aliqua differentia ad genitiuum primitiui in poſſeſſiuo tertiæ perſonæ, cuius nominatiuo tunc utimur, quando ad ſuum poſſeſſorem poſſeſſio tranſitionẽ facit, & non ad alium, ut indiget illius uel Ciceronis ſuus filius, præſtat illi uel Ciceroni ſuus filius,

uidet illum uel Ciceronem ſuus filius, bene meretur de illo uel de Cicerone ſuus filius. Similiter paſſiua, quæ à poſſeſſore ſolo fiunt, nominatiuũ poſſeſſionis exigunt, ut amat ab illo, uel à Cicerone ſuus filius. Necnon tñ tam nominatiuo, quàm alĳs caſibus poſſeſſiuis licet uti, cum poſſeſſorem oſtendimus extrinſecus faciẽtem tranſitionem ad aliquã aliam perſonam, pro ſua poſſeſſione, ut rogat me ille, ut ſuus legat apud me filius, & ut ſuus doceatur à me filius, & ut ſui miſerear filĳ, & ut ſuo donem filio, & ut ſuum ſequar filium, & ut ſuo potiar filio, cum in poſſeſſiuis primæ & ſecundæ perſonæ, liceat etiam non poſſidentes conſtruere ſic: accuſas meũ filium, miſereor tui filĳ, inuidet ille meo filio. Diſcretionis quoq; cauſa uel abundantiæ ſolet cum genitiuo poſſeſſoris addi nominatiuus poſſeſſiui, ut ſuus eſt Homeri mos: intelligitur enim non alterius, & ſuus Ciceronis filius hæres eſt patris conſtitutus, ſuus dicitur ad diſcretionem illius, qui ſecũdum leges ſuus non eſt, id eſt ſub poteſtate patris legitimi non eſt. Quod autem ſuus pro uniuſ cuiuſq; proprio accipiatur, uſus confirmat. Virgilius in primo Georgicorum:

molles ſua thura Sabæi. Terentius in Phormione:

Quot homines tot ſententiæ, ſuus cuiq; mos eſt.

Sin autem in poſſeſſionem fit à poſſeſſore tranſitio intrinſecus, obliquis poſſeſſiui utuntur, ut Cicero miſeretur filĳ ſui, præbet ſuo filio, aſpicit ſuum filium, potitur ſuo filio: ſin extrinſecus fit tranſitus in poſſeſſionem tertiæ pſonæ, ſufficit genitiuo uti ipſius poſſeſſoris, ut miſereor filĳ Ciceronis, dono filio Ciceronis, accuſo filium Ciceronis, potior filio Ciceronis. Licet tamen addere etiam poſſeſſiui caſus conſequentes, uel diſcretionis cauſa, uel abundantiæ, ut egeo ingenĳ ſui Ciceronis, bene dico ingenio ſuo Ciceronis, & ſimilia. Illud quoque ſciendum, quod cum in alĳs omnibus poſſeſſiuis liceat genitiuo uti primitiui, pro omni eorum caſu, quod oſtendimus, in hoc quoque poſſeſſiuo pronomine tertiæ perſonæ, quomodo in alĳs tunc utimur, cum ipſe poſſeſſor aliquid agat in poſſeſſionem ſuam, & cum in aliam perſonam tranſitum oſtendatur facere pro ſua poſſeſſione, ut amat ille ſuum filium, & amat ille ſui filium, bene dicit ſuo filio, & bene dicit ſui filio, petit à me, ut proſim ſuo filio, & ut proſim ſui filio. ſi ipſa tamen poſſeſſio in poſſeſſorem faciat tranſitionem, non eſt congruum uti primitiui genitiuo pro poſſeſſiuo, quia uim habet compoſiti Græci, ut Ciceroni redit ſuus filius, non ſatis commode pro hoc dicitur, Ciceroni redit ſui filius. Nec Ciceronem laudat ſui filius, pro ſuus filius, & ſimilia. Quia nec apud Græcos bene dicitur, κικέρωνα φιλεῖ ὁ ἑαυτοῦ υἱός, niſi more Attico p ſimplici accipiat. Et ſciendum quod quia primitiuũ eius, tam ſingulare, quàm plurale eſt, licet in poſſeſſiuo, & unum & plures poſſeſſores eius intelligere pro ſignificatione genitiui, ad poſſeſſorem pertinentis, ut ſuus illius, & ſuus illorum. Nec mirum, ſi per retranſitionem Romani utuntur his pnominibus, id eſt, ſui, ſibi, ſe, à ſe, & eius poſſeſſiuo, ut oſtendimus: necnon ſi ad coniunctionem ſui etiam in alias pſonas aliquid agat, ut ille uocat me ad ſe, ducit te ſecum, trahit omnia in ſe: uel cum tranſitum facit in aliquos ſibi coniunctos, ut ille miſeretur eorum qui ſecum uiuunt, uel ſibi parentium, uel ſecum degentium, dat ſibi fauentibus, incuſat ſecum certantes, inuidet ſe indigentibus. & uidentur hæc omnia poſſeſſiuorum uim habere, & ſimilia. nec incongrue huiuſcemodi conſtructionem habuiſſe, cum Attici quoq; ſoleant compoſitis in huiuſcemodi uti conſtructionibus. Xenophon ἀπομνημονευμάτων primo: ἀλλὰ σωκράτης γ', ἔφη ὁ κατήγορος, τοὺς πατέρας προπηλακίζειν ἐδίδασκε πείθων μὴ τοὺς συνόντας ἑαυτῷ σοφωτέρους ποιεῖσθαι τῶν πατέρων. Idem in eodem: ἀλλὰ σωκράτης γ', ἔφη ὁ κατήγορος, οὐ μόνον τοὺς πατέρας ἀλλὰ καὶ τοὺς ἄλλους συγγενεῖς ἐποίει ἧττον ἀξιοῦν εἶναι παρὰ τοῖς ἑαυτῷ συνοῦσιν. Demoſthenes: καὶ ἀφῴρητα τοῦτον ἐμαυτόν, pro ἐμέ. Xenophon ἀπομνημονευμάτων ſecũdo: χαιρεφῶντα δέποτε καὶ χαιρεκράτη, ἀδελφὼ μὲν ὄντε ἀλλήλοιν ἑαυτῷ δὲ γνωρίμω ἀδθόμενος διαφθορένω. Quod autem etiam genitiuo uel datiuo, qui loco ſit genitiui poſſeſſoris, bene additur etiam poſſeſſiuum (ut ſupra diximus) non ſolum noſtrorum, ſed etiam antiquorum uſus comprobat, Virgilius in Bucolicis:

Et me Phœbus amat, Phœbo sua semper apud me
Munera sunt lauri, & suaue rubens hyacinthus. Terentius in Adelphis: Suo sibi hunc gladio iugulo. Et Plato in Timæo: τοὺς δέγε οὕτω τραφέντας ἐλέχθη ποτὲ μήτε χρυσὸν μήτε ἄργυρον μήτε ἄλλο ποτὲ κτῆμα ἑαυτῶν ἴδιον νομίζειν δεῖν. Et (quod mirũ est) hoc ipsum ἴδιον etiam primæ & secũdæ adiungitur personæ apud illos, ut Isæus: ἐντὸς πρὸς ἐυκλείδην, οὐκ ἂν τὰ ἴδια τὰ ἐμαυτοῦ. Demosthenes: ἐν ᾧ πρὸς πολυκλέα, περὶ τοῦ ἐπιτρικαρχικοῦ. οὐ περὶ πλείονος ἐποιησάμην τὰ ἐμαυτοῦ ἴδια, ἢ τὰ ὑμέτερα. Idẽ: ἐν ᾧ πρὸς καλλικλέα, περὶ χωρίου, τὸ μὲν γὰρ χωρίον, ὁμολογεῖται & πασῶν αὐτῶν τούτων ἡμέτερον ἴδιον εἶναι. Phrynichus: ὅπερ ἐμὸν αὐτοῦ ἴδιον, pro quo nos dicimus, meum proprium, & tuum proprium. dicitur tamen & suum propriũ illius, ut non putetur abundare suum, sed indubitabilem discretionem significare. Illud quoq; notandum ꝙ tertiæ personæ possessiuum ad innumerabiles, ut diximus, refertur personas possessorum. quippe cum ad omnia tertiæ personæ pronomina, & ad omnia nomina & participia possit referri, ut suus illius, suus istius, ipsius, huius, eius, suus Virgilij uersus, sua dicentis diligentia. Primæ autem personæ possessiua & secundæ non egent per se prolata adiunctione alicuius genitiui, cum uim genitiui finiti in se habeãt, quomodo nec suus eget genitiuo sui primitiui, quem in se possidet, sed extrinsecus alterius uocis propter multitudinem tertiarum personarum, ad quas necessario & primitiuũ sui, & possessiuũ ipsum refertur. utraq; enim relatiua sunt. nam meus & tuus, nisi ad suorum primitiuorũ, quæ sunt demonstratiua non intelliguntur genitiuos. itaq; extrinsecus genitiuis non egent. Quæritur quæ sit differentia inter genitiuum primitiui & possessiui mei, tui, sui, nostri & uestri. Et quantum quidem ad uocem nulla: Quantum uero ad sensum, hæc est differentia, ꝙ genitiuus primitiui simplicem possessionẽ significat, possessiui uero duplicem. Si enim dicam mei est seruus, pro meus est seruus, simplicem demonstro possessionem. Sin autem dicam mei est filij seruus, duplex ostẽditur possessio, mea quidem in filio, filij autem in seruo. Frequenter tamen etiam sine nomine licet huiusce modi possessiua proferre, & maxime cum de dominis uel coniugibus uel amicis mentio fit, ut Terentius in Andria: Cuius hic puerum apposuisti? uestri, cuius nostri? intelligitur enim domini uel herilis filij. Idem in eadem: Cur meam tibi? subauditur coniugem uel sponsam. Idem in Eunucho: O mea tu, subaudiendum est amica uel soror. Et omnibus maritis mos est de uxoribus suis dicere mea, & inuicem uxoribus de suis maritis dicere meus, per defectionem nominis. Et primitiuorum quidẽ genitiuus per se profertur. non egens alterius genitiui, ut mei filius ambulat, tui filium uideo, mei misereris, tui miseretur. Nam & ad omnem numerum, genus & casum bene construitur primitiui genitiuus. possessiui uero genitiuus eget semper alterius genitiui, hoc est eiusdem numeri & generis. Mei filij miserere, tui filij misereor, sui filij miseretur ille. nisi per eclipsim, quomodo prædiximus, proferatur. & non solum genitiuo primitiui ꝓ omni casu possessiui licet uti, ut mei ager pro meus ager, & mei agrum pro meum agrum, & nostrum uel nostri filius uel filium, pro noster filius uel nostrum filium, & similia ut ostendimus. sed etiam ipsorum possessiuorum genitiuus, cum omni casu secundæ possessionis, id est quæ à possessione possidetur, ponitur, ut si uxor loquens de agro mariti sui uel de alia re dicat, iste ager mei est τοκεῦς, semine mei prægnans sum, prolẽ mei diligo, thalamis mei caste pareo. Nec aliter potest duplex possessio construi sine genitiuo possessiui. Apud Græcos etiam articulus huic cõiunctus discernit ambiguitatem ὁ τοκεῦς ἀγρὸς, ἢ ὁ ἐμὸς σοφροσύνη. Quo deficiente sæpe latini autores faciunt quæstiones, ut Lucanus in. iij. & reppulit æstus Fortior Oceani: τὸν τοῦ ὠκεανοῦ. Idem in primo: Et Taranis scythicæ non mitior ara Dianæ: τῆς ἀρτέμιδος. Similiter dicitur minor uiginti annorum: ἧττον τοῦ τῶν εἴκοσι ἐτῶν. Nec mirum tantam uim in possessionibus habere genitiuum, cum in compositis quoq; immobilis maneat idẽ casus, ne si declinetur, significatio quoq; eius euanescat, ut tribunus plebis, plebiscitum, senatusconsultũ. Et si à duobus sit genitiuis, uterq; manet immobilis, ut huiusmo

di,istiusmodi,illiusmodi. quæ tam compositа, q̃ separata omnibus adiunguntur casib. Sui quando est primitiuum, nominatiuum (ut diximus) non habet. quia necesse est ad aliquem alium nominatiuum tertiæ referri personæ hoc pronomen. & quia transitiuorum seruat constructionẽ. nam uel in se reciprocatur, id est ipse in se aliquid agere ostenditur,aut ipse à se pati,in quo necesse est obliquum aliquem poni casum, ut misereatur sui,parcit sibi,accusat se,potitur se.uel per transitionem aliquam (ut prædictum est) construitur, id est quando ab ipsa in aliam fit transitio personam,& ab illa in eam retransitio,quæ similiter obliquum exigit,ut rogat me seruus ut miserear sui,petit me amicus ut sibi prosim, commouet me inimicus ut se accusem, hortatur me uirtus ut se potiar. Et sciendum q̃ quomodo composita pronomina apud Græcos,nominatiuo carentia omnimodo in actu sunt,& hic actus,uel ad easdem personas reciprocatur, id est reflectitur, uel ad possessiones earum,itaq; necessario uerbis copulantur, in quibus nominatiuus earum intelligitur,ut ἐμαυτ῀ κήδομαι, ἢ ἐμαυτοῦ δοῦλον τύπτω, σαυτοῦ κήδῃ, ἢ σαυτοῦ δοῦλον τύπτεις, ἑαυτ῀ κήδεται, ἢ ἑαυτοῦ δοῦλον τύπτει. Sic apud nos in hoc pronomine necesse est fieri,ut sui miseretur, uel sui filij miseretur. Aut cum prius à tertia uerbum proferatur persona transitiue in aliam personam, & iterum per retransitionem ab illa in eandem actus aliquis referatur,ut supra ostendimus:Rogat me ille ut ad se ueniam, petit te ille, ut sui miserearis: rogat Turnus Aeneam,ut sibi parcat. Necesse est eñ obliquos casus ad nominatiuos referri interpositis uerbis actum quidem ad nominatiuos, passionem uero ad obliquos reddentibus, ut Cæsar uincit Pompeium, ego te diligo. Passio uero facta per obliquos actiuo coniunctos uerbo, transfertur in nominatiuum pertinentem ad ipsam,quæ patitur personam passiuo coniunctum uerbo, prædictum uero nominatiuum, qui ad agentem pertinet,transfert in ablatiuum, ut Cæsar uincit Pompeium,uincitur Pompeius à Cæsare. Ego diligo te,tu diligeris à me. Et Græci quidem composita inuenerunt pronomina,id est ἐμαυτοῦ, σαυτοῦ, ἑαυτ῀, quibus utunt quando eadem persona in sese,uel in suam (ut dictum est) possessionem facit aliquid,quæ ἰδιοπαθῆ, uel ἀυτανάκλασα uocant,id est sui passa,uel à se patientia,siue refractiua translatiue à corporibus,quæ in se refringuntur. Simplicia uero ἀλλοπαθῆ nominant,id est extrinsecus passionem facientia,uel patientia,ut doceo te,doceor à te. Nos autem (quomodo superius memorauimus) simplicibus quidem pro utrisq; utimur,tam in prima q̃ in secunda persona,secundum Homericam (ut supradictum est) consuetudinem. In tertia uero persona,id est sui sibi se à se,quod illi seruant in compositis,seruamus,q̃uis hoc quoq; sit simplex. Itaq; & nominatiuo caret, quomodo ἑαυτ῀, & omni uerbo copulatur, quod eius uicẽ compleat nominatiui, ut sui eget,sibi nocet,se incusat. Et in huiusce modi quidem cõstructione,id est quando ipsa in se,uel in possessionem suam agit pro composito græco pronomine, id est ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ, ἑαυτὸν, accipitur, ut sui eget ἑαυτοῦ χρήζει· sibi indulget ἑαυτῷ χαρίζεται· sui seruum uendit ἑαυτὸν δοῦλον πωλεῖ. Quãdo uero extrinsecus actus in eum aliquis fieri significatur pro simplici græco, id est αὐτοῦ, αὐτῷ, αὐτὸν, accipitur. nec aliter tamen hoc fit, nisi prius à tertia persona uerbũ aliquod,ut diximus proficiscatur,ad aliam extrinsecus personam,& sic ab illa per retransitionem ad eam reciprocetur aliud uerbum, ut rogat me ille ut ad se ueniam, petit te ut sibi des, hortatur milites imperator, ut se largo potiantur. Illa quoque uerba quæ tertiæ personæ acquisitionem aliquam significant, quamuis nec sui passionem, nec re transitionem habeant, supradicti pronominis casibus frequenter construuntur, ut auget ille substantiam sui, defendit Brutus sibi libertatem, uidet ille similem sui uel sibi hominem. ducit secum Aeneas Achaten. Quamuis si quis hæc quoque altius inspiciat, sui passionis & possessionis uim aliquam oæendere ea etiam inueniet. Itaque apud Græcos quoq; cum compositis pronominibus proferũtur, ἄγχι μεθ' ἑαυτ῀ τὸν φίλον. Præterea sciendum q̃ illud quoq;,quod apud Græcos dicitur per solos obliquos compositum casus, ἀλλήλων κήδονται, ἀλλήλοις παρέχουσιν, ἀλλήλους φιλοῦσιν, necessario inuicem actum & passionem alterius, in alteram personam uno eodemq; casu significat,nec po

test nominatiuo proferri, sed habet eius intellectum in ipso uerbo. Nostri uero frequẽter pro accusatiuo huiusce modi constructionis accusatiuis utuntur antecedente inter omnium personarum pluralibus, ut Terentius in Adelphis: Video amare inter se, id est φιλεῖν ἀλλήλους. Idem in eadem: Age inepte, quasi nunc non norimus nos inter nos Ctesipho, pro γνοίημεν ἀλλήλους. Virgilius in .xi. Conuersiq; oculos inter se, atque ora tenebant, inter se πρὸς ἀλλήλους. Sæpe tamen explanandi causa adiicit inuicẽ. nec solum in tertia, sed etiam in prima (ut ostendimus) & secunda persona plurali, quippe quæ possunt in se diuersas colligere personas, ad imitationem supradicti græci pronominis, quod caret nominatiuo, simili utmiur constructione, ut ego & tu, nosmet ipsos inuicem amamus inter nos, tu & ille inuicem amatis inter uos. aliis autem casib. sine inter, quod accusatiuum exigit, utimur addentes inuicem, ut ego & tu nostri inuicẽ miseremur, ἀλλήλων ἐλεῆσαι. Tu & ille inuicem uobis indulgetis, ἀλλήλοις χαρίζεσθε. Iste & ille inuicem se potiuntur, ἀλλήλων ἀπολαύουσι. Quod si nõ addatur inuicem, dubitatio fit utrum per sui passionem singulæ in se agant, an altera in alteram. Si dicã iste & ille se amant, dubium enim fit utrum ἑαυτοὺς ἢ ἀλλήλους significet. Et in prima q dem persona licet per conceptionem secundam assumere & tertiam, ut ego & tu legimus, ego & ille scribimus, à secunda uero prima concipi non potest, tertia autem potest, ut tu & ille uosmetipsos lædítis. Quæritur cur pronomina patriæ nostrâs & uestrâs à solis pluralibus, tam apud nos, quàm apud Græcos ἡμεδαπὸς & ὑμεδαπὸς deriuantur? ad quod dicẽdum, ꝙ ideo à solis pluralibus fiunt, quia patria ad plures pertinet non ad unum. Et sciendum ꝙ quomodo pronomina, quæ finita sunt, habẽt & patria & possessiua, ut meus, tuus, suus, noster & uester, nostrâs, uestrâs, sic etiam nomen infinitum quis uel qui habet apud nos non solum patrium cuiâs, quomodo apud græcos ποδαπὸς, sed etiam possessiuum, quod tam interrogatiuum esse potest quàm relatiuum, ut cuius cuia cuium. sed huius masculinum in fine acuitur differentiæ causa. Quod autem tam interrogatiua quàm relatiua possunt esse, quomodo & primitiua eorum usus comprobat. Virgilius in Bucolicis interrogatiue protulit: Dic mihi Damœta cuium pecus, an Melibœi? Terentius in Eunucho: Quid uirgo, cuia est? Idem in Andria: Quid eam tum? suam'ne esse aiebat? non. cuiam igitur? Cicero uero in Verrinis, de prætura urbana, relatiue posuit: Hæc eadem cuia res est, cuium periculum. & necesse est omnibus ea grauari syllabis, quando sunt relatiua, quomodo & primitiua eorum relationem significantia. Pronomina quasdam habent proprias obseruationes singula, quasdam communes, tam cum aliis pronominibus, quàm cum quibusdam partibus orationis. Cum de propriis igitur maxime singulorum superius dictum sit, nunc de communibus dicamus. Ipse additiuum uel adpositiuum dicitur, quod Apollonius ἐπιταγματικὸν nominat, non quòd solum hoc pronomen aliis pronominibus, uel etiam nominibus apponitur, sed quòd frequentius quàm alia, ut egoipse, tu ipse, ille ipse, Virgilius ipse, Cicero ipse. Inueniuntur enim & alia pronomina appositiua, id est, ἐπιταγματικά. Virgilius:

Ille ego qui quondam gracili modulatus auena.

Idem in Bucol. Nec tuus hic Mœris, nec uiueret ipse Menalcas.

Idem in .i. Aeneid. Tu'ne ille Aeneas, quem Dardanio Anchisæ,
Alma Venus Phrygii genuit Simoëtis ad undam? Per excellentiam igitur hoc pronomen, id est ipse, quasi proprium, quod multorum est commune, appositionis nomen possidet. Et sciendum ꝙ tertiæ omnes personæ pronominum possunt per supradictam figuram apponi primæ & secundæ personæ, excepto sui sibi se à se, prima autem & secunda persona, nec sibi inuicem, nec tertiæ apponi possunt. Nemo enim dicit, ego tu es, uel tu ego sum, nec ego ille facit, uel tu ille facit. Ille autẽ ego facio, & tu ille facis dicitur. Nam id est appositum quod apponitur illi ad quod uerbum redditur. Græci quoq; primitiuam tertiam personam, & ex ea compositam,

id est ἑαυτοῦ, ἑαυτῷ, ἑαυτὸν, primæ et secundæ personæ non apponit, quomodo nec nos sui, quod uim tam simplicis primitiui tertiæ personæ græci, q̃ cõpositi possidet apud nos. Pluralem tamen compositam tertiam, quia nõ habent composita à pluralibus primæ & secundæ personæ, necessario adiungũt & primæ et secundæ, ut ἑαυτῶν κλινόμεθα. pro ἡμῶν αὐτ, & ἑαυτ κλίνεσθε pro ὑμῶν αὐτῶν. Nos autem nec in plurali numero possumus apponere primæ & secundæ personæ supradictum tertiæ personæ pronomen, id est sui sibi se à se. quia & singularis est uox, quæ nec apud Græcos apponit primæ uel secundæ personæ, nec apud nos, quamuis etiã pro plurali accipiatur. & quomodo simplex singulare accipimus, etiam pro composito per omnes personas, sic etiam simplex plurale, ut mei causa facio ἐμαυτοῦ χάριν ποιῶ, & nostri causa facimus ἡμῶν ἀντὶ τ ἑαυτῶν χάριν ποιοῦμεν. Nec mirum diuersas aliquando personas figurate inter se copulari, cum etiam diuersos casus est ubi bene coniungimus, ut in illis, quæ ex generalibus in species alia, uel ex pluralibus in singularia distribuuntur, ut animalium quædam sunt mortalia, quædam immortalia. literarum aliæ sunt uocales, aliæ consonantes. trium Saturni filiorum, unus in cælo, alter in mari, tertius apud inferos dicitur regnare. non enim bene dicitur, Animalia pars est mortalis, pars est immortalis. nec, tres Saturni filij unus in cælo, alter in mari, tertius apud inferos regnat, quamuis Homerus autoritate poetica dixerit: δύο σκόπελοι, ὁμὸν οὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει.

Quomodo & alij quidam tam apud Græcos q̃ apud nos. Cum autem nõ fit distributio, bene utimur nominatiuis, ut literæ sunt notæ uocum: uel cum uerbum ad id quod distribuitur, non ad ea quæ distribuũtur redditur, ut homines opportuni sunt, alij quidem ad pacem, alij uero ad bellum. & hoc quidem quia in plurale distribuitur, à communi uerbũ habet, Sin uariaueris numerum, ꝙ prædiximus de casibus, manifestatur, ut Virg. in Bucol.

Cur non Mopse boni, quoniam conuenimus ambo,
Tu calamos inflare leues, ego dicere uersus.

Potest tamen & singulare pluralem significationem habens, uel in singularia uel in pluralia supradicto modo distribui, & eãdem constructionis seruare rationẽ, ut gentis Romanæ, pars fuit fortis, pars sapiens: uel, gentis Romanæ alij fuerunt fortes, alij sapientes: uel, gens Romana fuit, alij fortes, alij sapientes. Liuius. xli. ab urbe condita: Periti religionum iurisq; publici, quando duo ordinarij consules, eius anni, alter morbo, alter ferro perijsset, suffectum consulem negabant comitia habere posse. Ecce hic autoritatem Homeri secutus, nominatiuum posuit pro genitiuo, duo ordinarij cõsules, pro duorum ordinariorum consulum: ad distributiua enim reddidit uerbum non ad coniuncta. Ex diuersis quoq; casibus solent deriuatiua simul & composita fieri, ut à medio terræ mediterraneus, & à medio amnis mediamna, à causis & dicendo causidicus, à uana loquẽdo uaniloquus, & similia, quæ ex simplicibus deriuata simul & composita sunt. In huiusce modi tamen deriuationibus frequenter inuenis transitionem etiam ex alteris in altera fieri genera, ut hæc manus, hic centimanus. Horatius: Centimanus Gyges. hic sanguis, hic & hæc exanguis & hoc exangue. hoc caput, hic & hæc & hoc triceps. hoc cor, hic & hæc & hoc uecors. hæc mens, hic & hæc & hoc amens, demens. hæc arma, hic & hæc inermis & hoc inerme, inermus ma mum. Plurima similiter composita ex diuersis generibus, uel casibus, uel numeris in alia per deriuationem transeuntia inuenis. Nihil igitur mirum tertias quoq; personas pronominum, tam primæ q̃ secũdæ figurate adiungi, quomodo superius ostendimus.

De constructione omnium partium orationis.

PArtium orationis, quædam habent inter generaliter sibi accidentia, numeros & casus & genera, ut nomen, pronomen, participium. Quædam personas & numeros, ut uerbum & pronomen. Quædam tempora, ut uerbum & participium. Quædam nihil ex eis, ut præpositio, aduerbium, coniunctio, interiectio, quæ nec declinationem aliquam habent. Quæ sunt igitur declinabiles cum ex proprijs figurationibus ad conuenientes supradictorum numerorum, uel generum, uel casuum, uel personarũ, uel tem-

porum conſequentias accipiunt, in orationis conſtructione, id eſt diſpoſitione, ad aptam coniunctionem referri debent, utpote ſingulare ad ſingulare, & plurale ad plurale, cum ad unam eandemq; refertur perſonam intranſitiue, ut ego Priſcianus ſcribo intelligens, & nos oratores ſcribimus intelligentes. Cum enim tranſitiua ſunt uel refractiua, licet diuerſis uti numeris, ut docemus diſcipulum, docemus diſcipulos, doceo diſcipulū, doceo diſcipulos, accuſo uos, proſum uobis. Eadē ratio eſt in generibus, ut Bonus homo, & iuſtus & rectus eſt ille. Bona mulier, & caſta, & pudica eſt illa. Boni hoīes, & iuſti, & recti ſunt illi. Bonæ mulieres, & caſtæ, & pudicæ ſunt illæ. Similiter & in caſibus, mei ipſius dolentis miſereor, & illius uel tui dolentis miſereor. te ipſum legentē uideo, & meipſum intelligētem ſentio. Cum igitur ad unam eandemq; perſonam & caſus & genera, & numeri referuntur, ſupradicta conſequentia eſt obſeruanda. Variantur autē (ut dictū eſt) per tranſitiones, & reciprocationes non ſolū caſus & numeri, ſed etiam genera, ut illos lædit mulier, & illum lædunt mulieres. Superuacuū eſt igit in re tam manifeſta uſus autorum teſtimonia proferre. Illud tamen ſciendū, quod per figuram quam Græci ἀλλοίωτα uocant, id eſt uariationem, & πρόληψιν uel σύλληψιν, id eſt præceptionem ſiue cōceptionem, & per ζεῦγμα, id eſt adiunctionē & concidentiam, quam συνέμπτωσιν Græci uocant, & procidentiam, id eſt ἀντίπτωσιν, & numeri diuerſi, & genera diuerſa, & diuerſi caſus, & tempora & perſonæ, nō ſolum tranſitiue & per reciprocationē, ſed etiam intranſitiue copulantur. quæ diuerſis autorum exemplis, tam noſtrorum q̄ Græcorum, neceſſarium eſſe duximus comprobare. Conſtruuntur igitur diuerſi numeri, ut Virgil. in.i.æneī. Pars in fruſta ſecant, uerubusq; trementia figunt. Ad ſenſum enim, quia pars Troianorum plures in hoc loco intelliguntur, plurale reddidit uerbum ſecant, quomodo & Homerus, ὡς φάσαν ἡ πλῆθυς. Salluſt. in Catilin. Interea ſeruitia repudiabat, cuius initio ad eum magnæ copiæ concurrebant. Cuius enim ſingulare ad rem retulit, id eſt cuius rei ſeruitiorum. Thucydides, ξυνεπεσθένοντο ἢ αὐτοῖς ἡμὴ δωριῆς ἡ μητρόπολις Πελοποννήσιων. Sophocles οὐ ἀνάγκη, ὅστις γε αὐτὸς ἢ φρονεῖν μόνῳ δοκεῖ, ἢ γλῶσσαν ἣν οὐκ ἄλλος, ἢ ψυχὴν ἔχειν οὗτοι διαπτυχθέντες ὤφθησαν κενοί. Terent. in eunucho:

Si quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis
Quamplurimis, & minime multos lædere,

In his poeta hic nomē profitetur ſuū. quiſquam enim ad multos intelligit. quō idem in Adel. Aperite aliquis actutum. Diuerſa genera ſimiliter conſtruuntur. Virg. in buc.

Dulce ſatis humor, depulſis arbutus hœdis,
Lenta ſalix fœto pecori, mihi ſolus Amyntas.

Ad dulce enim quod eſt neutrum tam fœminina q̄ maſculina reddidit. Idem in eodem:

Triſte lupus ſtabulis maturis frugibus imbres
Arboribus uenti, nobis Amaryllidis iræ. Idem in primo æneid.
Nimborum in patriam loca fœta furentibus auſtris,
Aeoliam uenit. Idem in ſecundo georg.
Sunt & aminææ uites firmiſſima uina. Idem in.i. æneī.
Cymothoe ſimul, & Triton annixus acuto
Detrudunt naues ſcopulo. Luca. in.i. hinc leges & plebiſcita coactæ. Virg. in.viī.

Qualis eram cum primam aciem Præneſte ſub ipſa, Strauī. cum enim Præneſte nomen oppidi, pprium neutrum ſit, ad intellectum urbis reddidit ſub ipſa. quō Teren. in plogo Eunu. In Eunuchum ſuam dixit, ad comœdiam referens, pnomen, Vir. in. xiī.

Dictamum genitrix Cretæa carpit ab Ida,
Puberibus caulem foliis & flore comantem
Purpureo, non illa feris incognita capris,
Gramina, cum tergo uolucres hæſere ſagittæ,
Hoc Venus obſcuro faciem circundata nimbo,
Detulit, hoc fuſum labris ſplendentibus amnem,
Inficit, occulte medicans, ſpargitq; ſalubris,

Vide quõ & diuerſa genera,& diuerſos numeros in ſupradicta figura ἀλλοιότητος,id eſt uariationis,autoritas confundit. Græcorũ quoq; autores frequent huiuſcemodi utuntur figurationibus,ut Homerus ἰλιάδ. π.

πᾶσιν ὀρίνθη θυμὸς, ἐκίνηθεν δὲ φάλαγγες,
ἐλπόμενοι πρὸς ναῦφιν ποδώκεα πηλείωνα.

Thucydides ſecundo, αἱ μέν γε νῆες τῶν νεῶν καθεῖσαι τὰς κώπας ἀπέσκαψαν τὸ πλεῖν ἀξύμφορον ὡς ἕκαστοι πρὸς τὴν ὀλίγου ἀντεξόρμησαν. βουλόμενοι τὰς πλείους πρυμνῆναι. Demoſthenes φιλιππικῶν primo, μὴ ὅλως ἄπιστον εἶναι, ταῖς πολιτείαις ἡ τυραννίς. Idem, ἐν ᾧ δεῖ περὶ τοῦ σεφάνου.πονηρὸν, ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι πονηρὸν ὁ συκοφάντης, καὶ παντα χόθεν βάσκανον καὶ φιλαίτιον. Thucydides primo,

* πλὴν ὑπὲρ πάντων ὁμολογουμένων ἄριστον εἶναι ἐπῆνει. Plato ἐν συμποσίῳ.ἐπειδὴ οὖν ἡ φύσις διχα ἐτμήθη ποθῶν ἕκαστον τὸ ἥμισυ τὸ αὐτοῦ ξυνῆει, καὶ περιβάλλοντες τὰς χεῖρας καὶ συμπλεκόμενοι ἀλλήλοις ἐπιθυμοῦντες συμφῦναι ἀπέθνησκον ὑπὸ τοῦ λιμοῦ καὶ τἆλλα ἀργίας. Aeſchines, ἐν τῷ πρὸς ἀλκιβιάδην, ὑπὲρ Δημοσκλέους * Homerus ὀδυσσείας.λ. ὕλθε δ' ἐπὶ ψυχὴ θεσπεσίαο χρύσεον σκῆπτρον ἔχουσ. Diuerſi quoq; caſus,uel caſus pro caſibus,figurate tam à noſtris q̃ à Græcis ſæpiſſime ponuntur,ut Virg.in primo æneí.

Tu mihí quodcunq; hoc regni tu ſceptra Iouemq;

Concílias. hoc regní pro hoc regnum. Idem in primo:

Vrbem quam ſtatuo ueſtra eſt,ſubducite naues, pro urbs quam ſtatuo. Terentius in Andria. dñ uoſtram fidem Quid turbæ eſt apud forum? quot illic hominum litigant? pro quot homines. Idem in eadem: Ex Andro commigrauit huic uicíniæ, pro in hanc uicíniam. In eadem, Quas credis eſſe has,non ſunt ueræ nuptiæ. Idem in Phormione: ubi in mẽtem eius aduentí uenit? genitiuum poſuit pro nominatiuo. Cicero in Verrina rum.i.nam ita mihi deos uelim propitios, ut cum illius temporis mihi uenit in mẽtem, quo die citato reo mihi dicendum ſit,non ſolum commoueor animo, ſed etiam toto cor pore perhorreſco.illius temporis pro illud tempus. Idem in.ij. Verrin. Fac tibi paternæ legis Acilíæ ueniat in mentem.pro Acilia lex. Virg. in.iij.Geor.

Et crurum tenus à mento palearía pendent. pro cruribus tenus. Idem in.viij. æne.

uolat haſta Tago per tempus utrunq;. pro in Tagum. Salluſt.in Catilin.præter rerum capitalium condemnatis. pro condemnatos. Idem in.i.hiſtor. Nam à primordio urbis,ad bellum Perſi Macedonícum. pro Perſis. Virg. in primo æne.

Troas relliquias Danaum atq; immitis Achilli. pro Achillis. Horat.in.iij.carm.

Hic dies anno redeunte feſtus,

Corticem aſtrictum pice dimouebit Amphoræ. pro amphora. Teren.in Andria: Nec quid me faciam ſcio, pro qd de me fiet. Idem in Eun. Quid illo faciemus.pro illi. Similiter Cicero in Verrem,de prætura urbana,Quid illo,pro illi,myoparone factum eſt. Virgilius in primo æneí.

Parce metu cytherea manent immota tuorum

Fata tibí. pro metui. Idem in primo Georg.

Libra die ſomníq; pares,ubí fecerit horas. pro diei. Horat.in.iij. carm.

Hic dies uere mihi feſtus atras

Eximet curas. mihi pro à me.

Demoſthenes ἐν τῷ ὑπὲρ κτησιφῶντος, μετὰ γὰρ τοῦτο εὐθὺς ὁ δῆμος εἰσῆλθε μὴ ἑωρακὼς πάντα ὅσα ἔπραττον ἐγὼ ἐν αὐτοῖς τοῖς δεινοῖς καὶ φοβεροῖς ἐμβεβηκώς, pro εἰς αὐτὰ τὰ δεινὰ καὶ φοβερά. Homerus ἰλιάδ.α. πάντ' ἦμαρ φορέοντο ἄμα δ' ἠελίῳ καταδύντι κάππεσον ἐν λήμνῳ. Idem, κάππεσον ἐν κονίῃ. Xenophon ἀπομνημονευμάτων primo, λέγεται γὰρ ἀλκιβιάδην πρὸς εἴκοσιν ἔτεσιν εἶναι πρεσβύτερος ἐπιτροπεύειν μὲν ὀνειδίσαι ἑαυτῷ, προσήκειν δὲ καὶ πόλεως, τοιαῦτα διαλεχθῆναι πρὸς νόμου. λέγεται ἀλκιβιάδου ἀντὶ τοῦ ἀλκιβιάδης. Et noſtri hac figura ſæpe ſunt uſi, ut Terentius in eunu.

Apparet hunc ſeruum eſſe domini pauperis,

Miſeríq;. pro apparet hic ſeruus. Et in aliis tamen pleriſq; inuenies Græcorum autoritatem,& maxime antiquor̃ imitatos latinitatis autores,qd poſtea oñdetur,Homerus,

ζεῦ ἄνα δὸς τίσασθαι ὅμε πρότερος κακ' ἔοργε. huíc ſimile Teren. in Andria:

Ita tum diſcedo ab illo, ut qui ſe filiam neget daturum. diuerſa tempora, ut

Poſtquam res Aſiæ, Priami q; euertere gentem
Immeritam uiſum ſuperis, cecidit q; ſuperbum
Ilium, & omnis humo fumat neptunia Troia,
Diuerſa exilia, & deſertas quærere terras
Augurijs agimur diuûm, claſſem q; ſub ipſa
Antandro, & Phrygiæ molimur montibus Idæ.

Cecidit eſt præteriti, fumat autem & agimur & molimur præſentis. Idem in. iij. æne.

At regina graui iandudum ſaucia cura,
Vulnus alit uenis, & cæco carpitur igni. pro alebat & carpebatur. Et ſciendum, q; tam poetæ q̃ proſarum ſcriptores frequenter præſentibus utuntur, tam pro præteritis q̃ futuris. Contrà autem raro. Teren. in And. ſed ſi quid narrare occepi, continuo dari Tibi uerba cenſes, pro occipio uel occipiam. Idem in eunu. Quæ uera audiui taceo & contineo optume, audiui pro audio, uel audiam. Idem in Phor. cur non inquam Phormio, Vides inter uos? inquam pro inqui dixit, quod in raro eſt uſu. Sic enim ſolent plerique ponere inquam quod eſt futuri, loco præteriti uel præſentis accipientes. Diuerſæ p ſonæ, ut Virg. in. ij. æne. diuellimur inde Iphitus & Pelias mecum. Teren. in And. Tu ſi hic ſis aliter ſentias. Et nota q; ſeſe oſtendens hic dixit, in qua demonſtratione intelligit etiam ego. Liuius. xxxvij. ab urbe condita: Certare pio certamine cuiuſlibet bonæ artis & uirtutis auſi ſumus, cum parentibus quoq; ciuitas ſuis. Virgilius:

Ille ego qui quondam gracili modulatus auena Carmen. Idem in. ij. æne. quæq; ipſe miſerrima uidi, Et quorum pars magna fui. Idem in Bucolicis:

Nec tuus hic Mœris, nec uiueret ipſe Menalcas. Idem in. iiij. geor.

Illo Virgilium me tempore dulcis alebat
Parthenope, ſtudijs florentem ignobilis oci. Teren. in Phor. nam ego meorum ſolus ſum meus. Perſius: poſtquam meus à prætore receſſi. Nec ſolum per genera & per ſonas, & numeros & caſus & tempora, quæ maxime declinabilibus accidunt, de quibus ſupra oñdimus, ſolent autores uariare figuras, ſed etiam p omnia unicuiq; partium orationis accidentia. utputa nomini accidunt, ſpecies, genus, numerus, figura caſus. Per eos igit quinq; modos inueniunt uariationibus, id eſt ἀλλοιότησιν uſi autores. per ſpecies, ut Ennius: Optima cælicolûm, Saturnia magna dearum, magna dixit pro maxima, poſitiuum p ſuperlatiuo, cum aptiſſime ſuperius optima cælicolũ dixiſſet. Et Virg. in. i. æne.

Triſtior & lachrymis oculos ſuffuſa nitentes. Triſtior pro ſubtriſtis. Homerus: τόνδ' ἔκτανε δάρδανος ἀνήρ. Dardanos pro Dardanius, primitiuum pro deriuatiuo, ut Virg. quoq; in. iij. æne. Hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto Dardanus, pro dardanius. Et in. ij. ipſe deos in Dardana ſuſcitat arma, pro dardania. Simile huic eſt, Romulus populus, & Romula gens, pro Romuleus & Romulea. De generum & numerorum & caſuum uariationibus in ſupradictis oſtendimus. Figuræ quoq; aliæ pro alijs ſolent ab autoribus poni, ut Virg. in. i. æne. totum q; à ſedibus imis, Vnà Eurus q; Notus q; ruunt, pro eruunt, ſimplex pro compoſito. Similes inuenies uariationes cõſtructionis per omnia cæteris quoq; dictionibus accidentia. Aliæ quoq; pro alijs ptibus uel dictionibus ponunt, ut nomen pro aduerbio, ut ſublime uolat pro ſublimiter, & ſole recẽs orto, pro recenter. Et contrà aduerbium pro nomine, ut genus unde Latinum, pro ex quo. Et Cicero pro Deiotaro: En crimen, en cauſa, cur regem fugitiuus, dominũ ſeruus accuſet, cur ppter quæ. & iuſte p uere, uel uere pro iuſte, & ſatis p ſufficiens. Eurípides:

αἴσιος δίκαιος γόνος, pro ἀληθὴς. Lucanus in primo:

Tu ſatis ad uires Romana in carmina dandas. Idem in ſeptimo:

Quippe neceſſe putat, pro neceſſarium. Homerus ω. γ. ἰλιάδος,

αὐτὴ δ' ἄυσ' ἐλένῃ καλέουσ' ἰε. τὴν δ' ἐκίχανεν
πύργῳ ἐφ' ὑψηλῷ, πὰρ δ' ἦσαν γρῶαι ἄλλαι ἧσαι, ἄλλαι dixit, quod eſt ſatis: multũ pro multe, Virg.

in primo ænei. multum ille & terris iactatus,& alto,Vi ſuperũm,nomẽ pro aduerbio. Præpoſitiones eſt quando abundant,eſt quando deficiũt, eſt qñ aliæ pro aliis ponuntur, tam apud Græcos q̃ apud nos.abundant,ut Iſocrates in Aegineticο, ὧν αὐτὸς γὰρ τοῦτοις, ἔτι σαφέστερον ἂν μᾶλλον ἐνεπεδείξάμην τῶν ἔννοιαν, ἣν εἶχον εἰς ἐκεῖνον. Noſtri quoq; frequẽ ter utuntur hac abundantia præpoſitionis. Teren.in And. accedo ad pediſſequas.Idem in eunu. nunquam accedo ad te,quin abeam doctior.In eadem: Edicit ne uir quiſquam ad eam adeat.Idem in eadem:Adeon' ad eum. In eadem, ad te aduenio. Iſocrates ὧν παννυχικῶ ἀπεσβεσμένους δὲ τοῦ στρατηγοῦ μεθ' οὗ συνεκολάσθησαν. Ariſtophanes, βοηθοῖς. εὖ γὰρ εἰσοῖδά σε βόλομαι πόσα ἔτη ὅπως μετ' ἐμοῦ ξυνῆς. Virg.in.v.æneid. ſpatio poſt deinde relicto Tertius Euryalus. Iſocrates, πρὸς νικοκλέα φίλος κτῶ μὴ πάντας τοὺς βουλομένους ἀλλὰ τοὺς φύσεως ἀξίους ὄντας μὴ δὲ μεθ' ὧν κάλλα σωφρονίστρια ἀλλὰ μεθ' ὧν ἄρισα τῶν πολιτείαν διοικήσῃς. Hyperides ὧν ζῶν πρὶ τοῦ τάξιαρχους. μετὰ ταῦτα ὕστερον ἦλθον ἀναβησομένην τὸ τάξιαρχον. Virgi.in octauo æneidos:

Poſt hinc ad naues graditur ſocioſq; reuiſit.

Præpoſitiones deficiunt,ut Virgilius in nono æneid.

Euolat infelix & fœmineo ululatu,
Sciſſa comam muros amens atq; agmina curſu,
Prima petit,deeſt cum ululatu. Homerus ἰλιάδ.θ. αὐτῆ κεν γαίη ἐχυσάμ' ἀυτῆ τε θαλάσσῃ. deeſt σὺν, σὺμ αὐτῆ. Virg.in.v. His magnum Alciden contra ſtetit his ego ſuetus.deeſt cum. Aliæ pro aliis ponuntur. Ariſtophanes, κατακλινεῖν αὐτὸν εἰς ἀσκλη πιοῦ κράτισόν ἐστι ,εἰς pro ὧν. Virgilius in primo æneidos:

Multa ſuper Priamo rogitans,ſuper Hectore multa. Sup Priamo,pro de Priamo. Idem in.i.Geor. ſub lucem denſa inter nubila ſeſe,pro ante lucem. Coniunctiones quoq; tam apud nos,quàm apud illos,modo abundant,modo deficiunt,modo aliæ pro aliis ponuntur.abundant,ut

Multa quoq; & bello paſſus dum conderet urbem. Hora.in Epodo:

At ò deorum quiſquis in cælo regis
Terras,& humanum genus.abundat,at.Deficiunt,ut Virg.in.iiii.æneidos:

Ferte citi flammas,date tela, impellite remos.

Aliæ pro aliis accipiuntur, ut Virgilius in ſecundo ænei.

Aut pelago Danaum inſidias ſuſpectaq; dona
Præcipitare iubent,ſubiectiſq; urere flammis, pro ſubiectis'ue. Euripides:

ὦ θεοὶ πατρῶοι συγγενεῖς τε ἀλλὰ νῶῖ, ἀλλὰ dixit pro ſaltem, ut noſtri ſimiliter dixerunt. Teren.in eunu. ſi nequeas paulo,at quanti queas:at poſuit pro ſaltem. Aduerbiorum uero quædam ſunt quæ cum ſupradictis omnibus accidentibus, id eſt diuerſis numeris & generibus,& caſibus,& temporibus,& perſonis indifferenter ponunt, ut non bonus uir,non bona mulier,non bonum mancipium offendit me.non boni uiri,non bonæ mulieris,non boni mancipij eſt uituperare innocentem.non ego,non tu,non ille,non facio, non facis,non facit. Similiter bene,male,recte,praue,poſſunt ſupradictis omnibus apte adiungi. Sunt autem alia aduerbia quæ non poſſunt omnibus copulari accidentibus, ut ò,qñ eſt uocatiuum,ut Virg.in.i.ænei. O regina,nouam cui condere Iuppiter urbem. Et heus.Idem in eodem: heus inquit iuuenes monſtrate mearum, Vidiſtis ſi quam hic errantem forte, ſororum. Alij caſui non adiunguntur niſi uocatiuo. Alia uero ſoli accuſatiuo,ut ponè tribunal,uel ponè domum. ultra fines. Quædam ablatiuo,ut coram iudicibus,quod etiam in præpoſitionibus uidemus fieri.Proprie autem illæ ſunt præpoſitiones accipiẽdæ,quæ ſine caſualibus proferri non poſſunt ſeparatæ,ut in illum, per illum, pro illo,de illo, ſub illo,ex illo, ab illo. Nam ponè & coram poſſunt etiã ſine caſualibus proferri,quia aduerbia ſunt. Virgilius in primo æneidos: coram quem quæritis adſum Troius Aeneas. Idem in.vi.ænei. Ponè ſubit coniunx,ferimur per opaca locorum. Sunt aduerbia quæ diuerſis perſonis non conueniunt,ut eia. Virg.in.iiii.æneid.

Eia age rumpe moras, uarium & mutabile ſemper, Fœmina,

Ad ſecundam dicuntur enim ſolam. Sunt aduerbia quæ proprie diuerſis tẽporibus adiungi non poſſunt: ut heri feci, nunc facio, cras faciam. Sunt alia quæ ſingulis modis ſociãtur per omnes perſonas, & numeros, & tempora, ut utinam optatiuis. Sed hæc de aduerbijs in loco, latius tractabuntur. Coniunctio quoq; communiter cum omnibus ſupradictis inuenitur, id eſt generibus, caſibus, numeris, tẽporibus, perſonis, ut uir & mulier, uirorum & mulierum, doceo & docui, & docebo ego, & tu, & ille. Si facio, & ſi faciam, ſi facerem, & ſi faciebam, ſi fecerim, & ſi feci, ſi feciſſem, & ſi feceram, ſi fecero, & ſi faciam. Sed ad pronominis ordinandi tractationem redeamus. Sciendum q̃ coniugata pronomina, quæ σύζυγα, Ariſtarchus uocat, trium perſonarũ primitiua, ſeu deriuatiua, inuicem pro ſe inuicẽ poni per confuſionem perſonarum. ideo nec figurate poſſunt, quõ nec uerba, qa tres ſolas uoces, in tribus p̃ſonis habẽt, mei, tui, ſui, mihi, tibi, ſibi, me, te, ſe, à me à te, à ſe. Quomodo nec pluralia eorũ, nos uos, noſtrũ uel noſtri, ueſtrum uel ueſtri, nobis uobis, nos uos. Nec deriuatiua, meus, tuus, ſuus, noſter, ueſter. Ipſe autem & ille, & hic, & iſte, & is figurate, & pro prima, & ſecunda ſolent accipi. Quippe cum non habeant ſibi coniugatas primas & ſecundas, quibus impediantur, pro illis accipi. Quod autem ſui proprie coniugatum eſt primæ & ſecundæ perſonæ, ipſa declinatio conſimilis illi cum eis oſtendit, mei, tui, ſui, mihi, tibi, ſibi, me, te, ſe, à me, à te, à ſe. Itaque ea tria pronomina ſuas defendentia proprias perſonas, ad iura ſuæ ſignificationis non admittunt ſibi coniugatas uoces. Idq; comprobatur etiam ex deriuatiuis eorum: meus enim, tuus, ſuus quia ſibi ſunt coniugata ſimilitudine declinationis, & maxime q̃ ſingulæ ſint in unaquaq; perſona eorum uoces, quomodo etiam in uerbis pro ſeſe poni inuicem, uel ſibi coniũgi in una eademq; perſona poſſeſſorum non poſſunt. Nemo enim dicit, ego tu, nec ſui mei, nec tuus meus, nec ſuus meus, nec noſtrâs ueſtrâs, niſi addita coniunctione dicam, ſeruus tuus & meus eſt. Ciuis noſtrâs eſt et ueſtrâs. In quo tamen poſſeſſio quidem communis ſignificatur, poſſeſſorum uero perſonæ diuerſæ. Poteſt tamen & ſine coniunctione dici, mea res tua eſt, animus meus tuus eſt. in quo tamen diuerſas intelligo p̃ſonas poſſeſſorum. Ille autem ego & tu ipſe, & hic ego & iſte ego, & omnia tertiæ perſonæ pronomina, excepto ſui, & eius deriuatiuo ſuus, licet & primæ & ſecundæ figurate uni eidemq; coniungere perſonæ. in uerbis uero, quia una eſt ſola uox tertiæ perſonæ, cum ſecunda uel prima, in una eademq; perſona accipi nõ poteſt. Nemo enim dicit facio tu uel ille, uel facis ego uel ille, uel facit ego uel tu. Singulis enim uerba uocibus, ſingulas ſignificantia perſonas, eas extra ſe alijs accõmodare perſonis non patiuntur. Et quid mirum in perſonarum diſcretione coniugatarum hoc fieri, cum liceat etiam ex contrario ex indiſcretis generibus uel numeris, uel caſibus, uel temporibus hoc manifeſte intelligere? Quippecum ipſa confuſione licentia detur in diuerſis ea ſignificationibus accipere. Nã mihi, tibi, ſibi, me, te, ſe, cum non diſcernant genera, licet quibuſcunq; placet generibus ea coniungere, ut meipſum meipſam, teipſum teipſam, clari claræ clara, nõ ſecernunt numerum. licet ergo ſingularibus & pluralibus ea ſociare. ſenatus, currus, uultus, facies, res ſpes, ſimiliẽ diuerſorũ ſunt caſuum communia. licet ergo quibuſlibet eorum aptiſſime ea copulare. Omnia uerba præteriti perfecti ſubiunctiua & futuri, eaſdem uoces habẽt abſq; prima perſona. nihil igitur prohibet in utrouis tempore ea accipere. Participia præſentis temporis & infinita, eadem etiam præteriti imperfecti ſunt. Licet igiẽ ea utrobiq; p ferre: ut ſcribens hodie proficio, & ſcribens heri pficiebam, & ſcribere uolo hodie, et ſcribere uolebam heri. Sciendum tamen, q̃ licet etiam præteritis perfectis & pluſquamperfectis participia uel infinita ſupradicta, ſenſum præteriti imperfecti ſignificantia conitigere: ut ſcribens profeci uel profeceram, id eſt cũ in ſcribendo eram pfeci uel pfeceram. ſcribere uolui uel uolueram, id eſt incipere ſcriptionem uolui uel uolueram. Scimus eñ q̃ præteritum imperfectum inceptionem quidem rei ſignificat, nondum tamẽ perfectionem. idq; uſus autorum comprobat. Communia uerba tã actiuam quàm paſſiuam conſtructionẽ concipiunt, ex qua diſcernitur uarietas ſignificationis: criminor te & à te, hortor te, & à te. Amet, doceat, legat, audiat, ſunt impatiui præſentis, ſunt optatiui futuri, &

ſubiunctiui præſentis.nec aliter poſſunt eorum ſignificari uarietates, niſi per conſtructi onem eis accidentium aduerbiorum uel temporum, ut imperantes quidē ſine aduerbio dicimus,amet,doceat,legat,audiat.Optantes uero cum aduerbio utinam amet,doceat, legat,audiat. Subiungentes quoq; cum amet,doceat, legat,audiat. Amato,doceto,legi to,audito,& ſecundæ ſunt & tertiæ perſonæ, additione igitur pronominum diſcernun tur,ut amato tu,amato ille.In omnibus igitur huiuſcemodi dictionibus,quæ diuerſas ha bent ſignificationes,cōſtructio maxime ad eas explanandas eſt neceſſaria. Sicut etiam in nominibus,in quibus ſimiles inueniuntur uoces,diuerſi caſus uel genera uel numeri:ut puta genitiuus & datiuus ſingularis,huius poetæ & huic poetæ,& nominatiuus & uo catiuus plurales, hi & ὸ poetæ.ſimiliter docti genitiuus ſingularis huius docti,nomina tiuus et uocatiuus plurales hi docti & ὸ docti. Similiter cædes,res,facies,nominatiui ſin gulares,& uocatiui,ut hæc facies & ὸ facies,hæc cædes,& ὸ cædes, hæc res & ὸ res.plu rales uero et nominatiui et accuſatiui et uocatiui,hæc facies et has facies & ὸ facies.Mul ta quoq; etiam in aliis partibus inuenies ſimilia,nec aliter ea diſcernes,niſi ex conſequen tia ordinationis,id eſt caſus caſibus,& genera generibus,& numeros numeris,& perſo nas perſonis,& tempora temporibus congrue diſponendo.Non igitur,ſi quid ſimile eſt uoce,hoc eiſdem neceſſe eſt omni modo accidentibus coniungi, ſed ad intellectum refer ri: utputa omnis datiuus & ablatiuus pluralis mobilium nominum uel pronominū uel participiorum,ſimilis eſt per tria genera,ut bonis,illis,accuſatis. Et tamen cum de mari bus loquimur maſculinis ea coniungimus,cū de contrario ſexu fœmininis,cū extra utri uſq; ſignificationem,neutris:ut bonis uiris loquor,bonis mulieribus,bonis mancipiis, & accuſatis uiris,accuſatis mulieribus,accuſatis mancipiis.ſic & ſimilia quæ confuſionem ſi gnificationis per ordinationis iuncturam,& accidentium diſcutiunt. Omnis enim con ſtructio quam græci σύνταξιν uocant,ad intellectum uocis eſt reddenda.Itaq; per diuer ſas figuras uariare ſolent autores in conſtructione accidentia, de quibus iam ſupra docu imus:quæ quamuis quantum ad ipſas dictiones incōgrue diſpoſita eſſe uideantur,tamē ratione ſenſus rectiſſime ordinata eſſe iudicantur:utputa prima perſona & tertia in unū figurate coeunt, ut Virgilius:

Ille ego qui quondam gracili modulatus auena Carmen.

eſt enim intellectus,ego Virgi. ille qui quondam ſcripſi Bucolica & Georgica. Diuerſi quoq; numeri hoc modo figurate reperiuntur,ut Virg.in.i. Aeneidos: Pars in fruſta ſe cant uerubusq; trementia figunt. Pluralem ſingulari non ad dictionem, ſed ad ſenſum retulit,quia pars Troianorum multi intelliguntur.Et per diuerſa genera, Qualis eram cum primam aciem Præneſte ſub ipſa, Virgil.in.viii.Quamuis enim Præneſte neutrum ſit, ſed quia urbs intelligitur ad id quod intelligitur magis,q̄ ad uocem nominis reddi dit,dicens ſub ipſa. Similiter per omnia accidentia omnium partium orationis frequen ter inuenimus huiuſcemodi figuras,& caſus pro caſibus,ut

Corniger heſperidum fluuius regnator aquarum,

fluuius pro fluuie: Virgilius in.viii. &

Tu mihi quodcunq; hoc regni,tu ſceptra Iouemq; Concilias: in primo. Regni p regnū,de quibus ſufficiēter in ſuperioribus diximus. De tu quoq; quidam dubitauerūt an nominatiuus ſit tantum, an tantū uocatiuus: ſed uterq; in eo eſſe oſtenditur, quomo do & in omnibus ferè latinis nominibus abſq; in us terminantibus ſecundæ declinatio nis. Et quoniam Trypho quem Apollonius arguit,eum uocatiuum ſolum putauit,dece ptusnominum uocatiuis,qui coniunguntur ſecundæ pſonæ uerborum, cum dicimus tu legis, & diſcipule legis. ſed & cum prima & tertia uerbi perſona coniungit bene uoca tiuus qui ſuus eſt ſecundæ, nec tamen ideo dicimus primam uel tertiam uocatiuos habe re,nec ſecundæ uocatiuum non eſſe,ut lego diſcipule & legit diſcipule. Neceſſe eſt illos maxime caſus habeant pronomina, quibus deficiunt in utraq; perſona nomina,& maxi me nominatiuum. uocatiuo enim,pnomina non egent,qui nec demonſtrationē, nec re lationē, quibus funguntur pronomina poſſidet,ſed ſolam conuerſionē,id eſt apoſtrophen,

sed hoc ipso quia uel nutu, uel uocis directione non solum ad eos quos uidemus, sed etiam ad illos, ad quos uox nostra potest peruenire etiam absentes, uocare solemus, uel ignorantes propria eorum nomina, uel confuse hoc utentes etiam ad multos, ut unus ex eis respondeat, ut ad seruos tu dicimus. illud quoq; sciendum ꝙ suum est pronominis in prima & secunda persona habere nominatiuum. Vocatiuum uero non solum ꝑ nomina, sed etiam nomina & participia habēt, qui casus proprius est secūdæ personæ, ut scribe Virgili & scribis Virgili. Sed ꝙ etiam nominatiui omniū casualium primis & secundis uerborum est quando coniungantur personis, ostendunt substantiua uerba & uocatiua, quæ nisi nominatiuis nō sociantur. ut ego grammaticus sum, tu orator es, ille philosophus est, ego Priscianus nominor, tu Apollonius uocaris, ille Virgilius nūcupat. Vir, in. i. Aene. Tu ne ille Aeneas, quem Dardanio Anchise

Alma Venus Phrygij genuit Simoentis ad undam?

Ergo sine dubio hæc constructio hic, tu, nominatiuum esse ostendit. Præterea hoc approbatur, cum distincte ipse qui est nominatiuus trium personarum nominatiuis necessario coniungitur, ut ipse ego facio. Virgilius in quinto:

Ipsa egomet dudum Beroen digressa reliqui.

Idem in eodem: Ipse ego paulisper pro te tua munera inibo Tu ipse facis.

Virgil. in Buco. Verum id quod multo tute ipse fatebere maius. Cicero in iij. Verr. Tute ipse ex edicto siculo hoc sustulisti. Ille ipse facit. Cum igitur nomina primæ & secundæ personæ nominatiuum non habeant, nec cæteros obliquos, uocatiuum tamen habeant pleraq; loco deficientium, ut paulo ante ostendimus, funguntur pronomina. Relatio quoq; cum ad cæteros fiat casus, ad uocatiuum non fit. ut ego lego qui scripsi, tu legis qui scripsisti, ille legit qui scripsit, meus est seruus cuius ære emptus est. Vocatiuus autem ideo in relatiuis esse non potest, quia antecedentem cognitionem significare non potest. Similiter quando diuersæ uni sociantur personæ, necesse est nominatiuos coniungi nō uocatiuos, ut ego & tu & ille dicimus. Nemo enim dicit ego & grammatice, & ille docemus, nisi attentionis causa ponens nominatiuum ꝑ nominis, adiungam ei uocatiuum nominis, ut ego & tu grammatice & ille docemus. Et nomina quidem quamuis tertiæ sint personæ, tamen habent pleraq; uocatiuum, ut diximus. Nec mirum cum uerbis quoq; uocatiuis, quomodo & substantiuis cōiuncta, possint tam primæ q̄ secūdæ esse personæ. Quomodo ergo si dicam Virgilius uocaris, à tertia in secundam transfero nomen personam, sic uocando eundē intellectu ipso uocandi facio secundam personam, ò Virgili, id est te uoco Virgili. Excipiuntur infinita nomina, uel interrogatiua, uel relatiua, uel redditiua, uel distributiua: quæ quia incertæ sunt personæ, uel diuersæ, uocatiuum habere non possunt, quis, qui, qualis, talis, tantus, quātus, quot, tot, uterq;, alter, singuli, bini, terni, & similia. Ad huiusmodi enim nomina uocatio fieri nō potest, quamuis licet etiam ad secundam ea coniungere personam, sed ꝑ nominatiuos: ut qui estis? quales estis? uterq; Scipiones uocamini. singuli ueniatis ad me. terni prandete apud me. Virgil. in. i. Aeneidos: Sed uos qui tandē quibus aut ueneistis ab oris? Pronomina uero primæ uel tertiæ personæ minime possunt habere uocatiuum, nisi possessiua primæ, quando coniunguntur uel dirigūtur ad secundam personam. Quippe cum possit aliquis ad suam loqui possessionem, id est ad filium, uel ad seruum, uel ad matrem, uel ad uxorem, & dicere, ò mi, ò mea, ò meum, ò noster nostra nostrum. Et est proprium possessiuorum pronominum, duas significare personas, ipsam quidem quæ possidet per genitiuum ubiq;, eam uero quæ possidetur per omnes casus. Itaq; secundæ personæ possessiuum, cum in genitiuo sit, ipse possessor intelligendus ad quem dirigitur sermo, uocatiuum quoq; habere non potest, nisi figurate uelim dicere, ò tue & non aliene, id est tui potestatem habens, quomodo ego sum meus. Euripides: ἐγὼ δὲ ἐμὸς ἐμί. Sed quamuis non careat ratione, tamen in usu non est, quomodo nec sue illius nate, ut proprie illius nate. Cum igitur in omnibus possessiuis, tam possessor q̄ possessio intelligatur, nec alij possint casus quātum ad possessores

nisi genitiui intelligi,non possunt habere uocatiuos, nisi per ipsas possessiones,cum in secunda esse intelligantur ea persona. Nec prima tamen primam,nec secunda secundã potest possidere,nisi sic (ut ostendimus) figurate dicat aliquis, ego sum meus dominus & seruus,tu es tuus & doctor & discipulus,ut Persius: Vindicta postquam meus à prætore recessi. Tertia uero tertiam potest possidere,quia multæ & diuersæ possunt esse tertiæ. Vocatiuum tamen aliud pronomen in usu non habet,nisi primitiuũ secundæ personæ,& possessiuum primæ,quando ad id sermo dirigitur,id est quando secundæ sociatur personæ. licet enim naturaliter ad suam loqui possessionem. Tertiæ uero personæ possessiuum, & si naturam habet, ut per uocatiuum possit dici, ut prædictum est (possumus enim etiam ad alienam possessionem dirigere sermonem,ut O genitor noster Saturnie maxime diuûm, & Euandrie fili uel Telamonie Aiax) itaq; quamuis quantũ ad ipsam rerum naturã recte uideatur posse dici,ò sue filij Euandri,ò sua uxor Euandri,ut si dicam Euandrie fili,& Euandria uxor, cum in hoc duæ tertiæ intelligantur personæ possessoris & possessionis,usus tamen deficit,quomodo etiam apud Græcos,teste Apollonio ἐλλείπει, cum rationabiliter posset dici, in usu tamen non inuenit. De hoc enim ἐν τῷ περὶ συντάξεως tertio clarius tractat. Secundæ autem personæ (ut supradictum est) deriuatiuum,ideo non potest habere uocatiuum,quia necesse est genitiuum primitiui intelligi in possessore ipso ad quem loquimur,& uocatiuum in possessione,sed possessio secundæ personæ necessario uel ad primam, uel ad tertiam personã refertur,quæ naturaliter carent uocatiuo,Tuus filius sum, uel tuus filius est ille. Et q̃uis figurate,ut supra dictum est,dicam,tu ipse tuus es & dominus & seruus,tamen uocatiuum non inuenies,nec figurate in hoc pronomine prolatum,ut eundem & possessorem & possessionem in una eademq; persona uideat aliquis affari dicendo,ò tue,quomodo apud Græcos ὦ σὲ ἀπὸ τοῦ σοῦ eodem teste Apollonio. Quemadmodũ igitur nomina tertiæ personæ sunt, sic etiam possessiua pronomina: quæ quamuis quantum ad personas possidentium finita sint & primæ & secundæ & tertiæ,tamen quantũ ad possessiones ipsas,tertiæ sunt personæ, nisi substantiuis,uel uocatiuis cõiungantur uerbis. sicut & nomina:meus es filius,meus uocatur seruus,tuus nominor parens, tuus est pater,suus illius sum filius,suus illius filius es, suus illius est filius. Pronomen enim ipse tribus aptissime,ut supradiximus,coniungitur personis. Itaq; Apollonius ἐπιταγμα-τικὸν hoc uocat,id est appositiuum,eo q̃ aliis pronominibus apponitur, ut ipse ego, uel egoipse,tuipse,illeipse.Et quamuis inueniantur etiam alia pronomina figurate sic cõiuncta per diuersas personas,ut ego ille,tu ille,hic ille, ut Virgilius:

Ille ego qui quondam gracili modulatus auena Carmen,

Idem in .i. Aenei. Tu ne ille Aeneas quem Dardanio Anchise?

Terentius in Andria: Hic est ille ne credas te Dauum ludere. Non tamen quomodo ipse sine alio pronomine possunt primæ & secundæ personæ uerbis adiungi,ut ipse facio, ipse facis. Virgilius in.ij. Aeneid. quæq; ipse miserrima uidi. Idem in Bucolic.

Cum faciam uitula pro frugibus, ipse uenito. Alias autem uoces tertiæ pronominum personæ per se sic uerbis primæ & secundæ personæ non possumus copulare. Nemo enim dicit ille facio,& ille facis,nisi addas etiam pronomina primam & secundam demonstrantia personam,ut Cicero inuectiuarum .ij. Hic ego uehemens ille cõsul,qui uerbo ciues in exilium eijcio,quæsiui à Catilina. Sed ille ego uel ille tu cum dicimus,relationem significamus antecedentis cognitionis,Ipse ego uero discretionem, id est ego ipse per me & non alius. Hoc autem appositiuum pronomen,id est ipse,quãuis & imperatiuo societur (dicimus enim ipse facis,& ipse fac) non habet tamen uocatiuum. Nullum enim pronomen habere uocatiuum potest,ut diximus, nisi primitiuum secundæ personæ,ad quod dirigit sermo, & deriuatiuum primæ quando coniũgitur primitiuo secũdæ uel uoce uel intellectu,ut ò mea tu,ò noster Chreme. Præterea uocatiuus substantiuo uel uocatiuo uerbo per se non coniungit,sed ntũs. Nemo enim dicit docte es,clare uocaris, Virgili diceris,sed doctus es, clarus uocaris, Virgilius di-

ceris. Ipse igitur nisi nominatiui uice nominis fungi non potest. Nihil autem mirum secundæ personæ nominatiuo imperatiuum adiũgi, cum & tertiæ personæ, quæ prorsus uocatiuum non habet, adiungantur imperatiua, ut faciat & facito ille, & faciant & faciunto illi. Illud quoq; sciendum, ꝙ uocatiuis frequẽter utimur sine uerbis secundæ personæ, ut miror te Virgili, intelligo te Homere: nominatiuos uero nisi per eclipsim nũquam sine uerbis proferimus eiusdem personæ, ut bonus es, Apollonius nominaris. Omnia autem pronomina, quæ uocari possunt, similem habent nominatiuum uocatiuo, excepto mi pro mee. Nec mirum cum etiam nomina pleraq; apud Latinos, ut diximus, eosdẽ habent ntõs & uocatiuos. Atticis quoq; mos est ntõs ꝑ uocatiuis proferre. Homerus: ἥλιος ὃ ὃς πάντα ἐφορᾷς καὶ πάντα ἐπακούεις. quem secutus Virgilus in.vii. Corniger hesperidum fluuius regnator aquarũ. Fluuius ꝑ fluuie dixit. Et Luca. in. ii. Degener ò populus, uix secula longa decorum
Sic meruisse uiris. pro populi. Macedones autem & Thessali ecõtrario uocatiuos solebant pro nominatiuis proferre.
Homer. ἐν τῷ δ' ἑλιάδη. ἀυτάρ ὁ αὖτε Δύες' ἀγαμέμνονι λεῶν φορέῃνα. hic uocatiuus est pro nominatiuo Δύεσα, dixit pro Δύεσης. Vnde Romani frequentissime huiuscemodi nomina, & maxime appellatiua per uocatiuum græcum, etiam pro nominatiuo suo ꝑferunt, sophista, citharista, poeta, Scytha, Sarmata, sophia. Persius tamẽ indubitanter uocatiuum pro nominatiuo posuit: Censorem' ue tuum, uel quod trabeate salutas, trabeate dixit pro trabeatus. Et Horatius: macte Virtute esto. ꝑ mactus uirtute.

PRISCIANI CAESARIENSIS GRAMMATICI LIBER .XVIII.

De constructione.

IN Superiori libro de articularium dictionum & pronominum tractãtes constructionibus, necessario plurima etiam de nominis & uerbi cõstructionibus, sine quibus illa orationem perfectam complere nequeunt, diximus. Quippe quæ ex maxima parte communes eis sint cum illis. In hoc quoq; de nominibus & uerbis præcipue (quamuis & de cæteris partibus, cum eis etiam plurima inueniantur communia) exponemus. Ergo minime mireris, si eadem exempla constructionum repetantur, cum in plerisq; consimiles sint supradictorum & dicendorum rationes. Singulorum igitur casuum per ordinem constructiones uideamus. Nominatiuus & uocatiuus absoluti sunt, id est per unam personam intransitiue possunt proferri, ut ego Priscianus ambulo, tu Plato philosopharis, Aristoteles disputat. Et si substantiuis uerbis, uel uocatiuis iungantur primæ & secundæ personæ, non egent pronominibus, quippe essentiam sui uel nominationem significantes, ut homo sum, Cicero nominor. Sin autem alijs consocient uerbis, tunc necessario adiunguntur pronominibus, ut ipsius essentiæ præsentis demonstratione transeant à tertia persona connexione pronominum, ad primam uel secundam, ut ego Priscianus scribo, tu Apollonius uel Apolloni scribis. Et sciendum ꝙ uocatiuus nõ eget pronomine, quippe cum secundam sua uoce finiat personã, ut Apolloni legis uel lege, Terenti scribis uel scribe. Virgi. in. x. uigilas' ne deũm gens? Aenea uigila. Persius: Censorem' ue tuum, uel ꝙ trabeate salutas. Quamuis ad perfectam significationem bene additur indicatiuo uerbo tu nominatiuus. Si uero tollamus pronomina ab hac constructione, quæ nominatiuo construitur, dicẽdo Priscianus scribo, Apollonius scribis, solœcismum facimus. Nam nomina per se & participia absq; uocatiuo casu tertiæ sunt personæ. Quomodo ergo non dicimus ille lego uel ille legis, sic non dicimus, Priscianus lego, nec Apollonius legis. Quomodo autem ille ego lego, & tu ille legis, recte dicitur, sic Priscianus ego lego, & tu Apollonius legis uel Apolloni. Licet enim & ntñ & uocatiuum nominis, secundis adiungere pronominum personis.
Virgilius: Ille ego qui quondam gracili modulatus auena Carmen.

Horat.in.i.sermon, Tu´ne Syridamæ,aut Dionysi filius audes?
Virg.in.i.Aeneid. Tu´ne ille Aeneas quem Dardanio Anchise? Et sciendum, ꝙ has quidem constructiones, quæ per nominatiuum absoluuntur, Stoici ἀξιώματα, uel συμβάματα, id est dignitates,uel congruitates uocabant, ut ego Priscianus scribo, Apollonius ambulat,Cato philosophatur. Illas uero quibus transitiones ab alia ad aliam fiunt personam,in quibus necesse est cum nominatiuo etiam obliquum aliquē casum proferri,παρασυμβάματα dicebāt,hoc est minus q̄ congruitates, ut Cicero patriam seruat.Quando uero ex duobus obliquis constructio fit, ἀσυμβάματα, id est incongruitates dicebant,ut placet mihi uenire ad te,siue nominibus ipsis tantum, seu uerbis hoc exigentibus. Nominibus quidem exigentibus obliquos, necesse est substantiuum uerbum uel participium consequi,ut filius Herculis sum,uel filius Herculis esse dicor. Et commodus duci sum,& commodus duci esse uideor,bonus sum animam,et bonus esse animam intelligor,fortis sum uirtute,& fortis esse uirtute appareo.Est autem quando per ellipsin uerbi uel participꝝ substantiui,huiuscemodi casuum,id est nominatiui cū obliquis,constructio solet ꝓferri,ut filius Pelei Achilles bellans multos interfecit Troianos.subauditur enim participium uerbi substantiui ens, quod in usu nunc nobis non est.pro quo possumus q̄ est uel qui fuit Pelei filius dicere uel subaudire. Similiter aliis casibus nominatiuum consequētibus uel supradictum participium, uel quæ pro eo accipiuntur subaudire necesse est ad nominatiuum.commodus mihi amicus proficiscitur,id est qui mihi est commodus amicus. honestus faciem uir cernitur,hoc est,qui est honestus faciem.celer pedibus currit homo,subauditur qui est.et hæ quidem cōstructiones ipsorum nominum exigente natura sic uariantur casibus.quibus licet uel ꝓnomina uel participia p eosdem casus cōiungere, ut ille filius Pelei Achilles bellans multos interfecit Troianos,& illius Pelei florētis uirtute filius Achilles fuit. Idem licet per omnes casus facere,eosdem cū obliquos casus quos sibi adiungit ntūs, potest etiam flexus idem habere,sed non tamen in eadem constructione uerborꝝ.Nam ad alias transeunt uerba personas,quippe nominatiuum desiderantia,ut filꝝ Pelei fuit uictoria Graiorum,filio Pelei cessit Hector, filium Pelei timuit Hector, filio Pelei floruit Græcia.& hoc quantum ad naturam ipsorꝝ inter se nominum per uarios casus construendorum. Verba quoq; transitiua similiter solent uarijs casibus adiungi,ut miles eget imperatoris,Aeneas præmium donat Euryalo.Plato erudit Aristotelem.Cicero potitur laude. Quō autem ntūs obliquis apte possit construi quantum ratione potero comprehendere docebo,quos tñ etiā flexus sibi defendit,ut Aeneas rex Troianorꝝ,Aeneæ regis Troianorꝝ,Aeneæ regi Troianorꝝ.sic per reliquos casus quoq;. Nominatiuus igitur casus nominum genitiuo adiungitur,quando possessio aliqua & possessor significatur.et nominatiuo quidem possessionem,genitiuo autem possessorem proferimus,ut Hector filius Priami,Dauus seruus Simonis,Aeneas rex Troianorum,Patroclus amicus Achillis,patronus Verris Hortensius. Quæ sic interpretamur, ut adiuncto uerbo possessionem significante,possessio quidem mutet nominatiuum in accusatiuum, possessor uero genitiuum in ntm̄,uerbi huius natura hoc exigente,ut intransitiue quidem nominatiuum,transitiue autem accusatiuum exigat. Quid est enim Hector filius Priami, nisi Hectorem filium Priamus possidet uel habet? Patronus Verris Hortensius,nisi patronum Verres Hortensium habet? Licet tamen hæc eadem cum substantiuo uerbo adiūguntur tam genitiuo q̄ datiuo connectere,ut filius Priami, & Priamo fuit Hector. Et Dauus seruus Simonis & Simoni, & Patroclus amicus Achillis & Achilli. Similiter comes,socius,affinis,cognatus,uicinus,propinquus,& similia,id est omnia ad possessionem pertinentia,ut Virg.in.vij. Est mihi nata,uiro gentis quam iungere nostræ, pro possideo natam. Sed magis datiuo quasi ad ignorātes utimur, ut in supradicto uersu. Nam ad scientes esse natam,nomen autem propriū ignorantes,dixisset mea uel mei nata,Lauinia est,subdistinctione posita post natam. Contrà aūt nomine quidem cognito, ignorata uero cuius esset nata,dixisset Lauinia,mihi nata est,post Lauiniā sic distin

guendo, ut Virgil. in Bucol. Si nescis, meus ille caper fuit, ad scientem caprum. Ad nescientem autem eius possessorem, dixit meus. Idem in eodem: Est mihi nanq; domi pater, est iniusta nouerca. ad nescientē si sit pater & nouerca dixit mihi. Alio quo q; sensu inuenis datiuos pro genitiuis, ut Virg. in. x. fusos ceruix cui lactea crines Accipit, pro cuius crines. potest tamen hoc & πρωτοικῶς esse, id est acquisitiuum cui ad cuius similitudinem. Omnia enim quæ bonum aut malum aliquod acquirunt, datiuo adiunguntur, ut uigilo tibi, aro tibi. Virg. manent immota tuorum Fata tibi. Supradictis uero è contrario uidentur illa proferri, quæ laudem uel uituperationem uel accidens aliquod ostendunt ab aliquo possideri. per nominatiuum enim possessorem in huiusce modi significationis structura, per genitiuum uero possessionem proferimus in οὐσίας, id est essentiæ demonstratione, ut magnæ uirtutis uir, id est magnam uirtutem habens. Nimiæ tenacitatis homo, id est nimiam tenacitatem habens. Egregiæ pulchritudinis mulier, id est egregiam pulchritudinem habens. Extremæ turpitudinis animal, id est extremam turpitudinem habens. Albi quidem coloris est cycnus, nigri uero coruus, id est album colorem cycnus habens, coruus nigrum. Et Græci quidem in huiusce modi sensu genitiuo tantum utuntur. Latini uero etiam ablatiuo frequentius, ut magna uirtute uir, p magnam uirtutem habēs, egregia pulchritudine mulier, pro egregiam pulchritudinem habens, sic & similia. Terent. in Andria: forte unam aspicio adulescentulā, Forma ac uoltu, Sosia, Adeo modesto, adeo uenusto, ut nihil supra. Similiter quando consequentiam aliquam rerum per genitiuum significant Græci:

ὄυλος ἐμεῦ ζῶντος, ηὐχὴ ἐπὶ χθονὶ δερκομένοιο
σοι κοίλης πρὰ μυσὶ θαρείας χθῆρας ἐποίσω. Huiusce modi sensum nos per ablatiuum proferimus. non me uiuo, & in terra uidendo, id est dum uiuo, & in terra uideor. Necesse est enim huiusce modi structuræ, siue nomē, seu participium prolatum uerbo interpretari, dum aduerbio, uel eandem uim habentibus, addito. Virg. in. vij. non uobis rege Latino Diuitis huber agri Troiæ ue opulentia deerit, id est, dū Rex sum Latinus, uel donec Latinus regnat. licet enim uel nominatiuum pro ablatiuo, & maxime nominum, cum uerbo substantiuo ponere, uel uerbum cognatum significatiōi ipsius nominis, ut me doctore florent musæ, id est dum ego doctor sum. nam participia raro sic proferuntur, pro me docente, ut dicam, dum ego docens sum: uerbum uero cognatum significationi ipsius nominis, quod per ablatiuum proferē ponimus, ut me doctore, dum ego doceo. illo imperatore, donec ille imperat. pietate manente, dum pietas manet. uirtute florente, quoad uirtus floret. Comparatiua quoq; & superlatiua græci genitiuo adiungunt, nos autem comparatiua quidē ablatiuo, ut fortior Achilles Hectore. Superlatiua uero genitiuo, ut fortissimæ gentis, de quibus latius in libro tertio de nominis comparatione dicentes tractauimus. Verbalia quoq; in or definentia, uel in trix transitiua, id est quæ à uerbis actum aliquem significantibus fiunt genitiuo iūguntur, ut amo illum, amator & amatrix illius, doctor doctrix, munitor munitrix, lector lectrix, tonsor tonstrix, mirator miratrix. Lucanus in nono:

Impressit dentes hæmorrhois aspera Tullo
Magnanimo iuuenī, miratoriq; Catonis. Similiter genitiuo adiunguntur participialia plerunq;, uel participio; transitiuorum absq; tempore uim habentia. Transitiua autem participia sunt, quæ à tranfitiuis uerbis nascunt, ut amo illum, amans illum. fido illi, fidens illi, inuideo tibi, inuidens tibi. nisi sint passiua, id est futuris passiuo; similia. Tunc enim datiuo uel ablatiuo coniungūtur, sicut & participia eiusdem formæ, id est in dus definētia, ut amans illius, similiter abundans, sapiens, patiens, fidens. Virg. in. ij. Aeneid. Obtulerat fidens animi atq; in utrunq; paratus. Similiter inops, præceps. Virg. in. iiij. Aeneid. Sæuit inops animi. Idem in nono:

Et præceps animi Tmarus & Mauortius Hæmon. Similiter cupidus, rapidus, auidus. Virg. in. ix. Ergo auidū pugnæ dictis ac numine Phœbi Ascaniū phibēt, fidus illius. Virg. in. xij. Præterea regina tui fidissima dextra Occidit ipsa sua.

doctus grammaticæ,prodigus animæ. Horatius in.i.Carm. Regulum & Scauros animæq; magnæ Prodigum Paulum. Abundans illius rei,nomen eſt.nam participiũ ablatiuo,quomodo & uerbum eius coniungitur. Virgilius in Bucolicis:

Quàm diues pecoris niuei,quàm lactis abundans. Cicero pro Cluentio: Mulier abundans audacia. Idem pro Cornelio.ij. Quis tam abundans copijs,Similiter patiens quando nomen eſt genitiuo ſociatur. Lucanus in.ix.

Quà niger aſtriferis connectitur axibus aer,
Quodq; patet terras inter lunæq; meatus
Semidei manes habitant,quos ignea uirtus
Innocuos uita patientes ætheris imi
Fecit,& æternos animam collegit in orbes.

Virg.in.ij.Georg. patientem uomeris unci. quando participium eſt accuſatiuo, ſicut uerbum ex quo uenit,patior illam rem,patiens illam rem. Virg.in.iij.Aeneid.

Haud impune quidem,nec talia paſſus Vlyſſes. amans illius nomen eſt. Cicero pro Cælio: Clariſſimi ac fortiſſimi,patriæq; amantiſſimi. Salluſtius in Catil. Alieni appetens,ſui profuſus.Et attende ꝙ uoce paſſiua profuſus, quia magis actum ſignificat,genitiuo eſt cõiunctum. Similiter ſi dicam doctus grammaticam, participium eſt, doceor enim grammaticam dicimus. Et neceſſe eſt,ut diximus, caſum quem uerba ſequuntur, etiam participia ſequi, doctus grammaticæ nomen eſt, fugitans litium nomen eſt.nam fugitãs lites participiũ eſt.dicimus eũ fugito fugitas lites. Terẽ.in Phor. Herus liberalis eſt,& fugitans litium. Similiter præfectus urbis nomen eſt,præfectus urbi participium.uerbũ enim datiuo coniungitur,præficior tibi.Et poſtremo omnia, quæ ſimilem habent ſignificationem in or deſinẽtibus uerbalibus tranſitiuis,genitiuo ſolent adiungi,ut dubius illius rei,ſimiliter anceps illius rei,neſcius,expers,doctus,peritus. Similiter genitiuo adiunguntur omnia quæ obtineri uel deſiderari aliquid oſtẽdunt,uel contraria his,quæ obtineri aliquid oſtendunt ,diues,copioſus,opulentus,capax,tenax.Virgil.in .i.Aeneid. ditiſſimus agri Phœnicum. Idem in.ij. Georgicor: Diues opum uariarum. Et quæ deſiderari aliquid oſtendunt,ut auarus illius rei,cupidus, ſtudioſus,auidus. contrà uero deeſſe aliquid ſignificantia,egenus,indigus,inops, pauper, uacuus. Horatius in primo Sermonum: horum

Semper ego optarim pauperrimus eſſe bonorum.

Idem in.ij. Sic uacuum cerebri populum Phæaca putauit. Licet autem,ut dictum eſt,in omnibus poſſeſſionibus, & pronomen uel nomen poſſeſſiuum p genitiuo primitiui,& datiuum pro eo ponere, ut Euandrius filius Pallas fuit, & Euãdri filius, & Euandro filius fuit Pallas. Telamonius filius fuit Aiax, & Telamonis, & Telamoni filius fuit Aiax.pater meus fuit Ariſtarchus,& pater mihi.Cliens tullianus fuit Roſcius,& cliens Tullij,& cliens Tullio fuit Roſcius. Similiter omnia ad aliquid eandem conſtructionem ſeruant. & hæc enim poſſidentur. Maxime autem quando ad gratiam, uel ad utilitatem alicuius, uel contrà aliquid fieri uolumus ſignificare , datiuis utimur. Lucanus in.ij. urbi pater eſt, urbiq; maritus, id eſt ad utilitatem urbis, & pater fieri paſſus eſt & maritus . Similiter ergo poſſumus dicere,fortis patriæ ſum,& multis fortior patriæ ſum,& omnium utiliſſimus patriæ ſum,& cunctorum pijſſimus patriæ ſum . Nam poſitiuorum conſtructio, & comparatiuis & ſuperlatiuis ſeruatur, extra ſuam illorum conſtructionem quam habent in comparãdo. huiuſcemodi autem conſtructiones,id eſt quæ datiuo adiunguntur tam nominum q̃ uerborũ, acquiſitiuas Græci uocauerunt κτητικὰς, quæ nobis aliquid boni malíue acquirunt.quorũ plera q; à uerbis deriuantur,uel generant uerba,ſuntq; adiectiua,ut utilis ſum tibi, uel inutilis.cõmodus illi ſum uel incommodus.fidus illi,cuius tamen ſuplatiuum etiã gtõ adiunxit Virg.in.xij. Præterea regina tui fidiſſima dextra

Occidit ipſa ſua. Similiter damnoſus,periculoſus,facilis,charus,difficilis,quæſtuoſus,uendibilis,& omnia ſimilia,quæ ferre aliquid cõmodi uel incõmodi demonſtrant,

Quid est enim aliud, utilis tibi sum, nisi utilitatem tibi ferens, & calamitosus, calamitatem ferens? Et postremo omnia uerbalia in lis uel in dus desinentia participijs futuris similia, datiuum asciscunt, ut mirabilis, legibilis, orabilis, amabilis mihi est, penetrabilis & penetralis, extricabilis, dicendus, amandus, docendus, & similia, docilis & docibilis. Sed docilis est qui facile docetur, docibilis qui facile discitur. Quomodo penetralis, qui in intimis est partibus, penetrabilis qui facile penetratur. Aequiparātia etiam genitiuo uel datiuo adiunguntur, quomodo & uerba quæ Græci ἰσοπαλῆ uocant, & subiecta uel superposita, quæ Græci ἐπαναβεβηκότα dicunt. Quæ tamen & ipsa ad aliquid sunt dicta, de quibus iam diximus. Subiecta uero uel superposita dicūtur, ꝙ licet ea & subijcere & præponere, ut pater filij, uel filio est pater, & uel filius patris uel patri est filius. Similiter dominus seruus, imperator miles, tyrannus armiger, satelles rex, herus famulus, cliens patronus, licet quouis ordine per utrunq; casum proferre. Similis quoq; & dissimilis, par impar, æquus iniquus, amicus inimicus, comes socius, affinis cognatus, propinquus uicinus, commilito contubernalis. Terentius in Eun. Quid tibi ego plura dicam? domini similis es. Iuuenalis in.vi. haud similis tibi Cynthia. Cicero pro Marcello: simillimum deo iudico. Lucanus in.x. Quem metuis par huius erat. Idem in.ix. Par geminis Chiron, & idem ꝙ carcinos ardens Scorpius. Accusatiuo quoq; nominatiuus adiungitur figurate, quando quod parti accidit, hoc toti redditur, & totum quidem per nominatiuum, pars autem per accusatiuum profertur, ut fortis dextram, pro fortem dextram habens, celer pedes, pro celeres pedes habens, sapiens animam, pro sapientem animam habens, albus colorem, pro album colorem habens. Et in omnibus subaudiendum est qui est, etiam si obliquentur, ut albi colorem equi, id est, equi eius, qui est albi coloris, albo colorē equo, album colorem equū. Sic etiam per pluralia, albi colorem equi oblati sunt imperatori, albo; colorem equorum magnum corpus fuit, albis colorem equis uehitur, albos colorem equos iungit. Nam quicunq; casus nominatiuo adiunguntur, etiam declinato construi possunt.

Virg. in.i. Nuda genu, nodoq; sinus collecta fluent eis.

Idem in sexto: lacerum crudeliter ora
Ora manusq; ambas populataq; tempora raptis Auribus.

Idem in quinto: intentaq; brachia remis Intenti. Ablatiuus etiam coniungitur nominatiuo, quando per eum aliquid euenire demonstratur illi, qui per nominatiuum profertur, ut acutus oculis, id est per oculos: ualidus uiribus, id est per uires: gloriosus laude, id est per laudem. In hoc sensu Græci quidem datiuo, nos uero ablatiuo utimur. Et quod supra quoq; ostendimus quando habere aliquid uel consequi, per genitiuum Græci ostendunt, nos ablatiuo utimur, ut μεγάλης ἀρετῆς ἀνήρ, id est magnam uirtutem habens uir, latini magna uirtute uir dicunt. Frequenter tñ & genitiuo secundū Græcos in hoc sensu utimur, ut magnæ uirtutis uir. Virgil. in.i. ditissimus agri Phœnicum. Idem: Diues equûm, diues pictai uestis & auri. Sallustius in Iugurt. Hominis ueteris prosapiæ, multarum imaginum, ac nullius stipendij. Terentius in Andria: forte unam aspicio adolescentulam, Forma ac uoltu, Sosia, adeo modesto adeo uenusto, hoc est uirginem quæ habebat formam ac uultum modestum & uenustum. Similiter in consequentiæ significatione, illi genitiuo, nos ablatiuo utimur tantū, ut ἐμοῦ ὁρῶντος τὸν παῖδα ἔπταισας, mei uidentis puerum cecidisti, id est dum ego uideo puerum cecidisti, quod nos dicimus me uidēte puerum cecidisti. Augusto imperatore Alexandria prouincia facta est, id est cum Augustus erat imperator. Bruto defensore liberata est à tyranno resp. id est cum defensor eius fuerat Brutus. Sylla uictore perierunt Romani, pro cum uictor fuerat Sylla. In hoc autem sensu, ut ostendimus, non licet genitiuo uti pro ablatiuo. Illa quoq; nomina, quæ uim habent passiuam ablatiuo iunguntur, lassus labore, fessus cursu, cassus lumine, quod etiam participium potest esse.

Virg. in.ij. Aenei. Demisere neci, nunc cassum lumine lugent. tñ sine dubio nomen est, Idem in.xi. Cassa fraude parat, Orbus prole, uiduus pharetra,

Horatius in primo Carminum: puerum minaci Voce dum terret uiduus pharetra Risit Apollo. Iuuenalis in libro. iij. Dignus morte perit cœnet licet ostrea centum Vacuus cerebro, mente captus. Est tamen inuenire in his quoq; quædam autoritate ue terum genitiuis coniuncta. Virgilius in. xij. Descendam magnorum, haud unq̃ indi gnus auorum. In comparationibus quoq; ablatiuos ponimus pro genitiuis, ut forti or Scipio Annibale. Licet autem & nominatiuum cum nominatiuo interposita q̃ com parare, ut fortior Scipio q̃ Annibal, & quod sæpe superius docuimus, flexis quoq; no minatiuis in obliquos casus eadem constructio in obliquis quoq; casibus seruat, ut for tioris Hectore Achillis maxima uirtus fuit, & Scipionis quàm Annibalis mirabilior strenuitas erat. Necesse est autem omnia casualia eosdem casus in eadem structura ser uare, siue coniungantur, quod supradictum est, nominibus: siue pro eis sint posita. & pronomina quidem loco nominum etiam per se posita inueniuntur, ideoq; constructi onem eorum sibi defendunt, ut glorioſus ego sum doctrina, laudabilis est ille fortitudi ne. Participia uero & cum nomine, & cum pronomine, & per se posita constructio nem tam uerbi necessario sequuntur, q̃ nominis, quia utriq; cognata sunt: nominis, ut Cicero accusans uicit, Ciceronis accusantis oratio ualuit, Ciceroni accusanti contigit gloria, Ciceronem accusantem timuit Catilina, O' Cicero accusans Catilinam patriã seruasti, Cicerone accusante uictus est Verres. Et eas quidem constructiones ad simili tudinem nominum habent participia. Verbi uero constructionem seruant eius singu la participia, ex quo nascuntur. et uel absolute dicuntur, hoc est intransitiue, quomodo & uerba quæ nõ egent obliquis casibus, ut ambulo, sedeo, surgo, ambulans, sedens, sur gens: uel transitiue, hoc est in diuersas personas, uel in seipsas per reciprocationem, id est sui passionem quam Græci ἰδιοπαθείαν dicunt: ut misereor tui uel mei, miserens tui uel mei. inuideo tibi uel mihi, inuidens tibi uel mihi. uideo te uel me, uidens te uel me. potior te uel me, & illo uel illum, tui uel mei, potiens te uel me, & illo uel illum, & tui uel mei. Et attendendum est, q nominatiuus qui uerbo adiungitur, immobilis casibus ipse manet, et uel nullum uel eum solum assumit alterius casualis obliquum, qui uerbo construitur. Nullum quidem quando absolute dicitur, id est intransitiue, ut Terentius ambulat, Sallustius quiescit. obliquum uero quãdo transitiue, uel ἰδιοπαθῶς id est sui passiue, ut Cæsar uicit Pompeium. Cicero arguit Catilinam. pater indulget filio. domi nus miseretur sui & serui sui. Ille autem nominatiuus qui obliquos, exigente ipsius no minis natura, sibi ascisit, etiam per omnes, ut supra ostendimus, casus declinatus, ean dem constructionẽ casuum sibi defendit. ut uictor Pompeij Cæsar interfectus est à Bru to. uictoris Pompeij Cæsaris filia fuit Iulia. uictori Pompeij Cæsari cessit resp. uictorẽ Pompeij Cæsarem placauit Cicero. uictor Pompeij Cæsar clemẽs fuisti. uictore Pom peij Cæsare Romana libertas perijt. Sic & omnia casualia licet construere. Possessiua omnibus suis casibus cum genitiuis aliorum bene coniunguntur. quippe uim eius ubi q habentia, ut pugna Troiana & Græcorum multis exitio fuit, filius Telamonius & Hesionæ Teucer fuit, Terentiæ & Tulliani filij miserum est, Creüsæ & Aeneio nato datum est regnum Latij, Hectoreum & Andromachæ filium præcipitauit Vlysses, ὁ noster & fratris amice, tua & patris tui Herodiane proficimus arte. Datiuum quoq; solent Romani, acquisitiuorum uel effectiuorũ cum omni casu consociare, ut curæ mi hi ista res est, curæ mihi est istius rei causa, curæ mihi est isti rei adesse, curæ mihi est hanc rem nosse, curæ mihi est hac re proficere. Similiter, cordi, lucro, damno. Possu mus enim dicere cordi homo, cordi hominis, cordi homini, cordi hominem, pro iucũ dus iucundi iucundo iucundum. Similiter per omnes reliquos casus tam singulares q̃ plurales, quomodo & frugi & mancipi, neumancipi. qui cum sint datiui, omnibus ta men alijs casibus coniunguntur. quomodo etiam genitiui per quos possideri uel habe ri aliquid significatur, ut huiusce modi, illius modi, magnæ uirtutis homo, magnæ uirtu tis hominis, magnæ uirtutis homini. Similiter per cæteros casus. Ita etiam nihili ho mo, nihili hominis ὁ τοῦ μηδενός. Similiter in eodem ferè sensu figuratur nominatiuus

& obliqui eius cum accusatiuo alterius nominis, quod & supra ostendimus, clarus genus, clari genus, claro genus, clarum genus, clare genus. Idem inuenis, & cū ablatiuo dignus laude, digni laude, digno laude, dignum laude & reliqua.

De ordinatione uerbi.

AB infinitiuo incipit exponere uerbi ordinationem Apollonius, ostendens hoc uerbum generale esse, & pro omni posse accipi modo uerborum. Coniungitur autē frequentius uoluntatiuis uerbis, quæ Græci προαιρετικὰ uocant, ut uolo legere, cupio discere, desidero uidere. Inuenitur tamen & alijs sæpissime uerbis coniunctum. Terentius in Adelphis: uideo sapere, intelligere eos, in loco Vereri, inter se amare, scire libere. Ingenium. Virgilius in undecimo:

Rem nulli obscuram, nostræ nec uocis egentem
Consulis ò bone rex, cuncti se scire fatentur
Quid fortuna ferat populi, sed dicere mussant.

Nec solum nominatiuis, sed etiam accusatiuis & ablatiuis casibus ad imitationem græcorum autores coniungunt infinita uerba, ut cognitus est posse discere, & cognitū hūc posse discere, & posse cognito discere. Terētius in Eunuc. Apparet hunc seruum esse domini pauperis. Sallustius in .v. hist. At Lucilius audito Martium regem pro consule per Lycaoniam, cum tribus legionibus in Ciliciam tendere. In eodem: Legiones Valerianæ comperto lege Gabinia Bithyniam & Pontum consuli datam, missos esse. Participijs autem accusatiui frequenter pro infinitis uerbis ponuntur, ut Sallustius in quinto: Sæpe celebritatem nominis intellego timentem, pro timere. & uideo ingentia dona quæsitum ire properantem, pro properare. Ablatiui quoq; eorum pro infinitis, ut idem in Catilin. Nam & priusquam incipias consulto, & ubi consulueris mature facto opus est, pro consulere & facere. Græco similiter more infinita pro gerundiui genitiuo casu proferūtur. Significat autem infinitum ipsam rem quam continet uerbū. Currere enim est cursus, & scribere scriptura, & legere lectio. Itaq; frequenter & nominibus adiunguntur, & alijs casualibus more nominum, ut Persius:

Sed pulchrum est digito monstrari, & dicier hic est. Terentius in Adelphis:
Quapropter teipsum purgare ipsis coram placabilius est. Idem in Eunucho:

Certe extrema linea amare nonnihil est, & bonū est legere, utile est currere, aptū est scribere, optimum est philosophari. quod cum alijs uocibus uerbi facere non possumus, ut nomen cum substantiuo uerbo, id est eis, id est alijs modis uerborum adiungamus, significantes loco nominis ipsius rei has uoces nos accipere. Cum enim dico, bonum est legere, nihil aliud significo, nisi bona est lectio. Itaq; apud Græcos etiam articulis adiungitur infinitum more nominum. Cum autē fine est, uel alio huiuscemodi uerbo, id est substantiuo proferam, bonum uel commodum, uel utile, uel aliud huiuscemodi casuale, nō ipsius uerbi qualitatem, sed illius rei, in qua fit actus uerbi significatio: ut si dicam, bonū lego, necesse est uel carmen uel opus, uel tale aliquid intelligi. Nemo enim dicit bonum est lego, quomodo bonum est legere. Nominatiuis quoq; adiectiuorum, & obliquis eorum pulcherrima figura coniungitur infinitum, ut fortis bellare, prudens intelligere, sapiens prouidere, peritus docere, & similia. Horatius in primo Carminum: & celerem sequi Aiacem, id est celerem ad sequendum, sic & alia. Illud etiam in hoc modo contemplandū est, q; uerbis præceptiuis, quibus datiui adiungunt, possum⁹ & accusatiuos copulare infinitis cōsequentib⁹, ut iubeo tibi currere, iubeo te currere, impono tibi ꝓficisci, et impono te ꝓficisci, p̄cipio tibi legere, et p̄cipio te legere, sic et similia. Sciēdū tñ q; in hoc sensu frequēt inuenim⁹ ꝑ infinito uerbo subiunctiuū poni, ut iubeo facias, iubeo dicas, impono uenias, hortor legas, in qb⁹ deest, ut qd licet addere uel nō. Verbor⁹ quoq; oībus modis, & participijs p̄nt infinita uerba coniūgi, ut amo discere, ama discere, utinā amarē discere, cū amauerī discere uel didicisse, amare discere ꝓdest, amans discere. Similit intelligo sentire, intellige sentire, utinā intelligerē sentire, cū intellexerim sentire, intelligere filiū sentire cupio, Hor. in secūdo Carm, Dedocet uti falsis Vocib⁹. participio etiā, uolo intel

ligens sentire. Sic omnia. Est tñ frequenter inuenire nomina pro aduerbijs totius uerbi declinationi bene accommodari, ut sublime uolo, sublime uolas, sublime uolat. Igit à cõstructione quoq; uim rei uerbor, id est nominis quod significat ipsam rem, habere infinitiuum possumus dignoscere, res aũt in personas distributa facit alios uerbi motus. Quid est em̃ aliud curro curris currit, nisi cursum ago agis agit? Itaq; omnes modi in hunc, id est infinitum transumunt, siue resoluũtur: ut ambulo, indico me ambulare: ambulas, impero te ambulare. utinam ambularem, opto me ambulare. cum legam ambulo, dico me prius legere, postea ambulare. Itaq; apud Græcos quidem pro imperatiuo ponitur, apd nos autem pro præterito imperfecto. Et apud illos tamen, & apud nos hoc fit per figuram ἐκλείψεως id est defectionis. Gaudere em̃ dicunt pro gaude, et subauditur iubeo, uel uolo, uel opto. Sic enim antiqui gaudere te iubeo, pro gaude. Terentius in Adelphis:

Saluere Hegionem plurimũ iubeo, pro salue Hegio plurimum. Sic ergo et apud nos cum imperfectum sit, dicere cœpi pro dicebam, scribere cœpi pro scribebam, p eclipsin uerbi cœpi, solent autores proferre uerba infinita. ut Teren. in Andria: ego illud sedulo Negare factum. deest enim cœpi negare, pro negabam. Nec mirũ infinita quæ cognationem habent ad omnes modos pro quibusdam eorum poni, & maxime pro defectiuis, cum sint & ipsa defectiua. Imperatiuus em̃ deficit tam personis quibusdam q̃ temporibus, & præteritum imperfectũ actu ipso deficit, quippe semiplenũ eum significans, & infinita deficiũt numeris & personis, cum etiam alios modos pro alijs inueniamus ab autoribus proferri, ut, Musa mihi causas memora, & Dicite Pierides, imperatiua pro optatiuis. et contrà optatiua, uel subiunctiua, uel indicatiua pro imperatiuis, ut Teren. in Eunucho: nihil tibi quicquam credo, definas, pro define. Virg. in iij. Georg.

Sin duram metues hyemem parcesq; futuro,
Contusosq; animos, & res miserabere fractas, pro parcito, & miserator. Idem in Buc.
Alternis dicetis amant alterna camœnæ, dicetis pro dicite. Horat. in. i. Epistolarum:
Si te forte meæ grauis uret sarcina chartæ,
Abijcito potius q̃ quo perferre iuberis,
Clitellas ferus impingas, pro impingito. In eodem:
Viribus uteris per cliuos, flumina, lamas,
Victor propositi, simulac peruenieris illuc,
Sic positum seruabis onus, pro seruato, quomodo uteris pro utitor. In eodem:
Inter cuncta leges & percontabere doctos. pro legito & pcontator. Græci quoq; frequenter hoc utuntur, modos uerborum, pro modis ponentes, de quibus in Atticismis q bus Romani quoq; utuntur post ostendetur.

De impersonalium constructione.

IMpersonalia actiuam terminationem habentia infinitis cõiunguntur, ut placet discere, licet discere. Similiter oportet, delectat, libet, decet, liquet, uacat, cõtingit, accidit, euenit, iuuat. Virg. in. i. Aene. Et uacet annales nostror audire laborẽ. Idẽ in iij. Geor. iuuat arua uidere, Nõ ullis hoĩm, nõ ulli obnoxia curæ. Possunt tñ & casibus adiũgi, dtõ qdẽ placet mihi, licet mihi, libet, uacat, cõtingit, accidit, euenit: Accõ uero, iuuat me, delectat me, decet me, oportet me. Accõ simul & gtõ, pœnitet me illi⁹ rei, pudet me illius rei, miseret me illius rei, tædet, piget. licet tñ & p eclipsin datiui dicere, placet me facere, libet te currere, uacat te audire, uel etiam ipsius accĩ, ut placet discere, uacat audire, miseret, pudet, & similia. Sciendum tamen q; si ab alijs sint uerbis actiuis uel neutris, eorũ constructiones seruant, ut placeo tibi, placet tibi, contingo tibi, contingit mihi, euenio illi, euenit mihi, iuuo illum, iuuat illum. Quæ uero non habent primas uel secundas personas, quæ sunt admodũ pauca: uel datiuo, ut licet mihi, libet mihi, uel accusatiuo, ut oportet illum scire, qũo decet: nam deceo illum dicimus. Debet quoq; impersonale accipi, qñ infinito passiuam uim habenti coniunctum tres circuit personas, cum maxime subiũctiuum uerbum consequitur, ut debet fieri à me, à te, ab illo, ut autores legantur. Sed si quis & hæc omnia impsonalia uelit penitus inspicere, ad ipsas res uerbor referuntur, &

sunt tertiæ psonæ,etiam si prima et secunda deficiant. quod etiam in libris de uerbo ostẽ dimus.unde & participia inueniuntur,curritur cursus,hinc decurso spatio, Terentius in Adelphis. Sunt alia,ut diximus,quæ adiunguntur genitiuo & accusatiuo,ut pudet me illius rei,tædet,piget,miseret,pœnitet. Infinitis quoq; tamen hæc eadem coniũcta accusatiuum solum assumunt,ut pudet me discere.Terentius tñ nouo more in Adelphis secũdum Græcos dixit, quem neq; pudet quidq̃.Idem in eadem: hei mihi,Non te hæc pudent?Hoc etiam sciendum, q tria quidem habẽt præteritum supradictoꝝ quinq; impersonalium, pœnituit, puduit, piguit,duo uero participia more neutro passiuoꝝ, misertum,& pertæsum,cuius simplex in usu non est,quamuis tædium dicatur. Quæ uero habent passiuam terminationem impersonalia, non possunt infinitis adiungi, ut statur, curritur,sedetur,& intransitiue intelliguntur,ut Virgi. in.vij. bellatur comminus armis,pro bellant.Idem in.vi. Itur in antiquam syluam,pro eunt.Nam si addidero nomi natiuum bellatur gens, transitio fit ab alia in aliam personam, & incipit esse passiuum. Quamuis Apollonius in.iij. περὶ συντάξεως ostendit in impersonalibus etiam posse intelligi nominatiuum ipsius rei uerboꝝ,his uerbis, μέλλ σωκράτη,ὅπῳ ἐπινοῶ κρὴ ἀυτὸ ἀναδέχεσθαι νομιζόντων ἐυθέαν,τὴν κ τοῦ παρυφισταμένου πράγματος ἐν ᾧ μέλει. Ex hoc possumus attendere, q impersonalia similiter omnia,quibus nos frequenter utimur,quæ ipsa quoq; ab huiuscemodi uerbis græcorum,μέλλ,δεῖ,χρὴ,accepimus,teste sapientissimo domino & doctore meo Theotisto,quod in institutione artis grammaticæ docet,possunt habere intellectũ nominatiui ipsius rei,quæ in uerbo intelligitur. Nam cum dico curritur,cursus intelligit,& sedetur sessio,& ambulatur ambulatio,& euenit euẽtus,sic & similia.Quæ res in omnibus uerbis etiam absolutis necesse est ut intelligatur,ut uiuo uitam,& ambulo ambulationem,& sedeo sessionem,& curro cursum. Infinita uero impersonalium necesse est,ut ablatiuum pnominis,uel nominis, uel participij ad perfectam significationẽ assumant,ut stari à me uolo,pro stare uolo,curri à te uis,pro currere uis,sederi à se uult, pro sedere uult. Nam passiua non egent ablatiuo casu, nisi sint transitiua, ut legi uolo, ἀναγιγνώσκεσθαι βόλομαι,hic passiuum est intransitiue dictũ: Sin dicam legi à me uolo, similiter intransitiue actiuam habet significationem,& est infinitum impsonalis:nam pro legere uolo accipitur. Sin aũt transitiue proferatur,hoc est, ut ab alia in aliam personam passio fieri significet,etiam si ablatiuo adiungat,passiui est infinitum, ut doceri à me cupis,amari à te cupio. hanc autẽ constructionem seruant etiam reciprocationes,id est sui passiões, ut amari à memetipso debeo,uituperari à te ipso debes,& similia.Possumus tñ & impersonale simili modo proferentes dicere, ut amari à me uis,pro amare me uis, de quibus iam diximus.Sed hoc quoq; interest,q infinitum impersonale in infinitum resoluitur actiuum,ut amari à me uolo,pro amare uolo,quomodo ambulari à me uolo,p ambulare uolo:sin autem in significatione passiua proferantur, necesse est etiam accusatiuũ subaudiri, ut amari à me uolo illũ,pro amare uolo illum.Hoc quoq; sciendum,q impersonalia quæ accusatiuo simul casui,& genitiuo copulãtur, ut pudet me tui, similiter pœnitet,tædet,miseret,accusatiuo quidẽ significant personam,in qua fit passio: genitiuo uero illam ex qua fit actus.Nec est mira huiuscemodi ordinatio, cum in eosdem casus resoluit.est eñ pudet me tui,pudor me habet tui,tædet me tui,tædium habet me tui,pœnitet me tui,pœnitentia habet me tui,miseret me tui, miseratio me habet tui. Infinita uero uerbi sui constructionem ad casus seruant,ut misereor tui,misereri tui uolo,noceo tibi,nocere tibi uolo,accuso te,accusare te uolo,potior illa re & illius rei,& illam rem,potiri illa,& illius & illam rem uolo.Similiter eisdem casibus adiungunt participialia uel supina,quæ uim infinitiuoꝝ habent,quæ cum articulis construuntur apud Græcos, miserendi tui causa facio,miserendo tui moueor, miserendum tui est, misertum tui uenio, misertu tui doleo,nocendi tibi causa facio,nocendo tibi proficio, nocendum tibi est,nocitum tibi propero,nocitu tibi gaudeo,pro innocendo tibi.Similiter alia,dignandi præmio,dignando præmio,dignandum præmio,dignatum præmio,dignatu præmio.Sciendum tamen q præpositiones frequenter ante supradicta in dum uel do desinentia po

nuntur.ex quo magis nomina esse ostẽduntur, nisi q̃ in metro in o terminatio more uerborum etiam corripitur,ut Iuuenalis in primo:

Plurimus hic æger moritur uigilando,sed illum
Langorem peperit cibus imperfectus,& hærens
Ardenti stomacho. Alpheus Auitus in ij.Excellẽtium,spatiando paulatim trahit. Est eñ dimetrum iambicum, de quibus plurima diximus de uerbo tractantes. Illa quoq̃ nomina in dus definentia, uerbalia frequentissime, & maxime in obliquis casibus pro infinitis accipiuntur,cum articulis apud Græcos copulatis.Sed hoc intersunt gerundijs, q̃ genera & casus,& numeros nominum,quibus coniunguntur seruant. Cicero in primo Inuectiuarum: Nihil hic munitissimus habendi senatus locus. Similit dicimus legendi Virgilij causa uigilo,in legendo Virgilio uigilo, Virgilium legendum puto, uel ad legendum Virgilium uenio, in legendo Virgilio laboro.in fœminino similiter, celebrandæ uirtutis gratia scribo:& pluraliter, inuocandarũ musarum gratia scribo.Gerundia uero eisdem terminationibus,& genera diuersa, & casus uerbo suo congruos tantũ, & utroscq̃ numeros sibi coniungunt,ut legendi Virgilium,& musam & musas.similiter legendo Virgilium, legendo musas,& legendum est mihi Virgilium,et musas.Omnia uerba transitiua,uel genitiuo,uel datiuo,uel accusatiuo,uel ablatiuo adiungunt,ut egeo tui,insidior tibi,metuo te,fruor illa re.Ergo si coniungantur duo uerba, quorum alterum sit infinitum, eosdem casus adsciscentia, fit dubitatio,ut misereri tui, eget animus mei. Cum eñ utrũq̃ uerbum genitiuo soleat iungi,dubium est cuius animus misereatur uel egeat.Similiter per datiuos male dicere tibi placet mihi.et per accusatiuos,cupio te uincere me.& per ablatiuos,dignor gloria,potiri laude.dubium est eñ cum utriq̃ casus similes sint,& utriq̃ uerbo cõgrue possint aptari,quis cui reddatur. Et aptius quidem est priori casui prius sociari uerbum. Sed autores frequentissime ὑπερβατοῖς, id est transitionibus utuntur,ut Aio te æacida Romanos uincere posse. Est enim ordo: Aio Romanos uincere te æacida posse,id est, q̃ Romani te possunt uincere, q̃ & naturaliter passiones secundæ sunt actionum,& actio in Romanis,passio uero in Pyrrho significat.sed aptissimum maxime fuit responso, etiam in confusione ordinis propriam oraculi obliquitatẽ seruare. quamuis & apud oẽs autores huiuscemodi figura latissime pateat. Omnibus modis alijs potest infinitum coniungi uerbum,ut studeo legere,stude legere,utinam studerem legere, cum studeam legere. Et infinitũ infinito, ut uideo filium studere legere. Participijs quoq̃ coniungitur,studens legere. Participialibus etiam uel supinis, ut causa spectandi currere equos ascendo,circunspectando currere equos delector,spectandũ est currere equos,spectatum currere equos eo,iucundum est spectatu currere equos. Et nominibus tñ pulchra sociat figura, idem infinitum, ut bonus iudicare,fortis bellare, prudens intelligere,iustus disceptare. Virgilius in Bucolicis:

Cur non Mopse,boni quoniam conuenimus ambo,
Tu calamos inflare leues,ego dicere uersus.

Indicatiuus, quia essentiam plerunq̃ ipsius rei significat,hoc nomine nuncupatur, ideo autem diximus plerunq̃, quia inuenit sæpissime etiam dubitatiuus,uel interrogatiuus, ut Terentius in Phormione, sic sum, si placeo utere.Et Virgilius in tertio:

Pro quo si sceleris tanta est iniuria nostri,si dubitatiue posuit.In eodem:
Hectoris Andromache Pyrrhin'connubia seruas?In eodem:
Vera' ne te facies uerus mihi nuncius affers?
Nate dea uiuis ne aut,si lux alma recessit,Hector ubi est?

Itaq̃ opportune aptatur aduerbijs uel cõiunctionibus affirmatiuis, uel casualibus, quæ substantiam uel essentiã rei cõprobant,uel abnegatiuis, quæ eam abnuũt,ut Virg.in.iij.

Viuo equidem uitamq̃ extrema per omnia duco. Sallustius in Catilin.
Verũ eñuero is demũ mihi uiuere ac frui aĩa uidet. et p abnegationẽ, Vir,in, ij.Ac,
Non tibi Tyndaridis,facies inuisa lacænæ
Culpatus'ue Paris,uerum inclementia diuũm,Has euertit opes,

Et inueniuntur quidem etiam cum alijs modis ſupradicta aduerbia uel coniunctiones, frequentius tamen indicatiuo ſociantur. Iſte aũt modus eſt opportunus ad plenam rei expoſitionem. Virgilí. in. ij. Aeneidos: fuimus Troes, fuit Ilium, & ingens

Gloria Dardanidûm, ferus omnia Iuppiter Argos
Tranſtulit, incenſa Danai dominantur in urbe.

Vnde hoc modo frequentiſſime utuntur hiſtorici. Cuicunq; autem caſui indicatiui iungantur, neceſſe eſt cæteros quoq; modos coniungi, de quo poſtea dicetur. Impatiua primas perſonas ſingulares non habent, quia nemo ſibi ipſi poteſt impare, niſi figurate, quaſi ad alium loquens in ſecunda perſona ſeipſum proferat, ut Iuuenalis in. i. tecum prius ergo uoluta, Hæc animæ ante tubas. Et Terentius in Adel. Aedepol Syriſce te curaſti molliter, Lauteq; munus adminiſtraſti tuum, abi. Pluralis uero numerus apud nos, omnes habet perſonas. poteſt eñ per connumerationem aliquis ſeſe illis quibus imperat adiungere, ut dux ſuos milites iubens committere prælium, aptiſſime dicit, pugnemus, confligamus. Græci tamen ea in hoc ſenſu ὑποθετικὰ nominant, id eſt hortatiua, dicentes, q̃ quaſi ad ſimiles & ſocios huiuſcemodi uerba ſolent dici, imperatiua uero ad ſubiectos ab eminentioribus, quod miníme eſt uerum. Cum etiam ad eos frequentiſſime imperatiuo modo in ſupplicationibus & inuocationibus utamur, & ad reges quoq; & imperatores, ut Muſa mihi cauſas memora: &, Pandite nunc Helicona deæ, cantuſq; mouete. Ergo multo aptius eſt eo uti ad pares, cum ad excellentiores tam in frequenti ſit uſu. Et ſciendum q̃ ad ſecundam perſonam ſermo dirigitur imperantis, cuicunq; imperat perſonæ. nam qui dicit, pugnemus fortiter ò commilitones, cum uocatiuo utitur, ad ſecũdam loquitur perſonam. nam connumerando ſeſe eis, cum ſit uſus uoce primæ perſonæ pluralis, oſtendit paratiſſimum quoq; ſe ad id quod illis imperat efficiendum: & qui dicit, pugnet exercitus, imperat, ut internuncia ſecunda perſona, efficiatur per tertiam quod imperat. Eſt tñ quando ſignificantiæ cauſa imperatiuis adiunguntur ſubiunctiua, uigila ut legas, id eſt diligenter legendo uigila. Cicero in. iij. inuectiuarum: Cura ut uir ſis. Terentius in Andria: fac ut ad me uenias. Eia & age aduerbia hortatiua aptiſſime imperatiuo coniunguntur, ut Virgilius in. iiij. Aeneidos:

Eia age rumpe moras, uarium & mutabile ſemper Fœmina. Idem in ſexto:
Nunc age dardaniam prolem, quæ deinde ſequatur
Gloria, qui maneant Itala de gente nepotes,
Expediam dictis, & te tua fata docebo.

Deeſt enim ueni uel audi. Etiam ſi ſecum ipſe loquens, & ſeſe hortans aliquis hoc utatur figurate, quaſi ad ſecundam loquitur perſonam. Inueniuntur tamen autores & indicatiuis, & optatiuis, & ſubiũctiuis uſi pro imperatiuis, quomodo ſupra oſtendimus. Et Græci quidem habent imperatiua præteriti temporis, nos autem in actiuis uel neutralibus uerbis penitus ea habere non poſſumus, in paſſiuis uero, & omnibus quæ habent participia præteriti temporis per circumlocutionem poſſumus habere, ut doctus es uel eſto, δεδίδαξο: doctus ſit uel eſto, δεδιδάχθω: ornatus es uel eſto, κεκόσμησο: ornatus ſit uel eſto, κεκοσμήσθω. Similiť ueneratus ſit uel eſto, placatus ſit uel eſto, clauſus ſit uel eſto: ſecutus ſit uel eſto: et p oẽs ſic pſonas ſecuti ſimus ſitis ſint impatiue dicta inueniunť, cũ ſint p̃teriti tẽporis. Sed hanc uim habent, ut imperemus, ut in futuro ſint tranſacta: ut ſi dicam clauſa ſit mox feneſtra, impero ut ſtatim claudatur, & mox ſit clauſa. uel ſi dicã poſt horam primam ſit iuratus, oſtendo me imperare, ut iuret ante horam primam finitã. Illud etiam monendum, q̃ impatiua uerba uocatiuis adiuncta nominum, perfectionẽ orationis habẽt, ut Apolloni doce, Trypho diſce. Nominatiui enim egent plerunq; ſubſtantiuis uerbis, & nominibus ſimiliter ſubſtantiam ſignificantibus relatiuis, ut qui es Apollonius doces, qui es Trypho diſcis. Græci autem participio utunť ſubſtantiuo, ut ἀπολλώνιος ὢν δίδασκες, τρύφων ὢν μαθάνῃς, quo nos quoq; ſecundum analogiam poſſemus uti, niſi uſus deficeret participij frequens. quamuis Cæſar non incongrue protulit ens à uerbo ſum es eſt, quomodo à uerbo poſſum potes potens, optatiua uerba indicant per ſe &

rem,& uotum,aduerbium uero utinam tantum uotum significat,ad ampliorem igitur demonstrationem additur uerbis optatiuis,quomodo & confirmatiua aduerbia indicatiuo, ut profecto facio,certe lego, scilicet intellígo. Et apud Græcos quidem αἴθε,id est utinam aduerbium,non solum optatiuo,sed etiam indicatiuo modo adiungitur, & facit id loco optatiui accipi, ut Homerus:

αἴθ' ὄφελες παρὰ νηυσὶν ἀδάκρυτος καὶ ἀπήμων,

ἢ ὡς. Idem, αἴθ' οὕτως ἐπὶ πᾶσι χόλον τελέσαι ἀγαμέμνων.

Apud nos tamen,utinam indicatiuo non adiungitur:& Græci quidē,maxime attici etiam fine deprecatione solent hoc modo,id est,optatiuo uti pro indicatiuo,nos uero minime,q̄uis similes sint eius uoces subiunctiui uocibus, quibus frequentissime pro indicatiuis utūtur autores nostri. Optatiua autem præteritum ideo habent(q̄q̄ ea debemus ore,quæ nondum fuerint)quia sæpe euenit abesse eos pro quibus oramus,et optamus,ut id illis iam perfectum sit quod cupimus,ut utinam filius meus qui Athenis est doctus esset uel fuisset,id est utinam pfecta in ipso doctrina sit,uel utinam cognoscamus id illi euenisse. Est autem quando optatiuo utimur præteriti temporis, dolētes ꝙ non factum sit, ut utinam homines contra se ferrum non mouissent, utinā mare nunquam nauigassent, & similia. O' etiam aduerbium,&,si,coniunctio,& ut,pro utinam inuenit. Virg.in.vij.

Adsis o' tantum, & propius tua numina firmes. Idem in.vi.

Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus,

Ostendat nemore in tanto. Et Terentius in Eunucho:

Vt illum dij deæq̄ senium perdant qui me hodie remoratus est.

Et per se tamen uerbum optatiuum sæpe ponitur, sine prædictis particulis,ut Lucanus in primo: Dij uisa secundent. Et fibris sit nulla fides,sed conditor artis Finxerit ista Tages. Et nota ꝙ subiunctiuo simile protulit præteritū perfectum optatiui, quod multis placuit artium scriptoribus. Subiunctiuus & dubitatiuus dicitur: subiunctiuus uel ꝙ subiungitur coniunctioni,uel quod alteri uerbo omnimodo subiungitur,uel quod subiungit sibi alterum uerbum,ut Virgilius.in Bucolicis:

Cum faciam uitula pro frugibus, ipse uenito Idem in.iij.Aeneid.

Inter utranq̄ uiam læti discrimine paruo,

Ni teneant cursus certum est dare lintea retro.

Et sciendū ꝙ necesse est alteri modo eū sociari, uel eiusdē modi alteri uerbo, etiam si sit cū infinito, ut cū doceam legere discipulū expono ei, uel cum docerē legere exponerē & similia. Omnibus igit modis potest sociari,ut si doceā discis,si doceam discę,utinā discas si doceā,cū doceā discas. Similit oībus modis impsonalis quoq; uerbi pōt cōiūgi,ut cū ueniā currit,& cursum sit & curratt,et cursum erit,et similia. Frequētissime tñ,si,coniunctio dubitationē significās ei sociat,id est pro ἐὰν, græca cōiūctione posita,ut Teren. in Adel. Si tu sis homo hic faciet. Cum εἰ uero coniunctionē græcam significat, quæ apud illos συναπτικὸς nominat,id est cōiunctiua, quod rē rei continuari demonstrat, indicatiuo coniungit,ut si uiuit spirat,& si spirat uiuit,si ambulat mouet. In hoc nō possumus reciproce dicere,si mouet ambulat:nō em q mouet omnimodo & ambulat, q ambulat uero,oīmodo & mouet. Inuenit tñ ea cōiunctio apd Græcos,id est,εἰ,nō solū indicatiuo,sed etiā optatiuo,& maxīe apd atticos,& subiūctiuo sociata,ut Hom.ἰλιάδ.α.

ἄρσαντες κατὰ θυμὸν ὅπως ἀντάξιον ἔσαι.

εἰδέκε μὴ δώωσιν, pro ἐὰν μὴ δώωσιν. Subiunctiuum posuit. Idem,

ἀλλ' εἰ μὴν δώσουσι γέρας μεγάθυμοι ἀχαιοί. Idem,

εἰ ἢ σύγ' ἐς πόλεμον πωλήσεαι. Indicatiuo usus est pro subiunctiuo, & εἰ pro ἐὰν. Demosthenes uero in oratione περὶ τ παραπρεσβείας,πρὸς ξενίωνα εἰ μετάσχοιεν optatiuum protulit,qui mos est Atticis frequentissimus. Xenophon ἀπομνημονευμάτων primo, εἰ τίς ἀγγελλόμενον ἐπαγγελλόμενον ἄργυριον πράττοιτο. Nostri quoq; frequentissime Atticos imitantur & subiunctiuos siue optatiuos (nam eædem sunt uoces) non solum cum supradictis cōiunctionibus, sed etiā sine his ponunt,quando cōfirmatiue uel dubitatiue qd pferunt,

In quo Græci ἄρ uel ἆρα solent adijcere. Nil mirum igitur si coniunctionẽ apud nos quæ tam pro ἐὰρ græca coniunctione, quæ causalis est uel perfectiua, q̃ pro ἢ quæ coniunctiua est ponitur, utriusq; constructionem quam habent apud Græcos supradictæ coniunctiones ad uerba seruare, ut et indicatiuo & optatiuo & subiunctiuo possit adiũgi. indicatiuo, ut Virg. in. ix. Si tibi quæ posco promittũt: nam mihi facti Fama sat est. Terent. in Phorm. Sic sum, si placeo utere. optatiuo, Virg. in. vi. Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus Ostendat. subiunctiuo, Terentius in Adelp. si attigisses ferres infortunium. Sed indicatiuo sæpe coniũctum ostendit magis confirmari & credi rem sic esse uel fieri posse, q̃ dubitari. Virgil. in. ij. Aeneid. Dij si qua est cælo pietas, confirmatiue enim potius q̃ dubitatiue dicitur. Idem in. ix. quod supradictum est:

Si tibi quæ posco promittunt: nam mihi facti
Fama, sat est, tumulo uideor reperire sub illo
Posse uiam. credit enim facile promissuros. Terent. in Andria: si impetro, Quid aliàs malim quàm hodie has fieri nuptias? hic enim quoq; sperat se impetraturum. Idem in eadem: sed si quid tibi narrare occepi, continuo dari Tibi uerba censes. Et est hoc loco etiam illud attendendum, ꝙ præteritum indicatiui cum præsenti solent autores coniungere, quando perfectionem rei res sequitur, alterius altera. & in illius quidem quæ prior perficitur significatione, ptõ perfecto utunt, præsenti uero in cõsequentis demõstratione, ut hic: si quid tibi narrare occepi, cõtinuo dari Tibi uerba censes. Idem in Eunucho: Quæ uera audiui taceo, & contineo optume.

Sin falsum, aut uanum, aut fictum'st, continuo palàm'st,
Plenus rimarum sum, hac atq; illac perfluo. Idem in Andria si cõfirmatiue posuit, Si te in germani fratris dilexi loco,
Siue hæc te solum semper fecit maxumum,
Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.
Lucanus in. i. nec si te pectore uates
Accipio Cirrhæa uelim secreta mouentẽ Sollicitare deum.

Indicatiuo enim usus comprobat hoc fieri, & uelim subiũxit promittens, cum hoc sit, posse minime egere Apolline, quod Græci ὀυκ ἄρ βουλοίμην dicunt, id est nolim penitus. Idem in decimo: Si tua restituit ueteri me dextera fato, Amplector regina pedes. Terentius in Phorm. si placeo utere, absq; dilatione ostendit hoc faciendum. Idẽ in Eunucho: si dijs placet, Spero me habere, qui hunc meo excrucíem modo. Rem enim quam sperat firmam esse ostendit. si enim dixisset, si dijs placeat, dubitare se ostẽdisset. Idem in Andria: Si illum relinquo, eius uitæ timeo: sin opitulor, huius minas. Vtrunque enim sibi certum esse ostendit. Idem in Adelphis:

Ego in hac re nihil reperio, quamobrẽ lauder tãtopere Hegio.
Meum officium facio, qd' peccatum à nobis ortum'st corrigo.
Nisi me in illo credidisti numero hominũ esse, q ita putant
Sibi fieri iniuriam, ultro si quam facere ipsi expostulent.

Ecce hic, nisi credidisti dixit pro credis. Similiter indicatiuis utuntur quando in ipsis esse uel fuisse rebus, aliquid uolunt ostendere, ut Cicero de prætura urbana: Qui si cõdemnatur, definent homines dicere, his iudicijs pecuniam plurimum posse: Sin absoluitur, definemus nos de iudicijs transferendis dubitare. Virg. in. vi.

Si potuit manes arcessere coniugis Orpheus,
Si fratrem Pollux alterna morte redemit,
Itq; reditq; uiam toties. de rebus quas sine dubio factas esse ostendere uult, indicatiuis est usus cum supradicta si coniunctione. Qñ uero dubia res ostendit utrum fieri possit nec ne, p inductionem, id est καθ' ὑπόθεσιν subiũctiuis magis utunt. Virg. in. ix. Sed si quis quæ multa uides discrimine tali,
Si quis in aduersum rapiat casus ue deus ue Te superesse uelim,
Idem in Bucolicis: si quis tamen hæc quoq;, si quis Captus amore legat.

Cicero tamē: Si quis uestrum iudices, aut eorum qui adsunt forte miratur. Additio ne forte cum indicatiuo est usus, loco subiunctiui cum dubitatione positi. Terētius in Andria: Si eueniat, quod dñ prohibeant, dissidium. Cicero in.i. inuectiua: Si te pa rentes timerēt atq; odissent tui. Nec aliter possunt suppositiua siue inductiua, quæ græ ci ὑποθετικὰ uocant, proferri, nisi per subiunctiuum. Idem in eodem: Nunc intellego si iste quo intendit in Malliana castra peruenerit, neminem tam stultum fore qui nō ui deat coniurationem esse factam, ὃς οὐκ ἄξ ἠσθείη affirmatiue dixit. Et erunt qui illum si hæc fecerit non improbum, sed miserum: me nō diligentissimum consulem, sed crude lissimum tyrannum existimari uelint, βόλοιντο ἄρα. hæc quoq; affirmatiue dixit. Simi liter Virgil. in.vij. similis si cura fuisset. Idem in.xi. Esset par ætas & idem si robur ab annis. Est tamen quando etiam in dubijs utuntur indicatiuo cum si coniunctione, ut Virg. in.ix. aut si qua id fortuna uetabit Absenti ferat inferias, uetabit pro uetet di xit metri causa. Nam in eodem sensu subiunctiuo est usus: Si quis in aduersum rapi at casus ue deus ue. Est tamen quando per defectionem si quomodo etiam ut subiū ctiua proferuntur & subaudiuntur supradictæ coniunctiones, ut Iuuenalis in primo:

Græculus esuriens in cælum iusseris ibit, pro si iusseris. Statius in secundo The baidos: mutatosq; uelint transumere cultus: Et Pallas doceat pharetras, & Delia cri stas, pro si uelint. Virgilius in sexto: tu quoq; magnam Partem opere in tanto (si neret dolor) Icare haberes, deest enim si. Horatius in.i. Carminum: sapias, uina li ques, pro si sapias. Et sciendum q̄ quomodo apud Græcos τὸ ἐὰν subiūctiuo, τὸ ἦ ue ro & indicatiuo, & optatiuo, & subiunctiuo inuenitur coniunctum, sic & apud Lati nos si coniunctio quæ utrunq; demonstrat, quando consequentiam significat, sine du bio indicatiuo adiungitur, ut si ambulat mouetur, & si uiuit spirat: quando autem cau salis est, magis subiunctiuo. Est tamen quando indicatiuo causalis consociatur, ut si do ceam discere uel discis, uel discas & disces. Et si prodest tibi fac, & facis, & facias, & faci es. Iste igitur modus, id est subiunctiuus (ut breuiter eius uim colligam) apud Lati nos est, quando dubitationem, quando comprobationem, quando possibilitatem signi ficat, in qua sunt etiam illa quæ ὑποθετικὸς, id est suppositiue inducunt. Dubitationē, ut Virg. in. iij. Aene. Eloquar an fileā, gemitus lachrymabilis imo Audiet tumulo.

Idem in primo: O quam te memorē uirgo, nanq; haud tibi uultus Mortalis.

ἕτοιμι ἄρα. Terē. in Eun. Quid igitur faciam? non eam, ne nunc quidem,
Cum arcessor ultro? an potius ita me comparem
Non perpeti meretricum contumelias. Approbationem, ut

Virg. in. iiij. Aenei. Si mihi non animo fixum immotumq; sederet,
Ne cui me uinclo uellem sociare iugali,
Postquam primus amor deceptam morte fefellit,
Si non pertæsum thalami tædæq; fuisset,
Huic uni forsan potui succumbere culpæ, fuisset ἐγεγόνη ἄρα.

Et notandum q̄ & forsan dubitationis aduerbium, & potui possibilitatis uerbum cū infinito posuit, pro quibus sufficeret si subiunctiuum posuisset, huic uni succubuissem culpæ. Docuit igitur poeta quæ sit uis subiunctiui possibilitatem significantis.

Idem in eodem: Sed mihi uel tellus optem prius ima dehiscat,
Ante pudor q̄ te uiolem, optem εὐχοίμην ἄν affirmatiue dixit.

In eodem: sese interea quando optima Dido
Nesciat et tantos rūpi non speret amores. Nesciat et non spe ret affirmatiue dixit. Similiter Cicero in principio Verrinarum: Si quis uestrum Iu dices, aut eorum qui adsunt forte miratur me, qui tot annis in causis iudicijsq; publicis ita sim uersatus, ut defenderim multos, læserim neminem, ita sim dixit non dubitans, sed approbans, οὕτως ἄρα. ἀναγραφίς εἶιν. Sciendum tamen q̄ tam ut coniunctione cau sali, q̄ si sequentibus, cum uerbis subiunctiuis, uel antecedentibus, etiam antecedentia uel sequentia quoq; frequentissime per subiunctiuum modum pferre solent Romani.

& maxime qui adiuncto, uel quæ uel quod, rationem colligentes, uel dubitationem ostendentes, ut rogabam ut te ostenderes qui fueris, & placebas si diceres quod feceris. Quod per ἄρα coniunctionis additionem solent Græci significare. Virgilius in. vi.

Quem socium exanimum uates quod corpus humandum Diceret. λέγοι ἄρα. Cicero Inuectiuarum secundo: Quæsiui an Catilina nocturno conuentu apud M. Leccã fuisset nec ne? ἐγεγόνει ἄρα, hic interrogatiue protulit. Virgilius in. iiij. Aeneid. Eloquar an sileam, ἢ ἄρα σιωπήσω dubitatiue posuit. Horatius in primo Carm. Cur apri cum oderit campum Patiens pulueris atq; solis. Oderit μισήσοι ἄρα, quamuis idem sit indicatiui futurum. Cicero Inuectiuarum secundo: Cum ille homo audacissimus cõ scientia cõuictus primo reticuisset, patefecit cætera, quid ea nocte egisset, ἐδεδράκει ἄρα, quid proxima constituisset, ἐσκεπτήκει ἄρα, quemadmodum ei esset ratio totius belli descripta, ἦν ἄρα διαγεγραφὼς ὁ λογισμὸς, omnia affirmatiue dixit. Idem in prætura Sicilien si: Quare cuiusmodi putamus illa esse, quæ negat, cum hæc tam improba sint quæ fateatur? græce enim hoc quoq; interpretantes dicimus ἄπῃ ἄρα, ἀρνεῖται. rationem colligentes confirmantesq; quod dicitur. Idem in eodem: Hoc postulatum de statuis ridiculum esse uideatur, qui rem sententiamq; non respiciat οὐκ ἄρα κατίδοι. Terẽtius in Phormione: Ita fugias, ne præter casam (quod aiunt) οὕτως ἄρα φύγοις. Idem in Andria: Quæ sit rogo, τίς ἄρα εἴη. In eadem: Quàm timeo quorsum euadat, ὡς δείδοικα, ποῖ ἄρα ἀποβαίη. Nam si illum obiurges uitæ qui auxilium tulit,

Quid facias illi qui dederit damnũ aut malum? τί ἂν ποιήσοις ἐκείνῳ ὅς ἄρα δειλακὼς ἢ ζημίαν ἢ κακόν. ἂν quoq; græca coniunctio, quotiens apud Græcos ponitur possibilitatẽ significans, quæ apud illos indicatiui quidem modi, uel præterito imperfecto, uel ἀορίστῳ, quem nos non habemus, nisi φ pro eo & ἀντὶ τοῦ παρακειμένου, præterito perfecto utimur, & cum plusquàmperfecto adiungitur. Optatiuis autem omnibus, quippe coniunctis cum supradictis tribus temporibus (præsens enim optatiuum & præteritum imperfectum idem est, & præteritum perfectum & plusq̃ perfectum & futurum, & ἀορίστου, quod uocant tempus) coniũgitur. Nostri ergo quoq; in omnia illos sequentes, quando possibilitatem demonstrare uolunt, optatiuis siue subiunctiuis utuntur uerbis. Terentius in Phormione: Neq; defeciscar usq; adeo experirier, Donec tibi id quod pollicitus sum effecero, ὅτου ἐξαπονήσοιμι ἄν. Sic ergo quod illi solent, et per indicatiuum, & per optatiuum facere, addentes ἄν coniũctionem græcam, nos subiunctiuis per se positis solemus demonstrare, ut docuissem si discere uoluisses, ἐδίδαξα ἄν εἰ μαθεῖν ἠθέλησας, id est poteram docere. Similiter docerẽ si discere uelles, id est docere poteram. Et ptĩs quidem utentes, ostendimus rẽ quæ potuisset facta esse, non esse factam. Præsenti uero uel futuro subiunctiuo utẽtes in huiusce modi cõstructione, ostendimus posse fieri aliqd, nisi quid impediat, ut doceã si uelis, id est possum docere si uolũtas tua non impediat. Similiter in futuro, docuero, si uolueris, id est potero docere si uolueris. Horatius in primo Carminum: Quis Martem tunica tectũ adamantina Digne scripserit? pro scribere potuerit. Illud quoq; sciendum φ quotiens pœnitere nos rei non factæ demonstrare uolumus, subiunctiuo utimur, ut

Virgil. in. iiij. Aenei. faces in castra tulissem,

Implessemq; foros flammis natumq; patremq;

Cum genere extinxem, memet super ipsa dedissem, id est cur faces in castra non tuli, quod debui facere? cur non impleui foros flammis? cur nõ natum patremq; extinxi, & super memet ipsa dedi? Potest tñ & hoc possibilitatis esse. Ostendit eñ se potuisse, nisi demens fuisset hæc facere, ideoq; se pœnitere. Qđ aũt atticũ morẽ sequentes his utanẽ Romani necessariũ esse æstimo, illoꝝ etiã autoritate hoc cõprobare. Plato in. ij. Alcibiade: πάντας δήπου ἂν φάντες ὦ ἀλκιβιάδη τοὺς ἄφρονας μαίνεσθαι ὀρθῶς ἂν φαίημεν. In eodem: ἦ τὸ γὲ ἔσχατον, εὐχόμενοι ἡμῖν αὐτοῖς, τὰ κάκιστα, ὅπῃ ὅσιον δυσθεῖς ἂν δίκαιον εἴη ἀλλὰ τοῦτό γε πᾶς ἂν οἴοιτο ἱκανὸς εἶναι αὐτὸς αὑτῷ τὰ βέλτιστα εὔξασθαι, ἀλλ' οὐ τὰ κάκιστα, τοῦτο μὴ γὰρ ὡς ἀληθῶς καθάρσιόν τινι ἀλλ' οὐκ εὐχῇ ὅμοιον ἂν εἴη. In eodẽ: κακὸν ἄρα ὡς ἔοικεν ἐστὶν ἡ

βελτίστ᾽ ἄγνοια, ἢ μὴ τὸ ἀγνοεῖμ, τὸ βέλτιστον. ecce & ἆμ & ἄρα affirmatiue posuit. Idem in Lyside: ἢ μὴ τὸν μὲν γε ὄυδ᾽ ἂμ σμικρὸν ἐάσαιμι, ἐμβαλεῖμ, ἡμᾶς δὲ κἂμ εἰ βουλείμεθα, δραξάμενοι πᾶν ἁλῶμ, ἐὼν ἂμ ἐκβαλεῖμ; πῶς γὰρ οὐ. ecce hic & interrogatiue & comprobatiue posuit ἂμ. In eodem: ἆρ᾽ οὖμ ἢ μὴ τἆλλα πάντα ἡμῖμ ἐπιτρέποι ἂμ μᾶλλον ἢ ἑαυτῷ ⟨ὃ⟩ ὧδ᾽ ὑι θ᾽ ὅτῳ ἂμ δόξω μεμ ἀυτῷ σοφώτεροι ἐκείνωμ εἶναι. ἀνάγκη ἔφη ὦ σώκρατες. οὕτως ἄρα ἔχει ἡμ δ᾽ ἐγὼ ὦ φίλε λύσι. In eodem: τί δ᾽ εἰ τοὺς ὀφθαλμοὺς ὁ ὑιὸς ἀυτου ἀαθενοῖ; ἆρα ἐὼν ἂμ ἀυτὸμ ἄπεχθῆ ἢ μὴ ἑαυτ᾽ ὀφθαλμῶμ μὴ ἰατρόμ ἡγούμενον ἢ κωλύοι ἂμ; κωλύοι ἄμ, & ἄρα quoq; tam interrogatiue quàm cõfirmatiue in hoc loco posuit. Idem in Theage: οὐ γὰρ οἶδας ὑπὲρ ὅτου ἄνδρες νοῦμ ἔχωμ μᾶλλομ ἀσφάλοι ἢ ὑπὲρ ὑιέος ἀυτου, ὅπως ὡς βέλτιστος ἔσαι. ὁπόθεμ δὲ ἔδοξέ σοι τοι τὸ ὡς ἐγὼ ἂμ μᾶλλομ τὸμ σὸμ ὑιὸμ οἷός τε ἦμ ὠφελῆσαι. Inuenis tamen & per eclipsim ἄρα & ἂμ apud illos proferri. Optatiua uerba in simili sensu, quomodo apud Latinos proferũtur: ut idem in Charmide: ἄρα δ᾽ ἂπόροιμ τίνι τρόπω σοι ἐνδειξαίμην τὼν δύναμιν. In eodem: ἢ μὴ φοβοίμην μὴ ὄυκ ὀρθῶς σκοποῖμεν. In eodem: ὅμως δὲ ἀυτοι ἐρωτήσαντος εἰ ἐπισταίμην τὸ τῆ κεφαλῆς φάρμακον, μόγις πῶς ἀπεκρινάμην ὅτι ἐπισταίμην. τί ὄυμ ἦδ᾽ ὅς ἐστι, ἢ μὴ ἐγὼ εἶπομ, ὅτι ἀυτὸ μὲν εἶκ φύλλον ἐπῳδή δέ ὡς ἐπὶ τῷ φαρμάκῳ εἶκ.ἦμ εἰ μὲν ὡς ἐπάδοι ἅμα, ἢ χρῶτο ἀυτῷ παντάπασιμ ὑγιᾶ ποιεῖ τὸ φάρμακον. ἄνευ δὲ φῆ ἐπῳδῆς ὀυδὲμ ὄφελος εἶκ τοι φύλλου. Ecce more Romano sine ἄρα, uel ἂμ hoc totum protulit. Electiue quoq; sæpissime hoc modo utimur, ut imperẽ potius quàm moneam, discam quàm doceam. quæ & confirmatiue dicuntur. Tamen & præterito plusquàm perfecto, præteritum imperfectum coniungere, & præsenti præsens. uel futuro, solent uel præterito, ut fecissem, nisi impedires. & contrà, facerem nisi impedisses. & faciam nisi impedias & nisi impedieris, & fecero nisi impedias, & impedieris.

Virgil. in. ij. Aenei. Non prius aspicies ubi fessum ætate parentem
Liqueris Anchisen? superet coniunxne Creüsa
Ascaniusq; puer? quos omnes undiq; Graiæ
Circumerrant acies, & ni mea cura resistat,
Iam flammæ tulerint, inimicus & hauserit ensis, p poterant tulisse & poterant hausisse. Horatius de arte poetica: Dixeris egregie, notum si calida uerbum Reddiderit iunctura nouum, id est poteris dicere egregie. frequentissime tamen autores utuntur subiunctiuis, confirmantes etiam præterito tempore res perfectas. Et sciendum q̃ hanc uim habent, ut ad congnitionem intelligãtur futuram. quippe cum subiunctiua etiam præteriti temporis, quomodo optatiua uim habent futuri. potest enim initium Verrinarum, quod supra quoq; posuimus: Si quis uestrum iudices, aut eorũ qui adsunt forte miratur, me qui tot annos in causis iudiciꝭq; publicis ita sim uersatus, ut defenderim multos, læserim neminem, sic quoq; intelligi, ita sim p̃ ita inueniar uel cognoscar. Nec mirum, cum etiam indicatiuo utantur sæpe futuro de rebus iamdudum præteritis in supradicta significatione, ut Lucanus in .i. Non tu Pyrrhe ferox nec tantis cladibus autor Pœnus erit. Erit dixit pro cognoscetur uel dicetur. Vt, causalis coniunctio omnibus temporibus, & quæcunq; pro ea ponunt causali, id est ἵνα, significanti subiunctiuo adiunguntur. licet autem & indicatiua & subiunctiua eis anteponere uel subiũgere, ut doces ut proficias, & doceas ut proficias, docebas ut proficeres, & doceres ut proficeres, docuisti ut proficeres, & docuisses ut profeceris, docueras ut profecisses, docuisses ut profecisses, docebis ut profeceris, & docueris ut profeceris. Sed indicatiuis utimur rem, quæ fit indicantes, subiunctiuis uero qđ debuit fieri ostendentes, magis suasoriæ. Imperatiua quoq; & optatiua bene possunt his adiungi, ut lege ut discas, utinam discas ut doceas. Pro imperatiuis quoq; subiunctiua frequenter ponũt autores, ut Terentius in Andria: Quæso Aedepol Carine quoniam non potest id fieri quod uis, id uelis Quod possit. Idem in Phormione: desinas Sic est ingenium, pro desine. quod autem in plerisq; intellectæ supradictæ coniunctiones græcæ, id est ἂμ & ἄρα, faciunt poni subiunctiuos, etiam alĩs conĩctionibus positis, usibus autorum iterum alĩs quoq; comprobabimus. Virgilius in .ij. Georgico, tamen hæc quoq; si quis, Inserat, aut scrobibus mandet mutata subactis,

Exuerint ſylueſtrem animum, ἐκδύσοιντο ἄν. Idem in eodem:
Non alios prima creſcentis origine mundi
Illuxiſſe dies,alium ue habuiſſe tenorem
Crediderim, πιστεύσοιμι ἄν. Idem in.i.Aeneidos:
At pius Aeneas per noctem plurima uoluens,
Vt primum lux alma data eſt exire locosq;
Explorare nouos,quas uento acceſſerit oras, προσελκυθὼς ἄρα εἴη κιόναφ.
Qui teneant τίνες ἄρα κρατοῖεν homines ne feræ ne,
Quærere conſtituit.Horatius Carminum libro.ij.
Illum & patris crediderim ſui fregiſſe ceruicem,cõfirmatiue πεπισθνικὼς εἴλω ἄμ,dixit. Virgilius in.vij. ſimilis ſi cura fuiſſet, Tum quoq; fas nobis Teucros armare fuiſſet. ἐγεγόνει ἄμ. Cicero de prætura urbana, Voconia lex uidelicet te delectabat.imitat° eſſes illum ipſum Voconium,qui hæreditatem lege ſua ademit nulli,imitatus eſſes,pro imitari potuiſſes, ἐμιμήσω ἄμ. Idem in eodem:M. Iunius defenſor tutor & patruus Marti° dixiſſet ſi uiueret εἶπεν ἂν εἰ ἔζη. Et frequentiſſime apud omnes autores,hunc ſenſum hac ordinatione proferri inuenis,quomodo etiam Græci ἄρα coniunctionem affirmatiuam ſiue dubitatiuam,ut ſupradictum eſt,ponunt.Terent.in Phor. quid ſit deniq;,quid fiat, τί ἄρα γένοιτο. Subiunctiuo eſt uſus,ut intelligatur etiam ἄρα. Idem in Andria:
Quin tu uno uerbo dic,quid eſt quod me uelis? εἰπὲ τί ἐστιν ὅπῃ ἄρα βούλοιό με Idem in eadem: conſilium meum Cognoſces,& quid facere in hac re te uelim, καὶ τί ποιεῖν ἂν τούτῳ δεῖ πράγματι σὲ ἄρα βουλοίμην, ecce hic affirmatiuum eſt,in ſuperioribus uero interrogatiuum. Cicero de prætura urbana,quid ageret cogitare cœpit, ſi opus pupillo redimeretur,quid ageret dubitanter dixit τί ἄρα πράξοι. Et notandum q latini quando de rebus tranſacto tempore promiſſis uel cogitatis loquuntur,pro futuro uel præſenti græco,præterito imperfecto ſubiunctiui utuntur,quomodo in ſupradictis quid ageret cogitare cœpit, τί πράξοι ἐνενοεῖτο ἤρξατο. Similiter Virgilius in primo Aeneidos:
Certe hinc Romanos olim uoluentibus annis,
Hinc fore ductores reuocato à ſanguine Teucri
Qui mare qui terras omni ditione tenerent,
Pollicitus κρατήσοιεν ἄν. Cicero de prætura urbana: Qui etiam ad extremum adſcripſerit rediuiua ſibi habeto,quaſi quicquam rediuiui ex opere illo tolleretur, ac nõ opus totũ ex rediuiuis cõſtrueretur, pro ἐπαίροιτο ἂν καὶ καταθήσοιτο ἄρα In eodem: Atq; in illis columnis dico eſſe,quæ à tuo redemptore commotæ non ſint, dico eſſe ex qua tantũ tectorium uetus deiectum ſit, et nouum inductum. Affirmatiue hic quoq; uſus eſt ſubiunctiuis,quod ſi tanta pecunia columnas de albari putaſſem, certe nũquam ædilitatem petiſſem,hic quoq; affirmatiue dixit οὐκ ἂν ἤτησα. Et nota q,ſi,præpoſita ſubiunctiuum ſubiunctiuo coniunxit. Similiter in eodẽ:Nemo dubitat,quin multo maius ſit μεῖζον ἄρα εἴη, nouam facere. Similiter in eodem:Cum inſtaret Habonius, in me cauſam conferebat q eũ codicẽ obſignaſſem ἐσφραγικὼς εἴλω ἄρα affirmatiue.Idẽ in eodẽ:Hac cõditiõe ſi qs de populo redẽptor acceſſiſſet,nõ eſſet uſus,cõfirmatiue dixit,nõ eſſet uſus,οὐκ ἂν ἐχρήσατο.Nã ſi qs acceſſiſſet dubitatiue,ptulit.Ineodẽ:Quid iſte in hoſtiũ præda molitus ſit: Qui manubias ſibi tantas ex.L.Metelli manubῆs fecerit,qui maiore pecunia quatuor columnas dealbandas,quàm ille omnes ædificandas locarat.Ecce hic quoq; omnia affirmatiue dicuntur.Idem in eodem : Quis à ſigno Vetumni in circum maximum uenit, quin is unoquoq; gradu de auaritia tua commoneretur? quam tu uiam theſaurum,atq; pompæ eiuſmodi exegiſti, ut ipſa illa re non audeas οὐκ ἂν τολμήσοις, id eſt prorſus non audes.In eodem:Qui ædem Caſtoris teſtem furtorum tuorum eſſe uolueris ἠθελήκοις ἄρα, quàm Populi Romani quotidie iudices,etiam tunc cum de te ſententias ferrent,uiderẽt δεῖν ἄρα, pro omnimodo aſpicerent.In eodem: Qui adductus eſt in iudicium uerbo, q cum eſſet Tribunus interceſſiſſet contra legẽ Corneliam,re uera q in tribunatu dixiſſet, contra alicuius hominis nobilis uoluntatem,dixiſſet εἰρήκοι ἄρα. In eodem: Hic etiã quæ

ritur ꝙ à nobis nouem solis diebus prima actio sui iudicij transacta sit. Cum apud istum tribus horis Quintus Opimius Senator Pop. Ro. bona, fortunas, ornamenta omnia amiserit: hic quoq; affirmatiue ponuntur subiunctiua uerba. In eodem: Cum propt indignitatem iudicij sæpissime est actum in senatu, ut genus hoc totum mulctaꝛ, atq; eiusmodi iudicioꝛ tolleretur: ut, quia pro ἵνα, accipitur, subiunctiuum attraxit. In eodem: Iamq; ex calamitate senatoris populi Romani, cũ prætor iudicio eius præfuisset, spolia domũ suam referre, & manubias detrahere conatus sit, is ullam calamitatem à sese poterit deprecari? Ecce hic quoq; de re indubitabili posuit subiunctiuum, conatus sit ἐπεχείρησεμ ἄρα. In eodẽ: Multos ante uiros primarios audisse, cum diceres ignoscí oportere, ꝙ falsum codicem protuleris. Nam qua inuidia Caius Iunius conflagrauit, ea, nisi prouidisses, tibi ipsi tum pereundum fuisset. In eodem: dicent inquam, & religione adducti, in domestica rum legum metu, quid illo myoparone factum sit: hic quoq; cõfirmatiuam habet uim subiunctiuum uerbum. In eodem: In quibus non dubito qnin offensionem negligentiæ uitare atq; effugere non possim ὁυκ ἂν δυναίμην. Quapropter ita me de præturæ crimini bus audite, ut ex utroq; genere & iuris dicendi, & sartorum tectorum exigendorum, ea postuletis, quæ maxime digna sunt eo reo cui paruũ, aut mediocre obiici nihil oporteat οὐκ ἄρα, χρή. Nã ut prætor factus est, quia auspicato à Chelidone surrexisset, fortẽ nactus urbanæ prouinciæ, docet hominem quid posset fieri, tutores pecuniam prætori si dedissent, quemadmodum rationẽ inducerẽt, quemadmodũ sine periculo suo dare possent, δύναιντο ἂν δοῦναι, non uidebant. In eodem: Iste ad arbitrium eius cui condonabat hæreditatẽ ereptam liberis quàm æquũ edictum conscripserit, συνέγραψεμ ἄρα ἢ συγγεγράφοι ἄρα. Quæso cognoscite, qui testamentũ fecit, fecerit, præterito indicatiuo usus est quasi indubitabili, futuro uero subiunctiuo, in quo est aliqua dubitatio. utrum faciat nec ne. de iure uero ciuili, si quis noui quid instituerit διατυπώσεμ ἄρα, is nõ omnia quæ ante acta sunt rata esse patiatur, id est nõ debet pati rata esse. Ergo hic quoq; confirmatiue posita sunt subiunctiua. in eodem. Ac si hoc iuris non uniushominis causa dixisses, cautius cõposuisses, συνέθηκες ἂν, quod est confirmatiuũ. In eodem, ꝙ si plus legarit quàm ad hæredẽ hæredes ue perueniat. In eodem, Iam hoc magnũ iudiciũ hominum de istius singulari improbitate, ꝙ Caius Verres sua sponte instituisset διαπεπυπόκοι ἄρα. Id neminem metuisse ne quis reperiretur, qui istius institutũ sequi uellet θελήσοι ἄρα, prohibe si potes, si habes qui te audiat, si potest tibi dicto audiens esse quisquam eripias, tu uolũtatẽ mortuis, bona uiuis, ius omnibus hoc populus Ro. non manu uindicasset? οὐκ ἂμ ἤξεδίκησεμ, nisi te huic tempori atq; iudicio reseruasset? In eodem: & simul dum est, unde ius ciuile discatur, adolescentes in disciplinam ei tradite. In eodem: Si qnis testamento se esse hæredem arbitraretur, ꝙ tum non extaret, lege ageret in hæreditatem. Aut, p delictis uindiciarũ, cum satis accepisset, sponsionem faceret, ita de hæreditate certaret. In eodem, uidete ut hoc iste correxerit διώρθωσεμ ἄρα. In eodem: Quid ad prætorem uter possessor sit, nõ ne id quæri oportet? utꝛ possessorem esse oporteat? In eodem: Quid ergo interest profe rantur nec ne? In eodem: Valde hoc est mirum neminem fuisse qui istius se similem dici uellet. In eodem: Vtrum digniores homines esse existimasti eos qui habitant in prouincia, q̃ nos qui æquo iure uteremur. Vbiq; ἄρα uel ἂν Græcæ coniunctiones intelligendæ sunt in interpretione. In eodem: Et cum edictum totũ eorum arbitratu, q̃ diu fuit designatus componeret, qui ab isto ius ad utilitatem suam nundinarentur, tum uero in magistratu contra illud edictum suũ sine ulla religõie decernebat. In eodem: Nam quæso redite in memoriam quirites, quæ libido istius in iure dicendo fuerit γέγονεμ ἄρα. In eodem: Sacerdotem execrabantur qui Verrem tam nequam reliquisset, καταλελοίποι ἄρα. Quæ ego non cõmemorarem, nisi uos illud uellem recordari non commemorarẽ, οὐκ ἂν ἐμνημόνευον. In eodem: Oblitos ne igitur hos putatis esse, quemadmodum sit iste solitus uirgis plebem Romanam concidere? In eodem: Superbia uero qua fuerit qs ignorat? quemadmodum iste tenuissimum quemq; contempserit, despexerit, libeꝛ esse nunq̃ duxerit; omnia confirmatiue dicuntur. In eodem: Impetrant, ut ne iurent adimas, tu

ei qui iurauit, quo exemplo ἀφέλοιο ἄρα. In eodem: Is mortuus est Caio facetdote prætore nescio, an ante q̃ Verres prætura petere cœperit. In eodẽ: Docebat edictum eius non oportere in eas hæreditates ualere, quæ ante eum prætorem uenissent, ἐλιλυθανίμ ἄρα. Rem demonstrat, quampridem sibi hæreditas uenisset, docet. An uero dubitam⁹ quo deniq; ore, quos nunquam liberos putauit, libertinos homines solitus sit appellare? In eodem: Optatum negotium sibi in sinum delatum esse dicebat monumẽtum illa amplitudine, illo opere, q̃uis sartum tectum integrumq; esset, tamen aliquid se inuenturum, in quo moliri prædariq; posset δύναιτο ἄρα. In eodem: Habonius qui legem nosset, qua in lege numerus tantarum columnarum traderetur, πεδίοιτο ἄμ, perpendiculi mẽtio fit nulla. Et qui non putaret sibi expedire ita accipere, ne eodem modo sibi tradendũ esset. In eodem: Quid erat quod rescinderet cum suo quemq; loco lapidem reponeret. In eodem: Quærimus quid in extremis Pamphyliæ partibus fecerit, qualis in bello prædonum prædo fuerit, qui in foro populi Ro. pirata nefarius reperiatur. In eodẽ: Quod nemo quemq̃ tam audacem, tam amentem, tam impudentem fore arbitrabatur, qui tã nefarijs criminibus, tam multis testibus conuictus, ora iudicum aspicere, aut os suum po. Rom. ostendere auderet. Est idem Verres, qui fuit semper, ut ad audendum proiectus, sic paratus ad audiendum. Nam si id fecisset quod statuerat, ut nõ adesset, minus aliquã to quàm mihi opus esset, cognosceretur quid ego elaborassem, uestra uero laus tenuis esset, si cõdemnatus sit is qui adesse noluerit. Et si fortes fueritis in eo quem nemo sit ausus defendere. Vbiq; alterutra supradictarum coniunctionum græcarum cum subiunctiuis, est intelligẽda. In eodẽ: De impudẽtia singulari sunt q mirent. In eodẽ: Iste unus inuentus est, q & à cõplexu parentũ abreptos filios ad necẽ duceret, & parẽtes pretiũ p sepultura liberũ posceret. In eodẽ: Si po. Ro. p istiº unius supplicio cõtẽtus fuerit, ac nõ sic statuerit, nõ istũ maius in se scelus cõcepisse, q̃ eos q istũ sinia sua liberarint, ἠλθυθέρωσαμ ἄρα. Ideo ex uno libro Ciceronis tot usus proponere studui, ut docerem quàm frequentissime hac constructione usi sunt autores eloquentiæ latinæ, in hoc quoq; maxime Atticos imitati, quorum similiter usus necessarium existimaui collectos subiũcere. Plato in Alcibiade priore, πρὸς παῖδά τε σοὶ φίλους καὶ συγγενεῖς πλείσους εἶναι, καὶ ἀρίστους οἵ εἴτι δέοι ὑπηρετοῖεν ἂν σοί. Quod nos, sicut supra ostendimus, per subiunctiuos proferentes non egemus ἂν græca coniunctione, ut, Ex patre tibi amicos & agnatos plurimos esse & optimos, qui si quid opus sit ministrent tibi. In eodem: ὅρα δὴ οὐ γάρ τοι εἶν θαυμαστὸν εἰ ὥσπερ μόγις ἠξιάμιλλον οὕτω μόγις καὶ παυσαίμιλλον. Vide autem: non eũ sit mirum, si quomodo uix cœpi, sic uix desidero. Et attende q illi quoq; est ubi sine cõiunctione ἂν uel ἄρα, uerbis utitur optatiuis, quomodo hic, παυσαίμιλλον, q nos ubiq; in huiusce modi sensibus facimus, id est qui ad supradictas coniunctiones græcas attinent subiunctiuis per se uerbis utentes, cum illi non solum optatiuis, sed etiam indicatiuis, ut supra diximus, eas adiungant, ut Idem Plato in eodem, ἐγὼ δ' ὦ ἀλκιβιάδη εἰ μένοτε ἑώρων ἃ νῦν δὴ ἐπήλθομεν ἀγαπῶντα, ἐπιόμενον δ' ἂν ἐν τούτοις καταβιῶναι πάλαι ἂν ἀπηλλάγμιλλον τῷ ἔρωτος, ὥστε δὴ ἐμαυτὴν πείθω. necesse est, ut subiunctiuo utamur, dicẽdo, dudum expeditus essem amore. In eodem: νῦν ἔφηκε, νῦν γάρ ἂν μᾶλλον ἀκούσαις, nunc inquit, nunc enim me audias, confirmatiue dixit. In eodem: εἴτίς σοι εἴποι θεῶν ὦ ἀλκιβιάδη. Per inductionem optatiuo est usus: Si quis tibi dicat deus. Idem in Gorgia, ὥσπερ ἔμοιγε καὶν πᾶν ἥμέραν ὅλην ἐθέλοιτε διαλέγεσθαι, χαιρῆθαι. Ideoq; etiam si diem totam disputare uelitis erit mihi pergratum. Interrogatiue quoq; ἂν ponentes cum optatiuis pferunt. Idẽ in. i. Alcibiade, σὺ πότερα ἂν δέξαιό σοι εἶναι ἀγαθὰ ἢ κακά; Vtra eligeres adesse tibi bona an mala? Nota tamen non solum εἰ sed & ἵνα, græcas coniunctiones & ὅπως etiam optatiuo coniungi atticis, cum apud nos tam, ut causalis coniũctio q̃, ne, quando ἵνα, μὴ significat subiunctiuo socientur, qui tamen similis est, ut sæpe diximus, optatiuo. Idem in eodem: νεωτέρῳ μοὶ δοῦναι ὄντα σοι, ἐπεὶν τοσαῦτας ἐλπίδας γ' ἐμοῦ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ οὐκ εἶα ὁ θεὸς διαλέγεσθαι, μὴ μάτην διαλεγοίμιλλον. ut ne frustra disputarem. Hom. εἴπερ γάρκ' ἐθέλοιμεν ἀχαιοίτε τρῶεστε. Idem, ὅφρ' εὖ γινώσκοις, ἡμῖν θεὸν, ἠδὲ καὶ ἄνδρα, ὅφρα ἅπαντι τῷ ὅπως. Quod autem latini quoq; omnibus temporibus subiunctiui modi, etiam

in optatiuo utunt̃,oſtendit tam uſus q̃ antiquiores Donato ſcriptores artis. Virg.in.vi.

Hac Troiana tenus fuerit fortuna ſecuta.

Ecce hic fuerit optatiue poſuit in precatione Aeneæ, hoc uerbum,quod tam præteriti perfecti q̃ futuri poteſt eſſe:quod Donatus,& quidam alij ſubiunctiui tantummodo putant eſſe,cum aliæ omnes uoces optatiui cõmunes ſint etiam ſubiunctiuo. Ergo non immerito in ſupradicta attica conſtructione, quia illi optatiuis utuntur,hoc quoq; tempore indifferenter noſtri ſunt uſi. Inueniuntur tamen etiam noſtri poetæ ſæpe metri cauſa,indicatiuis pro ſubiunctiuis uſi,ut Horat.in.ij.car.

Me truncus illapſus cerebro Suſtulerat,niſi Faunus ictum

Dextra leuaſſet, ſuſtulerat pro ſuſtuliſſet poſuit propter metrum.

Quæ genera,uel ſignificationes uerbor̃ quibus caſibus conſtruantur.

QVoniam igitur de conſtructione modorum uerbi dictum eſt, qui omnes eundem caſum ſequuntur, quem genus ſiue ſignificatio uerbi exigit, quam πάθεσιν Græci uocant,de hac quoq; diligentiſſime eſt quærendum. Sciendũ itaq; q̃ omnia actiua apud latinos,quæ faciunt à ſe paſſiua,quæ & tranſitiua ſunt in homines,ſine dubio accuſatiuo adiunguntur,ut oro te,curo te,quæ etiam paſſiuum habent,curor à te. Similiter,accuſo te,accuſor à te:audio te, audior à te:patro te, patror à te:impetro te, impetror à te:temno te,temnor à te:negligo te,negligor à te:deſpicio te,deſpicior à te:ſentio te, ſentior à te:impedio te,impedior à te:inchoo te,inchoor à te;incipio te, incipior à te; Similiter etiam neutra uel deponentia actum ſignificantia cum trãſitione, in quodcunq; actiuum ſequuntur,ut facio domum,eo iter,nauigo Pontum,ardeo uxorem,quando pro amo accipitur. Virgilius in Buc. Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim. dediſco illam rem. Lucanus in primo: Dedidicit iam pace ducem. Cicero tamen ſimplicis eius paſſiuum protulit, de prætura urbana, dum eſt unde ius ciuile diſcatur. Teren.in Adel.

Niſi dum hæ fileſcunt turbæ, interea in angulum

Aliquo abeã,atq; edormiſcã hoc uilli,pro uillũ,quod eſt diminutiuũ uini. Vir.in.ij.Ae.

Pars ſtupet innuptæ donum exitiale Mineruæ.

Horatius in primo carminum, nec muliebriter Expauit enſem. Similit dicimus doleo pedem,ferueo pectus, ambulo ſpatium. Sic etiam deponentia tranſitiua actũ ſignificantia,Sequor hominem,loquor fabulam,expiſcor ſocium,experior rem,arbitror iuſtitiam, reor ueritatem, ſuſpicor inimicum. Sunt tamen tam ex his quædam q̃ ex actiuis, quæ cum accuſatiuo & datiuo adiunguntur,quæ ſunt acquiſitiua,de quibus mox dicet, ut do tibi aurum,dono illi ſeruum. Dicitur tamen & in eodem ſenſu, dono illum ſetuo, more attico. Virgi.in.v. Sergeſtum Aeneas promiſſo munere donat. Similiter,præbeo,præſto,exhibeo,mando,polliceor,muneror,indico,exprobro tibi illam rem. Similiter dicimus præpono tibi illũ,& præfero, & præficio. Pauca ſunt quæ actiua uoce trãſitiue ſoli datiuo adiunguntur,ut noceo tibi,inuideo, maledico,benedico,præniteo.Horatius in.i. carminũ: cur tibi iunior Læſa præniteat fide,Diffidio tibi,Hor.in.ij.Car.

Redditum Cyri ſolio Phraatem

Diffidens plebi numero beatorum

Eximit uirtus.Quamuis ſi quis attente hæc quoq; inſpiciat,inter acquiſitiua uel æqui parantia ſunt ponenda;noceo tibi id eſt nocens tibi fio;inuideo tibi, quaſi non uidens tibi fio,hoc eſt,non ferens te bene agentem uidere;maledico tibi,contra te dico male. Inueniuntur tamen pauca,quorum quamuis actus tranſeat in aliam perſonam,non habent tamen paſſiua,ut facio,& ex eo cum infinitis uerbis compoſita,ut calefacio, tepefacio, obſtupefacio:pro paſſiuo quoq; eorum fio,& ex eo ſimiliter compoſita accipiuntur,ut calefio,tepefio,ſtupefio, & ſimilia;cum præpoſitionibus enim compoſitum facio, plerunq; habet paſſiuũ,ut perficio perficior,affício afficior, inficio inficior, & ſimilia. Illa quoque uerba actiuorum uocem habentia, quorum actus ad res carentes loquela pertinent, primas quidem & ſecundas uoces non poſſunt naturaliter paſſiuas habere , quippe cum nec de ſe loqui ipſæ quid patiantur, poſſint, quod eſt primæ perſonæ, nec ad eas,

cum careant auditu, qui ꝓprie ptinet ad ſecundã perſonã, loquí poſſimus. Tertiam uero habent perſonam, de qua inter primam & ſecũdam loquela recte fieri poteſt, ut laboratur ueſtis, unde Virgilius in primo Aeneidos: Arte laboratæ ueſtes. potaꝫ fluuius. Iuuenalis in .x. Epotaq; flumina Medo Prandente. Similiter dicimus cœnatur piſcis, prandetur holus, decurrit ſpatium. Terentius in Adel. decurſo iam ſpatio. De paſſiuis

PAſſiua ablatiuo & datiuo tranſitiue adiunguntur, ut doceor à te & tibi, uideor à te & illi. Similiter paſſiuam uim habentia, & neutralia uel deponentia, ut uapulo à te, & tibi exulo, naſcor, patior. licet tamen etiam accuſatiuum addere his quibus per diuerſas res fieri ſolet paſſio, ut doceor à te lras, paſcor carnẽ, uituperor inſipiẽtẽ. Vir. in. iiij. æn.

Teſtor chara deos, & te germana, tuumq;
Dulce caput, magicas inuitam accingier artes.

Et docemur enim & paſcimur, & uituperamur, & accingimur diuerſis rebus. Naſci em & exulare ad unam rem pertinet ipſius natus & exilij. De communibus.

COmmunia quando actum ſignificant actiuorum conſtructionem, quando paſſionẽ paſſiuorum ſequuntur, ut criminor te & criminor à te, ueneror te & ueneror à te.

De abſolutis.

ABſoluta ſiue actiuæ ſiue paſſiuæ ſint uocis, cum nominatiuo perfectam habent cõſtructionem, ut Plato uiuit, Ariſtoteles deambulat, Socrates philoſophatur, ego eſurio, tu dormis, ille uolat. Et reciproca uero ſiue ſui paſſiua, quæ ἰδιοπαθῆ uocant Græci, licet abſolute proferre, ut rubeo, horreo, tepeo, ferueo, & coniungere his ablatiuos, ut rubeo pudore, horreo frigore, tepeo auſtro, ferueo æſtate. Nec tamẽ ſolummodo his, ſed omnibus uerbis licet ablatiuum adiungere, cum cauſam per eum indicamus ipſius actus, uel paſſionis, quod licet in omni ſpecie facere uerboꝝ, ut Plato uiuit anima, id eſt per animam. Ariſtoteles deambulat pedibus, id eſt per pedes. Socrates philoſophat ſciẽtia, id eſt per ſcientiam. ſimiliter horreo frigore, id eſt per frigus. Nec mirum abſoluta poſſe obliquis adiungere caſibus, cum etiam trãſitiua liceat abſolute proferre, cum maxime aliquam ſui paſſionem ipſo actu ſignificant, ut hic amat, ille luget, iſte ridet. Itaq; Virgilius huiuſcemodi res oſtendit animorum eſſe paſſiones, in. vi. hinc metuunt, cupiuntq; dolent, gaudentq;. In eodem: lugẽtes campi. Idem in quinto: riſit pater optimus olli. Terentius in Adelp. Amat? dabitur à me argentum dum erit commodum.

Et rurſus eadem uerba cum caſibus tranſitiue dicuntur, amo clementiam, lugeo miſeriam, rideo ſtultitiam. Quæ uero non egent obliquis caſibus, ea nec paſſiua habẽt, ut ſpiro, uiuo, nauigo, proficiſcor. q̃uis hæc quoq; figurate, ut ſupradiximus, coniunguntur obliquis caſibus, ut ſecuram uiuit uitam, & expirat animam, nauigo mare, & nauigatur mare, & ſimilia. At quæ egent caſibus, & tranſitiue dicunt, ut actus in hominem fiat, habent & paſſiua, ut ferio Tryphonem, quem actum ille interpretando, in quem fit, facit uerbũ paſſiuum: ferior à te, uulnero hoſtem, uulneror ab hoſte. Excipiunt pauca: quæ quanuis ſint actiua & tranſitiue dicantur in homines, tamen non habent paſſiua uſu deficiente, ut noceo tibi, facio te doctum. ſed hoc uerbum loco paſſiui habet alterum uerbum ſimiliter actiuæ uocis, ſed ſignificationis paſſiuæ, fio. Noceo quoq; & maledico, benedico, inuideo cuius tñ paſſiuum. Horatius in arte poetica autoritate uſus ꝓtulit, ego cur acquirere pauca Si poſſum inuideor? Idem etiam accuſatiuum ei uerbo cum datiuo adiunxit in primo Epiſtolar. inuidet uſum Lignorum & pecoris tibi calo argutus, & horti. Et hæc tamen ad imitatiõem græcorum datiuis adiunguntur. Nam illi λυμαίνομαίσοι, & λοιδοροῦσοι. Herodotus, λυμαινομένη ὑφ' ἑνεκῶν. Cætera uero omnia niſi ſint acqſitiua uel æquiparantia, uel ſupereminentia, uel ſubiunctiua, à nominatiuo actum tranſitiue ad homines facientia, ut prædiximus, ad accuſatiuos conſtruuntur, cũ utraq; perſona ſuppona tur tam agentis quàm patientis, ut doceo te, doceor à te Nam is qui patitur in ſignificati one paſſiua transfert accuſatiuum, qui ad ſe pertinebat, cum actiuum proferebatur uerbum, in nominatiuum adiunctum paſſiuo qui in ipſo uerbo, ut ſæpe diximus, intelligit, etiam ſi apponatur; contrà uero nominatiuum agentis in ablatiuum, ut erudio te, erudi-

or à te,tango te,& tangor à te. Itaq; communia utrunq; habent modum conſtructionis.

De conſtructione uerborum deſcendendo ad diuerſas ſpecies.

Verborum uero alia ad corpus, alia ad animam,alia ad utrunq;,alia ad extrinſecus accidentia,pertinẽt:Ad corpus uero,ut lauo te,tõdeo te,uulnero,ſordido:Ad animã, ut erudio,doceo,inſtituo,moneo,conſulo,ſuadeo:Ad utrunq;,ut lædo,offendo,moueo, noceo,maledico,benedico,prouideo:Ad extrinſecus accidẽtia, ut dito, impero,ſubigo, domo. Sunt alia communia omnium ſupradictorũ ,ut facio te doctum, uel formoſum, uel felicem. inueniuntur quædam quæ cũ ſint actiua uoce & conſtructione, tamen paſſiuam habent ſignificationem,& paſſiua actiuam,ut timeo te,& timeor à te,metuo te & metuor à te. Lucanus in quinto:

Dum metuar ſemper terraq; expecter ab omni.

Et ſunt alia laudatiua,uel uituperatiua,ut cano,prædico,laudo, celebro,amplifico, uitupero,culpo,reprehẽdo, incuſo,accuſo, inſimulo,ſuccenſeo. Alia artificiorum,ut philoſophor,poetor,architector,modulor,medicor, & medico,& medeor. Virg.in.ij.Georg.

& ſenibus medicantur anhelis.Idem in primo Geor.

Semina uidi equidem multos medicare ſerentes.

Sunt alia deceptiua,ut fallo,decipio,eludo,induco,illicio,pellicio. Alia acquiſitiua,uel ſuperemínentia,uel ſubiectiua,uel æquiparatiua,quæ datiuo adiunguntur cuiuſcunque ſint generis uel ſignificationis uerborum, ut laboro tibi, metuo tibi, proſum tibi,timeo tibi,uigilo,ppugno,largior,dono,muneror,indulgeo,præſto,præbeo, exhibeo, do,annuo,conſentio,aſſentior, medeor tibi, id eſt ſanitatem acquiro, dicitur tamẽ & medico, quod actiuorum ſeruat conſtructionem. Virgilius in.ij. Georgicorum.

& ſenibus medicantur anhelis. Idem in primo:

Semina uidi equidem multos medicare ſerentes. Terentius in Andria:

Eius labore,atq; eius dolore gnato ut medicarer tuo. Idem accuſatiuo in Phorm.

Quam ſcitum eſt eius modi parare in animo cupiditates,

Quas cum res aduorſæ ſient paulo mederi poſſis.

Moderor tibi & te. Salluſtius in Catilinario: Fortuna cuius libido gentibus moderatur. Intelligimus enim omnes res pertinere ad felicitatem uel miſeriam gentium,Lucanus in nono:

Sideribus quæcunq; fugam moderantur Olympi,

moderantur pro regunt. Maledico tibi.Cicero pro Deiotaro:Eius enim nomine uiri optimi,nec tibi ignoti maledicebat tibi.benedico tibi,parco, tempero. Virgilius in primo Georgicorum :

Iam ſibi tum curuis male temperat unda Carinis,

quando pro parco accipitur. Supereminentia uel ſubiecta ſunt,ut impero tibi, Virgilius in primo Georgicorum:

Exercetq; frequens tellurem atq; imperat aruis.

Regno tibi,dominor tibi,præcipio tibi, ſuadeo tibi, prouideo tibi, proſpicio tibi, conſulo tibi.Nam conſulo te interrogatiuum eſt, & tunc habet paſſiuum quomodo & tempero. Eorum tamen quædam poſſunt etiam acquiſitiua eſſe. Subiecta ſunt, ut ſeruio tibi,obedio,pareo,miniſtro,miſceo, tibi famulor. Aequiparantia ut luctor tibi, ſermocinor,certo,loquor,altercor,inuideo tibi,nam plerunque ad pares fit felicius agentes,auctor que huius eſt Heſiodus dicens:

ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι·
ἠμὲν κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει,ἠμὲν τέκτονι τέκτων,
ἠμὲν πτωχὸς πτωχῷ φθονέει,ἠμὲν ἀοιδὸς ἀοιδῷ

ῷ πέρσι. Deſideratiua uel inquiſitiua accuſatiuo ſociantur,quæro te, ſimiliter inuenio, reperio,expecto,aſpicio,deſidero,opperior,ſcrutor,ſequor, & ſector, præſtolor te & præſtolor tibi. Sed magis quando datiuo coniungitur acquiſitiuum eſt, Terentius in Eunucho: Quem præſtolare Parmeno.

Cicero in.i. Inuecti. Qui tibi ad forum Aurelium præstolarentur. Et quæ per obtinentiam,id est κατὰ ἐπικράτειαν dicunt superpositiua,ut habeo,possideo,teneo,cõtineo, sustineo,seruo,custodio,tueor,tutor,defendo,prohibeo,arceo,impedio,implico,soluo uinco,supero,domito,subiicio,deiicio. Adoratiua quoq; colo te, honoro, adoro, erubeo,adulor te & tibi. Suspectiua etiam uel opinatiua,suspicor,opinor, arbitror,existimo,reor.Quæ maxime infinitum substantiui assumunt cum accusatiuo,ut suspicor inimicum esse, opinor amicũ esse,arbitror alacriter profuturum esse.Sed & alijs infinitis iungunt,opinor me intelligere & intellexisse Virgilium,existimo recte legere & legisse Ciceronem,& similia. Voluntatem quoq; significãtia accusatiuo coniunguntur cum infinito alterius uerbi,uolo te currere,similiter studeo,propero,cupio,affecto,festino, nisi infinitũ à uerbo alij sit casui iungendum. Tunc em̃ necesse est infinitum quoq; uerbi sui constructionem seruare,ut misereor tui,misereri tui uolo,noceo tibi, nocere tibi uolo,dignor te laude,dignari te laude cupio,mereor laudem, mereri laudem affecto. Absolutis uero supradicta si coniungant accusatiuum assumunt,ut desidero uidere filium,studeo te currere,propero me deambulare. Similiter interrogatiua,interrogo te, rogo te,stipulor. Iuuenalis in.vij. Quantum uis stipulare, & protinus accipe quod do, Vt totiens illum pater audiat. Frequentissime tamen stipulor abs te, pro interrogo te dicimus,quomodo & quæro abs te. Cicero Inuectiu.ij. Quæsiui à Catilina nocturno conuentu apud M. Leccam fuisset nec ne, pro interrogaui Catilinam. Inuenit tñ in passiua significatione similiter dictum stipulor abs te,pro interrogor abs te. Suetonius in.iij.Prætor: Minor uigintiquinq; annos stipulari non potest,passiue dixit. Consulo quando interrogatiuũ est,ut supradictũ est, accusatiuo rationabiliter,acquisitiuum uero datiuo copulat. Funebria quoq; uerba ad accusatiuũ ferunt, ut lugeo te, ploro te,lachrymo te,plango,queror te & tibi pro apud te. Virg.in Bucolicis:

Dum queror & diuos,quanquam nil testibus illis Profeci.

Iuuenalis in secundo: Nec quereris patri, nec terram cuspide quassas. Intelligitur Romanos queri apud patrem. Vocatiua quoq;,uoco te,imploro,clamo,nomino,nuncupo,inuoco,arcesso. Illa quoq; notanda,quæ cum nullum significent actum, sed magis passionem demonstrent,tñ quia actiuam habent uocem,accusatiuo coniunguntur, ut trepido,horreo,formido,uito,fugio,recuso.Similiter metuo & timeo,hæc aũt cum passiue dicunt magis actum significant:Et è contrario,cum actiue dicuntur magis passionem significant,ut timeor à te,timorem facio,timeo uero timorem patior. Lucanus in.v. Dum metuar semper terraq; expecter ab omni. Idem in.i. fœcunda uirorum Paupertas fugitur,fugam facit quod est fugat.eandem uim habent & similia. Hortatiua quoq; accusatiuum adsciscunt,excito illum,hortor,incito, moneo, agito,stimulo. Precatiua etiam accusatiuo coniunguntˉ,oro,obsecro,obtestor,quæso,litor,precor,supplico,hoc non solum accusatiuo,sed etiam datiuo coniungitˉ. Terent. in Andria: huic supplicabo.Est em̃ subiectiuũ plus alijs omnibus,quæ sunt illius speciei. Multifida est cum accusatiuo cõstructio,iuro,castigo,doceo,illido,calefacio, frigefacio. Ad sensum pertinentia,quæ Græci gtõ coniungunt,quasi passionem quoq; significantia in ipso actu ἀκούω σε, ἅπτομαί του σώματος ὀσφραίνομαι σου κνίσκης, ἐγθυσάμην του κρέατος. Excepto uideo & similibus,quæ plus actus habent,q̃ alij sensus,nos actõ copulamus,quippe ex actiua passiuam uocem facientia,ut audio te,& audior à te,tango te,& tangor à te,gusto & gustor,sentio & sentior.Similiter omnia actiua ferè. Impetro illam rem,quia & impetror,patro & patror,curo & curor, impedio & impedior, negligo & negligor. Separatiua siue discretiua accusatiuo,& etiam ablatiuo cum coniunguntur, ut auerto illum hac re & ab hac re.Similiter pello,amoueo,torqueo,separo,dirimo,educo,& similia. Virg. in.i. Aenei. Nec posse Italia Teucros auertere regem. Cicero in Philippica.v. Ab Vrbe M. Antonij impetus iu Galliam auertere. Idem Inuectiua.ij. Quis tam auersus à uero? Nec mirum uerba sensum significãtia, quæ habent aliquid passionis actõ iungi,cum multa alia quoq; sint & actiua & neutra, quæ q̃is ex ipsa ui

ipsius intellectus aliquid pati uideantur, accusatiuis tñ adiunguntur, ut amo, desidero & ardeo. Virg. in Bucol. Formosum pastor Corydon ardebat Alexim. Neutra & deponentia, quod superius dictum est, si actum significent, & habeant transitionem ab homine in hominē, accusatiuo coniunguntur, ut facio te doctum, sequor hominē, miror, aspernor, suspicor, contēplor, conspicor. Vnde nō irrationabiliter antiquissimi etiam in passiua significatione ea proferebant, quod latius de uerbo tractantes ostendimus: Sin hæc eadem, id est neutra, uel deponentia passionem significant, passiuoq; constructionem sibi defendūt, id est datiuo uel ablatiuo coniunguntē, ut fio à te doctus, uapulo ab illo, exulo, nascor, patior. Ad eos autem casus ad quos coniungitur indicatiuus, necesse est totius uerbi declinationē construi, & participia, & supina, ut amo illū, amans illum, amando illum uigilo, amandi causa curro, amādum est illos, amatum eo illum. Nam in u definens nominatiuo adiungitur. Virgilius in. iij. Aeneidos:

Nec dictu facilis, nec uisu affabilis ulli. Ne mireris tamen omnia actiua ex quacūq; uoce actum significantia cum transitione, Romanos accusatiuo cōiungere, cum Attici quoq; tam in eis quàm in alijs constructionum plerisq; idem seruēt. Quamobrem necessariū esse duximus, multos & diuersos usus ab autoribus utriusq; linguæ colligere omnium orationis partium, quorum exemplis gaudeant, confidentiusq; utanē, qui laudibus utriusq; gloriari studeant doctrinæ. Latini curo & impedio illam rem.

Virg. Georgicon. i. Inuidet atq; hominum queritur curare triumphos.

Lucanus in quinto: quo tempore primas
Impedit ad noctem iam lux extrema tenebras.

Græci φροντίζω καὶ ἐμποδίζω τόδε τὸ πρᾶγμα. ξενοφῶν ἀπομνημονευμάτων primo: ἀλλὰ καὶ τοὺς φροντίζοντας τὰ τοιαῦτα μωραίνοντας ἐπεδείκνυεν. ἐν ᾧ δὲ αὐτῷ: ταύτην γὰρ τὴν ἕξιν, ὑγιεινήν τε ἱκανῶς εἶναι, καὶ τὴν φίλην ψυχῆς ἐπιμέλειαν οὐκ ἐμποδίζειν ἔφη. Αἰσχίνης, εἰ τί δὴ τ' ἐφρόντισας ὑπὲρ τῆς κόρεως εἰλημμένης βιαίως ἐπιδείξεις. Nos sentio illam rem. Virg. in. x.

Hoc patris Anchisæ manes, hoc sentit Iulus. Illi αἰσθάνομαι τόδε τὸ πρᾶγμα, καὶ τοδί. ἰσοκράτης παμφιλίῳ: οὕτω γὰρ τὴν ἐκείνου τε διάνοιαν αἰσθήσῃ καὶ σεαυτὸν οὐ καταφανῆ ποιήσεις. Euripides ἆ. ἆ σίγα, κεντᾷ γάσιν αἰσθάνομαι φίλης γυναικῶν. ἴσασιν: τὰ δὲ τοιάτων δὴ μαρτυρίων δι δικάζοντες. τὰ μὲν αὐτοὶ συμφορᾶς, ὅτι ὑγίαινεν ὁ παῖς τ' ἐωρακότων αἰσθανόμενοι μαρτυρόντων τὰ δ' ἀκοῇ πυνθανόμενοι. Nos audio illum.

Virgilius in. xij. Audiat hæc genitor qui fœdera fulmine sancit.

Illi ἀκούω ἐκείνων δικαιοδότας φιλιππικῶν γ' ὅταν τε εἰς τὰ πράγματα ἀποβλέπω, καὶ ὅταν εἰς τοὺς λόγους οὓς ἀκούω. Idem: κατὰ φιλίππου α': τοιγαροῦν ἅμα ἀκκικόαμέν τε, καὶ τριηρεαρχοῦντας καθίσαμεν, καὶ τούτοις ἀνωφόρητα ποιούμεθα. καὶ περὶ χρημάτων πόρου σκοποῦμεν. ἐν ᾧ αὐτῷ: ἐβουλόμην δ' ἂν ὥσπερ ὑμῖν συμφέρει καὶ τὰ βέλτιστα, ἀκούειν οἶδα, οὕτως εἰδέναι συνοίσον καὶ τὰ βέλτιστα, εἰπόντα. Idem alibi: ἀκούσατε ὦ ἄνδρες δικασταὶ δ' ἀφέλιμα. Nos patior illum.

Lucanus in. i. Pellimur è patrijs laribus patimurq; uolentes Exilium.

Illi ἀνέχομαι τόδε. Demosthenes ἐν ᾧ ὑπὲρ κτησιφῶντος: εἰ μὲν ἴσε με τοιοῦτον οἷον οὗτος ἦλθε, οὐ γὰρ ἀλλοδίπου βεβίωκα, ἢ παρ' ὑμῖν μὴ δὲ φωνὴν ἀνάσχεσθε. Idem: οἱ μὴ ἴσασι πεπόνθασιν, ἃ πάντες ἴσασιν, οἱ δ' οὐκ ἂν ποτὲ συμβῇ πείσονται. Nos memini illam rē & illius rei. Virg. in Buc. numeros memini si uerba tenerem. Idem in. iij. Aenei. nec meminisse pigebit Elisæ.

Illi μέμνημαι τὰ πραχθέντα τότε, ἐμνήσθην τε δ' πάθος. & εὐδαίμων ὢν μνησθῇ πρῶν φίλων, μάλιστα δυστυχούντων. Demosthenes ἐν ᾧ κατ' αἰσχίνου: ἵνα τὸν ὅτ' ἀδωροδόκητον ὑπῆρχε προαίρεσιν αὐτῷ τῆς πολιτείας ἀναμνησθέντες ὡς προεβλημένην καὶ ἄπιστον ἦν πρὸς τὸν φίλιππον. ὅμοιον ἰλιάδων ω. μνῆσαι πατρὸς σεῖο θεοῖς ἐπιείκελ' ἀχιλλεῦ. Nos impero tibi.

Virg. in. i. Georg. Exercetq; frequens tellurem atq; imperat aruis. Illi ἄρχω σοι. Attici ἄρχω ἀνθρώπου, ἦρχεν αἰγινατῶν. Latini aufero tibi & à te. Smiliter eripio, adimo, amolior, amoueo. Terentius in Phormione: Aufer mihi, oportet.

Lucanus in. v. Heu quantū fortuna humeris iam pondere fessis Amolit onus.

Vir. in. ij. Aenei. teq; his ait eripe flammis. Illi ἀφαιροῦμαί σοι τόδε καὶ ὑπὸ τ' ἐξουσίας ἀφιγμένος. Homer. ὀδυσσεί. α. αὐτὰρ ὅτοῖσιν ἀφείλετο νόσιμον ἦμαρ.

Idem ἰλιάδ. α. μήτε σὺ τήνδε ἀγαθὸς περ ἐὼν ἀποαίρεο κέρηιν. Attici ἄλγῶ ἔγωγε πάθη, καὶ ἀλγῶ τὴν κεφαλήν. ἄχθομαι ἔγωγε καὶ τόδε. Et nos quoq; doleo illam rem & illa re. similiter indignor illam rem & illa re. Sal. in Catil. Et quasi dolens eius casum. Virg. in. ἡ. Aenei. Et casum insontis mecum indignabar amici.

Idem in primo: Nota tibi, & nostro doluisti sæpe dolore. Attici ὑποτάττομαί σοι, καὶ ὑποτάττει ὁ στρατηγῶ, ἀκροῶμαι σε, καὶ σοῦ, ἀκροῶντο τοῦ λέγοντος, καὶ ὑπήκοον ἡμῶν. Aeschines ἐν τῷ κατὰ κτησιφῶντος, δι δὲ δικασταὶ ὥσπερ ἐπωδήν ἢ ἀλλό τι ὁμοῖον ἃ πρᾶγμα ἀκροώμενοι. Nos ausculto tibi & te. Terentius in And. Pamphilum ne adiutem, an auscultē seni. In eadem: Auscultа pauca, & quid ego te uelim, & tu quid quæris scies. nec enim aliter stat iambus qui est quaternarius, quod Donati commentū approbat. Nos potior illius rei & illam rem & illa re. Cicero in. ἡ. inuectiu. Reę potiri uolunt. Terentius in Adelp. ille alter sine labore patria potitur commoda. Virgilus in primo:

Egressi optata potiuntur Troes harena. Similiter Attici,

καρπόομαι τὴν ἡδονὴν καὶ κάρπόμαι χαρίσματα, λαμπρά. ἀπολαύω τῆς σῆς ὁμιλίας. καὶ ἀπήλαυσα τῶν σῶν ἀρετῶν, ἀρισοφάνης, ἀγαθὸν γὰρ ἀπήλαυσ' οὐδὲν αὐτῶ πώποτε. Isocrates ὁ τοῦ περὶ τῆς εἰρήνης, καὶ κατ' ἀρχὰς μὲν ἀπολαύοντας ὧν ἂν λάβωσιν. Idem in sequētibus: ἡδοικα, μὴ περιῶμαι ὑμᾶς εὐεργετῶν αὐτὸς ἀπολαύσω ἃ φλαῦρον. Plato ὁ τῆ τοῦ σωκράτους ἀπολογία: καὶ μὲν τοι καὶ τούτου ἀπέλαυσον. Illi χορτάζω σὲ ἄρτῳ καὶ χορτάζω σὲ ἄρτον. Huic simile nos dicimus pascor hanc rem & hac re. Virgilius in secundo Aeneidos:

& miseros morsu depascitur artus.

Idem Georgicon. iῆ. Pascuntur uero syluas, & summa Lycæi.

Idem in Bucolicis: Frondibus hirsutis, & carice pastus acuta.

ἐχορτάσθην πολλοῖς ἀγαθοῖς, καὶ βόσκεται τὴν ὕλην, καὶ βόσκομαι τοῦ χόρτου. Illi ἀπελπίζω τὴν νοσοῦντα. Latini despero illam rem. Lucanus in. v. Desperate uiam. Attici ἀπογινώσκω τούτων. Demosthenes φιλιππικοῖς: ἐγὼ μὲν οὖν ἂν ἡγοῦμαι φίλιππον, οὔτ' εἰ τὰ πρῶτα, βιασθεὶς ἄκων ἔπραξεν, οὔτ' ἂν εἰ νῦν ἀπέγνωκε δικαίοις τοῖς ἐκείνων ἐχθροῖς συνεχῶς ἐναντιοῦσθαι. Euripides: οὐχ ἑτέρας φάσ' ἀλλὰ καὶ μεσημβρίας τούτους ἀπηλπίκασιν. καὶ ἄπεστι τρίτην ἡμέραν. Euripides Hecuba, τριταῖον ἤδη φέγγος αἰωρεῖται, δοῦπος ἐν γῆ τῆδε χθονίων, μήτης ἐμὴ δμῶς ἐκ τροίας πάρα. Et nos absum tertium diem. φεύγω σὲ ὥσπερ πάντες δὴ πεφεύγασιν τὸν ἐπικείμενον κίνδυνον, καὶ πάσσα πέφευγας τὸν ἐμὸν ἱκέσιον δίαν, εὐριπίδης. Nos fugio te.

Lucanus in. ἡ. Heu demens non te fugiunt, me cuncta sequuntur. Attici. ἀπέδραμε καὶ ἀπέδρα με. Plato ὁ προταγόρα, ὁ γάς τοι παῖς με ὁ σάτυρος ἀπέδρα. Illi dicunt, ἔρχομαι τούτω τὼ ὁδόν, ὃ ἔρχε ταύτη τῆ τρίβω, id est διὰ ταύτης φησὶ τρίβου. καὶ ἀπελθὼν τὼ ὁδὸν καὶ τῆ ὁδῷ. Nos quoq; ire uiam & ire uia. Cicero pro Muræna: Hanc uiā dico ire uiam. Virg. in. iῆ. Aenei. longam incomitata uidet Ire uiam. ἀστίως ὃ ἄρα. Et præteritū paulo ante & præsens significat apud illos. Euripides ὁ ἱππολύτω στεφανηφόρω, ἦν ἀστίως ἔλθωμεν εἰς φάος τόδε, οὔπω χρόνον παλαιὸν εἰσεδέχετο. Idem ὁ ἑκάβη, δακρύω σ' εἰσορῶν πόλιν τε σὴν, τήνδ' ἀστίως θανοῦσαν ἔγγονόν σέθεν. Menander ὁ ἐπιτρίτοις, εἴσειμι πρός σε κεἰσῆλθ' δὲ γ' εἰς ἄρα κατανοῶ. Lucianus, ἄρα μὴ ἐς τὸ κάλλος, ἄρα δ' εἰς τὰς πράξεις, ἢ τὸν πλοῦτον, ἢ νοῦν μὴ ἐς ἀσθένειαν, νοῦν δὲ ἐς ἡδονὴν ἀποκλίναντος. Romani quoq; aduerbiū modo in eadem utriusq; temporis significatione ponūt. Terē. in Phorm. modo apud portū meum ne modo dixit pro nuper. Idem in Eunu. modo ait, modo negat, p nunc ait, nunc negat. Donatus in secūda arte de nomine, Sed modo nomina generaliter dicimus, pro nūc dixit modo. Nos grauor hanc rē & hac re. Virg. in. x. quid si quod uoce grauaris Mēte dares? illi βαρύνω τῶδε ἔγωγε πράγματι. ἀριστείδης, οἱ δ' ἧκον οἴνῳ βεβαρυκότες οἱ ναύται, καὶ βαρύνομαι τότε ὃ τότῳ καὶ τότο. Sophocles ὁ φιλοκτήτη, μὴ βαρυνθῶσιν κακῇ ὁσμῇ πρὸ τοῦ δέοντος. Idem ὁ τραχινίοις, κακοῖσιν οἷς ἐγὼ βαρύνομαι. Idem, ὅπως μὴ βαρυνθήσεταί με * ἄνω ὑπνοῦσ μὴ σκληρωθῇ τε τῇ ἐμῇ ξυντυχία βαρυώμενοι. Virg. in Buco. Nescio quis teneros oculus mihi fascinat agnos. Attici βασκαίνεται τόνδε. Demosthenes ὁ τοῦ ὑπὲρ κτησιφῶντος, ὁ δὲ σιγήσας ἡνίκα ἔδει λέγειν ἄμα δ' ὑποκολακευθεὶς, τοῦτο βασκαίνει ὃ βασκαίνω σοι ἤγουν φθονῶ, βασκαίνω δὲ σε ἤγουν μέμφομαι, ἀριστείδης καὶ τοῦ βασκαίνειν τὴν ἄνδρα ἀφέσκει. Illi βελομένοις ὄσιν ἡμῖν.

Demosthenes γὰρ περὶ ὑπὲρ κτησιφῶντος, περὶ δὲ πομπείας ταύτης περὶ ἀναίδην οὕτωσὶ γεγενημένης ὕστερον ἄρα βουλομένοις ἢ τότε ἀκόσμως μνησθήσομαι. Salluſt.in Iugurt. neq; illi Senatus, quan quam aduerſus erat de ullo negocio abnuere audebat. Cæterum ſupplemẽtum etiam lætus decreuerat,quia neq; plebe militiam uolente putabat Marius,aut belli uſum,aut ſtudia uulgi amiſſurus. γὰρ coniunctio cauſalis inuenit, & repletiua, & confirmatiua apud Græcos,quomodo & apud Latinos. Homerus, οὐ μὰν τοι χερείων

ἀλλ' ἐν πρώτοις πεδίῳ πύκα δουρικτάων πόντῳ κεκλιμένοι ἑκὰς ἄμεθα, πατρὶς δὲ αἴης. Abundat enim γὰρ. Plato, συμμαχεῖν οὕτως ἤρξαντο ἐγὼ γὰρ ὑμῖν νῦν φράσω. Ariſtophanes, οἱ γὰρ βλέποντες τοῖς τυφλοῖς ἡγούμεθα, λῆρος, οὐ δῆτα παύσομαί γε μὰν φράσας μοι. κατηγορεῖς γὰρ περὶ μαθεῖν δ' πρᾶγμά μου. Virgilius in quinto:

Heu quia nam tanti cinxerunt æthera nimbi? Similiter enim Teren. in Adel. Enimuero non ſinam. Attici γελωτοποιῶ τόνδε. Terent. in Eunuc. Quin inſuper ſce lus poſtq̃ ludificatus eſt uirginẽ. Illi γένει ποδαπός, ἢ γένος. Herodotus, κρῖσος ἦν λυδός. μοὶ δ' γένος παῖς δὲ ἀλυάττεω. Demoſthenes γὰρ περὶ τῶν ἀπελθῶν, ἔστι γὰρ γένει μὲν ὁ λεύκων δὴ πάνυ ξένος Ἕλλην εἰμὶ δ' γένος, βάρβαρος ὢν τὸ γένος, ἑλληνίζω τῇ φωνῇ. ξυμμαῖος γὰρ γένει. Virg. in.v. Creſſa genus Pholoe geminiq; ſub hubere nati.

Idem in.viij. Qui genus? unde domo? pacem ne huc fertis,an armas? Sallu. in Ca til. Hæc mulier genere atq; forma, præterea uiro atq; liberis ſatis fortunata fuit. ἀλλὰ coniunctionẽ illi & pro ἀ, & pro γῶν ponunt, quõ & nos at & uel, & aut pro &, & p ſaltem,uel aũt,etiam pro ualde inuenit. Illi φίλος αὐτῷ ἢ αὐτῷ. ὅμοιος. προσήκων. ξένος. συγγενὴς ἀδελφός, ἀδελφιδοῦς καὶ τὰ ὅμοια ὅμοιος εἰμί σοι καὶ ὅμοιος ἢ παῖς. ὑμῖς δὲ εὐχετ' ὅμοια τοῖς βουλεύμασι. Nos quoq; ſimilis illius & illi, affinis,cognatus,hoſpes,neceſſarius,pa truelis,& ſimilia, δεῦρο,ἄγε,φέρε,ἄγετε,εἶα,apud illos loco aduerbij ponunt, quomodo a pud nos age & agite. Virg.in.vij. Quare agite ò iuuenes. Idem in.iij. Eia age rũ pe moras,uarium & mutabile ſemper Fœmina. Similiter agedum. Græci quoq; πέν τε καὶ δέκα,δέκα καὶ πεντε. Nos cõtrà quindecim,& decem & quinq;. Liuius tũ frequenter etiam ſine cõiunctione ſeptemdecim & decemſeptem dixit. δὲ cõiunctio tam cõpleti ua q̃ confirmatiua inuenit apud illos. Thucydides, κίνησις γὰρ αὕτη μεγίστη δὴ τοῖς Ἕλλησιν ἐγένετο. quomodo apud nos uero & aũt. Salluſt.in Catil. Verum eñuero is demum mihi uiuere atq; frui anima uidet. Terent.in Adelp. Id aũt angiportum non eſt peruī um. Cicero in Prognoſticis: Aſt autem tenui,quæ candent lumine Phatnæ. Simi liter nam enim,ergo,non ſolum cauſales uel rationales, ſed etiam cõpletiuæ & confir matiuæ inueniunt,& præpoſitiuæ,& ſubiunctiuæ,quomodo δὲ apud Græcos. Ἐξέμεθεν,ἐκσέθεν,δεῦρο. Homerus ἰλιάδος.θ. σθένεϊ χραυσείῳ δεῦρο οὐρανόθεν κεκμάσαντες. Idẽ ἐξουσείας ά: δεῦρ' ἐμέθεν γάρ φασι κακ' ἔμμεναι. Hinc Romani omnibus caſualibus aſſumpſe runt ablatiuos,qa præpoſitio ſeparate aduerbijs nõ præponit,à me,à te,à ſe,ab illo: et qa huiuſcemodi caſus apud græcos in cõparatione ſine præpoſitione ponit,hoc quoq; noſtri ſunt imitati. Homerus, οὐ γὰρ ἔθεν ὄξι χερείων. Præpoſitiones eñ per cõpoſitionem antecedũt aduerbia. Illi ἐξόπιν,ἀντὶ τοῦ ὀπίσω οὖσης. Lucanus in.vij. Omnia maiorẽ uerta mus buſta licebit,id eſt ſi licentia erit. Duplicant illi præpoſitiões. Iſocrates γὰρ περὶ αἰγι νητῶν,ἐρῶν τὴν μητέρα τοῦ ἑαυτοῦ καὶ τὴν ἀδελφὴν ἐκ μὲν τοῦ παιδὸς ἐκπεπτωκυῖαν. Aeſchines, ἐξορμήσας ἐκ τοῦ πόλεως. Teren.in Andria: Adeon' ad eũ? Cicero in.i. Inuect. Egredere ex urbe Ca tilina,iubet conſul. Illi ἐξέρχεται τοῦδε τόνδε. Virg.in.xi. & uim uiribus exit. Lucan.in viij. exeat aula Qui uult eſſe pius. Solinus, poſtq̃ Tatius hominem exiuit. Illi ἐξαυτὸν μῶνος τόνδε καὶ τοῦδε. Terẽ.in And. Et cũ eo hanc iniuriã expoſtulẽ. Illi ἐξαρκεῖ αὐτοῖς ἀρέσα πυκνόσιν εἶναι καὶ ἀρεσπυκνέναι. Nos ſufficit illis prãſis eſſe & prãdiſſe. Huic cõſimile eſſe ui det,fieri opus eſt,& facto opus eſt: dici opus eſt,& dicto opus eſt: pugnari opus eſt,& pugnato opus eſt. Quomodo eñ illa,ſic etiam iſta pticipia p infinitis uerbis ponunt. Sallu.in Cati. Nã & priuſq̃ incipias conſulto,et ubi cõſulueris mature facto opus eſt. Hæc aũt elocutio ad paſſiuæ ſignificationis ptinet participia, ſiue abſolutæ. Illi ἐξέσκεπται τόνδε καὶ τοῦδε. Demoſthenes γὰρ περὶ τῶν ἀπελθῶν, ἐπεὶ δὲ ὁρᾷς οὐδένα πώποτε κίνδυνον ἐξέσκεψαν-

Aristophanes Βατράχοις, εὐφημεῖν χρὴ κἀξίσασθαι τοῖς ἡμετέροισι χοροῖσιν. Huic simile est ppugno tibi & te. Statius in ij. Theb. hostili propugnas pectora parma. Coniūctioni εἰ, quæ est ἐὰν, apud illos tam εἰ q̄ ἐὰν reddit in partitione. pro utraq; Romani si ponūt, in redditione tamen partitionis plerunq; sin, ut Virgilius in ij. Georgicorum:

Sin has ne possim naturæ accedere partes. Idem in primo:

Sin ortu quarto, namq; is certissimus autor, Lucidus orbis erit. Apud illos tam ἐὰν quomodo & ὅπως, & ἵνα optatiuis & subiunctiuis coniungūtur. Plato in Gorgia ὥσ' ἐμοιγε κἂν τὴν ἡμέραν ὅλην ἐθέλοιτε διαλέγεσθαι χαριεῖσθαι. Homerus, ἄθεμοι ὥς μεμαῶτα πρὸς αἶαν γλαυκῶπιν. Idem, ἀλλέ μοι ὦκα ζεὺς ἀγλαὸν ὄμβρον ἀθήνῃ. Similiter Romani si quod tam pro εἰ q̄ pro ἐὰν græcis coniunctionibus, ut dictum est, accipitur. & dum, & ut quando pro ὅπως uel ἵνα, ponuntur, tam optatiuo quàm subiunctiuo inueniuntur coniuncta. Virg. in. vi. Si nunc se nobis ille aureus arbore ramus, Ostendat. Idem in. i. Aeneidos:

Multa quoq; & bello passus dum conderet urbem.

Terentius in Phor. ut illum diĳ omnes perduint, pro perdant. Ἑαυτὸν ꝓprie quidē est tertiæ personæ. inuenitur tamen & primæ & secundæ adiunctum. Menander: οὐκ ἀυτὸ γάρ ἐγκαφίω ἀλλά σοι. τυτέσιν οὐκ ἐμαυτῷ. Romani aūt ipse quidē, quomodo & illi τὸ ἀυτὸς & pro prima & pro secunda accipiunt persona. Sui uero nunq̄ nisi tertia inuenitur. Virgi. in. ij. æneid. quæq; ipse miserrima uidi. illi dicunt ἑαυτοὺς ἀδικῶσι, pro ἀλλήλους. Thucydides in. iij. ἡμέρας τὲ ἀναμιμνήσκομεν ἐκείνης ἣ τὰ λαμπρότατα μὲν ἑαυτῶν πράξαντες, νῦν δὲ τῆδε τὰ δεινότατα κινδυνευόμεν παθεῖν. Demosthenes ꝓ Ctesiphonte, πάντας συνέκρυσε, καὶ πρὸς ἑαυτοὺς ἐτάραττεν. Romani inter se dicunt, pro hoc. Virgilius in. i. Aenei.

Artificumq; manus inter se operumq; laborem Mirantur.

Terentius in Adelphis: uideo amare inter se. Cicero in primo inuectiuarū: nefarios scelere inter se coniūctos. ego adiungit primæ personæ uerbi significantiæ causa, tam apud Latinos q̄ apud Græcos, ἐγὼ τὸ πρᾶγμα γινώσκειν δοκῶ. Demosthenes in Androtionem, ἢ ποτέρα ὥς ἀπέκτονα ἐγὼ ἢ ἐμαυτόν. Virg. in. iiij æneid. ego te quæ plurima fando, Enumerare uales nunq̄ regina negabo Promeritam: Sin autem addatur etiam ipse, discretionē & significantiam auget. Virgilius in. v. Ipse ego paulisper ꝓ te tua munera inibo. Iuxta & prope & datiuo & accusatiuo iunguntur. Plato legum decimo, νῦν δέ τι τούτων ἐγγύτατα φιλοψυχίας ἕνεκα. Lysias ὧν ὧδ' περὶ ἢ ἀγωνάσθησε, κἂν τούτοις ἐγγύτατα γένοιο σωφρονῶν. Plato legum nono, ὁ τὸν πλησιάσαντα γένει ἐγγύτατον. Virgilius in octauo, Est ingens gelidum lucus prope Ceritis amnem. Idem in eodem: propiusq; periclo, It metus. Cicero pro Milone, proxime deos accessit Clodius. Illi ἐγγύσα. καὶ ἐγγύτατα ὦμι, καὶ γόνυ κνήμης ἐγγύς, προοιμία ἐπὶ τὴν τοὺς οἰκείους εὐεργετοῦντων, ἐγγύς τὸν βωμὸν νεώς. Xenophon Agesilao, ἐκεῖνον τοίνυν ἀγελίας μὲν ἐλθόσης αὐτῷ, ὡς ἐν τῇ κορίνθῳ μάχῃ, ὀκτὼ μὴ λακεδαιμονίων ἐγγὺς ἦ μύριοι πεθναίεν. Sallustius in Catilina. Quod tamen uitium propius uirtutem erat. Idem in Iugurth. propius mare Africum agitabant. Virg. in. i. georg. propius stabulis armenta tenerent. Idem in quarto: Neu propius tectis. Idem in tertio:

Et faciem tauro propior. Nam genitiuo neque præpositio, nec aduerbium loco præpositionis positum apud Latinos bene adiungitur. excepto tenus quod tam ablatiuo q̄ gtō adiunxit. Virg. in. iij. Aenei. Pube tenus postrema immani corpore Pistris.

& georgicorum tertio: Et crurum tenus à mento palearia pendent.

μέχρι τῆν πολῶν ἴκηϛ, ἐγκώμιον μὴ τὸτον, λέγω. Demosthenes μὴ φιλίππου β. ὁ καὶ μέγιστόν ἐστι καθ' ὑμῶν ἐγκώμιον ὦ ἄνδρες ἀθηναῖοι. Romani quoq; frequent huiusce modi elocutione utūtur, Laudem dico in te. Persius: Siue opus in mores, in luxum, in prandia regum Dicere: ἐγκύκλιον græci, & de ꝓbabilibus & uilissimis rebus dicūt δείναχον ὧν δὲ καὶ πολυειδῶς. ἀνθρώπου μιθωτὸν πάντα τὰ ἐγκύκλια ἀδικήματα κάκιστον. Hinc Romani in ordinem redactus est, hoc est, inter uiles & abiectos connumeratus. Liuius in trigesimo ab urbe condita: Tribuni plebis in ordinem redacti, pro contemptissimis habiti sunt. Hinc etiam extra ordinem redacti, pro egregĳ dicuntur. Attici ἐγχειρικώτερον ἀγωνιστέ. Xenophon ἐγκωμιῶν δ' ἦν δ' οὗτος ὁ ἀνὴρ εὐχαρίστατος, οὐχ ἥκιστα τῶν θεμιστοκλέους, μᾶλλον

δὲ σωπεταγμένῳ καὶ ἐγκεκλικώτες ἀρετῆ. Cice. in Verr. Experiens uirtutis. Vir. in. x.

Quem tamen haud expers Valerus uirtutis auitæ Deïcit.

Similiter dicimus experiens causarum. & omnia ferè participialia præsentis temporis uocem habẽtia, genitiuis solent adiungi. amans illius, similiter patiens, fidens, fugitans.

Teren. in Phor. Herus liberalis est, & fugitans litium.

Virg. in. ij. Geor. Et patiens operum paruoq; assueta iuuentus.

Illi ἀρέσκει μοὶ πλειγινομλύῳ θριαμβεύειν, & rursus ἀρέσκει μοὶ νικῶντα θριαμβεύειν. Aristophanes, ἔδοξεν αὐτῷ τόδε πρᾶξαι τόδε ἐπεξεργάσασθαι. & rursus, ἔδοξεν αὐτῷ τόδε πρᾶξαντα τόδε ἐπεξεργάσασθαι. Herodotus κλεοῖ. μακροτέρης δέοι γενομλύης ἢ νόσου, πέμπει ἐς δελφοὺς θεοπρόπους, εἴπε δὴ συμβουλεύσαντός τῳ, εἴπε καὶ αὐτῷ ἔδοξε πέμψαι τὴν θεὸν ἐπείγεσθαι περὶ τὴν νόσον. Nostri quoq; placet illi uincenti triumphare, & placet illi uincentẽ triumphare. Illi εἰς pro ᾧ ponunt. Aristophanes ᾧ γὰρ πλάτῳ μὰ δί' ἀλλ' ὅπερ πάλαι προσκυλαζόμλυω ἐγὼ κατακλινῆναι αὐτὸν εἰς ἀσκληπιεῖον κράλσόν ἐστι. Idem, σφηξίν. νύκτως κατέκλινεν ἐς ἀσκληπιεῖον. & Thucydides πρώτη. ταῦτα ἡ ἱκετὴ καθεζόμενοι εἰς τὸ ἡρῶον ἐδέοντο. & Xenophon οἰκονομικῷ. μήν μήγε φανῆς ἔφη καὶ εἰς τοῦτο ταῦτα ἐμοὶ ἐπισάμενον. & Herodotus, τὸν θρόνον εἰς τὸν προκαθίζον ἐδίκαζεν.

Frequenter Romani in præpositionem, quæ εἰς quidem significat accusatiuo præposita, ᾧ uero ablatiuo, accusatiuo pro ablatiuo adiungentes, hoc imitãtur. Terentius in Eunucho, In quem exempla fient, pro in quo. Idem in Adel. Vereor in ostẽte laudare amplius, pro in ore. Cicero Inuectiuarum. i. Si minus in præsens tempus, at in posteritatem impendeat. ἀλθάνομαί σε ποιοῦντα τόδε, καὶ ἀλθάνομαι τῳ ψυχῇ ἄχεα αἴθησιν λαμβάνω. Thucydides in primo, καὶ τότε ἀλθάνοιντο αὐτοὺς μέλλοντας, καὶ ἰσοκράτης παινεῖ κῷ. οὕτω γὰρ τῶν ἐκείνων τὰ διάνοιαν ἀλθήσῃ, καὶ σε αὐτὴν οὐ καταφανῆ ποιήσεις. Lucanus in .iiij. non sentiet ictus. Virgilius in .iiij. Aenei. sensit emẽ simulata mente locutam. ἀκούω σοῦ λέγοντος καὶ ἀκούω τὸ ἧχος. Demosthenes philippicorum tertio, ὅταν τὲ εἰς τὰ πράγματα ἀποβλέψω. καὶ ὅταν εἰς τοὺς λόγους οὓς ἀκούω. Virgilius in Buco.

Audiat hæc tantum uel qui uenit ecce Palæmon. Idem in. xij.

Audiat hæc genitor qui fœdera fulmine sancit.

Nec licet aliter latinis supradicta uerba cõiungere nisi cum accusatiuo, ut sentio illum, audio illum. Quomodo & curo, patior, impetro, impedio, quæ græci etiam genitiuis solent sociare uel datiuo. πάσχω τῶν κακῶν, καὶ τοῖς κακοῖς, καὶ εἰσοφᾶς ἃ πάσχομεν κακά. Isocrates panegirico οὐκ ἀμνημονῶν οὔτε ἐκείνων. Demosthenes philippicarum .ij. οὔτε ἀμνημονεῖ τοὺς λόγους, οὔτε τὰς ὑποχέσεις ἐφ' ἃις καὶ εἰρήνης ἔτυχεν. Aristophanes, ὄιμοι σοφίας ἧς ἐμνήσθης. Virg. in. iiij. ænei. nec meminisse pigebit Elisæ. Idem in Buco. numeros memini si uerba tenerem. Isocrates in Archidamo, ᾧ θυμηθέντας ὅτι κάλλιόν ἐστιν ἀντὶ δυνατοῦ σώματος, ἀθάνατον δόξαν ἀναταλάξασθαι. Demosthenes ᾧ τῇ πρὸς καὶ ἑαυτοῦ καθόλου ἐπισολῇ οὐδὲ ᾧ τοῖς μετὰ ταῦτα χρόνοις ἀπέσται καὶ εἰς ὑμᾶς εὐνοίας. οὐδ' ἀντηλλαξάμην ἀντὶ ταύτης οὐδενὸς οὐ χάριν, οὐκ ἐλπίδας, οὐ πλοῦτον, οὐ δωρεὰν οὐκ ἀσφάλειαν. Sallustius in Iugurth. Pro metu repente gaudium mutatur, id est metus gaudio mutatus est. Horatius in. i. Carm. sæpe Lucretilem Mutat Lycæo. p Lycæum mutat Lucretili. Demosthenes ᾧ δεῖ καὶ αὐχίνης πρὸς καὶ πρεσβείας ὅπερ τῶν τρόπαια καὶ τὰς ναυμαχίας λεγόντων ἀνέχεσθαι. Idem p Ctesiphonte, εἰ μὲν ἴσεμε τοιοῦτον οἷον οὗτος ἔλαττο, οὐ γὰρ ἄλλοθί που βεβίωκα ἢ παρ' ἡμῖν, μὴ δὲ φωνὴν ἀνάσχεσθαι. Lucanus in. i. patimurq; uolentes Exilium. Nec aliter dicunt Latini. Homerus: εἰρειά τε ξείλω καὶ δηλοσύνλω ἀνέχεσθαι. Xenophõ ἀπομνημονεύματῳ primo, ἀλλὰ καὶ τοὺς φροντίζοντας τὰ τοιαῦτα μωραίνοντας ἐπεδείκνυεν. Virgilius in Bucolicis: amor non talia curat. τί δῆτ' ἐφρόντισας, σοῦ δῆλον φρονῶ. Nec aliter dicimus, ἐμποδίζω σὲ καὶ σοὶ, Romani impedio illum, Xenophon in eodem, ταύτῃ καὶ ψυχῆς ἐπιμέλειαν οὐκ ἐμποδίζειν ἔφη. Lucanus in octauo: quo tempore primas

Impedit ad noctem iam lux extrema tenebras.

Sic omes autores, Potior illius & illum & illo ἀπολαύω τῳ, τῶνδε καὶ τόδε. Idem, ἀγαθὸν γὰρ ἀπέλαυσ' οὐδὲν αὐτῳ. Terentius in Adelphis:

Ille alter sine labore patria potitur commoda. Cicero inuectiuarum secundo:

Rerum potiri uolunt. Virgilius in .i. optata potiuntur Troes harena. Aeſchines. Idem.

Impetro illam rem dicimus, ſicut te Attici. Eupol. ἐν δήμοις. λέγε τοῦ ἐπιθυμῶ καὶ δυοῖν ἀτυχήσας ἐμοῦ. Idem, προσάπτοις, πάντα γὰρ τυχὼν αὐτῇ. Proſpicio & prouide o illi & illum. αὐχίνας ἐν ᾧ δεῖ καὶ κτησιφῶντα, καὶ γράφειν ἔφη ψήφισμα ὁ τοῖς πολεμίοις συδέποτε ἀνυβελέφας πέμπειν ὑμᾶς πρέσβεις. Virgilius in .vi. proſpexit longe uenientẽ. Idem in .i. & alto proſpiciens. Terentius in Hecyra: Tibi proſpexi. Memini illius rei, & illam rem. Demoſthenes ἐν ᾧ δεῖ πᾶσι τοῦ σεφάνου, ὃν ἐμοὶ πεπραγμένων οὐχὶ μέμνηται. Homerus Iliad .i. μέμνημαι τόδε ἔργον ἐγὼ πάλαι οὐδὲ νέον γε. Virgil. in .iiij. nec meminiſſe pigebit Eliſæ. Idẽ in Bucolicis: numeros memini ſi uerba tenerem. Nos attinet ad illam rem ἀνήκει πρὸς τόδε, λυσίας ἐν ᾧ δεῖ καὶ μικίνου, οὐ πρὸς ἑταίρας ἀπίας ἀνήκειν δοκοῦντα παραλελεῖφθαι. Terẽtius in Eunucho: Scin tu turbam hanc te propter eſſe factam? & adeo ad te attinere hanc Omnem rem? illi ἄξιός ἐστι μισεῖσθαι ὑπὸ τοῦ πόλεως ὁδιονα. Hyperides ἐν ᾧ δεῖ καὶ πασικλέους.

Pro hoc Latini dicunt dignus eſt odio eſſe urbi, & dignus qui odio ſit urbi. Virg. in .vij. dignus patriis qui lætior eſſet

Imperijs, & cui pater haud Mezentius eſſet. μηνύω σοὶ καὶ ἀγγέλλω σὲ dicunt illi. Cicero inuectiu. ij. Nuncio tibi inquit hodiernis comitijs te eſſe abſolutum. illi ἀπέχομαι τούτου καὶ τοῦτο. nos quoq; abſtineo illius & illum & illo. Plato πολιτικῷ primo: οὐκ ἀπεχόμην τοῦ μὴ οὐκ ἐπὶ τοῦτο ἐλθεῖν ἀπ' ἐκείνου. Idem legum ſecundo: καὶ ἔδει ἀπέχεσθαι τῶν ἀλλοτρίων. Terent. in Adelph. non manum abſtines maſtigia. Horati. in lib. Carminum .iij. Mox ubi luſit ſatis, abſtineto Dixit irarum calidæq; rixæ.

Virg. in .vij. Abſtinuit tactu pater, auerſusq; refugit
Fœda miniſteria. Demoſthenes, καὶ πῶς ἂν ἐν εὐβοίᾳ τέθηκα ἀποδοκίμου τὸ φίλιππον. Huic ſimile eſt illud Virgilianum: fremit arma iuuentus:
Et in Bucolicis, Formoſum paſtor Corydon ardebat Alexim.
Attici dicunt βόσκομαι τόδε ἢ τῷδε, βόσκειν τὸν ὕλλον τὸ πῦρ. Huic ſimile eſt, paſcitur illam rem & illa re. Virg. in .ij. Aenei. & miſeros morſu depaſcitur artus.
Idem in .iij. Geor. Paſcuntur uero ſyluas & ſumma Lycæi.
Idem in eodem, Frondibus hirſutis, & carice paſtus acuta.
Idem in Bucoli. Hinc tibi quæ ſemper uicino ab limite ſepes
Hyblæis apibus florem depaſta ſalicti.
Horatius in .iij. Carminũ: Me nunc threſſa Chloe regit Dulces docta modos & citharam ſciens, Homerus: πολέμων εὖ εἰδώς. Euripides: οὐχ ἑκοῦσας φασὶν ἀλλὰ καὶ μεσημβρίας, τοὺς ἀφεσίκασιν ἡμέραν τρίτην. Huic ſimile eſt illud Virgilianum in .vij.
Parte alia Marti currumq; rotasq; uolucres Inſtabant. Idem etiam datiuo adiunxit in .i. Aeneid. inſtans operi regniſq; futuris. Attici ἐκάθητο ζῆν ὅλας μῆνας ἐν μακεδονίᾳ. Virgilius in primo Aeneid. una cum gente tot annos Bella gero.
Idem in nono: Omne ærum ferro teritur. Nos dicimus deſpero illum.
Lucanus in .v. Deſperare uiam & uentos conuertere curſu Sola ſalus. Attici quoq;, ut Demoſthenes, ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδ' ἂν ἡγοῦμαι φίλιππον, οὔτ' εἰ τὰ πρῶτα βιαθεὶς ἄκων ἔπραξεν, οὔτ' ἂν εἰ νῦν ἀπέγνωκε θκαίους τοῖς ἐκείνων ἐχθροῖς συνεχῶς ἐναντιοῦσθαι. Illi ἀπέστραμαι καὶ ἀπέστραμαι. Plato in Protagora: ὁ γάρ τοι παῖς μὲ ὁ σάτυρον ἀπέστραται. Similiter Romani, fugio illum & ab illo. Luca. in .ij. Heu demens non te fugiunt me cuncta ſequuntur.
Virgil. in .iij. Effugimus ſcopulos Ithacæ Laertia regna. φεύγω σὲ. ὥσπερ πέφευγας τὴν ἐμὴν ἱκετέσιον δίαν. καὶ φεύγω ἀπὸ σοῦ καὶ ἀπὸ τοῦ πατρίου, φόνου. Attici dicunt πιστὸς καὶ ἄπιστον τοῦτο καὶ πρὸς τοῦτον. Similiter nos perfidus & infidus & fidus iſti & ad iſtum.
Luca. in octauo: Quanq; fuit læto per treis infida triumphos,
Tam miſero fortuna minor. Virg. in nono: hic Dardanio Anchiſæ
Armiger ante fuit fidusq; ad limina cuſtos.
Illi ἀπελθεῖν τὴν ὁδὸν ἢ τῇ ὁδῷ. Sic etiam Latini, ut Cicero pro Muræna: hanc uiam dico, ite uiam. Virgilius in quarto Aeneidos: longam incomitata uidetur Ire uiam.

Illi ἀρέσκω αὐτόν, καὶ ἀρέσκομαι αὐτῷ. Nos placo illum & placor ab illo, uel placor illi, & placeo illi. Attici ἄρχομαι λέγειν ἢ ἄρχομαι τοῦ λόγου ἢ ἄρχομαι δὲ βιβλίου καὶ ἄρχω τοῦδε ἢ τόδε ἐπὶ τοῦ κατάρχω. Euripides, αἷ αἷ κατάρχομαι νόμου, βακχείων ἐξαλάσιος. Sophocles, λακαίναις. θεοῖς ἄρ' ὄυ ποτ' εἶα χρὴ βροτὸν λέγειν ἄξασι φυξὶ πλὼ κατ' ἀργείας ὕβριν ξυναιμωτὰ ταυτα, μὴ μαχου βιαι. Nos quoq; ſoli accuſatiuo incipio, excipio uerba coniungimus. Virgi. in Buco. Incipe Mænalios mecum mea tibia uerſus. Impero uero quando τὸ ἄρχω, id eſt ἡγεμονεύω ſignificat, datiuo cõiungitur, quando uero προστάσσω, datiuo ſimul & accuſatiuo. Virg. in primo Georg. Exercetq; frequens tellurem atq; imperat aruis. frequenter illi εἰς præpoſitionem pro ἐν ponunt, Ariſtophanes σφιξὶν. νύκτως κατέκλινεν ἑαυτὸν εἰς ἀσκληπιόν, & Herodotus θρόνον εἰς τὴν προκαθίζων ἐδίκαζεν. & Thucydides πρώτη: καθεζόμενοι εἰς τὸ ἡρῶον ἱκέτη. & ξενοφῶν οἰκονομικῷ: ἢν μή γε φανῇς ἔφη εἰς τοῦτο καὶ ταυτὰ ἐμοὶ ἐπισάμενος. Frequenter & Romani in præpoſitionem accuſatiuo pro ablatiuo iungentes hoc imitantur. Terentius in Eunucho: In quem exempla fient, pro in quo. Idem in Adelphis: uereor in os te laudare amplius, pro in ore. Attici εἰσῆλθέν με δέος, καὶ εἰσῆλθέ μοι. Iſocrates ἐν τῷ πρὸς φίλιππον: περὶ ὧν μηδεὶς πώποτε λογισμὸς αὐτοῖς εἰσῆλθεν. Plato πολιτείας primo: εἰσέρχεται αὐτῷ δέος καὶ φροντίς. Lucanus in.x. Intrauit Cleopatra domum. Virg. in.x. Aeneid. ſubijt mucronem ipſumq; morando Suſtinuit.

Idem in.viij. Iamq; propinquabant caſtris muroſq; ſubibant.

Idem in ſexto: Iam ſubeunt Triuiæ lucos atq; aurea tecta. Et illi ἐκκέκοπται τὴν ὀφθαλμόν. Virg. huic ſimile in.i. Nuda genu nodoq; ſinus collecta fluentes.

Frequenter εἰ pro ἐὰν ponunt autores Græcorum. Homerus:

εἰπὲ γάρ τε χόλον γε καὶ αὐτὴ μαιομαι καταπέψω,
ἄλλαγε καὶ μετόπιθεν ἔχω κότον ὄφρα τελέσσῃ.

Idem: ἄρσαντες κατὰ θυμὸν ὅπως ἀντάξιον ἔσαι,
εἰ δέ κε μὴ δώωσιν. Romani pro εἰ & pro ἐὰν ſi ponunt εἰπέ μοι dicunt. Attici etiam ad multos, huic ſimile Terentius in Eunucho: Aperite aliquis actutum. Idem in eodem: Neſcio quid abſente nobis domi turbatum eſt. Illi εἰς δ' ονύσσου, Terentius in Adelphis: ubi ad Dianæ peruenerís. Plato πολιτειῶν. iij. ὃς εἷς ἕκαστος, ἐὰν μὲν ἐπιτήδευμα, καλῶς ἐπιτηδεύει πολλὰ δὲ οὐ. Salluſtius in Catilin. Vnumquemq; nominans laudare, Cicero ſingulas uniuſcuiuſq; domos. Participia pro uerbis ponũt Attici, quod frequenter faciunt Latini. Ariſtophanes: ταῦτ' ὄιμαι λέγουσιν ἀπατῶντες, δρῶντων ἀπεχνῶσ' ὅτι χρήσουσι, pro δράτωσαν. Xenophon Hieroni, ἐπεὶ δὲ ταῦτα αὐτῷ ἤκουσεν, ὁ σιμωνίδης εἶπεν, ἔοικεν ἔφη ὦ ἱέρων μέγα τι εἶναι ἡ ἀμαθίᾳ ἥς ὀρεγόμενοι οἱ ἄνθρωποι ἀντὶ τοῦ ὀρέγουσι. Phrynichus: ὦ φίλταται ἀνδρῶν μὴ μὲ ἀμαθάσας γένῃ pro μή με ἀμάθησης. Terentius in Andria: Quid meritus, pro quid meruiſti. hoc Romani faciunt in omnium paſſiuorum, & deponentium, & communium præteritis, per quæ participijs utuntur pro uerbo, ad iungentes uerbum ſubſtantiuum, frequenter tñ & per eclipſin eius, p ſe participia loco uerborũ funguntur, ut Vir. in.i. Aen. Certe hinc Romanos olim uoluentibus annis
Hinc fore ductores reuocato à ſanguine Teucri,
Qui mare qui terras omni ditione tenerent Pollicitus. deeſt es. Cicero pro Ligario: quæritur ſe prohibitum, deeſt eſſe. Illi εἰσὶ ὀρθὸν φρονῶ. & εἰς ταύτην πρόθεσιν. Salluſtius: in hunc modum diſſeruit, pro hoc modo. Illi μυσίαν αὐτὴν ἦγεν pro εἰς μυσίαν. Virg. in primo: Italiam fato profugus, pro in Italiam. Illi εἰς ἐμὸν pro ἐμοῦ. Nos quoq; in unum pro ſimul. Salluſtius in Catil. In unum conuocat. Illi εἰς ὅσον ἡλικίας, καὶ ὀυδενὸς χεῖρον. Nos quoq; hoc ætatis, & nihilominus. Illi ὅτι μαλίστα,. Terentius: Cum maxime Parmenone opus eſt. * ἑκατέρῳ de plebe duplici apud illos dicit. Simile Virgilius in .i & ſæuum ambobus Achillem. Illi ἐκ παντὸς τρόπου, καὶ παντὸς τρόπου, καὶ πάντα τρόπον. nos uero omnimodo, ἑκάστῳ & ἑκάσου de duobus non dicunt, quomodo necapud nos quiſq. Homerus:

ἀνδράσιν ἀλφεσιβοίην, ὅππως, ἐθέλησιν ἑκάστῳ.

Idem: λαοὶ δὲ θοὰς ἐπὶ νῆας ἕκαστοι ἐσκίδναντο.

βιάζομαι σὲ καὶ βιάζομαι ὑπὸ σοῦ, tam passiuam quàm actiuam habent significationem. Et nos multa habemus uariæ significationis uerba, ut ruo, moror, propinquo, tam actiuam quàm absolutam habent significationem. ἐλπίζω nõ solum de bono illi dicunt, sed etiam de malo. Herodotus in primo: ἐλπίζων γὰρ ὁ ἀλυάττις σιτοδίην τε εἶναι ἰσχυρὴν ἐν τῇ μελήτῳ, καὶ τὸν λεὼν πεπυθὼς ἐς δ' ἑξάτον κακῶς. Virgilius in quarto Aeneidos:

Hunc ego si potui tantum sperare dolorem,

ἄχθομαι, χαίρω ἥδομαι τούτοις καὶ τοῦτο. Atticum est, quomodo etiam apud nos inueniũtur doleo & gaudeo, lætor his & hæc. Salluſtius in Catilin. Et populus lætari & merito dicere fieri. Virgilius in Bucolicis:

Qui te Pollio amat ueniat quo te quoq; gaudet.

Salluſtius iu Catilina. Et quaſi dolens eius caſum. Attici ἔλαβε δίκην tam de accuſatore, quàm de reo dicunt. Similiter nos. Virgilius in quarto Aeneidos:

Vlta uirum pœnas inimico à fratre recepi.

Idem in .xii. Pallas te hoc uulnere Pallas,

Immolat & pœnas inimico ex ſanguine ſumit. Idem in ſecundo Aeneidos:

Idq; audire ſat eſt iamdudum ſumite pœnas. Attici,

ἐλάττων τόσων ἐτῶν καὶ τόσοις ἔτεσι. Similiter nos minor tot annos: nam minor .xxx. annos cum dicimus ad genitiuum, deeſt illo qui eſt. xxx. annorum ἥττων τούτου τριάκοντα ἐτῶν, & ſimilia. Horatius, maior Neronũ dixit in .iii. Carminum, Deiecit acer plus uice ſimplici Maior Neronũ. Subaudiendũ enim eſt ætate. Item minor fratrum dixit, pro unus fratrum qui minor eſt. Lucanus in quarto: & reppulit æſtus, Fortior Oceani. Intelligẽ æſtibus. Idem in primo:

Et Taranis Scythicæ non mitior ara Dianæ.

Subaudiẽdum eſt hic quoq; ablatiuus ara. Demoſthenes, ἐν ᾧ πρὸς ασθένειαν ὑπὲρ προικός, ἔπτα, ὡς ἐλάττων ταῖς χιλίαις ἐνομισάμην, ἐμποδὼν, pro præſenti dicũt. Thucydides in .viii. τὰς ἐμποδὼν αἰτίας μόνον ἐπισκοπῶν. Terentius in Adelphis:

Iſtuc eſt ſapere, non quod ante pedes modo eſt

Videre, ſed etiam illa quæ futura ſunt

Proſpicere. Attici, κωλύω, καθείργω, ἐπέχω, ἐμποδίζω ἐκεῖνον. ἰσοβαθῆς πρὸς ἀντίπαλον, ἴσῃ δὲ καὶ τόσῳ μᾶλλον εὐκρινὲς ὂν. ἀλλ' ἔχων ἀνάσασιν ἐνόμιζεν ἐμποδίειν αὐτὸν πρὸς πολλὰ τὴν πραγμάτων. Romani quoq; impedio illum (ut iam oſtendimus). Sophocles, ἄιανα δίκαι ος γόνῳ pro uero. Noſtri quoq; uerum pro iuſto & iuſtum pro uero frequenter ponunt. Virg. in .xii. Quæcunq; eſt fortuna mea eſt, me uerius unum Pro uobis fœdus luere & decernere ferro. uerius dixit p iuſtius. Attici ἐμμένω τούτοις καὶ ἐν τούτοις ἐνεπλέχθην τούτοις καὶ ἐν τούτοις. Nos quoq; permaneo his & in his, implicor his & in his, ἐμβλέπω αὐτῷ καὶ αὐτὸν καὶ εἰς αὐτόν. Sic & nos proſpicio illi & illum & in illum. Virg. in primo: & alto Proſpiciens. Teren. in Heauton. Tibi proſpexi. κατανεύω σὲ ποιήσειν. Ariſtophanes in Babyloniis: ἐννεύει μὲ φεύγειν οἴκαδε, nos quoq; ſimiliter annuit me fugere domũ. & ad dtm̃ dicunt tam illi q̃ nos, ἐννεύει μοὶ ποιεῖν, annuit mihi facere. Attici ἔνδον pro ἔσω. & ἔνδοθεν pro ἔνδον ponũt, aduerbia quæ ſunt in loco p ad locum, & quæ ſunt ad locum pro in loco ponentes. Noſtros quoq; autores inuenimus huiuſcemodi figura utentes. Virgilius in .iii. Aeneid. eiectum littore egentẽ Suſcepi, pro ad littus. Illi ἵδρυμαι περὶ τὴν ἀκρόπολιν, πεῖσαι καὶ τάφῳ καὶ τάφον καὶ ἐγκατέσκηψεν εἰς τόνδε τὸν τόπον καὶ ἐν ᾧδε, καὶ περὶ τόνδε. nos quoq; aſtitit illum locum & illo & illi, & circa illum. Virgilius in quinto:

Olli cœruleus ſupra caput aſtitit imber.

Iſocrates in Areopagitico, ἐν ταῖς αὐλητρίσιν, pro in loco in quo habitant tibicines. huic ſimile Cicero in primo Inuecti. Dico te ueniſſe priore nocte inter falcarios, id eſt in locum ubi ſunt falcarij, ἐνέγκων ὄνομα. Attici dicunt pro ἔχων. Virgilius in .iii. Aeneid.

Egregiã uero laudem, & ſpolia ampla refertis Tuq; puerq; tuus. Cratinus in Poetina, ἀτὰρ ἐννοῦμαι δὴ τὰ τ' μοχθηρίας τ' ἠλιθιότητος τ' ἐμῆς. ſimiliter nos, cogito quæ ſunt difficultates ſtoliditatis meæ. Illi ἕνιοι ἀνὲρ, nſi certi quidã, τ' ἕνεκα, eſt qñ ptermittũt Attici,

Thucydides, τὰς αἰτίας προσέγραψα πρῶτον μὲν τὰς διαφορὰς τοῦ μὴ ἕνα ζητῆσαι ποτὲ ἡ ἕξότε τοσοῦτος πόλεμος τοῖς Ἕλλησι κατέστη. Romani quoq; frequenter hac prætermissione utuntur in genitiuo nominũ, quæ supinorum terminationes habent, ut populi seruandi laborat, Reip. defendendæ periclitatur, deest causa. Sallust. in Iugurth. Quæ postquam gloriosa modo, neq; belli patrandi cognouit. Thucydides. i. πρὸ ἓξ ἐνὸς δέοντος τριακοσιοστοῦ ἔτους, pro ἐνὸς δέοντος. Inde dicũt nostri undeuiginti, undetriginta, duodeuiginti, duodetriginta, & similiter per cæteros denarios numeros. Hora. undeoctoginta dixit in secundo Ser. unde Octoginta annos natus cui stragula uestis, Hoc est. lxxx. annos ætatis habens, unde unum. Attici ἐναντίον τοῦδε, pro coram illo. Terent. in Andria: Id gratũ fuisse aduersum te habeo gratiam. Demosthenes: ἐν ᾧ κατ' αἰσχίνου, αὐτὸς ἠξιοῦτο τὸν νόμον ᾧ κήρυκι ἀντὶ τοῦ ὑπαγορεύειν. Romani uerbis præire & iurare in uerba illius, id est quomodo ille dictaret. Horatius in Epodo: In uerba iurabas mea Arctius atq; hedera procera astringitur ilex. Attici ἐντρέπομαι τοῦτο καὶ τοῦτο. hinc Romani, pudet me istius rei dicunt. Plato: νῦν δ' οὖν τε ἐκείνους τοὺς λόγους αἰσχύνη οὔτε ἡμῶν οὔτε τὸν νόμον ἐντρέπει. Idem in Phœdro, ὃ δ' οὖν τε κέντρων ἡνιοχικῶν οὔτε μάστιγος ἔτι ἐντρέπεται. Euripides in Alcmæone, ἐπ' οὖτ' ἐκόντος οὐδὲν ἐντρέπει πω παθοῦς. Sophocles in Oedipode, ἐπὶ κολωνῷ ἣ καὶ δοκεῖτε τὸν τυφλὸν τιν' ἐντροπὴν ἢ φροντίδα ἕξειν. Idem in Tyranno, μήτε παρεντραπῇς τόδε. Alexis ἐλένης ἀρπαγή. ἀκόλαστός ἐστι, τὴν δὲ πολιὰν οὐκ ἐντρέπεται. Terentius in Phormione: Non pudet uanitatis? Idem in Adelphis: Fratris me quidem pudet & piget. Idem in Phorm. Vt nihil pudet. Idem in Adelphis: Quem neq; pudet quicq̃. Et nota quod tam ad reuerentiam honestæ personæ, q̃ ad pudorem turpis, refertur suprad cti constructio uerbi, ut pudet me patris, pro erubesco patrem. & pudet me uanitatis, pro erubesco propter uanitatẽ. ἀνδοκίδης ἐν τῷ πρὸ μυστηρίων. ἢν μὴ τύχῃς ἣ ἐχρησάμην δικαίως ὑφ' ὑμῶν ἐλεῆσαι. hinc Romani misereor tui. Attici, ἐνδεξίᾳ, καὶ ἐναρίσιμα, antepenultimo acuto aduerbialiter proferũt. Similiter nos, dextra illum, & sinistra illum. Sallustius in Iugurth. Dextra Adherbalem assedit. Homerus, ἀλλ' ἄνα εἰ μεμονάσι γε pro ἀνάσσῃ. Virgilius in. iij. Aeneidos:

O mihi sola mei super Astyanactis imago. super pro superes. ἡξίωθον τῶν πολέμων ἡμῶν σῶν πολεμίων χείρων, καὶ ἡξέρχομαι φυλακίας ἕξιοι πρὸς κινδύνου. ἡξέσκουν τόδε καὶ τόνδε, καὶ τῷδε. δεδημιούργηκα πάντα ἵνα φιλοδικίας ἀνέλωσαν ἵνα ἡ δόξης δυσένα ποτὲ κίνδυνον ἡξέσκουν ἀλλὰ καὶ τὰς ἰδίας οὐσίας προσαναλίσκουσι ἐτέλουν. Aristophanes βατράχοις. ἐυφημεῖν χὴ κἀξίσασθαι τοῖς ἡμετέροισι χοροῖσι, ὅσις ἄπιστον τοιοῦδε λύρων ἢ γνώμην μὴ καθαρεύει. Solinus in memorabilibus: Tatius hominem exiuit. Virgilius in quinto:

Corpore tela modo atq; oculis uigilantibus exit. ἐπισκοπῶ ὑμῶν καὶ ὑμῖν. ἐθ' ὅπως σκοπῶ ἡ ἡμέρας ἄλλαχθ' ὑμῶν γένηται καλῶς ἐπισκοπῶ. Plato, νόμων δυοδεκάτῳ γυμνικῶν τε καὶ ἱππικῶν ἄθλων ἐπισκέψις. Cratinus, ἑρέταις τὴν πέρυσι βαλὼν ἐφεσῶς. Romani insto illi & illum. Virgilius in. i. Aeneidos: instans operi regnisq; futuris.

Idem in. viij. Parte alia Martis currumq; rotasq; uolucres. Instabant.

Idem in. viij. Heu quantæ miseris cædes Laurẽtibus instant. Attici ἐπιτροπεύω αὐτὸν καὶ αὐτῷ. Nostri accusatiuo soli iungunt hoc. Virgilius in. v. Tutatur fauor Euryalũ. Attici, ἐπεβάλοντο τῇ δὲ τῇ πράξει, καὶ τὴν δὲ τὴν πράξιν. Romani conor illam rem. Virgi. in nono: ac conantem plurima fruſtra. ἐπιδείξεις ποιῶν καλῶς καὶ ποιεῖν καλῶς. similiter Latini ostendentes, faciens bene & facere bene. Virg. in .ij. Aene. sensit medios illapsus in hostes, pro se illapsum esse. Statius in. viij. Thebai.

Non aliter cæco nocturni turbine chori

Scit peritura ratis, pro scit se periturã. Illi ἐπιδεδίκασθε τόδε, & nos damnatus pecuniarũ, repetundarũ. Attici ἐπιλέλησμαι τοῦδε καὶ τόδε. Homerus, τοῦδε οὐκ ἐπιλήσομαι. Xenophon παιδίας. στ. ὅπως εἴ τις τι ἐπιλελησμένος εἴη μεθέλθοι. Menander κυβερνήταις. ἐπελάθετο αὐτὸν ὅσις εἴη. Virgilius in .ij. Aeneidos:

Quisquis es, amissos hinc iam obliuiscere Graios.

Idẽ in. iij. Oblitus ue fui est Ithacus discrimine tanto.

Illi ἐπεξιέναι τοῦ πράγματος, ἢ τὸ πρᾶγμα. Nos exequi rem solum. Illi ἐπιχωριάζει εἰς ἄθη-

ικας ἐγὼ δὲ ἐν Ἀθήναις, Et nos habitat Romæ & habitat Romam. Virg. in. vii.

Hoc nemus hunc inquit frondoso uertice collem
Quis deus incertũ est, habitat deus. Idẽ in. iii. Aenei. nondũ Iliũ & arces
Pergameæ steterant habitabant uallibus imis. Simile est huic: Eiicitur in littus & littore. Virg. in. iii. Aenei. eiectum littore egentem Suscepi. Idem in. ix.
uolat hasta Tago per tempus utrunq, pro in Tagum. ἐπὶ τούτου τοῦ χορίου ἢ ἐπὶ τούτῳ ἔσκαψαν τρόπαιον. ἢ ἀπὸ ἀθλιωῶν ἀντὶ τοῦ ἀθλίως ἐν Ἀθήναις ἀντὶ τοῦ Ἀθήνησι. Latini frequenter, & maxime historici ablatiuis utunt cum præpositione pro genitiuis & datiuis, in loco significationem habentibus, ut in Tyro pro Tyri, & in Tauromínio pro Tauromínn, & in Sorte pro Sorti. Isocrat. ἐν δὲ τῇ εἰρήνῃ, οὐδὲ εἰδέναι αὐτοὺς ἀξιοῦσιν τὰ ἀρχαῖα αὐτῶν. Illi ἐτῶν τοσούτων & ἔτεσιν τοσούτοις dicunt. Nostri accusatiuo & ablatiuo, inueniuntur tamẽ & genitiuo usi, ut Cicero in. i. inuect. Qui dies futurus esset ante diem. vi. Calen. Nouembrium, Calendarũ pro ante Calendas. Cuius testes sunt commẽtatorum probatissimi. Virgi. in primo Aeneid. una cum gente tot annos Bella gero. Terent. in Eunuc. At ille alter uenit ad nos annos natus sexdecim, deest enim ante. & tot annis dicitur. ἔτη γενοὺς τοσαῦτα, ἢ ἐτῶν τοσῶνδε. Lysias ἐν δὲ τῷ περὶ τοῦ δημογένους. ἦν δ' αὐτῷ υἱὸς ἐκ τῆς προτέρας ἀνδρὸς ἐτῶν γενοὺς ἑκκαίδεκα. Attici, ἔτυχε τιμωρίας ὁ δικάσκων καὶ ὁ φεύγων. similiter Latini. Virgil. in. iii. Aeneid. Vita uirum, pœnas inimico a fratre recepi. Illi, εὐδαιμονίζω σὲ τόδε, καὶ εὐδαιμονίζω σε τῆδε. Nostri quoq autores hanc sæpissime imitati sunt figuram. Virg. in. xi. Iustitiæne prius mirer belline laborum.
Iuuena. in. v. Et pater ergo animi felices credit auaros. εὐτυχεῖς δὲ θυμῷ, καὶ εὐδαίμονας τὴν θυμόν. Licet aũt accusatiuo & ablatiuo adiungere & dicere animũ felices, & animo felices. ἱκετεύω σὲ δεῖναι μοι ταύτην τὴν χάριν, καὶ εὔχομαι τοῖς θεοῖς καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς ἢ προσεύχομαι τοὺς θεούς. Et nos supplico te & tibi. Teren. in And. Ipsum hunc orabo, huic supplicabo, amorem huic narrabo meum. Precor tĩ & oro, & obsecro, & quæso accusatiuo iunguntur in multis locis. Attici, ἦρξε τῆς πόλεως καὶ τῇ πόλει. πλάτων μένων, οὐκ ἄρα σοφίᾳ τινὶ οὐδὲ σοφοὶ ὄντες δι τοιοῦτοι ἄνδρες ἦ γοῦν τοῖς πόλεσιν δι ἀμφὶ Θεμιστοκλέα τε, ἢ οὓς ἄρα ἄνυτος ὧδε ἔλεγε. Hinc nos præficio urbi, & præfectus urbi, & urbis. Sed quando datiuo adiungitur participiũ est, quando uero gtõ nomen, quomodo amans illiusnomen, amans aũt illum participium. & natus illius nomen, natus uero ab illo uel illi participium. Et ferè omnia participijs similia nomina diuersa casuũ constructione discernũtur. Participia eñ necesse est uerbor suor seruare constructiones. Attici, ἦρξά μου πόλεμον πρὸς τοῦτον, ἢ τούτῳ πλάτων. περὶ λάγητος. πρῶτα μὲν κλέωνι πόλεμον ἦρξά μου. Tale est illud Virgilianum in. ix. uolat hasta Tago per tempus utrunq, pro in Tagum. μιᾷ ἡμέρᾳ τοῦτο πεποίκεν, ἤγουν διὰ μιᾶς ἡμέρας καὶ ἡμερῶν τόσων τόδε ἔσαι. Demosthenes ἐν δὲ κατὰ ἀλαζόνος. ἐκ τῶν αὐτῷ πεπρεσβευμένων δυοῖν ἢ δέοιν ἡμερῶν ὑμᾶς μένοντας οἴκοι. In eodem, δυοῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν ταῦτα πεπράξεται. In eodem, δυοῖν ἢ τριῶν ἡμερῶν οἷς μὲν ἐχθρὸς ἔοικε φίλον αὐτῶν γεγενημένων, οἷς δὲ φίλῳ τοὐναντίον. Similiter per eclipsin. Cicero in. i. inuect. Sed triduo tamẽ audietis, p intra triduum. ἀναβεβλημένῳ σοι καὶ σοί. indutus uestem & uesta. Virgil. in. vii. Ipse pedes, tegmen torquẽs immane leonis Terribili impexum seta cum dentibus albis Indutus capiti sic regia tecta subibat. Idem in. xi. Harum unam iuueni, supremum mœstus honorẽ Induit. Teren. in Eunu. Meam ipse induit. Idem in eadem: Et ea est indutus. ἢ ὡς κάλλιον αὐτοῖς. Plato πολιτείας. γ. μαλακώτεροι ἂν γίνοντο ἢ ὡς κάλλιον αὐτοῖς, ἀντὶ τοῦ ἢ ὡς προσήκει. Similiter nos molliores fiunt, q̃ ut melius illis. Huic simile est Sallustianũ in Iugurt. Romanos sicut plerosq remoto metu laxius licentiusq futuros. Demosth. ὀλυνθιακῶν. iii. ὑπῆρχον ὀλίνθιοι δύναμίν τινα κεκτημένοι ἣν δίκαιον οὕτω τὰ πράγματα οὔτε φίλιππον ἐθάρρει τότε οὔτε ὅτι φίλιππος. * Statius in. ii. Theba. Martisq ex semine Theron Terrigenas confisus auos. θαρρῶ τοῦτο καὶ τούτῳ. Nos fido huic rei & hac re. Virgil. in. xi. dum troia tentat Castra fugæ fidens, & cælum territat armis. Idem in. vii. Moliri iam tecta uidet, iam fidere terræ. Attici, θαυμάζειν αὐτοὺς καὶ αὐτῶν, ἢ αὐτοῖς. Latini quoq miror illũ & illius & illo. Virg. in. ii. Aene. Et molem

mirant equi, primusq; Tymœtes. Idem in .xi. Iustitiæ ne prius mirer belli ne labo-
rum. ὡς ἑαυτῷ ῥάδιόν τοῦτο ἐποίησε τοῖς αὐτοῦ ἀγαθοῖς. Isocrates παντηχοῦ, καὶ μᾶλλον χαί-
ρουσιν ἐπὶ τοῖς ἄλλοις κακοῖς, ἢ τοῖς αὐτῶν ἰδίοις ἀγαθοῖς. huic simile est illud Ter. in Adelph.
Suo sibi gladio hunc iugulo. Attici, ἄρχομαι τῆς βιβλίου καὶ τόδε καὶ κατέσχε τοῦ λόγου ὁ τὸν λό-
γον. Plato, θαυμασόν γάς τινα ὦ κρίτων ἀνὴς κατέσχε λόγον οὗτοι ἄξιον ἀκοῦσαι. Latini accusati
uo incipio & cœpi, & inchoo, & ineo adiungunt. Virgi. in Buco. Incipe Mænalios
mecum mea tibia uersus. Idem in .v. Vix ea fatus erat, cœpit cum talia uirgo. Idem
in eodem: nocturnas inchoat aras. Attici, ἀκόω σοῦ πείθομαί σοι. καὶ κατακροᾶδης τότε καὶ
τότον. Eupolis, Nostri audio quidē accusatiuo adiungunt, auscultoue-
ro tam datiuo q̄ accusatiuo. Tere. in Andr. Pamphilum ne adiutem an auscultem seni.
Idem in eadem: Auscultapauca, & qd ego te uelim, & tu quod quæris scies. Sic eē ha-
bent antiqui codices teste Donato cōmentatore eius. Attici, κατακέχρησαι ταύτῃ ἢ ταύ-
τῳ. Cicero in .i. inuect. Quousq; tandē abutere Catilina patientia nostra? Sallu. in Ca
til. Quippe quas honeste habere licebat, abuti p turpitudinem pperabant, sed potest sub
audiri his. Attici, καθέζομαι ἐπὶ καθέδρας καὶ τὴν σκυποδία καὶ καθέζεσθε ὦν τῶνδε, καὶ εἰς τόν
δε, ἢ ἐπὶ τῆσδε, ὁ ἐπὶ τῶνδε. Thucydides. α. καθεζόμενοι ἢ αὐχύνης ἱκέτης εἰς τὴν ἡσαῖον ἐδέοντο. ἐκα
θήμεθα ἢ ὦν τῇ σοᾷ. Nostri quoq; autores frequenter huic uerbo diuersos sociant casus, se
deo in monte & in montē, & monte & montē sine præpositionibus, ut Virgil. in .vii.
Tali intus templo diuūm patriaq; Latinus Sede sedens. Idē in .v. Summa petit sco
puli siccaq; in rupe resedit. Sallu. in Iugurt. Iugurtha extenuata suoꝝ acie montem in-
sedit. Attici, κατηγορῶ σοῦ πονηρίας καὶ πονηρίαν. Et nos accuso te furti, & accuso tui furta.
Demosthenes, ὦν ὡς μάλιστα. εἰ μὲν ὅσα ὦν ὦ ἄνδρες ἀθλιώτατοι πάντων ἁμαρτάνομεν, ἢ πάντων ἀπεστερεῖας, ἢ τινὲς
ἄλλης τοιαύτης αἰτίας ἔμελλον ἅπαντα κατηγορεῖν. Attici, κατέαγε τοῦ δένα, ἢ ὡς δένι τὸ σκέλος.
Similiter Latini fractū illius & illi crus. Attici, καταφρονήσας τότε καὶ τοῦτον. Herodo-
tus in primo, καταφρονήσας τὴν τυραννίδα ἤγαγε πρίτιον σάσιν. Romani, & temno, & sperno,
& despicio, & omnia uerba actiua, quæ faciunt ex se passiua accusatiuo cōiungunt. Vir.
in Buco. O digno coniuncta uiro dum despicis omnes. Illi dicunt πρὸς δύναμιν, ὁ κατὰ
δύναμιν ἢ κατὰ μνήμην ἀντὶ τοῦ ὡς μέμνημαι. & κατὰ σῶμα ἐργασμένον. Nostri quoq; p uiribus,
id est secundū uires. Sallu. in Catil. publicam miserorꝝ causam p mea consuetudine sus-
cepi. Virg. in .v. Tum ualidis flexos incuruant uiribus arcus Pro se quisq; uiri, id est
secundum suas uires, hæc tī eadem præpositio, id est pro, quando uerbo adiungit in su
pradicta significatione assumit ut, prout possum, prout ualeo, prout intelligo. Illi, κατα
μελεῖν. τότων ἀλλ ταῦτα. Antiphon πολιτικῶ. μήτε φιλοπότην κληθῆναι, ὁ δοκεῖν τὰ πράγματα
καταμελεῖν ὑπὸ

Sic & nostri negligo illum. Teren. in Adelp. Pecuniā in loco ne-
gligere maximū interdum est lucrum. κατέχειν τὰ πρόντα, ὁ ἐπὶ τοῖς πρόσω. Nos ad accm.
Virg. in .iii. Aenei. Haud impune qdem nec talia passus Vlysses. καταφᾶτε τότῳ. Hora.
Sermo. tibi non referēda precati. Illi, καταγελᾶς ἡμῶν καὶ ὑμῖν. Teren. in Adel. Rideo
hunc. Idem in Eunu. Forte habui scortū, cœpit ad id adludere & irridere. Idem in eo-
dem: Hisce ego non paro me ut rideant, sed his ultro arrideo. Illi, κατακεράζομαί σε ὁ κα
ταβοήσομαί σε ὁ σοῦ. Aristophanes ἱππεῦσιν. κατακεκεράζομαί σε. Nos increpo illum. Illi,
ἀμφὶ ἔτους κατ' ἔτους, καθ' ἑκάστην ἡμέραν, καθ' ἡμέρην. Nostri in dies, & per singulos dies,
& in annos, & per singulos annos, & in horas, & per singulas horas. Liuius frequenter,
in milites pro in singulos milites. Virg. in .v. Bina boum uobis Troia generatus Ace-
stes Dat numero capita in naues, adhibete penates. Illi, δεκαμέραι, nos quotidie & quot
annis. Illi, κατάγομαι καὶ καταλύω καὶ δεμίζομαι, & ad locum & in loco ponunt. Similiter
nostri diuerto domi & domum. Illi, κόπτειν τὰ ῥήματα, pro differere. Teren. in Heau.
uerum interea dum sermones cædimus, Illæ sunt relictæ. Illi, κοπιᾶς αὐτῆ, pro in lassitu
dinem ducis. Huic similia sunt apud nos tam actiuā q̄ passiuam habentia significationē,
ut superius ostendimus, ppinquo, ruo, moror. Illi, κωλύω σὲ λέγοντα, μὴ κωλύω σὲ λέγειν, μὴ
κινδυνεύοντα ὁ κινδυνεύειν μὴ κωλύει τὸν ἀδικούμενον ὁ κωλύει τοῦτον ἀδικεῖσθαι. & nos prohibet il

lum periclitantem,& prohibet illum periclitari. Virgilius in.ij. Aenei. ſenſit medios il lapſus in hoſtes, pro illapſum ſe eſſe. Salluſtius in Iug. Et Hercule Sylla ante te cognitũ multis orantibus aliis,ultro egomet opem tuli,nullius indigui,pro antequã te cognoſce rem, λαχεῖν σφῶν πατρώων,ἢ σφαλαχεῖν τὰ πατρῶα. Nos ſortior ad accm. Virgilius in.xij. Sortitus fortunam oculis. Illi, λέγουσιν ὡς τόδε ἐγένετο,& λέγουσιν ὡς τόδε γεγονέναι. Noſtri dicunt,ut illa res facta ſit,& illã rem factam eſſe, λέγετ ὅδε πεποιηκέναι τόδε,& λέγετ τόν δε πεποιηκέναι τόδε. & noſtri frequenter. Terẽtius in Eun. Apparet hunc ſeruum eſſe do mini pauperis Miſeríq. Virg. Apparent rari nantes in gurgite uaſto. Illi, λεκτέον ὅτι pro oportet dicere. Plato πολιτείας.γ. ὅτι ἔφαμεν ἃ μὴ λεκτέον, κἄν εἰρῆσθαι, ὡς ἢ λεκτέον ἐπισκεπτέον εἶναι. Hinc Romani gerundia uel ſupina inuenerunt, dicẽdi dicendo dicendũ, dictũ dictu. Proprie aũt in dum terminantia atticũ ſignificant aduerbium, qđ omni generi et numero & pſonæ & tempori poteſt adiungi, ut legendũ eſt mihi tibi illi, nobis uobis illis. & legendũ eſt & legendũ fuit, legendũ erit poetam, orationẽ, carmẽ. Attici, λογίζεται φιλῆσαι παρθένον ἐκπελεκώς. Nos dicimus confiteꝰ oſculatus uirginem, & criminatus innoxium. Virgilius in.ij. ſenſit medios illapſus in hoſtes, p illapſum ſe eſſe. Statius in.xij. hortaris euntẽ, pro hortaris ire. Attici, λοιδορεῖσθαι αὐτοὺς & αὐτοῖς. Hyperides καὶ δημοσθένους. ἀλλὰ τοὺς νεωτέρους ἐπὶ βοήθειαν καλεῖς ὕβριζες & ἐλοιδόρεις ἀκρατοκώθωνας αὐτοὺς καλῶν. καταρῶμαι σοὶ & σε, & Romani maledico tibi & te. Cicero pro Deiotaro: Bleſamius in quit, eius enim nomine optimi uiri, nec tibi ignoti, maledicebat tibi, λυμαίνεται τῷδε καὶ τόνδε. Herodotus.α. λυμαινομένη ἂν θεμιστοκλέι εἶτ ἔλεγε τοιάδε. Romani lædo te, noceo tibi dicunt & te. Lucanus in.iij. Inſiluit ſolo nociturus põdere puppim. Sed magis per eclipſin in præpoſitionis prolatum eſt, inſiluit puppim pro in puppim. Iſocrates in Aeginetico: ἐκποίας δ' ἂν οἰκοίας ἥδιον ἢ ἐμὲ ἔσχεν αὐτῷ καὶ τοὺς νόμους εἰς ποιηθέντας μᾶλλον πολλοῦ, pro πολλοῦ μᾶλλον, μάλιστα, & πολλοῦ μάλιστα. Noſtri, multo magis & multo maxime, ut Virg. in.i. Pygmalion ſcelere ante alios immanior omnes. Attici, μανθάνω τόδε & τοῦδε, huic ſimile eſt illud Terentianũ in Eunu. Reuiſo quidnam Chærea hic rei gerat, pro quas res. Et Virg. in.xi. Iuſtitiæne prius mirer belline laborũ, ſimiliter inſimulo auaritiæ, accuſo pecuniæ repetundæ, uel furti, uel adulterij & ſimilia. ἐπαινῶ ἐμὶ τοῦδε, & εἰδὼς ὑπάρχω τῆς ἰσοξίας. Sciens aũt quando participium eſt, accuſatiuo adiungiꝰ: quando nomen, genitiuo, quomodo amans, diligens, patiens, negligẽs, & ſimilia. Attici, μετ' ἐμοῦ ὄντι τὰ δίκαια. Cicero in.iij. inuect. Hæres erat filia, faciebant omnia cum puella, leges, æquitas, uoluntas patris, edicta prætoris. Illi μέλλω ἀναγινώσκειν, μέλλω γράφειν & γράψαι. Lyſias ἐν τῷ πρὸ ἡγκυάνου κλήρου ὡς ἐμελλεν ἐπί τε τοὺς βωμοὺς εἶναι καὶ νομιζόμενά γε ποιήσειν. p hac conſtructione Romani participio utunꝰ futuri, cum omni tempore ſubſtãtiui uerbi, ut lecturus ſum, μέλλω ἀναγινώσκειν. lecturus erã, & fui, & fueram, ἔμελλον ἀναγινώσκειν. lecturus ero uel fuero μελῶ ἀναγνώσεσθαι. Illi, μέλει μοι ταῦτα & τούτων. Nos, curo has res. Illi, μέχρις ἔως. Nos uſq; dum. Attici, δύρομαι τῷ πάθει σοῦ & σέ. μέμφεται σοὶ & σε. ſimiliter noſtri queror tibi & te. Iuuena. in.i. Nec quereris patri, nec terram cuſpide quaſſas. Virgi. in Bucol. Dum queror & diuos quanq; nil teſtibus illis Profeci. Xenophon παιδίας.ζ. τοῖς ἢ θεοῖς οὐδὲν ἀνεχοίμιν μέμφεσθαι μὴ ἀνδρός. μέμφομαί σοι τοῦτ ὅτι χρηςά με λέγοντα οὐκ ἐποίησεν προσδοκᾶς. Demoſthenes ὀλυνθιακῶν.γ. ἢ οὐχὶ μέμφομαι τῶν ποιοῦντά τι φίλων δεόντων ὑπὲρ ὑμῶν. Attici, μεθ ἡμέραν ponunt per ſe. & νύκτως & ἐμέραν. Ariſtopha. οὔτε νύκτως παύεται οὔτε ἡμέραν. Noſtri quoq; frequenter huiuſcemodi utunꝰ conſtructionibus, noctu, & die, interdiu & nocte. Virg in.i. noctem nõ amplius unam Fallere dolo. Idem in eodem: una cum gente tot annos Bella gero. Habere pro eſſe. Demoſthenes, ἔχω ἐν ταῦθα ἡμέρας δύ τινας. Idem, καὶ αὐχίνη ὑπὲρ τῆς παραπρεσβείας. μικρὸν ἡμῶν ἐυσεβῶς ἔχειν ἀποφηνίσασθαι αὐτῳ. Terentius iu Phorm. Bene tibi ſe habent principia. Attici, μικρὸν ἢ μέγαν. Nos plus minus ue, & huius ſimile Terentius in Andria: Quo iure quaq; iniuria. Illi, μνησθῆναι τοῦδε καὶ τόδε. Homerus iliados. i. μέμνημαι τόδε ἔργον ἐγὼ πάλαι οὐ τι νέον γε. Idem ἰλιάδ Ω.ω. μνήσαι πατρὸς σοῦ θεοῖς ἐπιείκελ' ἀχιλλεῦ. Δημοσθένης φιλιππ.ε. καὶ τῆς ὄντες οὐ δῆλοι τοὺς ἀδικοῦντας μεμνῆσθαι. Similiter noſtri, Virg. in.iij. Aenei. nec memi-

nisse pigebit Elisæ. Idem in Bucolicis: numeros memini si uerba tenerem. παινῶ σοι ἐλθεῖν πρὸς ἡμᾶς, admoneo te illius & illum. Sallust. in Catil. Sed quoniam tanti uiri nos tempus admonuit. Virgil. in .x. Lucagus ut pronus pendens in uerbera telo Admonuit bijugos. Illi, τὸ πρόθενον ἀγκράτησεν μονονυχὶ ὑποχόμενον μέταλλα χρυσοῦ. Similiter Terentius in Phorm. senem per epistolam Pellexit modo non montes auri pollicens. Attici multa per ellipsin proferunt, uel pleonasmon εἰτ' ἂν πάλιν ἄυθις. Pherecrates ἢν χείρονα, νῦν ἢ ἄρχιμοι τὸ γῆρας ἐντίθησιν οὖν. nostri quoq; nunc nuper, ἐνέσκηψαν καὶ τὸν νότον πόλλας, deest plagas, quomodo Terentius in Eunu. Plurima salute Parmenonem Summũ suũ impertit Gnato, deest enim amicum. Idem in eodem: Ego ne illam? quæ illum? quæ me? quæ non? ὄζει τρυγός, μᾶζα ἐκεῖνον, ἢ ὄζει τὰ μυρά. Pherecrates ἢν πετάλοις, ὥστοι καὶ κὰν ὄζῃ Terentius in Adelp. olet unguenta de meo. Iuuenal. in .i. olebit laternam ὄιδα τινὰς ποιοῦντας ἢ ποιήσοντας τόδε ἢ οἶδα τινὰς ποιεῖν ἢ πεποιηκέναι τόδε. Xenophon ἀπομνημονευμάτων. δ'. δίδασκε δέ τινας ἄλλα ποιεῖν ἢ ὁποῖα δεῖν. Teren. in Adelp. uideo sapere, intelligere eos in loco, Vereri, inter se amare ἄχθομαι τοῖς κακοῖς, ἀχθέσθω τούτοις ποτὲ μὴ ὀκνῶ τούτοις. Xenophon, τοῖς μὴ λακεδαιμονίοις οὕτως ἂν δι πελάσαι ὤκνουν. hinc Romani piget genitiuo et accusatiuo coniungunt, piget me hostium. Eiusdem constructionis sunt, pudet, tædet, miseret. Inueniuntur tĩ etiam accusatiuis solis coniuncta. Terent. in Adelph. Hei mihi non te hæc pudent? Idem, ut nihil pudet. αἰσχύνομαι τὴν ἡλικίαν τὴν σὴν οὐδένα κίνδυνον ἴδιον οὐδὲ ὀκνήσας οὐδὲ ἀπολογισάμενον. Attici dicunt, θαῤῥῶ αὐτοὺς ἢ αὐτοῖς. similiter nostri. Statius. ῆ. Theb. * Terrigenas confisus auos. Iuuenalis in. iij. Fidimus eloquio, Ciceroni nemo ducentos Nunc dederit nummos, nisi fulserit annulus ingens. Virg. etiam datiuo coniunxit in. xi. dum Troia tentat Castra fugæ fidens, & cælum territat armis. Idem in. ix. Et fidere nocti. Attici dicunt, ὀλίγον πρότερον καὶ ὀλίγῳ πρότερον. Nos quoq; ante paulum, & paulo ante, quõ & post paulũ, & paulo post. Plato μένωνι. οὐκοῦν τοῦτον ἕκαστον ὀλίγον πρότερον μόριον ἀρετῆς ἔφαμεν εἶναι. Isocrates παινηγυρικῷ. ἐπὶ ἧς τὴν μεγίστην τὴν αὐτὴν τρόπον ὥσπερ ὀλίγῳ πρότερον πεφάσομαι ἢ πρὸ τούτων δυνηθῆναι. Cicero in. ij. inuect. Et uoces paulo ante exaudire potuisti, similiter Attici ὀλίγῳ ὕστερον & ὀλίγον ὕστερον. quõ & nos. Plato ἐν εὐθυδικίῳ ὀλίγῳ ὕστερον εἰσέρχεσθον τούτῳ. Horatius: Illam post paulo sed pluris. Attici, ὀλίγας ἡμέρας pro ἐν ὀλίγαις ἡμέραις. Aristophanes. γήρᾳ. σὺ δ' οὐχ ἥττῃ μ' οὖν δὴ ὀλίγας ἡμέρας. similiter nos. Virg. in. i. una cum gente tot annos Bella gero. Idem in eodem: Tu faciem illius noctem non amplius unam Falle dolo. Idem in. iij. æneid. Tres adeo incertos cæca caligine soles, Erramus pelago, totidem sine sidere noctes, ὀλίγα εἰς χιλίους ἀντὶ τοῦ παῤ ὀλίγον χιλίους. nos paulo minus mille. Thucydid. δ'. ἱππῆς δ' οἱ πάντες ἠκολούθουν μακεδόνων ξὺν χαλκιδεῦσιν ὀλίγου ἐς χιλίους. Ὀλίγου δεῖν, μὴ ὀλίγα δεῖν ἀντὶ τοῦ σχεδὸν ὀλίγα ἐπελαθόμην ὃ ἐβουλόμην εἰπεῖν ἀντὶ τοῦ ὀλίγα δεῖν. Teren. in Andria: Sofia, adesdum paucis te uolo. χορδαῖς ὑποχόμενον. Iuuenalis in. ij. Fidibus promittere, & Terent. in eunu. Fidibus scire. Attici, ὀμνύναί σοι τοὺς θεοὺς μὴ ζῆν ὄμνυπε. Virg. in. vi. Dij cuius iurare timent & fallere numen. Idem in eodem: maria aspera iuro. Nec mirum cum etiam passiuum habeat. Vnde Luca. in. v. Et lætæ iurantur aues bubone siniſtro. Home. iliad. i. ἀλλ' ἔκ τοι ἐρέω καὶ ἐπὶ μέγαν ὅρκον ὀμοῦμαι. Idem iliad. ξ. ἄγχι νῦν μοι ὄμοσσον ἄατον συγὸς ὕδωρ. Menander, γλυκέρα τὶ κλάψ ὀμνύω σοι τὴν δίαν καὶ τὴν ἀθλιωτάτην φιλτάτην ὃ μωμωκὼς καὶ πρότερον οὐδὴ πολλάκις. Idem in Mysogyno ὄμνυμί σοι τὸν ἥλιον εἰ μὴ ἔλθοις θᾶττον σοι γραφὴν κακώσεως. Teren. in Phor. en unquam iniuriarum audisti mihi scriptam dicam? & Lucanus in. vi. Effera damnarat nimiæ pietatis Ericto. Attici, ὅμοιος τῷδε καὶ τόδε. Thucydides. ζ. τὸ γὰρ γένος πᾶν θρακῶν, ὅμοια τοῖς μάλιστα τῶν βαρβάρων ἐν ᾧ ἂν θαρσήσῃ, φονικώτατόν ἐστι. Virg. in bucol.

Vrbem quam dicunt Romam Melibœe putaui,
Stultus ego, huic nostræ similem. Teren. in eunu.

Quid tibi ego multa dicam? domini similis es. Attici, ὅμοιός ἐστι λόγον καὶ πρότερον. ἀντὶ τοῦ οἷος καὶ πρότερον. Plato κρίτωνι. ἀλλ' ὦ θαυμάσιε, οὗτός τε ὁ λόγος οὐν δικαίως ἔμοιγε δοκεῖ ἀνόμοιος εἶναι καὶ ὁ πρότερος ἀντὶ τοῦ ὅιος πρότερος. Virgilius:

O' ſocĥ: neq; enim ignari ſumus ante malorum. id eſt illorum, quæ pertuli mus mala. Et nota quod ex huiuſmodi ſtructura græca, frequenter Latini, ac, & atq;, in ſignificatione ſimilitudinis accipiunt, ut ſimilis eſt hæc oratio, atq; ante. Virgil. in ſecũdo Aeneid. Haud ſecus ac iuſſi faciunt. Terentius in Andr. Ita tum diſcedo ab illo, ut qui ſe filiam neget daturum. id eſt ut ab huiuſmodi homine, qualis eſt qui filiam negat. Facio atq; feci ante, pro ſicut ante feci. Attici, ὃν τρόπον ⁊ ᾧ τρόπῳ, ⁊ ἧς ὃν τρόπον, ⁊ καθ' ὃν τρόπον. Nos quemadmodum, & quomodo. ὅναθ τῶν τόν, ⁊ ἀντὶ τοῦ. Plato χαρμόνη. ὑπὲρ ἣν σὺ ἦν δ' ἐγὼ ὦ χαρμόνη πάνυ ἀγανακτῶ εἰ σὺ τοιοῦτον ὢν πλὴν ἰδεῖαν, ⁊ πρὸς τοῦτῳ πλὴν ψυχὴν σωφρονέσατον μηδὲν δυνάσθαι ἀντὶ ταύτης ⁊ σωφροσύνης. Virgil. in. vĩ. fruiturq; deorum Colloquio. Iuuenalis in .i. Exul ab octaua Marius bibit, & fruitur dĩs Iratis, at tu uictrix prouincia ploras. Similiter potior illius rei, & illa re, & illam rem. Cicero in. ĩ. inuect. Rerum potiri uolunt. Teren. in Adelp. Ille alter ſine labore patria potitur cõmoda. Idem in eodẽ: Miſeriam omnem capio, hic potiẽ gaudia. Salluſt. in Iugu. Priuſq; legatos conueniret Adherbalis potiretur. Virgi. in. i. Egreſſi optata potiunt Troes harena. Illi, ὁ σήμερον ⁊ ὅσαι ἡμέραι ὑπολίσης δηλιακῶ. ἐνταῦθα θύεται ⁊c. Hinc Romani quotidie uel cottidie, pro quot dies, & quotannis, pro quotquot erſit anni. Attici, μακρῷ χρόνῳ, ἱκανόν, χρόνον. nos longo tempore. ὀσφραίνη τι ⁊ ὀσφραίνομαι τοῦ φυσικοῦ. Nos quoq; olfacio illam rem. Terent. in Adelp. finerem illũ, ac non ſex totis menſibus Prius olfeciſſem q̃ ille quidq̃ cœperit? Odoror quoq; accuſatiuo coniungit. Luca. in. vĩ. tabemq; cruentæ Cædis odorati Pholoen liquere leones. Attici, λέγομι ἄν, de futuro dicunt, λέξομαι ἄν, etiam de præterito. Antiquiores tĩ ἀξιόμλω de futuro, de præterito dicunt ἀξιάμλω. In huiuſcemodi ſenſu Romani ſolent non ſolum præteritis imperfectis, ſed etiam præteritis pfectis uti pro præſentibus, uel futuris, tam ſubiunctiuis q̃ indicatiuis. Virg. in. i. Aeneid. Certe hinc Romanos olim uoluentibus annis, Hinc fore ductores reuocato à ſanguine Teucri, Qui mare qui terras omni ditione tenerent, Pollicitus: tenerent, ἀντὶ τοῦ καθέξοιεν. Idem in eodem: Cum uenit aulæis iam ſe regina ſuperbis, Aurea compoſuit ſporda. Cicero inuecti. i. Non enim illud peto, quod ſoleo cum uehementius contendi impetrare, reus ut abſoluatur. & Terent. in Eunu. Quæ uera audiui taceo, & contineo optime, audiui p audiam uel audiuerim. Idem in Andria: ſed ſi quid tibi narrare occepi, continuo dari Tibi uerba cenſes, occepi pro occipiam uel occeperim. Attici, ὅτι πλῆθος δύνασαι. Similiter noſtri. Terent. in eunu. Munus noſtrum ornato uerbis quoad poteris. Et illum æmulũ quoad poteris ab ea pellito, quoad poteris, pro ut poteris, quantum poteris. τί μοι γένοιτο. Huic ſimile eſt illud Terent. in Andria: Quid me fiat, pro in me fiat. Attici, ὅπη μάλιστα, noſtri cum maxime p ἐπὶ μάλιστα frequenter ponunt. Plato in eodem χεδόν τι πάντων μάλιστα. Similiter Virgil. in primo ænei. Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam, Poſthabita coluiſſe Samo. Attici, τοίνυν accipiunt παραπληρωματικῶς, noſtri quoq; frequenter, ergo, repletiui loco accipiunt. Teren. in And. Mihi' ne' tibi ergo. δυσεὶς λέγει τοῦτο, λέγῃ τοῦτο οὐσεὶς, p eodem ponunt Attici, ex ſuperuacuo duplicantes abnegationem. Terent. in Phor. Non ſic futurum eſt. Lucanus in primo: Aut hic errat ait, nulla ſine lege per æuum, Mundus. Teren. in eunu. Nihil minus pro minime Teren. in Andria:

Quid uos' quo pacto hic' ſatin' recte' nos' ne'

Vt quimus aiunt, quando ut uolumus non licet. Idem in eunucho: nunc ego eam mi Phædria, Multæ ſunt cauſæ, quamobrem cupio abducere. Frequẽtiſſime tamẽ ſunt huiuſcemodi figuræ, quibus aduerbia nominibus, uel participĩs, uel pronominibus reddunturs, & maxime localia. Virg. Arma uirumq; cano. genus unde latinum, pro ex quo, Attici, ὡς δεηθείσαν ⁊ τοῦτο εἶπον ὡς δεηθῶσιν, ut rogauerint, talis iunctura frequens eſt apud nos, quotiens, ut, pro cauſali coniunctione poſitum, præterito ſubiunctiui copulatur, uel etiam præſenti, uel futuro, quando loco ὅτι, id eſt quod ponitur. Cice. in ſeptimo Verrin. Primum ut iudicĩs, qui decem laudatores dare non poteſt, honeſtius ei nullum daret, quàm illum quaſi legitimum numerum conſuetudinis non expleret. Attici,

οὐμὴν οὐχ ἧκισα. Romani non minus, non pax, nihilo minus. Illi, οὐ ἡγεμονίαν οὐκ ἀπραγμοσύνην τάττω ἀνδρὶ πρέσβωκαν. Cicero Verrin. primo: Ad hominem non inertissimum. Attici, οὐχ ἧττον pro similiter, & pro magis. Nostri quoq; non minus non secus. Vir. in tertio: Non secus ac iussi faciunt. Idem in eodē: Non segnior, pro similis. ἐν ἀρχῇ in principio οὐδεὶς σωκράτης ἧττον ἀμαθὴς ἐγένετο. Teren. in eunu. Hoc nemo fuit minus ineptus, pro magis prudens. Illi οὐδαμῶς nos nunquam Teren. in eunu. Nemo quisquam: abundat quisquam. οὐδέποτε tam in præterito quàm in futuro ponunt, quō et nos nunquam. Aristophanes, μὴ οὐχὶ γένηται. Nostri quoq; frequenter duplici abnegatione utuntur pro simplici, ut nihilo minus pro non, & recuso ne faciam, pro recuso facere. Attici, ἀπαγορεύω μὴ λέγω μὴ ἀπαγορεύω λέγειν. In sequentib. uero οὐκ ὄλεσέ με ζεὺς ἢ παλλάς με κατέφλεξε. Hæc autem figura solet fieri, uel abundante abnegatione, uel deficiente à communi subaudienda. Virgil. in. iii. æneid. non me tibi Troia, Externum tulit, aut cruor hic de stipite manat, pro neq; cruor. Idem in. ix. Non hic Atridæ, ne fandi fictor Vlysses. ne dixit, sed tamen pro nec ponens, uel & aut: necnon etiam &. Lucanus in. iii.

Quippe ubi non sonipes motus clangore tubarum
Saxa quatit pulsu rigidos uexantia frenos,
Ora terens spargit'q; iubas & subrigit aures,
Incerto'q; pedum pugnat non stare tumultu.

Hic enim econtrario, q, atq;, &, pro nec posuit, & ad omnia, non, in principio positum à communi accipitur. οὔτ' ἐκεῖνον ἐποίησεν, οὔτός τε. Idem in eodem: fluuios non ille cruoris Membrorum'q; uidet lapsus. μετὰ τὴν δυσχίαν οἱ οἰκεῖοι οὐδέν μοι ὑπόλοιπον πένητα ἐδωκαν. Sallustius in Cati. Postquam uictoriam sunt adepti, nihil reliqui fecere uictis. Illi, ὀφείλῃ μοι τόκον ὀφλῆναι, ἢ ὀφείλει τόκον ποιῆσαι. & nos, debet mihi ille usuram, & debet illam rem facere. Nam infinitis uerborum tam illi quàm nos frequēter utimur loco nominū. & illi quidem pro omni casu, nos autem pro ntō uel accō, ut Persius:

Sed pulchrum est digito monstrari, & dicier hic est. Idem, Euge tuum & belle. Lucanus in. iii. Victuros'q; dei celant ut uiuere durent, Felix esse mori. loco enim genitiui, uel datiui, uel ablti, & accī cum præpositione, gerundijs, uel supinis utimur, de quibus, de uerbo tractantes sufficienter docuimus. Attici, προσβάλλομαι τούτῳ ἢ πρὸς τοῦτον. Demosthenes pro Ctesiphonte, πρὸς ἐκείνους ὀξετάζειν ἢ προσβάλλειν εἶναι.. Romani quoq;, Comparo tibi illum, & tecum. Cicero pro Deiotaro: Et si inique Castorem cum domino confero. παντᾳχοῦ, tam in loco, quàm per omnes partes significat. Demosthenes philippicarum. iii. τοὺς ταῦτα διδάξοντας ἐκπέμπω εἰς πρέσβεις παντᾳχοῦ, ad locum, & Philippicarum. iiii. ὁι τυραννίδων ἢ δυναστειῶν ἐπιθυμοῦντες κεκρατήκασι παντᾳχοῦ, quod est in loco. Nos omnifariam quidem pro per omnes ponimus, ubiq; autem in loco, & undiq; de loco, & quoq; ad locum. ἡ ἡλικία τοῖς πάθεσι τρίβεται. Similiter nos. Virg. in. ix. Omne æuum ferro teritur. Illi, ἐπέχω σὲ μαινόμενον μὴ μαίνεσθαι ἢ ἐπέχω σὲ ἵνα μὴ μαίνῃ. Et nostri compesco illum insanientem, & insanire, & ne insaniat. πρὸς, apud illos, & gtō, & datiuo, & accusatiuo adiungitur: & apud nos, præter, accō coniungitur & abltō, tum cum pro fine accipitur, ut Sallustius in Catil. Præter rerum capitalium condemnatis. pro fine condemnatis. & tenus tam abltō quàm gtō, ut pube tenus. Vir. in. iii. Pube tenus postrema immani corpore Pistris. Idem in. iii. georg. Et crurum tenus à mento palearia pendent. secundum Græcos dixit. Attici, προσκυνάζοντο ὡς ποιήσοντες τόδε μὴ ποιῆσαι τόδε. Similiter nostri. Sallust. in Catil. Neq; tamen Antonius procul aberat, utpote qui magno exercitu locis æquioribus expeditos in fuga sequeretur. hinc uidetur etiam illud, dignus patrijs q lætior esset Imperijs, & cui pater haud Mezentius esset: Vir. in. vii. Attici, πρὸς χωρῶ σοι τοῦδε μὴ τόδε. Latinorum quoq; autores, Concedo tibi illius rei, & illam rem. Lucanus in primo: tibi numine ab omni Cedetur, iurisq; tui natura relinquet, Quis deus esse uelis. Attici, φέρουσι. Xenophon,

Liuius in. xxvi. ab urbe condita: Qui Pompeium morbum excusasse ferunt, ne cum interesset deditioni animos Numantinorum irritaret, Attici, παρ' ἐμοὶ pro ἐπ' ἐμοί, ἐν ἐμοὶ

quomodo & nos apud te. Aristophanes, παῤ ἐμοὶ, οὐκ ἐς κόρακας πλοῦτος ἦν ἀεὶ σοί; Illi, φέρεται ἀλεξάνδρου πέρι. Virgilius in primo:

Quam Iuno fertur terris magis omnibus unam,
Posthabita coluisse Samo.

περὶ apud illos, & præponitur & postponitur, & diuersas habet significationes, quomodo & apud nos, de & præ, & pro, & pleraq; præpositiones. Herodotus historiarum primo: περὶ φλ νόσε, & alibi, ἀνθρωπικῶν πραγμάτων πέρι. Virgilius in quarto:

Te propter Libycæ gẽtes Nomadumq; tyranni
Odere. & qua de re, pro de qua re. Terentius in Andria: I præsequar, pro præi. Attici, περιόπτομαί σε, καταφρονῶ σοῦ. Nostri despicio, contemno, sperno illum, ad accusatiuum solum. Illi, πιστεύω σοὶ μὴ ὑπὲρ σοῦ πιστεύομαι, nos quoq; credo tibi, & credor à te. Attici, πρῶμαι φίλῳ παθῶν μὴ πρῶ τινός. Aristophanes, ὅταν μ' αὐτάρ τις πένης πρῶν τύχῃ. Latini ad accusatiuum solum. Virgilius in secundo:

Aut terebrare cauas uteri & tentare latebras.

Expertus tamen & illam rem & illius rei. Virgilius in decimo:

Sexcentos illi dederat Populonia mater
Expertos belli iuuenes, ast Ilua trecentos.

Sed magis nomen est. Attici, ἀπέχει σάφιον φὶ πόλεως, μὴ σαφίῳ. Lycurgus,

* Hinc nostri, uiginti passus, & uiginti passibus aberat. Attici πεποίηκα σὲ ἀεὶ καλῶς μὴ δέδωκα σοὶ ἀεί. Terent. similiter in Andria:

Siue hæc te solum semper fecit maximi.

Illi ἔγνω δὴ τότε ἠδικημένος, μὴ ἑαυτὸν ἀδικεῖσθαι, huic simile Virgilius in secundo:

sensit medios illapsus in hostes, pro elapsum se esse. Illi, φιλοῦ ἐν τοῖς πρακτέοις ὄντι μᾶλλον πράττειν. Similiter nos, trepidus est ad faciendũ, & trepidus est facere, Virg. in buco.

Cur non Mopse boni quoniam conuenimus ambo,

Tu calamos inflare leues, ego dicere uersus: pro boni ad calamos inflandos, & ad dicendos uersus. Attici, ἀμπέχειν τριβόνιον ἐκεῖνος, κυκλόω ἀλφίτοις τὸν κάρδοπον, & nostri circũdare illum casibus & circundare illi casus, quomodo tot uoluere casus, & tot uolui casibus. Virg. in primo: Quid'ue dolens regina deũm tot uoluere casus. Idem in eodẽ: Argentum puriusue lapis circundatur auro. Similiter induo te uestem, & induo tibi uestem. Virgil. in undecimo: Harum unam inueni supremum mœstus honorem, Induit. Idem in decimo: An sese mucrone ob tantum dedecus amens, Induat? ποῖ ἢ πῶς apud Græcos infinitum, grauatur: interrogatiuum circunflectitur, similiter apud nos quà & quò. Attici, πίσθυσόν μοι τοῦτο ἄνθρωπε τοῦ θεοῦ, sed hoc synemptosis esse uidetur. ad uerbũ enim sequens accusatiuo usus est, datiuo autem & accusatiuo simul frequenter iungitur credo uerbum. Terentius in Adel. Quid credas, aut cui credas. Idem in Andria: Credon' tibi hoc nunc? Attici πλέον τριῶν ἐτῶν μὴ τρία ἔτη τοῦτο ἐγίνετο. Nos quoq; plus tres dies, & plus tribus diebus. Plato in Timæo, εἰδὴ ἢ πλέον ἑνός ἔχων. similiter quoq; πλέον ἡμιῶν τριάκοντα μὴ πλέον ἢ τριάκοντα ἡμέρας. nostri quoq; hac constructione ad omnes casus utuntur. Terentius in eunu. Non plus triduum. Virg. in primo: noctem nõ amplius unam, Falle dolo. Lucanus in septimo: plus est quàm uita salusq; Quod perijt. Cicero in frumentar. Pluris dimidio. ὡς εἰ μὴ, hoc Attici construunt omni cum casu, absq; uocatiuo, quõ & nostri nisi & duntaxat, ut nisi ille dicat, nisi illius iussu, nisi ille congrue, nisi illum doceam, nisi illo præsente. ποῖ, Græci frequenter in locum: ποῖ in loco, Homerus tantum * Romani, quo ad locum, ubi in loco. Attici, πολλοῦ μᾶλλον μὴ πολλῶν. Nostri ad ablatiuum multo magis & multo maxime. Sallustius in Catil. Ea tempestate mihi imperiũ Po. Ro. multo maxime miserabile uisum est. Attici, ζῶ ζωὴν ἀθλίαν, similiter δουλεύω δουλείαν, & nostri seruitutem seruiunt. Terentius, Cantilenam eandẽ canis. Illi, πολλὺν χρόνον μὴ διὰ πολλοῦ. Romani multũ tempus, & multo tẽpore. Vir. in. vi.

Nec plura his, ille admirans uenerabile donum,
Fatalis uirgæ longo' post tempore uisum. Terent. in eunucho:

Illum liquet mihi deierare, his mensibus
Sex uel septem prorsum non uidisse proximis.

Virg. in primo: Iouisq; Et soror & coniunx una cum gente tot annos Bella gero. μάχομαι: σοί, nos quoq;, pugnat mihi & ad me. Similiter certat, & huiusce modi alia, & mecum. Virgi. una cum gente tot annos Bella gero. Illi, φροντίζω ἡμῖ πόλεως, ἡμῖν ἐπὶ τῇ πόλῃ nostri quoq; faciens curam urbis, & super urbe. Attici, ἐπιφθαίνω εἰς πλῶ θάλασσαν. & nostri adeo urbem & in urbem. Vir. in. ij. Mygdonides illis qui ad Troiam forte die bus Venerat. Idem in buco. Quo te Mœri pedes, an quo uia ducit in urbem? δέομαι χρημάτων, nos eget uerbum tam gtō quām abltō coniungimus, egeo illius rei, & illa re. Illi ποῖ ad locum, & nos quo. Illi ἀθήνησι, ἡμῖν ἐν ἀθήναις, pro his nos genitiuis si primæ sint uel secundæ nomina urbium, sin tertiæ, ablatiuis utimur, & in semper pluralib. ut Romæ, Tyri, Carthagine, Athenis. Attici πόπερον, & singulari & plurali nūero adiungunt, nos uero, utrum utriq; numero adiungemus, utrum bonæ sunt hæ res an illæ. Attici, γυμνὸς τὴν κεφαλὴν ἐπιφαίνων. Virgi. in primo: Nuda genu nodoq; sinus collecta fluentes. ἐπιγελῶ τοῖς, ἐμπαίζω σὲ ἢ σοὶ καταγελῶ σοῦ ἢ σὲ, ἐμπαίζω αὐτόμ. Teren. in eun.

Forte habui scortum, cœpit ad id alludere, & me irridere. Virg. tamen in. ij.

certantq; illudere capto. Similiter arrideo tibi pro irrideo. Teren. in eunu. Sed his ul tro arrideo. Attici, προσειώχομ τοῦτον οἷος ἐστιτο. Virg. in primo: et alto Prospiciens. Idem in sexto: Prospexi Italiam summa sublimis ab unda. Teren. in heaut. Quicquid ego hu ius feci, tibi prospexi & stultitiæ tuæ. Attici, πλείονες ἢ πάντες τοῦτο λέγουσιμ ἄνθρωποι. Te rent. in And. Quod plerique omnes faciunt adolescētuli. ὑπερέχω σοῦ ἢ ὑπερέχῃ ἡ κεφαλὴ πλῶ χείρα. Nos quoq;, præsto tibi & te. Virg. in. xij. Ibo animis contra uel magnum præstet Achillem. Terent. in eunu. Dij immortales homini homo quid præstat, stulto intelli gens Quid interest? Illi dicunt, κηδεστὴς σοῦ ἢ σοί, cognati uel affines, uel fratres, uel ami ci, uel inimici horum & his, sic & similia omia. Illi, ἔτυγε λέπω γένοιτό μοι τοῦ καλοῦ τοῦτό τε. Frequenter & nostri huiusce modi utuntur figura, ut genitiuos ponant p nominatiuis. Cicero in primo Verr. Ita mihi deos uelim propitios, ut cum illius mihi temporis ue nit in mentem, quo die citato reo mihi dicendum sit, non solum commoueor animo, sed etiam toto corpore perhorresco. Idem in. vij. Cum mihi Tyndaritani illius uenit in mē tem, cum Segestam, cum iura simul ciuitatum, atq; officia considero. Attici, προσήκῃ μοὶ πολυπραγμονεῖμ τοῦτο. Teren. in eunu. Et adeo ad te attinere hanc omnem rem. nostri fre quentius, attines ad illum & illi. Attici, ἀγαπῶμ σὲ πλθένῳ ἢ ἀγαπῶμ πλῶ παρθένομ. Roma ni quoq; fugitans, amans, patiens, & multa similia, tam genitiuo quàm accō adiungunt, sed accō iuncta, participia: genitiuo, nomina sunt. Plato in Lyside, *

dixit, id est clementer, pro non nimium. hinc Sallust. in Iugurt. Sed his rumor clemens erat, pro non nimius. Attici, εἰσέρχετῃ πλῶ πόλιμ οὗτος. Euripides, μόνομ ἢ σὺν τέκνοισιμ εἰς ἀγῶνόμας. Teren. in Andria: Adeon' ad eum? Virg. in decimo:

Regem adit, & regi memorat nomen'q; genus'q;. Idem in Georgi. iij. Adit op pida pastor. εἰσῆλθε πλῶ οἰκείαμ ὁ κλέπτης. Chrestomenes, *

Teren. in Phorm. Adi magistratus. Attici, ἱκετεύω, λίσομαι σὲ πρὸς θεῶμ. Vir. in quinto:

superosq; precati, Trinacrij teucriq; uiri. Terentius in Andria:

Huic supplicabo, amorem huic narrabo meum. προσκαλῶ σὲ ἢ προσέφη τοῦτομ.

Virg. in sexto: extremum fato quod te alloquor hoc est. Idem in secundo:

Affaturq; deos, & sanctum sidus adorat.

Attici, ὑφ' βασιλεῦ δεδεμμένοι προσηνέχθησαμ. Romani quoq;, oblati sunt uobis & ad uos. Attici, προσλαμβάνω σὲ ἢ προσλαμβάνω σοῦ. Nam πρὸς præpositio tam accusatiuo quàm genitiuo coniungitur, sed in diuersa significatione. quod nos in multis facimus præ positionibus, ut in, sub, super, subter, de quibus sufficienter Donatus docet. Præter autem, quando loco sine accipitur, ablatiuo coniungitur, ut Sallustius in Ca tilinario: Præter rerum capitalium condemnatis, nam aliâs accusatiuum sequitur. Te nus quoq; quod apud græcos aduerbium est, sicut & sine & multa alia, quæ à nīis inter

præpositiones ponuntur,tam ablatiuo q̃ genitiuo sociatur secundum Græcos. Virgilius in tertio: Pube tenus,postrema immani corpore Pristis. Idem in Georgi.tertio: Et crurum tenus à mento palearia pendent. Idem in.x. cui laterum tenus hispida nanti, Frons hominem præfert.hoc autẽ(ut ostendimus) secundũ Græcos.nam apud Latinos nulla præpositio,nec aduerbium præpositiuum casualiũ nisi accusatiuo uel ablatiuo coniungit. Attici, εἰθέ μοι τόδε τ' ἀγαθὸν γένοιτο νῶϊν. Cicero in uerrin.i. Cum illius tẽporis mihi uenit in mentem. Illi, ἐπὶ τούτοις γελᾷν Ⓒ ἐπιγελᾷν σοὶ,σέ. Terentius in Eunuch. Hisce ego non paro me,ut rideant,sed his ultro arrideo. Idem in Adelph. Rideo hunc. Idem in eadẽ: Nulli lædere os, arridere omnibus. Idem in Eunu. Cœpit ad id alludere & me irridere. Attici,προκείνω σὲ ἄξιον εἶναι πάντων τ' ἐμῶν ἑταίρων. Nostri quoq; huiusmodi locutionibus utunt,ut præpono hunc optimum esse amico. Illi, λαγχάνει τὴν κτίσιν,οἰκοῦσι τὴν μεσοποταμίαν. Nostri quoq; accolunt fluuium & fluuio. ἀποβλέπω καὶ ἐπιβλέπω τ' ἔρωμαι, sic nostri. Cicero pro Milone: Et aspexit me illis quidem oculis. Virgil.in.i. Aspice bifidenos lætantes agmine cygnos. Attici, ἐναντίον θεοῦ, Ⓒ ἐνώπιόν σου. Terent.in Phor. Nanq; insciția est aduersum stimulos calces. πρὸς καθήμενον ἢ πρὸς θεόν. Iuue. in.iii. spectẽt iuuenes quos clamor & audax Sponsio,quos cultæ decet,assedisse puellæ. Illi, πρῶτον μὲν ὅτι,δεύτερον δὲ, εἶτα μὲν ἔπειτα δὲ. Nostri uero,primo uel primũ quidem, deinde uero,uel post uero,uel nunc uero,uel secunda,aut secundũ uero. Attici,συνέχω τὴν διάνοιαν Ⓒ ἀναπολῶ τ' ὄψιν. Terẽ.in And. Nunc quam rem uitio dent quæso animũ aduortite. Idem in Eunu. Aduerti hercle animum. Virgili.in.vi. Cœruleam aduertit puppim ripæq; propinquat. Attici, ἐπιστρέφομαι τὴν κακοτεχνίαν,ἐπιβαίνει ὁ ἀθενῶν. Virg.in xi. Impressoq; genu nitens terræ applicat ipsum. Attici, τὸ μέρος,πρὸς μέρος, Ⓒ ἐκ μέρους. Nostri quoq; ad partem,& in parte,& ex parte. Illi, τοῦτο μόνον δίδοσθαί σοι ζημίαν ἔχον. Terent.in Andria: Id sibi negoti credidit solũ dari. Huic simile est illud Virgilianũ in.ii. Aeneid. Dixerat & genua amplexus genibusq; uolutans Hærebat. Demosth. καθ' ἡμᾶς ἐγένετο,οὐ κατὰ γνώμην,κατὰ σὸν θέλημα. Hoc est quod dicimus secundũ uoluntatem uestram,& secundum uos. Luca. in. viii. secundum Aemathiam his tanta dat. Attici βουλεύομαι προβλέπω σὲ οὐ σοὶ,Ⓒ προνοῶ. quomodo & apud nos, consulo & prouideo, prospicio,tam dtõ q̃ accusatiuo coniunguntẽ, sed datiuo prouidentiam significant. Illi, πάτροθεν Ⓒ μήτροθεν βάρβαρός ἐστι, Ⓒ ἐκτὲ πατρὸς, Ⓒ μητρὸς βάρβαρος, nos à patre & à matre Atheniẽsis est. Attici,πρός σε λαμβάνω τόδε ἀντὶ τ' ἐμοῦ σοῦ. Romani quoq; apud arbitrũ, & ad Troiam tamen pro apud Troiam. Virgilius in.i. Prima quod ad Troiam p charis gesserat Argis. Attici, ὑπονοῶ τὰ ἱερὰ κεκλεμμένα,ἤγουν εἶναι. Frequẽtissime nostri quoq; participia pro infinitis,ut audio interfectum, mortuum, cæsum,& similia, in quibus omnibus subaudit esse. Iuuena. perituros audio multos. ὥστε λέγειν πρεσβύτερον γεγονέναι. Sal lustius in Catil. & populus lætari, & merito dicere fieri. Attici, στεφανῶσι κοινὸν στεφάνῳ Ⓒ στεφανοῦμεν καλάμῳ λευκῷ, & Romani coronatur illam rem,& illa re. Quomodo etiam induitur. Horatius: Coronari Olympia. Virgilius in.vii. induit albos Cum uitta crines. Idem in.x. An sese mucrone ob tantum dedecus amens Induat. Præpositio apud illos frequenter abundat, & deficit. Demosthenes, * & nostri conuenit mecum,tecum. Aristophanes autem ἄπελθ' ἵν' ἐκεῖθεν ἐκτραχηλιοθῇς πεσών. Deest enim κατὰ. Homerus, ἀμφότερον,ἀντὶ κατὰ ἀμφότερον. Nostri quoque utraque figura utuntur. Virgilius in nono: Tum demum præceps saltu sese omnibus armis In fluuium dedit. Deest cum. Attici, μέμνημαι συγγνῶθι, id est memini da ueniã. Demosthenes, * Sallustius in Iugurth. hominis ueteris prosapiæ, multarum imaginum,nullius stipendii. Frequentius tamẽ in huiusmodi sensu Romani ablatiuo utuntur. Terentius in Andr. Ibi unam aspicio adulescentulam Forma,bona fortasse,ac uoltu Sofia, Adeo modesto, adeo uenusto,ut nihil supra. Cic. in Philip. contra Antoniũ: Tu nec soluẽdo eras,id est soluere debita nõ poteras. Illi,συμφονῶ ἐμαυτῷ εὐδαιμονοῦντι Ⓒ εὐδαιμονῶν, nostri quoq; inueniunt hac forma sæpe usi, conscius sum mihi benefaciẽti,& benefaciẽs,quõ dicimus nomẽ est mihi Iulus et Iuli et Iulo & Iulũ.

Virg. in.ij. sensit medios illapsus in hostes. Illi, κλέψας τὴν θεῶν τὰ ἱερὰ, & τοὺς θεούς, & nostri depilatus deos decumas & deorũ decumas. Attici, αἰσθάνομαι ὑμᾶς ἐν ἀλλοτρίᾳ ἁμαρτάνοντας, nostri accõ sentio illam rem, ἀγνοεῖ τὴν ἁμαρτίαν, similiter Latini ignoscit culpam

* & magis fœmininũ ipse fœtus est, quomodo apud nos, hic & hæc stirps & finis & filex & multa similia. Herodotus in.iij. * id est obijt uel mortuus est à suis. Attici, ταυτὸ τοῦτο, τοῦτ' ἔστιν ἐκεῖνο. Nostri quoq; idem huic illud est, & idem quod hoc illud est. Iuuenalis in.ij. Implet & ad mœchos dat eisdem ferre cinædis. Δανάθῃς ἐγὼ, καὶ σὲ, ἀποφλιῶ ἐγὼ κἀσέ, quomodo & Latini sæpe eadem uerba diuersis pferunt significationibus, ut ruo absolutũ & actiuum. Virgil. in.vij. ruit omnis in urbe Pastorũ exacie numerus: hic enim est absolutũ: In primo aũt actiue protulit: Incubuere mari totumq; à sedibus imis Vnà Eurusq; Notusq; ruunt. similiter moror tam absoluta q̃ actiua significatione ponit. Virgilius in.i. Hunc Phœnissa tenet Dido, blandisq; moratur Vocibus. Iuuenalis in.xi. morantur Pauci ridiculum & fugientem ex urbe pudorem. hoc in actiua significatione. Virgilius in.iij. Quid mororꝛan mea Pygmalion dũ mœnia frater, Destruat? Illi, ἡδὺς μὲν ὁ ὕπνος ἐστὶ καὶ ἡδὺς ὁ θάνατος. Similiter nos dicimus argumentum huius rei, & huic rei est illud, qũo dicimus pater huius est, & huic ille. Virg. in vij. Huic monstro Vulcanus erat pater. Attici, ἐν τοσούτῳ δὲ quomodo & nostri interea dum. Virgilius in.ij. Georg. Sed fugit interea fugit irreparabile tempus, Singula dum capti circumuectamur amore. Idem in eodem: Interea superat gregibus dum læta iuuentus. Notandum ergo q̃ quomodo apud Græcos ἕως coniunctum cum ἐν significat μέχρις ἄν, sic & apud nos interea. est etiam ubi pro tamen inuenitur positum. Virg. in primo georgico. Nec nulla interea est inaratæ gratia terræ. Interea posuit pro tamẽ. Τὸν βίον ἐκπλέσαι uitam finire, id est mortem obire. Attici, ὅλην τὴν νύκτα φροντίζω. Virgi. in primo: noctem non amplius unam Falle dolo. Idem in tertio: Noctem illam tecti syluis immania monstra Perferimus. Attici, ἡ χθὲς ὁ ὑὸς καὶ πέτρας. huic simile est Virg. Ictũ iam fœdus, pro fœderis hostia. Illi, νυκτὸς ἦλθε, καὶ νύκτως τὴν ὑσταίαν καὶ πρωϊαίαν, Nos pridie aduerbialiter dicimus, & postridie, & priore die tñ & posteriore, & postero, & nocte & superiore, Cicero in primo inuectiuaꝛ: Quid proxima, quid superiore nocte egeris. Illi, τοιοῦτος, ὁ ναός, ὁ σός, ὁ πρεσβεύς, huic simile Iuuenalis in tertio: Hunc qualẽ nequeo monstrare & sentio tantum, pro talem qualem. Et sciẽdum q̃ frequenter huiusce modi pronomina demonstratiua uel redditiua, & infinita nomina, loco infinitorꝛ qualitatis & quantitatis inueniunt apud autores. Demosthenes. *

Virgilius in secũdo: Dis aliter uisum. Illi, νῦν τὼν δύο μόνων ἡμῖν ὄντων ἐν ταῖς χερσὶ τὰ μά. Sallustius in Catili. Proh deũ atq; hominum fidem uictoria nobis in manu est. Illi, χαζεταίμεν, καὶ βιάζομεν, ποιοῦμαι τόδε τι καὶ ποιῶ. Nos multis uerbis tam actiuæ quàm passiuæ uocis, similiter in una eademq; significatione utimur, mereo & mereor, populo & populor, nutrio & nutrior, bello & bellor. Virgilius in secundo Georg.

Hoc pinguem & placitam paci nutritor oliuam, pro nutrito. Idem in .xi. pictis bellant Amazones armis. Illi, οἱ μὲν ἔλλωες, οἱ δὲ βάρβαροι, οἱ μὲν ἀγαθοὶ, οἱ δὲ κακοὶ τούτων: Pro quo nostri dicunt, quidam boni, quidam mali, alij boni, alij mali, & hi boni, & hi mali. Attici, τί ἡμῖν καὶ σοὶ ὦ ἑταῖρε. Terentius in Adelphis:

Sed quid ista Aeschine nostra, aut quid nobis cum illis? Iuuenalis in.iij.

Quo mihi te solitum falsas signare tabellas. Plato * Nostri in utraq; significatione accusatiuo utunt. Virgilius in.iij.

Vlta uirum pœnas inimico à fratre recepi. Idem in.ij.

nunq̃ oñes hodie moriemur inulti. Vindico quoq; in utraq; significatione inuenitur tam pro læso q̃ contra lædentem accipiendum. unde uindicta non solum pœna, sed etiã liberatio accipitur. Persius, Vindicta postq̃ meus à pũtore recessi. Vnde & assertio tam à seruitute in libertatẽ quàm à libertate in seruitiũ trahi significat, qđ apud Liuiũ in multis legimus locis. Attici, ἀκόσπε τὶς ἡμῶν, λάθεπε τὶς τοῦτο. Simile Terẽtia, in Adel. Aperi te aliquis actutum hostium. Attici, τὶ ex superuacuo adjcíũt. Plato, *

Terentius in Andria: Subtristis uisus est esse aliquid. ὅτου χάριν ἦλθες δεῦρο, pro cuius causa. Cicero Philip. ij. Illud Cassianum cui bono, id est cuius gratia aut ad cuius bonum. Attici, * Frequentissime hac figura utuntur nostri. Sallustius in Iugurt. Homines ueteris prosapiæ multarũ imaginum ac nullius stipẽdij τὸ ποιεῖν, τὸ φαγεῖν, τὸ λαβεῖν, τὸ λέγειν. Demosth. τὸ γὰρ πράττειν τοῦ λέγειν καὶ χρηστοτέρων ὄντων τὴν τάξιν πρόκριτον τῆς δυνάμεως καὶ κρείττων ἐστί. p hac constructione, id est pro articulo gtĩ qđc oniũgant Græci cũuerbo infinito, nos gerundijs in di terminantibus utimur, addentes tĩ causa uel gratia, ut discendi causa lego Virgilium, accusandi causa, & defendendi in forum procedo. δεῖσθαι χρημάτων ὀνείδεσι. ἀγωνίζομαι προφάσεως. Isocrates, * Nostri, egeo illius rei, & illam rem, & illa re, & supplico tibi, & quæso te. Terentius in And. Huic supplicabo, amorem huic narrabo meũ. Cicero pro Roscio: Nam per deos immortales quid est in hac causa quod defensionis indigeat? Demosthenes Philip. iiij. ὥσπερ τοὺς πρόσθεν καὶ νῦν τρόπον στρατευομένους. & nostri frequenter hac figura utunt quemadmodũ dicis, sic facio, prout dicis, sic facio διὰ τὰς ἀμαρτίας, ad accm, διὰ σὲ ὀνείδους ἡμῶν βάλλεται εὐφημισμός. Cicero p Ligario, atq; in hoc quod cum mendacio, si uis gloriari, per me licet. τοσοῦτον ὅσον. τοσοῦτον διενήνοχεν, ὀνείδεσι καὶ τοῦ δεῖνα, ὥστε καὶ λέγειν ἅπαντας, quod plerisq; dicunt τοσοῦτο διοίσειν τοῦτου τ' ἀνδρὸς, ὅσω. Et Romani tantum quantum, & tanto quanto, differt, distat, interest, præstat. Attici, τοσοῦτον ἄπειμι τοῦ κακουργεῖν, καὶ τοσούτῳ ἄπεστι τοῦ δίκαιον εἶναι. Similiter Latini tantum, & tanto defuit inuitis ciuibus aliquid facere. Cicero pro M. Marcel. Tantum abes à perfectione maximorũ operum, ut fundamenta quæ cogitas nondum ieceris. Illi, οὗτος μὴν γεννηθεὶς ἔτη εἴκοσι τάδε ἐποίει. Terent. in eunu. Ille alter ad nos uenit annos natus sedecim. Illi, ἐπαινῶ σὲ ποτὲ μὴ διὰ τὸ φιλότιμον εἶναι. ποτὲ ἢ καὶ διὰ τὸ γενναιότατον φαίνεσθαι, pro quo nos cum, tum. Cicero pro Deiotaro: Cum in omnibus causis grauioribus C. Cæsar initio dicendi cõmoueri soleam uehemẽtius, quàm uidetur, uel usus uel ætas mea postulare, tum in hac causa ita multa me perturbant. ἄρα apud illos supponitur, τοί νυν præponitur, apud nos autem & igitur & ergo tam præponunt q̃ supponunt. Attici, * τὴν πρώην ἀγαθῶν, ἦλθε μοι εἰς νοῦν. Omnia hæc & apud nostros inuenis. Virg. in. ix. Nocte super media tuti sub matribus agni Balatum exercent. Cicero uerrin. i. uatum illius temporis mihi uenit in mentem. Idem de signis: Venit em̃ mihi fani, loci, regionis illius in mentẽ. Attici, σήμερον ἡμέρα, ἄυριον, ἐχθὲς πρωΐ ἔτος, νῦν ὁ θάνατος ἄλλος. Nostri quoq; aduerbiũ est q̃ casuali adiungunt, ut Persius: Euge tuum & belle: nam belle hoc excute totũ. Idem, Hesternum cras abijt. Virg. Mane nouũ & spõte sua. & Lucan. in. i. Tu satis ad uires Romana in carmina dandas. Attici, δίκλω πολεμίων ἴδιοις ἐν ἀυτοὺς ποιεῖν. Sallust. in Cati. Cum domos atq; uillas uideas in modum urbiũ ædificatas. Thucydides * pro nudiustertius. Hinc Romani tertiũ & tertio calendas, uel nonas, uel idus. uel calendas, nonas, iduum, pro in tertio ante calẽdas uel nonas uel idus. Cicero inuect. i. Meministi ne me ante diẽ. xij. calendas nouembrium dicere in senatu, fore in armis certo die, qui dies futurus esset ante diem sextum calendarum nouembriũ, pro in diem sextum calendas nouembrium, ante frequentius tĩ accusatiuo adiungit, & p eclipsin præpositiõis. Attici, πείθομαί σοι, ὑπακόω σοῦ, ὑποτάσσομαί σοι. Hinc Romani obedio tibi & ausculto tibi. Sallu. in Catil. Quæ natura prona, atq; uẽtri obedientia finxit, pro obaudientia. Teren. in And. Pamphilum ne adiutẽ an auscultẽ seni. Attici, πείθομαι δεῦρο πατρὶ, εἰμὶ σοὶ ὑπήκοος. Hinc Ro. dicunt, audiens tibi sum. Attici, πρὸς σοῦ ἀντὶ πρὸς σοῦ accipiunt, sicut & nos super pro de. Demosthenes Philipp. iiij. * Virgilius in primo: Multa super Priamo rogitans, super Hectore multa. Attici, ἡμίσους. Hinc Ro. dimidio superat. unde Iuuenalis in quinto: pares, qđ uendere possis Pluris dimidio. Similiter præstat pro superat. Virgilius in. xij. Ibo animis contra uel magnum præstet Achillem, pro superet. Idem in. i. gradiensq; deas supereminet omnes. Illi, προπάσχομαι τοῦ ἀθενοῦντα, ἀποδοκιμάζω τόδε τί. Ro. ad accusatiuum despicio & contemno & aspernor illum. Attici, προσβλέπειν, ἀφοράω, ἐπιβλέπειν τόδε. Cicero pro Milo, Et aspexit me illis quidẽ oculis, quibus tum cum oñibus omnia minabat,

Virgilius in.i. & alto Prospiciens summa placidum caput extulit unda. Illi, ὑπὲρ τ θεῖν ὑπὲρ σθένος, ὑπὲρ τ σχατιγόν. Hinc & sub apud nos accusatiuo & ablatiuo adiungit.genitiuo eũ præpositio apud Latinos præponi non potest separatim. Virgili. in.ij. postesq; sub ipsos Nituntur gradibus. Idem in.viij. sub te tolerare magistro Militiam. Sub oculis quoq; dicimus,pro ante oculos. Attici, ἀνέχομαί σε λοιδορεῖν,μὴ λοιδορεῖντα, καὶ λοιδορουῦντ. Sic & nos patimur illũ facere hoc,& hoc facientẽ,& hoc faciente. Illi ἄρτι uel πρώην dicunt,quod pauloante uel mox fuit, & ex hoc Rom. è uestigio dixerunt, uel quod stans aliquis in eodem uestigio facit,unde statim quoq; dicit,uel quantum tempus est in uno uestigio faciendo,quod est breuissimũ. Cice.in.i. Verri. è uestigio ex homine tanq; aliquo circeo poculo factus est Verres,redijt ad se,atq; ad mores suos. Illi ὑπὲρ καπνὸν τίθεσι,μὴ ἐπὶ τ ὤμων. & similia dicunt.sic Virg. in .vi. gemina super arbore sidunt. Etidẽ in Bucol. Fronde super uiridi sunt nobis mitia poma. Idem in.i. Aenei. fama super æthera notus. Attici, ἐπὶ κρόνου ἦσαν ἤγουν ἐπὶ τ ἡμῶν τ κρόνου, non addentes diem, hoc & nostri est qñ faciunt. Demosthenes pro Ctesiphonte. * Idem in Philippic. ὑπὲρ πολλὰ ἀξιοσίαν αὐτοῦ ὑπάρχει, hoc & nostri sub imperio suo,& sub imperiũ suum facit gẽtes. Attici,ὑπομένω μὴ ὑποφέρω,& Latini sustinebant illum. Illi ὑπολαμβάνω,pro respondeo ὁ δ ὑπολαβὼν ἔφη τάδε ἤγουν ἀπολογούμενο. Plato in Protagora, * Hinc Virgi. in.vi. Suscipit Anchises, atq; ordine singula pandit, pro respondit ad interrogationẽ Aeneæ.inueniunt & nostri abundantia utentes,ut loquere dicens, & stude properans, & similia. Attici, δεῦρο ἡμᾶς μεταμέλλεσθε,μὴ μεταμελλομένους, hac figura frequẽtissime quoq; Ro. utunt,ut infinita uerba,pro participijs ponant,ut Teren.in Adel. Video sapere in loco, amare inter se, ἢ τ ἀπόλλω,μὰ τὸν ἀφροδίτην, Latini plerunq; utunt accusatiuo in huiuscemodi interiectionibus, proh deũm fidem. Terent. in Phor. Proh deũm im mortalium fidem, negat Phanium esse hãc sibi cognatam Demipho? & ad nominatiuũ tñ solet proferri,ut idem in Adelp. Proh dij immortales facinus indignum Geta quod narras. Attici, συλλέγει φθόνον μοὶ ὁ βάσκανο,& nos inuidiam mihi colligit. ἐπιτρέπω σοὶ χαίρειν καὶ χρήματα. Iuuenalis in primo: audenti sese indulsisse tribuno. Attici, ἔχω σκῆπτρον φέρω,κομίζω τόδε. Virg.in .vij. de tiara & sceptro: Hoc Priami gestamen erat, cum iura uocatis. Idem in.i. Virginibus tyrijs mos est gestare pharetrã. Idem in eodem: Præterea sceptrum Ilione p gesserat olim Maxima natarũ Priami. Illi, γνῶσις ἔστι τ γραμματικῆς,& nos,est nobis prudẽtia illius rei,et de illa re. Attici,φροντίζω τόδε, μὴ φροντίζω σοῦ, sic nos ad accm̃,curo illam rem.χάριτας ἀθανάτας σοὶ οἶδα. Teren.in Eun. Magnas uero agere gratias Thais mihi? Idem in eadem: & habetur & referẽ Thais tibi,ut merita es gratia. Attici, εἰστάω νόμους μὴ εἰς νόμους, τοῖς ἐμοῖς μὴ χαιρέτω. Hinc nos uicem tuam doleo,pro in tuam,& .vij. Cal.pro ante Cal. Virg.in.i.

Italiam fato profugus, pro in Italiam. Terentius in Eunucho: At ille alter uenit ad nos annos natus. xvi. pro ante.xvi. Frequentissima est hæc figura apud autores, in qua præpositio deficit, χαμόθεν qđ est à loco, Cratinus pro in loco posuit. * melius tamen distinguendum χαμαὶ humi, χαμόθεν ab humo, χαμάζε in humum. Nos gtõ quidem in loco,& ablatiuo uero de loco,& accusatiuo ad locum utimur,humi sum es est. Sall. in Iugurt. quæ humi arido atq; arenoso gignuntur. Virg.tñ in quarto Aenei. eiectum littore dixit,pro in littus,q̃uis quidam distinguentes eiectum ad consequens uerbum dicunt littore egentem Suscepi,& regni demens in parte locaui,βόσκειν τὴν πλὼ ὕλλιν τὸ πῦρ. Simile Virg.in iij. Georgicor̃,

Pascunt uero syluas & summa Lycæi.

Idem in .ij. Aeneid. Implicat,& miseros morsu depascitur artus. Sic ergo possumus dicere,satior illius rei & illam rem. Terentius in Adelphis:

Sed postq̃ intus sum omnium rerum satur.

PRISCIANI GRAMMATICI CAESARIENSIS PARTITIONES VERSVVM XII. AENEID. PRINCIPALIVM.



Rma uirumq; cano Troiæ qui primus ab oris. Versus genere uniformis, specie dactylicus, compositione simplex, nec similis pedibus, depositione terminalis in dissyllabum, qui diuiditur in cæsuras, per cola quidem in nouem, per commata uero in duas, semiquinariã & semiseptenariam, p pedes in quinq;, quia dactylus habet tres syllabas. Di. Quid est genere uniformis? Ma. Quia generalia metra nouem sunt: Dactylicum, anapesticum, iambicum, trochaicum, choriambicum, pæonicum, ionicum à maiori, ionicum à minori, antispasticum: & sunt in quibusdam generibus diuersæ species uersuum, ut, choriambicũ asclepiadeum, ex spondeo & duobus choriambis & pyrrhichio: choriambicũ gliconicum ex spondeo, choriambo & pyrrhichio. Similiter alia huius generis plurima inueniuntur metra, ut illud Horatianum: Lydia dic per omues, quod habet choriambum & bacchium. Dactylicum uero uniforme est. Di. Quid est specie dactylicus? Ma. quia legitimos pedes dactylos & spondeos accipit, qui in dactylos resoluuntur ratione temporũ. Di. Quid est compositiõe uel ratione simplex? Ma. quia sunt uersus ex diuersis generibus metrorum compositi, quales inuenies apud Horatium & alios lyricos, mixtos ex dactylis & iambis, ut est apud Flaccum: Scribere uersiculos amore perculsum graui. Est enim semiquinaria penthemimeris heroica cum dimetro iambico. Heroicus uero simplex est compositione, id est à pedibus unius speciei componit̃. Di. Quid est nec similis pedibus? Ma. quia licet uel dactylos uel spondeos ponere. Di. Quid est depositione terminalis in dissyllabum? Ma. Catalecticos dicunt, quibus deest in fine aliquid: acatalecticos quibus nihil deest. Heroicus autem qui legitimos habet dactylos qui trisyllabi sunt, ideo in dissyllabum desinere uult, & minuit in fine unam syllabam ne sit impedimento sequenti uersui quin celeriter incipiat. Præterea dicuntur hypercatalecti quibus abundat una uel duæ syllabæ, ut nouenarium Pindaricum: quod cum sit dimetrum iambicum, habet tamen unam syllabam plus in fine. Horatius: Syluæ laborantes geluq;. Brachycatalecti dicuntur in iambicis & similibus, quibus deest una syllaba uel duæ, ut est senarium iambicum Colophon, ut Horatius: Mea renidet in domo lacunar. Per cola diuisio separatur in certas integras partes orationis, per pedes uero secundum metri rationem, & per commata similiter. Commata autem sunt tria, trochaica, semiquinaria, & semiseptenaria: quarta enim bucolica magis passio est, sicut semipes, & quarta trochaica, & quæ inueniuntur per singulos pedes. Cæsuræ uero cursum & rhythmum leuiorem solent perficere, & necesse est uel unam uel duas cæsuras in uersu inueniri: nam tres rarissime possunt inueniri in eodem uersu. Nam si semiquinariam habet, trochaicam raro habere potest, nisi quando monosyllaba intersit dictio, ut Munera clara dedit dat eidem debita pater, & è cõtrario si tertiam trochaicã habet, semiquinariam raro habere potest. Per pedes in quinq; diuiditur hic uersus cæsuras, quia sex pedes quinq; habẽt interruptiones. Di. quot figurarum est heroicus uersus? Ma. triginta & duarum. Di. quomodo? Ma. quia quinq; dactylos uel spondeos habentes unius sunt figuræ. Similiter quatuor dactylos, & unum spondeum habentes, quinq; faciũt figuras, & è contrario, ex quatuor spondeis & uno dactylo quinq; figurarum est. Vnus enim inter quatuor mutans loca quinq; facit figuras. Sic & duo spondei inter tres dactylos, & duo dactyli inter tres spondeos mutantes loca, denas faciũt figuras. Habemus igitur tres modos, & primus singulas figuras habet ex quinq; similibus. Pone igitur duas figuras. Secundus qui ex quatuor & uno (dissimili mutante loca) quinas: pone ergo hic

decem figuras. Tertius modus est ex duobus & tribus diuersis commutatis, in quo denæ inueniuntur figuræ. Adde etiam .xx. Omnes igitur sunt .xxx. & duæ figuræ. Et ut scias etiam aliam rationem numeri figurarum, in omni metro computa quot pedes accipiũt singula loco, & multiplica numerum, quem accipiunt singula loca, priora ad numerum pedum, quos accipiunt loca sequentia: ut in heroico, primus locus accipit duos pedes, hoc est dactylum & spondeum, similiter secundus duos: bis duo quatuor fiunt: tertius similiter duos. bis quatuor octo fiunt: quartus quoq; duos: bis octo sedecim, et quintus duos, bis sedecim triginta et duo. & in iambico similiter primus locus accipit pedes quinq;, secundus tres, ter quinq; sunt quindecim, tertius quoq; quinq;, quinquies quindecim septuaginta quinq;, quartus tres, ter septuaginta quinq;. ccxxv. quintus quinq;, quinquies, ccxxv. m. c. & .xxv. Sic in omni metro in quo diuersoꝝ pedum sunt eadem loca capacia, ut in anapæstico & trochaico hac ratione figuras potes inuenire. Nam in illis metris, in quibus singula loca fixos habent pedes, id est singulos unius sunt figuræ, ut in Asclepiadeo ac Sapphico hendecasyllabo & similibus. Arma uirumq; cano Troiæ qui primus ab oris. Di. scande uersum. Ma. Arma ui, rumq; ca, notro, iæqui, primus ab, oris. Di. quot habet figuras? Ma. decem. Di. quare? Ma. quia constat ex tribus dactylis, & duobus spondeis. Di. Quot cæsuras habet? Ma. duas. Di. quas? Ma. Semiquinariam & semisepte nariam. Di. Quomodo? Ma. Armaui, rumq; ca, notroiæ. Di. Quot partes orationis habet iste uersus? Ma. nouem. Di. ostende. Ma. Arma, uirum, q;, cano, troiæ, qui, primus, ab, oris. Di. Quot nomina? Ma. sex. Arma, uirũ, troiæ, qui, primus, oris. Di. quot uerba? Ma. Vnum, cano. Di. quot præpositiones? Ma. unam, ab. Di. quot coniunctiones. Ma. unam, que. Di. Arma quæ pars orationis est? Ma. nomen. Di. quale? Ma. appellatiuum. Di. cuius speciei? M. primitiuæ. Di. cuius generis? Ma. neutri. D. cur neutri? M. quia oĩa quæ in plurali nũero in a definũt, sine dubio sunt neutri generis. Di. cur singulare nõ est in usu? Ma. quia multas & uarias res & plures hoc nomen significat: arma enim dicũtur hoc nomine instrumenta non solum bellica, sed etiam ferè omnium artium, ut Virgilius de agrestibus in .i. Georg. Dicendum & quæ sint duris agrestibus arma. Nautarum quoq; & pistorum instrumenta arma dicuntur. Virgil. in. v.

Colligere arma iubet ualidisq; insurgere remis. Idem in .i.

cerealiaq; arma, Expediunt.

Cum igitur sit ὁμώνυμον, quod quidam uniuocum dicunt, & uarias res significet, sicut ipse demonstrat, singulæ earum habent sua nomina, ut scutum, galea & cætera, non igitur opus est in hoc nomine singularis numerus, cum semper in plurali significatione ponatur. Potest etiam & differentiæ causa hoc singulare taceri, ne ab armo artu corporis obliqui eius casus proferri existimentur, hic armus huius armi. Di. Cuius figuræ? Ma. simplicis. Di. fac ab eo compositum. Mag. armiger, armipotens, semermis, inermis & inermus. Di. Cuius casus in hoc loco? Magist. accusatiui. Dis. Vnde hoc certum est? Magist. A structura, id est ordinatione & coniunctione sequentium: cano enim uerbum accusatiuo coniungitur, ergo si quando inuenies talem ordinationem, pone loco neutri masculinum uel fœmininum, quorum accusatiui non sunt similes nominatiuis, & manifestabitur tibi casus, ut in hoc uersu, cano uirũ dixit: similiter cano illam rem dicimus, ex quibus neutra quoq; sine dubio possumus intelligere secundum quem casum proferantur tam in singulari quàm in plurali numero. Nec solum tantum in neutro genere, in quo nominatiuus accusatiuus & uocatiuus similes sunt, sed etiam in alijs generibus in quibus inuenies similes casus, & dubitas secundum quam structuram posiri sint, compone cum illis qui non sunt similes, & soluisti tibi dubitationem, utputa si dicas oratoribus utor magistris, & dubites utrum datiuus an ablatiuus sit casus oratoribus & magistris, non solum quod utor uerbũ ablatiuo semper coniungitur hoc possis agnoscere, sed etiam si secundum singularem numerum hanc eandem ordines orationem dicendo, oratore magistro utor: oĩa em̃ terminantia in e ablatiuum masculina uel fœmi nina, nullum similem casum habent, Di, quotæ est declinationis arma? Mag. Secundæ.

Di. Quare? Mag. quia genitiuum armorum facit. omnia autem neutra pluralia a finalem nominatiui in o longam conuertunt, & addita rum faciunt genitiuum, si sint secundæ declinationis. illud quoq; possum dicere, quoniam alterius declinationis nomen in ma definens in plurali numero non inuenitur nisi secundæ, ut prima primorum, summa summorum. Di. fac deriuata ab eo. Mag. armarium, armamentum, armamentarium, armillæ quæ brachialia uocantur. Cicero in. iiij. de rep. Armentum, & ab eo armentarius. Di. dic uerbum denominatiuum. Ma. armo as at. Di. unde certum est quãdo uerbum à nomine, an nomen à uerbo nascitur? Ma. ex ipsa significatione & rei natura cognoscit. nam non possumus dicere armo, nisi prius sint arma quibus armemur, nec auro as, nec subæro subæras. Vnde Persius: Nequa subærato mendosum tinni at auro, nisi prius fit aurum uel æs. Contrà autem à uerbo nascitur nomen, quod nõ potest esse nisi prius actus uerbi in eo intelligatur, ut cum dicas lector, intelligo eum prius legisse, & sic ei id nomen do. Ergo armo, sicut diximus, uerbum est denominatiuũ quod à nomine nascitur, lector autem nomen uerbale. Di. Passiuum eius dic. Mag. Armor. Di. declina. Ma. armor armaris uel re tur. Di. dic participia actiua. Ma. Armans armaturus, passiua autem armatus & armandus. Di. fac nomen uerbale à participio præteriti temporis. Ma. armator, armatrix. Di. Cur? Ma. quia omnia participia præteriti temporis us in or conuertentia, faciũt nomen uerbale in omni coniugatiõe masculinum. ex quo iterum or in rix mutantes facimus fœmininum, nisi euphonia id est sonus, prohibeat. quod euenit in illis quæ in sor desinunt, ut pransor, cursor, tonsor. nemo enim dicit pransrix, cursrix, tonsrix, propter asperitatem prolationis, ut Terẽtius Tonstrina dixit euphoniæ causa, addens t contra regulam. Sicut emẽ à doctore doctrina cõsonantes eas habuit, quas suum uerbum primitiuum, sic debuit tonsrina absq; t esse, nisi sonoritas coegisset. defenstrix quoq; Cicero in Timæo protulit addita t. D. fac alia deriuatiua ab eodem supradicto participio. Mag. armatu tus tui, armatura, quæ rem ipsam significat. & sciendum ꝙ plerunq; quædam nomina rerum ferè eandẽ habent cum participijs terminationem, differunt autem declinatione. Nam nomina quartæ sunt, participia uero secundæ, ut iudicatus ὁ κριθεὶς huius iudicati secundæ, iudicatus uero ἡ κρίσις huius iudicatus quartæ. monitus ὁ ὑπομνηθεὶς huius moniti, monitus ἡ ὑπόμνησις huius monitus. lectus ὁ ἀναγνωσθεὶς huius lecti, & huius lectus ἡ ἀνάγνωσις. aditus ὁ προσελθὼν huius aditi, aditus ἡ προσέλευσις huius aditus. Quidam autem stulte & contra usum autorum participij penultimam producunt & dicunt hoc se facere differentiæ causa. nullum enim participium ueniens à uerbis in eo definentibus siue secundæ seu quartæ sint coniugationis, ī productam habet penultimam ante tus ut moneo monitus, habeo habitus, prætereo præteritus. Virgilius in. ix.

O mihi præteritos referat si Iuppiter annos. obeo obitus.

Idem in. x. Morte obita quales fama est uolitare figuras. Adeo quoq; facit aditus. Ouid. in Fast. Sol aditus quem quæris, ait, ne uana labores

Nupta Iouis fratri tertia regna tenet. De aditus igitur quantum ad præsens sufficienter diximus. Latius autem tractatum est de participio hoc in libro singulari. Nunc autem hoc est sciendum, ꝙ genitiuus quoq; supradicti participij pene in omnibus assumpta o facit rei nomen, ut iudicati iudicatio, orati oratio, rati ratio, moniti monitio, lecti lectio i penultima in omnibus correpta. Quamuis igitur regula det nobis copiam tam in us q̃ in o terminantibus uti, in significationibus rerum incorporalium, tamen autorum nobis usus sunt magis obseruandi. Illud quoq; sciendum, ꝙ multa nomina uerbalia participijs futuri temporis similia inueniũtur. & à passiuis quidem semper, ut amandus ὁ φιλητέος nomen, amandus φιληθησόμενος participium. legendus ὁ ἀναγνωστέος nomen, legendus ὁ ἀναγνωσόμενος participium. similiter & docendus ὁ διδακτέος nomen, & διδαχθησόμενος participium, & in futuri quidẽ temporis participijs passiuis hoc euenit semper, in actiuis autem non semper, sed in quibusdam, & hoc in fœmininis, ut armatura ὅπλισις nomen, & ὁπλισομένη participium. Li

tura ἡ ἀπαλλαφὴ nomen, ἡ ἀπαλλάφθος participium. scriptura ἡ γραφὴ nomen, ἡ γράφθος participium. Est autem inuenire nomina adiectiua hominum & mobilia, in omnibus similia participijs præteriti temporis etiam in secunda declinatione, ut doctus nomẽ, ὁ ἐυπαίδευτος, participium ὁ παιδευθείς. armatus nomen ὁ ὁπλίτης, participium ὁ ὁπλισθείς. Ergo sciendum ꝙ si sint nomina mobilia hominum non possunt eadem etiam rerum esse, ut doctus, armatus: & contrà, si sint rerum incorporalium non possunt eadem & hominum adiectiua, ut monitus, aditus. Sunt etiam rerum uocabula, quædam quæ neutris præteriti temporis participijs similia sunt, ut factum nomen ἔργον: participium τὸ γεγονός. uisum nomen ἡ ὄπτασία, participium τὸ ὀφθέν. Est aũt quando participijs præsentis temporis similia inueniunt nomina adiectiua, ut sapiens nomen ὁ σοφός. & participium ὁ φρονῶν. amans nomen ὁ ἐρασπὴς, participium ὁ ἐρῶν. Sed nomen geniti uo, participium autem accusatiuo iungitur secundum uerbi naturam, ut natus & ipse dea ὁ τεχθεὶς ἐκθεᾶς. natus autem deæ, ὁ υἱὸς θεᾶς dicitur. Di. Virum quæ pars orationis est? Ma. nomen. Di. quid est nomen? Ma. pars orationis uniuscuiusꝙ rei suppositæ communem uel propriam qualitatem significans. Dis. quot accidunt nomini? Mag. qualitas siue species, genus, numerus, figura, casus siue declinatio. nam comparatio nõ bene inter accidentia potest poni, quia non est generale accidens, nec in omnibus inuenitur nominis speciebus, sicut supradicta quinꝙ. non enim est species nominis, in qua non inuenias qualitatem & genus & numerum, figuram & casum. comparatio autem in solis ut dictum est adiectiuis inuenitur. Di. dic igitur, Virum cuius speciei est? Ma. primitiuæ. potest tamen & à uireo uerbo esse deriuatum, & est appellatiuum, & significat corpus animale. Di. cuius generis? Ma. masculini. Dis. unde hoc possumus scire? Ma. tam ab ipsa natura eius rei quam significat, q̃ à terminatione & declinatione. omnia enim in ir definentia, quæ propria sunt hominum, masculina sunt, & secundæ declinationis, ut uir uiri, leuir leuiri, treuir treuiri, & similia. Di. cur per u scribitur? Mag. quia omnia nomina à ui syllaba incipientia per u scribũtur, exceptis bitumine & bili quando fel significat, & illis quæ à bis aduerbio componuntur, ut biceps, bipatens, biuium. Di. cur sonum uidetur habere i uocalis υ literæ græcæ? Ma. quia omnis dictio à ui syllaba breui incipiens d uel t uel m uel r uel x sequentibus, hoc sono ꝓ nunciatur, ut uideo, uidebam, uidebo: & quia in his temporibus ui corripitur mutauit sonum i in υ. in præterito autem perfecto, & in alijs in quibus producitur, naturalem sonum seruat, ut uidi uideram uidissem uidero. Similiter mutat sonum uitium qa corripitur, uita autem non mutat, quia producitur. uim mutat, quia corripitur: uimen autem producitur, ideoꝙ non mutat. Similiter uir & uirgo mutant, quia corripiuntur: uires autem & uirus non mutant, quia producuntur. uix mutat quia corripitur, uixi non mutat quia producitur. & hoc idem plericꝙ solent & in illis dictionibus facere, in quibus à fi breui incipiunt syllabæ, sequentibus dictis consonantibus d m r t x, ut fidus, perfidus, confiteor, infirmus, infimus, fimus. Sunt qui non adeo hoc obseruãt cum de ui nemo ferè dubitet. Di. cuius numeri est uirum? Ma. singularis. Di. dic pluralem. Ma. uiri. Di. cuius figuræ? Ma. simplicis. Dis. fac ab eo compositum. Ma. semiuir, duumuir, triumuir, quinqueuir, septemuir, decemuir, centũuir, leuir frater mariti. Virbium quoꝙ uirum bis dictum tradunt, uiripotens, uirago, uirgo, uirilluſtris, uirdeuotus, uirmagnificus, uirspectabilis. Quæ omnia ideo composita accipimus, qa sub uno accentu pronunciantur. Di. cuius est casus uirum? Ma. accusatiui singularis. Dis. fac ab eo deriuata. Mag. hic & hæc uirilis & hoc uirile, & uirilitas. uirtutem quoꝙ hinc uolunt deriuari quidam. Di. fac aduerbium. Mag. uiritim, quod Græci ἀνδρακάς dicunt, id est per singulos uiros. Dis. que quæ pars est? Mag. coniunctio est. Dis. quid est coniunctio? Ma. pars orationis connectens ordinansꝙ sententiam. Dis. quot accidunt coniunctioni? Ma. tria: potestas, ordo, figura. Di. cuius est potestatis? Ma. copulatiuæ. Di. cuius ordinis? Ma. suppositiui. Di. cuius figuræ? Mag. simplicis. Dis. quem habet accentum? Mag. hæc & aliæ duæ coniugationes, ue uidelicet & ne sunt

apud Latinos inclinatiuæ, quas Græci ἐγκλιτικὰς uocant. solent enim suos accentus in extrema syllaba præcedentis dictionis remittere, ut uirumq́, subiectis' ue, tanto'ne. Ne autem sæpissime e amittens apostropho notatur, non solum uocali, sed etiam consonãte subsequente, ut tanton' me crimine dignum Ducis? Dis. fac compositum ab ea. Ma. quodq́ atq́ neq́ quoq́, nec quoq́ à neq́ factum est per apocopam extremarum uocalium. & quia in fine syllabæ q scribi non poterat, transiuit in c. Disc. cano quæ pars orationis est? Ma. uerbum. Di. quid est uerbum? Ma. pars orationis cum tempore & modis significatiuum. Di. quot accidunt uerbo? Ma. modi, formæ, significationes, coniugationes, numeri, figuræ, tempora, personæ quoq́ in pleriſq́. Dis. cuius est modi cano? Ma. indicatiui. Dis. cuius formæ? Ma. perfectæ. Dis. quam aliam formã habet hoc uerbum? Ma. frequentatiuam, quæ est canto cantas cantat. Di. unde solent nasci frequentatiuæ? Ma. plerunq́ à participijs præteriti temporis, ut cantus canto cãtas, habitus habito habitas, scriptus scripto scriptas, captus capto captas, cursus curso cursas, domitus domito domitas, uolutus uoluto uolutas. Ideo autem diximus plerũq́, quia ago agis facit agito, & lego legis legito, & nosco noscito, & disco discito, & scisco sciscito. Di. cuius significationis est cano? Ma. actiuæ. Di. cur? Ma. quia facit passiuũ canor. Di. cuius est coniugationis? Ma. tertiæ correptæ. Di. unde hoc certum est? Ma. quia persona prima uocalem correptam ante consonantem habet, quæ in tertia producta siue quarta coniugatione inueniri non potest. & quod non solum in secunda persona is finalis corripitur, cano canis, sed in plurali numero, & in prima & secunda persona ĭ penultima corripitur. itaq́ antepenultima in his acuitur personis, ut canimus canitis. necnõ imperatiuus et infinitiuus e correptam habentes, sicut etiam Donatus docet, manifestissime id ostendunt. Dis. cuius est numeri? Ma. singularis. Di. dic pluralẽ. Ma. canimus. Di. cuius figuræ? Ma. simplicis. Di. fac compositum ab eo. Ma. succino, accino, concino. Di. cuius est temporis? Ma. præsentis. Di. dic præteritum perfectum. Ma. cecini. Di. cur? Ma. quia uerba in no definentia, si tertiæ cõiugationis sint, in ui faciunt præteritum, ut sterno straui, cerno creui, sperno spreui, lino leui, pono quoq́ antiqui posiui secũdum analogiam dicebant, quod nunc posui dicimus. cano autem ideo cecini dixerunt, ne si caui secundum analogiam dicerent, non à cano nasci uideretur, sed ab eo quod est caueo. Ab eo tamen composita in uĭ diuisas faciunt præteritum, cõcino concinui, succino succinui, occino occinui. Di. dic participia actiua. Ma canẽs & canturus, passiua cantus & canendus. Dis. fac ab eis nomina. Ma. cantus ᾠδή, & cantio, & cantor, & cantrix, & cantilena. & à frequentatiuis duo cantitatus cantitatio, & cantator & cantatrix & cantatio. concinnus quoq́ à canendo compositum est. Disci. Troiæ quæ pars est? Ma. nomen. Di. quale? Ma. proprium. Di. cuius speciei? Ma. deriuatiuæ. A' Troe enim rege nominata est Troia. Dis. dic ab eo alia deriuata. Ma. Troianus, troicus: tros quoq́ quando pro appellatiuo, id est gentili accipitur. Et sciendum ꝙ pleraq́ gentilium & propria solent esse ipsorum conditorum urbium siue gẽtium, & appellatiua, ut Italus, Danaus, Latinus, Tros. Disc. cur Troia cum apud Græcos diphthongon œ in priore habeat syllaba non seruat etiam apud nos? Ma. quia in dissyllabis, in quibus αι uel οι diphthongi antecedunt apud Græcos sequẽte uocali, diæresim solent facere Latini plerunq́, & ꝑ consonante duplici accipere i, & eam à priore subtrahere syllaba & adiungere sequenti. q̃uis antiqui solebãt duo ij scribere, & alterum priori subiungere, alterũ præponere sequenti: ut Troĭja, Maĭa, Aĭax. hanc tamen consuetudinem habuerunt Aeoles imitantes, qui κόιλοφ per diuisionem dicunt pro κοῖλοφ, & multa similiter diuidunt. Di. qui quæ pars orationis est? Ma. à quibusdam pronomen esse putat' hoc, sed non recte. proprie enim pronomen est, quod pro nomine proprio ponit', & personam finitam habet. Ergo cum quis uel qui, & qualis & talis, tãtus & quantus, & similia infinita sint uel interrogatiua, uel relatiua, nec finitas habent personas, potius sunt nomina. nec mirum si quædam ex ipsis declinationem habent pronominum, cũ pronomina quoq́ multa, de quibus non est dubitatio quin pronomina sint,

nominum habeant declinationem, ut meus, tuus, noſter, & ueſter. & eſt ſciendum, quòd qui pro quis ponitur, quis autem pro qui non. & omnia huiuſcemodi relatiua nomina per ſe acuuntur, in contextu autem orationis grauantur, id eſt pro acuto in fine grauem accentum accipiunt. hoc tamen ipſum qui pro aduerbio ſæpe inuenitur, quando accipitur pro quomodo. eſt etiam ablatiuus. Diſci. fac ab eo compoſitum. Magiſt. quiſquis, quiſque, aliquis, aliqui, ſiquis, nequis, quiſquam, quicũq;, quiſpiam, quidam, quin, quod ſignificat qui non, & cur non, & ut non, & necnon. atqui, & atquin. Diſcip. Primus quæ pars orationis eſt? Magiſt. nomen. Diſc. cuius ſpeciei eſt? Magiſt. ordinalis, & eſt à græco, quod eſt πρῶτος. Diſci. cuius gradus eſt? Magiſt. ſuperlatiui. Diſcipu. unde hoc certum eſt? Magiſt. quia omnibus ſolet numeris præponi, & genitiuo plurali ſemper coniungitur, quod ſuum eſt ſuperlatiui, ut primus illorum. Ergo propriè illorum eſt nominum ſuperlatiuus, quæ numerum ſignificant à tribus & ultra. nam comparatiuus eius, id eſt prior, qui ad unum ſolet fieri, ſemper inter duos ponitur. Ergo poſitiuum numerorum nomina non habet. quod autem comparatiuum eſt prior, oſtendit in us neutrum, quod ab eo naſcitur prius. Nullum enim nomen in or deſinens commune in us facit neutrum, niſi ſit comparatiuum, ut hic & hæc melior, & hoc melius, hic & hæc doctior, & hoc doctius, ſic ergo hic & hæc prior, & hoc prius. Diſcip. fac ab eo aduerbium. Magiſt. prime, primum, & primo. Diſcip. fac deriuatiuum nomen. Magiſt. primitiæ, primitiuus a um, primarius, primulus, primores, priſcus, priſtinus, primâs primatis. Diſcip. cur in fine circunflectitur primâs? Magiſt. quia antiqui hic & hæc primatis dicebant, penultimam circunflectentes. ti igitur conciſa manſit accentus integer in eadem â litera, quæ extremæ ſyllabæ facta eſt, quæ erat in primo penultima. Ergo hoc idem in omnibus ſimilibus obſeruandum eſt, ut arpinâs, ſuffenâs, capenâs, & ſimilibus aliꝭ. Diſcip. fac compoſitũ à primo. Magi. primordium, principium, primipilarius, primicerius, decemprimi. quomodo decemuiri, primogenitus, πρωτότοκος, primotinus, πρώϊμος, quomodo ſerotinus, ὄψιμος, prídie, princeps. Diſc. Ab quæ pars eſt? Magiſt. præpoſitio eſt. Diſcip. quid eſt præpoſitio? Magi. pars orationis, quæ præpoſita aliꝭ partibus orationis, ſignificationes earum, aut mutat, aut complet, aut minuit: complet, ut facio perficio: mutat, ut doctus indoctus: minuit, ut rideo ſubrideo. Diſcip. cui caſui adiungitur ab præpoſitio? Magiſt. ablatiuo in ſola appoſitione. Diſcip. an etiam in compoſitione aliꝭ partibus orationis præponitur? Magiſt. tam in compoſitione quàm in appoſitione, ſed in compoſitione cum nominatiuo, & cum eius declinatione, aut cum illis dictionibus, quæ carent caſibus. in appoſitione uero cum ablatiuis caſualium, ut abduco abducens abducentis, abigo abigens abigentis. Et ſciendum quòd eandem ſignificationem habet a & ab & abs. & a quidem uel abs uocali ſequente non ponimus, ab uero non ſolum uocalibus ſequentibus, ſed etiam conſonantibus quibuſdam non male ſonantibus antecedente ab, ut abduco, abdo. abs uero ſequente q, ut abs qualibet, uel c, ut abſcondo, uel t, ut abſtineo abſtraho. Diſcipul. quo accentu pronunciatur ab? Magiſt. per ſe acuto, in uerſu uero graui, ſicut & aliæ omnes præpoſitiones in ſuo loco poſitæ, id eſt præpoſitiuæ. nam eſt quando mutant ordinem & poſtponuntur, & mutant accentum, ut te propter, eundem propter, hic penultima habet acutum accentum. quod ſi præponeretur, ſine dubio grauaretur. Diſcipul. Oris quæ pars eſt? Magiſt. nomen. Diſcipul. cuius numeri? Magiſt. pluralis. Diſcipul. dic ſingularem. Magi. ora. Diſcipul. quando habet aſpirationem hora? Magi. quando tempus ſignificat, quando autem fines ſine aſpiratione eſt, & quando plurale eſt neutri generis, eſt à ſingulari, quod eſt os oris.

COnticuere omnes intentiq; ora tenebant. Diſcipul. ſcande uerſum. Magiſter. conticu er'o mneſin tenti qu'orate nebant. Diſcipul. dic cæſuras. Magi. Semiquinariam. Diſcipul. quot habet figuras? Magiſt. decem. Diſci. quare? Mag.

quia habet duos dactylos & tres spondeos. Discipul. tracta pedes. Magist. conticu ero mnesin tenti qu'orate nebant. Discipul. partes orationis quot sunt? Mag. sex. Discipul. quot nomina? Magist. duo. Discipul. quæ? Magist. omnes & ora. Discipul. quot uerba? Magist. duo: conticuere & tenebant. Discipul. quid aliud habet? Magist. participium intenti, & coniunctionem que. Discipul. Conticuere quæ pars orationis est? Magist. uerbum. Discipu. quale? Magist. perfectum. Discipul. quomodo dictum? Magist. Indicatiuum. Discipul. cuius coniugationis? Magist. secundæ. Discipul. cur secundæ? Magist. quia in præsenti tempore secunda persona in es productam definit, conticeo contices, quamuis à prima quoque persona hoc manifestum est in hac coniugatione. Omnia enim uerba in eo definentia secundæ sunt coniugationis, exceptis paucis primæ coniugationis, quæ ferè sunt hæc: beo beas, creo creas, screo screas, meo meas, nauseo nauseas, laqueo laqueas, calceo calceas, nucleo nucleas. & quartæ, queo quis, & eo is, & quæ ex his componuntur. Discipul. cuius significationis? Magist. actiuæ. Disc. dic passiuum. Magist. conticeor. Discipul. cuius numeri? Magi. pluralis. Disc. cuius figuræ? Magist. compositæ. Discipul. ex quibus componitur? Magist. ex integro & corrupto, con præpositio est integra, quamuis separata in appositione nō potest inueniri, sed semper in compositione. ticuere autem corruptum est, quia ā quod habuit integrum mutauit in i, tacuere, ticuere. Discipul. cuius est personæ? Magist. tertiæ pluralis, quæ tam in re, quàm in runt in hoc tempore finitur. Disci. cuius temporis? Magist. præteriti perfecti. Discipul. dic primas personas in omni tempore per singulos modos. Magi. indicatiuo conticeo, conticebam, conticui, conticueram, conticebo. Discip. dic totum imperatiuum. Mag. Imperatiuo contice conticeat, conticeamus conticete conticeant, conticeto tu conticeto ille, conticeamus cō ticetote conticento. Optatiuo utinam conticerem, conticuissem, conticeam. Subiunctiuo cum conticeam, conticerem, conticuerim, conticuissem, conticuero. Infinita conticere, conticuisse, conticitum ire, uel conticiturum esse. Impersonalia indicatiui conticetur, conticebatur, conticitum est uel conticitum fuit, conticitum erat uel fuerat, conticebitur. Imperatiuo conticeatur, conticetor. Optatiuo utinam conticeretur, conticitum esset uel fuisset, conticeatur. Subiunctiuo modo cum conticeatur, conticeretur, conticitum sit uel fuerit, conticitum esset uel fuisset, conticitum erit uel fuerit. Infinitiua impersonalia similia sunt passiuis, conticeri, conticitum esse uel fuisse, conticitum iri. Discipul. quid ergo interest inter infinita impersonalium & passiuorum? Magist. quia infinitis impersonalibus necesse est uerbum & pronomen siue nomen adiungere, ut taceri à me uolo, id est tacere uolo. Sin autem uerbum tantum addas, dicendo taceri uolo, passiuum ostendis sine dubio. Licet tamen passiuo adiungere ablatiuum casum, sed ita ut subiungatur accusatiuus primæ uel secundæ uel tertiæ personæ, ut legi uolo me à te, legi te uolo à me, legi illum uolo à te, uel à me, legi ille se uult à te, uel à me. Ecce hoc passiuum est sine dubio, quia & accusatiuus & ablatiuus adiungitur infinito: quod si esset impersonale, fieri non posset. nam accusatiuum ei nunquam possumus adiungere. Ex illo quoque est facile dignoscere, quòd impersonale habet significationem actiuam etiam in infinito. nam taceri à me uolo dicimus, pro tacere uolo. Taceri autem illum uolo, eam personam ostendo pati quam protuli per accusatiuum. In impersonalibus autem pati quidem neminem significamus, agere autem eam personam ostendimus, quam per ablatiuum proferimus, ut taceri à me uolo, pro tacere uolo, taceri à te uolo, pro tacere te, taceri ab illo, pro tacere illum. Discipul. cur conticitum ire, facit futurum? Magist. quia per formam participij præteriti temporis neutri, & infinitiuum ire uel iri tam actiuum quàm passiuum profertur, ut tacitum ire, & tacitum iri. uel per futurum actiui participium & esse uel fuisse, taciturum esse uel fuisse. taciturus enim est participium futuri, præteriti uero tacitus tacita tacitum. Ergo in neutris uerbis quamuis non sint participia præ

teriti ad similitudinem habentium hoc proferimus,ut statum ire, sicut amatum ire. & duo supina tacitum tacitu, statum statu. ex quo staturus, ut amatum tu amaturus. sic in cæteris quoq;. Di. cur cõticui facit præteritum perfectum? Ma.quia omnia in ceo desinentia mutant eo in ui diuisas & faciunt supradictum tempus,ut arceo arcui,taceo tacui,iaceo iacui.excepto mulceo mulsi.Di. fac inchoatiuum. Ma.conticeo conticesco.quidam tamen conticisco protulerunt.Sed regula magis in inchoatiuis e penultimam flagitat,in his quæ à uerbis secundæ coniugationis deriuantur,ut horreo horresco, ferueo feruesco,caleo calesco.Inueniuntur enim ab alijs quoq; cõiugationibus,sed raro,ut amasco,hisco,labasco,scisco. Di. declina passiuum indicatiui.conticeor conticebar conticitus sum uel fui,conticitus eram uel fueram,conticebor.Imperatiuo conticere atur mur mini antur, conticetor tu conticetor ille cõticeamur conticeminor cõticeantor.Optatiuo utinam conticerer conticitus essem uel fuissem conticear. Subiunctiuo cum conticear cerer conticitus sim uel fuerim,conticitus essem uel fuissem conticitus ero uel fuero. Infinita conticeri conticitum esse uel isse conticitum iri. Dis. dic participia.Ma. conticitus conticendus.Di.cur solent Romani præteritum perfectum in or desinentium uerborum & omnia tempora,quorum regula à præterito perfecto nascitur,per participia declinare? Ma. quia apud Græcos quoq; in plurimis uerbis,in quibus secunda & tertia persona indicatiui deficit in præterito,per participium eas declinant,& optatiui quoq; & subiunctiui præterita,ut τέτυμμαι, τέτυψαι, τέτυπται. τετύμμεθα, τετυμμένοι ἔστε, τετυμμένοι ὦσιν. Sic & optatiua & subiunctiua. quod Romani in omnibus in or desinentibus faciunt.& sciẽdum q; à participio,ut supradictum est, præteriti temporis,solent nasci infinita futuri tam actiua q̃ passiua,ut conticitum ire & cõticitum iri.& passiui quoq; siue impersonalis præteritum infinitum,ut conticitum esse uel fuisse,& supina duo conticitum conticitu, & futuri participium actiuum conticiturus.& hæc quidem oriuntur à participio præteriti. à participio uero præsentis, qđ nascitur in prima quidem & secũda coniugatione à secunda persona,cum extremæ syllabæ interponimus n, ut amo amas amans,doceo doces docens. in tertia uero & quarta à prima persona, mutata o in ens, ut lego legens, audio audiens, facio faciens, uenio ueniens. exceptis eo & queo, & quæ ex eisdem componuntur. Hæc enim ante e i habent in nominatiuis participiorum. nam iens & quiens faciunt participia. in genitiuo quoq; per transmutationẽ uocalium i in e, & e in u declinantur,ut iens euntis,quiens queũtis, contra omnium participiorum morem. A' præsenti uero participio actiuo nascitur futurũ passiui s finali abiecta & addita dus, ut amans amandus, docens docendus, legens legendus, faciens faciendus, audiens audiendus. Iens autem & quiens, & ex his composita à genitiuo faciunt futurum, adiens adeuntis adeundus. gerundia quoq; tria à participio futuro nascũtur, ex tribus eius casibus,id est genitiuo datiuo & accusatiuo,amandi do dum, faciendi do dum, docendi do dum.eũdi do dum. Di. dic nomen uerbale ex eo. Mag. conticitor conticitrix, quæ quamuis regula concedat dicere,tamen nisi in usu inueniamus autorum, non temere debemus proferre.ipsa res conticinium. à taceo simplici fit taciturnus & taciturnitas, taciturus & taciturus participia. Di. Omnes quæ pars est? Ma. nomen. Di. quale? Ma. appellatiuum. Dis. cuius speciei? Ma. numeralis. Omnia autem nomina numerum significantia appellatiua sunt,quamuis sint quædam cognomina propria,quæ uocem habent numeralium,non tamen etiam significationem, ut Quintus Catulus, Decimus Brutus. Dis. potest habere hoc nomen comparationem? Mag. non. Dis. quare? Ma. quia nullum nomen numerum significans comparationem potest habere, cum unusquisq; numerus in se constet,nec augeri,nec minui in sua qualitate possit,excepto prior,quod in duobus ordinem significat. Di. cuius est generis? Ma. communis. Di. cur? Ma. quia omnia nomina in is desinentia, si apud Græcos uel communia sunt uel mobilia,quæ illi τριγενῆ uocant,apud nos sine dubio communia sunt, ὁ πᾶς, ἡ πᾶσα, τὸ πᾶν, ut hic & hæc omnis & hoc oñe, ὁ χρήσιμος, ἡ χρήσιμος, τὸ χρήσιμον. hic & hæc utilis & hoc utile.

ὁ δύσκολος, ἡ δύσκολος, τὸ δύσκολον, hic & hæc difficilis & hoc difficile. Dif. cuius numeri? Ma. pluralis. & eſt ſciendum quòd hoc nomen, id eſt omnis eandem uim habet ſignificatiõis ſiue ſingulariter ſiue pluraliter proferatur. Omnis homo enim ſi dicam, & omnes homines idem ſignifico. & omnia quæ ſimilem uim habent, id eſt cunctus ti, uniuerſus ſi. Di. cuius figuræ? Ma. ſimplicis. Di. fac ab eo compoſitum. Ma. omnipotens, omnifariam, omniparens, omnigena. Virgilius in. viij. Omnigenûmq; deûm monſtra. Di. fac aduerbium ſimplex. Ma. omnino, compoſitum omnifariam. Di. cuius caſus eſt hic? Ma. nominatiui, idem tamen eſt etiam uocatiui in omni plurali numero. Accuſatiuus uero & uocatiuus huiuſcemodi nominum, id eſt quæ nominatiuũ & genitiuum ſingularem ſimilem habent, accuſatiuum pluralem tam in es productã quã in is longam terminant. Di. Intenti quæ pars eſt? Mag. participium. Di. quid eſt participium? Ma. pars orationis partem capiẽs nominis partemq; uerbi. Di. quot accidunt participio? Ma. ſex. Di. quæ? Ma. genus, caſus, tempus, ſignificatio, numerus & figura. Dif. cuius generis? Ma. maſculini. Dif. cuius numeri? Mag. pluralis. Di. dic ſingulare. Ma. intentus ta tum. et ſciendum q̃ omnia participia præteriti et futuri temporis mobilia ſunt, & maſculino quidem & neutro genere ſecundum nomina ſecundæ declinationis declinantur, in fœmininо uero primam declinationem ſeruãt. præſentis autem temporis participia cõmunia ſunt trium generum, ut hic & hæc & hoc amans, & tertiæ declinationis. Et ſciendum quòd ſunt quædam uerba, quorum ſignificatio ad ſolos mares, uel ad ſolas fœminas pertinet: ad mares, ut futuo, cuius participium quoq; ad mares ſolos pertinet, ut futuens. nemo enim dicit hæc futuens, niſi figurate in epicœnis nominibus animalium, ut hæc aquila futuẽs. in quo quamuis fœmininum proferamus, tamen marem intelligimus. Sic etiã in fœmininо nubo uir non dicit niſi abnegat ſexum, & quaſi fœmina loquatur. ergo nubens quoq; proprie de fœmina dicitur. Sed aliquando poſſumus figurate maſculinis quoq; generibus adiungere talia, ſi dicam: magnus eſt ignis nubens mihi, ignis pro amata dicens. Di. cuius caſus? Ma. nominatiui, idem tamen eſt & uocatiui. Dif. cuius ſignificationis? Ma. hoc primum debes ſcire, q̃ ſignificatio participiorum, tam à generibus uerborum, q̃ à formis ſumitur. ergo à quinq; generibus, id eſt actiuo, neutro, paſſiuo, communi, deponenti, totidem naſcuntur ſpecies participiorum. & à formis quatuor, id eſt perfecta, meditatiua, inchoatiua, frequentatiua, totidem formæ participiorum. Dif. dic igitur cuius ſpeciei? Ma. paſſiuæ. naſcitur enim ab intendor uerbo paſſiuo. Di. cuius formæ? Ma. eius cuius uerbum ex quo naſcitur, id eſt perfectæ. Diſc. poteſt aliam formam habere hoc uerbum? Ma. poteſt, frequentatiuam. Intentor aris, ex quo participium intentatus. Di. cuius temporis? Ma. præteriti. Di. cuius figuræ? Ma. compoſitæ ex duobus integris. & ſciendum q̃ ſimplex eius in uſu tam per tus q̃ per ſus inuenitur, tentus & tenſus. Lucanus in primo: Et uarias ignis tenſo dedit aere formas. Et tentus tamen à teneor fit, poteſt tamen etiam nomen eſſe intentus, unde intentior intẽtiſſimus. Tentorium quoq; hinc deriuatur, & tentigo, tentor. Di. que quæ pars orationis eſt? Ma. coniunctio copulatiua. Di. cuius ordinis? Ma. poſtpoſitiui. Di. ora quæ pars eſt? Mag. nomen appellatiuum, neutrum, plurale, ſimplex, caſus in hoc loco accuſatiui. idem tamen eſt in neutris nominibus ſemper, & nominatiuus & accuſatiuus & uocatiuus. Dif. dic ſingulare. Mag. os oris. nam ſi correpte os dicas, aliud ſignificat, & oſſis facit genitiuum. Dif. fac diminutiuum. Mag. oſcillum. Dif. fac deriuatiuum. Ma. oſculũ & oſculor oſcularis. oſtium quoq; inde deriuatur, ex quo oſtiarius & oſtiatim. Oro quoq; uerbum ab ore eſt, & oraculum. Di. tenebant quæ pars orationis eſt? Ma. uerbum actiuum, perfectum, indicatiue dictum, temporis præteriti imperfecti, numeri pluralis, perſonæ tertiæ, coniugationis ſecundæ. Dif. declina. Ma. Teneo tenebam & cætera. Dif. quam aliam formam facit hoc uerbum? Ma. frequentatiuam, tẽto tas. compoſita, attineo, retineo, contineo, ſuſtineo, pertineo, continens, continentia, retinaculum, deriuatiua, tenax, tenacitas.

POstquam res Asiæ,Priamíq; euertere gentem. Di. scande uersum.Ma.Postquam res Asi æ & cætera. Di. quas habet cæsuras? Ma. Semiquinariam & semiseptenariam. Di. quot figuras habet? Ma.decem.habet enim tres dactylos & duos spõdeos. Di. diuide singulos pedes. Ma. Postq̃ resasi æpria mique uertere gentem. Di. quot partes orationis habet hic uersus? Ma. septem. Dis. quot nominat? Mag. quatuor.res Asiæ Priami gentem. Di.quot uerba? Ma. unum,euertere. Di.quid aliud? Ma. aduerbium postq̃,& coniunctionem que. Dis. postq̃ quæ pars orationis est? Ma. aduerbium. Di. quid est aduerbium? Ma.pars orationis,quæ addita uerbo significationem eius explanat,atq; implet.Di.quot accidunt aduerbio? Ma. duo. Di.quæ? Ma. significatio & figura:cõparatio enim non omnibus aduerbijs accidit.accidentia uero debent generalia esse & communia omnibus speciebus dictionis eius cui accidunt.ergo melius est pro comparatione addere accidẽtibus aduerbio speciem.Quædam enim aduerbiorum πρωτότυπα, id est primitiua,uel primæ impositionis,quædam deriuatiua.primitiua,ut sæpe,satis:deriuatiua,ut sæpius,satius. Di. postquam igitur cuius significationis est? Ma. temporis. Dis. cuius figuræ? Ma. compositæ ex duobus integris, post & quàm. Di. quem habet accentum? Ma. si per se proferatur,uel præpostere,acutũ, in uersu grauem. Dis. da deriuatiuum à post. Ma.posterius, postea, posterus, posteritas.huius comparatiuus posterior,superlatiuus postremus, & aliud posticus cacum, & postea,& posthac,& postmodum. Postes quoq; inde uidẽtur dici,quòd post fores stant. posthumus etiam ab hoc est compositum,& postliminium,& pomerium,quasi post murium,& posthabeo. Di. Res quæ pars orationis est? Ma. Nomen. Di.quid est nomen? Ma. pars orationis & cætera. Di. quot accidunt nomini? Ma.quinq;.Di. quæ? Ma.qualitas,genus,numerus,figura & casus. Dis. cuius speciei appellatiuorũ? Ma. generalis. quamuis enim quidam grammatici incorporalia soleant res dicere, tñ uera ratione omnia quæ sunt siue corporalia siue incorporalia, πράγματα. res possunt nominari.sicut hic res Asiæ dixit pro opes. & respu.& res familiaris,& res uxoria. Ergo sicut supradiximus,significationem habet generalem,& est primitiuum.Di.facigitur ex eo deriuatiuum.Ma. Recula,quidam & reum inde dictum putant, quod rei alicui obnoxius est.Di. cuius generis? Ma.fœminini.Dis. cur? Ma. quia omnia nomina quintæ declinationis fœminina sunt, excepto dies quod in singulari numero tam masculinnm q̃ fœmininum inuenitur, in plurali uero masculini dũtaxat, & etiã quod ab eo componitur,meridies.cur autem quintæ sit declinationis in regulis quas de nomine scripsimus inuenies. Di. cuius numeri hic? Ma. pluralis. Dis. unde hoc possumus scire? Ma. quia addit euertere. uerbum enim uerto accusatiuo plurali uel singulari nec esse est adiũgi,singularis autem accusatiuus rem est. Dis.cuius figuræ? Ma. simplicis. Di. fac ab eo compositum. Ma. resp. resuxoria. Di. cuius casus? Mag.accusatiui pluralis.Omne autem nomen quintæ declinationis,nominatiuum singularem & uocatiuum,& nominatiuum pluralem & accusatiuum &uocatiuum similem habet. Di.dic regulam in es productam terminatorum nominum consonante antecedente. Ma. omnia in es productam terminantia nomina,consonante antecedente tertiæ sunt declinationis,ut cædes cædis, Verres Verris, Vlysses Vlyssis, Achilles Achillis. & omnia habent pares syllabas in nominatiuo & genitiuo,exceptis paucis, locuples locupletis, merces dis,hæres dis,Ceres Cereris,pes pedis,præpes tis,perpes tis. & præterea quintæ declinationis res rei,spes spei,fides fidei. Antiqui uero & plebes plebei declinauerunt,quod nunc plebs plebis dicimus,& fames famei,quod nunc famis. Di.Asiæ quæ pars orationis est? Mag. nomen proprium.Omnia enim nomina prouinciarum,& urbium,& montium,& fluuiorum,& hominum,& deorum,uel aliarum rerum indiuiduarum propria sunt. Dis. cuius speciei? Mag. primitiuæ. Dis. fac ab eo deriuatum. Mag. Asius a um.nec mirum,in multis enim prouinciarum nominibus inuenis similia deriuatiua primitiuis & appellatiuis. ut Italus proprium est & gentile. Similiter Danaus,Latinus,Hispanus,Siculus,& Sicanus. Disc,dic & aliud deriuatiuum ab eo,

quod est Asia. Mag. asianus, & asiaticus, & inuicem supradicta tria ꝑ possessiuis proferri possunt: proprie autem asius & asiaticus possessiua sunt. Inueniuntur autem hæc eadem etiam propria, ut Scipio Asiaticus, asianus gentile, Asiaticus uictor. Di. cuius est declinationis? Ma. primæ. Di. quare? Ma. quia omnia desinentia in a masculina uel fœminina uel communia primæ sunt declinationis. Di. cur cum literarum mutatio nulla facta sit, accentus mutatur? Mag. quia a finalis apud Græcos producitur, apud nos corripitur, accentus quoq; apud nos mutatio facta est, hoc tamen scire debemus, ꝙ siue tẽporis siue literarum fiat in nominatiuo cõmutatio, melius facimus si accentum ad latinitatem proferimus, patronymicis exceptis, quæ per omnes casus magis græcum sibi defendunt accentum, quia seruant græcum nominatiuum, ut Priamides priamidæ, licet tamen in illis etiam accentum seruare latinum: quæ cum sint græca, non tamen aliena uidentur formulis terminationũ Latinorum, ut Creusa, Arethusa: quæ cum latine proferuntur, licet etiam in nominatiuo circunflecti, duntaxat in penultima syllaba, non est tamen absurdũ & si græcum accentum seruabimus in nominatiuo duntaxat. Di. Priami quæ pars orationis est? Mag. nomen. Di. quale? Mag. proprium speciei deriuatiuæ ἀπὸ τοῦ πρίαμος τὸ ἀποφάσεως. Di. fac ab eo deriuatiuum possessiuũ. Ma. priameius priameia priameium, patronymicum, priamides, priamis. Di. cuius generis? Ma. masculini, numeri singularis, figuræ simplicis, casus genitiui, declinationis secundæ. Di. quare? Mag. quia omnia nomina cuiuscunq; generis apud Græcos in os desinentia nominatiuum, apud nos mutant os in us, & secundæ sunt declinationis, ut πρίαμος priamus priami, κῦρος Cyrus. κύπρος Cyprus. πύλος pylus. πέλαγος pelagus. Nam genus à genero magis latinum, quomodo munus à munero: quibus enim huiuscemodi adiacent uerba, fine dubio latina sunt. Di. ꝙ, quæ pars est orationis? Ma. coniunctio. Di. cuius potestatis? Ma. copulatiuæ, ordinis postpositiui, figuræ simplicis. Di. fac ab ea compositum. Ma. atq;, neq;, itaq;, quoq; & cætera supradicta. Di. cuius est accentus? Mag. encliticum est, id est suum accentum inclinat in syllabam extremam ante se positæ dictionis, hoc autem & aliæ duæ coniunctiones habent, ne, ue. Di. Euertere quæ pars orationis est? Ma. uerbum, modi infiniti, formæ perfectæ, coniugationis tertiæ correptæ. Di. quare? Ma. quia correptam habet e penultimam. Di. cuius generis uel significationis? Ma. actiuæ, figuræ compositæ. Di. ex quibus? Mag. ex duobus integris, ex e præpositione & uerto. Di. dispone uerbum. Ma. temporis præsentis: numeros enim & personas infinita non habent, unde & nomen acceperunt à defectione numerorum & personarum. Di. declina. Ma. euerto, bam, euerti, teram, euertam. Imperatiuo modo euerte euertito. Optatiuo modo utinam euerterem, euertissem, euertam. Subiunctiuo modo cum euertam, euerterem, euerterim, euertissem euertero. Infinitiuo modo euertere, euertisse, euersum ire. Impersonalia euertitur, euertebatur, euersum est uel fuit, euersum erat uel fuerat, euertetur. Imperatiuo in præsenti euertatur, futuro euertitor. Optatiuo utinam euerteretur, euersum esset uel fuisset, euertat. Subiunctiuo cum euertatur, euerteret, euersum sit uel fuerit, euersum esset uel fuisset, euersum erit uel fuerit. Infinitiuo modo euerti, euersum esse uel fuisse, euersum iri. Gerundia uel participialia nomina sunt hæc, euertendi, euertendo, euertendum, euersum euersu, participia actiua euertens euersurus, passiua euersus euertendus. Di. cur euerto euerti facit? Mag. quia hoc solum ante t, r habuit in hac coniugatione, id est in tertia, & mutauit o in i, & facit præteritum. In participio tamen præterito passiui pro t, s habuit, ut euersus, etiam in uerbo uerro uersus fit participium eiusdẽ temporis. Di. fac ab eo frequentatiuum. Ma. euerso, euersas, euersat, euertito, euertitas, euertitat. Et sciendũ ꝙ plerunq; solent frequentiua à participio præteriti tẽporis fieri, ut scribo scriptus, scriptito scriptitas scriptitat: domo domitus domiti, domito, domitas, domitat: curro cursus, curso, cursas, cursat, & cursito, cursitas, cursitat: uideo uisus, uiso uisis uisit: ergo & uersus uerso uersas, hinc est & uersutus, & Vertumnus, & uertex, & uertigo, & uerticulũ, & uersura. Di. gentẽ quæ pars oronis est? Ma. nomen. Di. quale? Ma. appellatiuũ, generis fœminini, numeri singularis, figuræ simplicis casus accusatiui, Di, dic nominatiuum.

Ma.gens gentis,quia omnia in,ns,rs,ls, desinentia, interpositione ti,faciunt genitiuum, ut mons mõtis,mars,martis,puls pultis:exceptis differentiæ causa frons & lens, quæ cũ faciunt per tis genitiuũ frontis, significant græce τὸ μέτωπον, & lentis, τὸν φακὸν:cum autem per dis faciunt genitiuum,significat frondis, τὸν φυλλάδα,. lendis autem τὸ κονίδιον. Præterea libripens libripendis,quia à uerbo pendo componitur consonantem uerbi seruat,faciens genitiuum per dis,libripendis. Di. fac à gente deriuatiua. Mag.hic & hæc gentilis & hoc gentile:uidetur etiam genus à gente deriuari, unde & genius,& genialis,& generosus,& composita indigena,ingenuus, degener.

AT regina graui iam dudum saucia cura. Di. scande uersum. Mag.Atre,ginagra, ui iam,dudum,saucia,crura. Di.dic cæsuras. Ma,Semiquinariam, Atre,ginagra, ui.Di.quot figurarum est? Mag.decem, habet em̃ tres pedes spondeos &duos dactylos. Di.tracta pedes. Mag. Atre,ginagra,ui iam,dudum,saucia,cura. Di. partes orationis quot habet? Ma. Septem,quatuor nomina, regina,graui,saucia,cura.Di.& quid aliud? Mag.unam coniunctionem,at,& duo aduerbia iam dudum. Di.At quæ pars est? Mag. coniunctio .Di. coniunctio quid est? Mag.pars orationis annectens ordinansq; sententiam. Di.quot accidunt coniũctioni? Mag.tria. Di.quæ? Mag. potestas,ordo,figura. Di. cuius potestatis? Mag. copulatiuæ, est tamen etiam & aduersatiuæ quam Græci ἀναλωματικον uocant,sicut etiam hic.Nam Aenea quiescente regina turbat,quod est cõtrarium.Di.cuius ordinis? Mag. communis,licet etiam postponere eam quomodo &, sed causa metri: quod fere in omnibus põt inueniri præpositiuis coniunctionibus. Di. Cuius figuræ? Mag.simplicis.Di.fac ab ea compositum.Mag.atq;.Di.quẽ habet accentum? Mag. grauem in uersu, quomodo omnes præpositiuæ coniunctiones. Di.regina quæ pars orationis est. Mag.nomen, speciei deriuatiuæ. Di.dic primitiuum. Mag.rex. Di.hoc quoq; unde nascitur? Mag.à rego uerbo,unde genitiuum in gis terminat: dicit autem hoc γένος κοινὸν ἀνομοιοκατάληκτον, nec in toto fixum, nec in toto mobile,& omnia quæcunq; masculinum habent tertiæ declinationis, fœmininum faciunt primæ, ut rex regina,leo leæna lea,draco dracæna,hospes hospita,sospes sospita,leno lena, strabo straba,& si qua similia inueniantur.Est autem hoc nomen, id est rex & regina uerbale, quia à uerbo nascitur, ex hoc tamen quoq; fit uerbum denominatiuum, id est à nomine deriuatum,regno regnas.Di.quale nomen est? Mag.appellatiuum generis fœminini,numeri singularis,figuræ simplicis,hic casus nominatiui,declinationis primæ. Di. quæ deriuantur ex eo? Mag.à rege,regius,regalis. Di.quid interest inter regium & regale? Ma. Regius possessiuum, regalis uero ad claritatem pertinet,id est dignus rege.Di. dic diminutiuum eius. Mag.regulus & regillus,quæ etiam propria inueniuntur. Inde puto etiã regulam dici qua mensura exæquatur, quasi mensura regens. Di. dic compositum ab eo.Mag. interrex,regificus. Di.graui quæ pars orationis est? Ma.nomen adiectiuum, speciei primitiuæ,generis communis:omnia enim adiectiua in is desinentia communia sunt,& in e faciunt neutrum numeri singularis, figuræ simplicis, casus ablatiui. Omnia enim supradictæ formæ nomina in i terminant ablatiuũ. Di.fac ab eo deriuatum. Ma. Grauior,grauissimus, grauitas & grauida,hic & hæc grandis, & hoc grande, & grando,& uerbum grauo grauas.Di.iam quæ pars orationis est? Mag. aduerbium. Di. aduerbium quid est? Mag.pars orationis & reliqua,Di.quot accidunt ei? Ma.tria,significatio & reliqua. Di.cuius est significationis? Ma.temporis,figuræ simplicis.Di.quẽ habet accentum? Ma.grauem, & omnia fere monosyllaba præpositiua nisi differentiæ ratio prohibeat,ut ne, quando μὴ significat grauat; qñ uero τὸ πάνυ circũflectitur.Sic qñ similitudinis est circũflectitur,quando iurantis grauatur, ut Sic tua cyrnæas fugiant examina taxos. Disci.dudum,quæ pars orationis est? Magist. aduerbiũ temporis, & est sciendum q; utrũq;,id est iam & dudum non solum de præterito tempore dicit,sed etiam de fururo,ut iam dudum sumite pœnas,quomodo etiam,quando,aliqñ,olim,unq; hæc omnia tam præteritum q̃ futurum possunt significare,& putant quidam dudũ quasi diu dum dici;hæc em̃ syllaba,id est dum,solet expletiua inueniri;ut, quidum agedum

adeſdum. Di. faucia quid eſt? Ma. nomen. Di. quale? Ma. appellatiuum ſpeciei deriuatiuæ, ſiue participialis. Nam à participio ſauciatus naſcit̃ ſaucius, quomodo à laſſatus laſſus, à laceratus, lacerus & lacer: ſic em̃ Ouid. vi. Metamorphoſeon. Di. cura quæ pars eſt? Ma. nomen. Di. quale? Mag. appellatiuum ipſius rei, poteſt tamen, & de alia re intelligi. Scimus em̃ quia Virgilius apud inferos inter monſtra habitantia in faucibus inferorũ, ponit etiam curas quaſi deas aliquas, ut ultrices poſuere cubilia Curæ, & quærit̃ utrum uerbum ex re, an res ex uerbo naſcat̃, et potius antecedit uerbi actus in hoc nomine, quia ſine re eſſe non poteſt: nec em̃ curſus intelligi poteſt ſine curr̃ete, nec cogitatio ſine cogitante, ſic ergo nec cura ſine curante: uidetur ergo eſſe deriuatiuũ uerbale à uerbo curo, cúras, curat. Di. dic nomina deriuata ex eo. M. curioſus, curagulus, curator, curatio, curatura, curia, curialis: compoſita ſecurus, obſcurus, tricurium, & quidam putant ab eo curam dici, quod cor urat uel agitet.

INterea medium Aeneas iam claſſe tenebat. Di. quot cæſuras habet? Ma. ſemiſeptenariam, ut, Interea medium Aeneas. Di. quot figurarũ? Ma. decem: habet enim tres dactylos & duos ſpondeos. Di. tracta ſingulos pedes. Mag. Intere, à medi, æne, asiam, claſſe te, nebat. D. quot partes orationis habet hic uerſus? Ma. ſeptem, nomina tria, mediũ, æneas, claſſe, uerbum unum, tenebat. Di. quid aliud? Mag. duo aduerbia, interea & iam. Di. Interea quæ pars orationis eſt? Ma. aduerbium. Di. cuius ſignificationis. Mag. temporis, poteſt tñ & loci eſſe, ſpeciei deriuatiuæ: ab in em̃ deriuatur inter, ex quo hoc abuerbium cõponitur ex integro & corrupto, interea. Ideo autem corruptum dicimus ea, quia cum ſit neutr̃ plurale debuit corripi, ſed quia factum eſt aduerbium, producit ā: in omni em̃ aduerbio cum ſit finalis ā producit̃, excepto ità, poteſt tñ ablatiuus intelligi ſingularis, q̃ in compoſitione ſolet huiuſcemodi inueniri, ut quocirca quapropter. Di. medium quæ pars orationis eſt? Mag. nomen. Di. quid eſt nomen? Mag. ſecundum Donatum pars orationis cum caſu, corpus aut rem proprie cõmuniter ue ſignificans: ſecundum Apollonium, pars orationis quæ ſingularum corporalium rerũ uel incorporalium ſubiectorum qualitatem propriam uel cõmunem manifeſtat. Di. quot accidunt nomini? Ma. ſex, qualitas, ſpecies, genus, numerus, figura, caſus: nam cõparatio generale accidens non eſt. Di. Quale eſt hoc nomen? Ma. appellatiuum. Di. cuius ſpeciei? M. adiectiuæ, eſt tñ ad aliqd & mobile: & uidetur etiam deriuatiuũ eſſe à modo, hoc eſt menſura, unde eſt & modius: & differentiæ cauſa modius mutat o in e: uel à Græco dictum eſt μέσος, medius. Sciendum tñ q̃ omnia adiectiua appellatiuor̃ in us definentia mobilia ſunt, excepto uetus ueteris, quod antiquiſſimi ueter dicebant. Di. cuius generis? Mag. neutri. Di. dic maſculinum. M. medius, ex quo fit media medium. Omnia em̃ tã in us, q̃ in er definentia adiectiua ſi ſint ſecundæ declinationis, cum apud Græcos uel cõmuuia uel mobilia inueniant̃, ſine dubio mobilia ſunt, ὁ εὐτυχὴς ἡ εὐτυχὴς καὶ τὸ εὐτυχὲς. hic fortunatus hæc fortunata hoc fortunatum ὁ ἀγαθὸς ἡ ἀγαθὴ τὸ ἀγαθὸν, bonus, na, num, ὁ ὁπλόφορος ἡ ὁπλοφόρα τὸ ὁπλόφορον, armiger armigera armigerũ, ὁ ἱερὸς ἡ ἱερὰ τὸ ἱερόν, ſacer, a, um. Diſc. cuius numeri? Mag. ſingularis, figuræ ſimplicis, caſus accuſatiui: tenebat em̃ uerbum, accuſatiuum exigit, & tñ in omnibus neutris idem caſus nominatiuus, accuſatiuus, & uocatiuus eſt. Di. cuius declinationis? Ma. ſecundæ: omnia em̃ in um definentia ſecundæ ſunt declinationis ſine dubio. Di. fac ab eo deriuatiuum. Mag. medietas, mediocris, meditullium. Medicus quoq; uidetur inde dictus, qa temperantia medium eſt inæqualitatis quæ ſolet fieri ex cõtrarijs elementis. Mediaſtinus quoq; inde uidetur componi, qa medias partes balnei tenet, hoc eſt in medio lauantium ſtat. Di. dic aliud compoſitum. Ma. mediterraneus & mediãna, aduerbium medie, uerbum ab eo compoſitum dimidio dimidias, inde dimidiatus. Di. Aneas quæ pars orationis eſt? Ma. nomen propriæ qualitatis, ſpeciei primitiuæ, generis maſculini, numeri ſingularis, figuræ ſimplicis, caſus nominatiui, declinationis primæ. Di. quare? M. qa oĩa Græca in as definẽtia ſi apud illos in ου diphthongũ effertur genitiuus, apud nos ſine dubio ſunt primæ, mutata ου in æ, ut αἰνείας αἰνείου, Aeneas æneæ. Antiqui tñ huiuſcemodi nomina abſq; s ſolebant proferre, quod Terentius

ubiq; facit, Sofia, Birrhia, Chærea, Geta ponens, ut in Andria: Aut tu aut hîc Birrhia. Iuuena. Ceu Marſya uictus. Di. fac ab eo quod eſt Aeneas deriuatiuum. Mag. poſſeſſiuũ æneius æneia æneium: & ſecundum Apuleium æneicus æneica cum, Sic enim ponit in epitomis hiſtoriaꝝ, Aeneica gens, patronymicum æneades ſecundum analogiam: nam in as uel in es definentia, ſi faciunt in ꝺ genitiuum Græcum, in ades faciunt patronymica. Itaq; hoc uſus ubiq; eſt poeta, Aeneadæ in ferrum pro libertate ruebãt. Defeſſi æneadæ. In uno tñ loco autoritate poetica ænides dixit, Sit ſatis Aenide telis impune Numanum, Oppetiſſe tuis, quaſi ab Aeneus nominatiuo ſicut à Peleus pelides. Vnde etiã poemati ſuo æneis inſcripſit, quod eſt fœmininũ æneidæ, quod per ſynæreſin æniden dixit, ſicut pelides pro peleides. Cæterũ ſecundum analogiam ab æneadæ æneas æneadis debebat dici. Di. iam quæ pars orationis eſt? Ma. aduerbiũ temporis ſpeciei primitiuæ, figuræ ſimplicis. Di. quem accentum recipit? Ma. per ſe acuitur, in uerſu autem grauat, niſi encliticum ei adiungat ut iamq;: tunc eñ acuitur. Di. claſſe quæ pars orationis eſt? Mag. nomen appellatiuum ſpeciei deriuatiuæ, ſecundum quoſdam: quidam autem inde deriuatum eſſe putant ἀπὸ τοῦ καλῶν. Eſt autem homonymum uel uniuocum: nam plura ſignificat & nauium multitudinem & hominum collegia, quæ συμμοϱίας Græci uocant, & equitum ordines. Di. fac deriuatiuum. Ma. claſſicus ca cum. Sonitus quoq; tubarum claſſica inde nominatur: qa claſſes equitum ordines uocant, ut dictum eſt, qui maxime utuntur tubis. Di. tenebat quæ pars? Ma. uerbum. Di. uerbum quid eſt? Ma. ſecundũ Donatum, ut ſupra dixi, ſecundum alios uero, pars orationis cum tẽpore & modis ſine caſu actionem ſiue paſſionem ſignificans. Non eñ omnia uerba perſonas habent, ut infinita & imperſonalia & gerundia: oportet autem definitiones generales eſſe. Di. cuius eſt modi? Magi. indicatiui & formæ perfectæ & coniugationis ſecundæ, & generis ſiue ſignificationis actiuæ, ſingularis numeri, figuræ ſimplicis, tẽporis præteriti imperfecti, perſonæ tertiæ. Di. qualitas uerboꝝ in quo eſt? Mag. in modis & formis. Di. Quot accidunt uerbo? Ma. qualitas, coniugatio, genus, numerus, figura, tempus, perſona. Di. declina. Mag. Indicatiuo modo teneo, præterito imperfecto tenebam, præterito pfecto, tenui, præterito plusq̃ perfecto, tenueram, futuro tenebo. Imperatiuo modo tẽpore præſenti ad ſecundam & tertiam perſonam tene teneat, teneamus nete, ant: futuro, neto tu, neto ille, amus tenetote, teneant, uel tenento. Optatiuo modo tempore præſenti, & præterito impfecto utinam tenerem, præterito pfecto & plusq̃ perfecto, utinam tenuiſſem, futuro utinam teneam. Subiunctiuo modo tempore præſenti, cũ teneam, præterito impfecto, cum tenerẽ, præterito perfecto, tenuerim, præterito plusq̃ perfecto, tenuiſſem, futuro tenuero. Infinitiuo modo numeris & perſonis tẽpore præſenti, & præterito impfecto tenere, præterito pfecto & plusq̃ perfecto tenuiſſe, futuro tentum ire uel tenturꝝ eſſe: dicitur tamen & à tendo, dis, tentum ire, ſed in illo etiam tenſum poſſumus dicere, in hoc aũt tentum ire duntaxat, & ſimiliter in omnibus quæ per huiuſcemodi uoces participiales proferuntur. Sunt autem ſupina duo & infinitiuũ futuri, necnon præteritum in paſſiuis & infinitiuis imperſonalium, quæ ſimilia ſunt paſſiuis, tentum eſſe uel fuiſſe & tenſum eſſe uel fuiſſe, tẽtum iri uel tenſum iri. Di. quæ differẽtia eſt inẽ infinita paſſiui & imperſonalis? M. quia paſſiuum uerbo eget tñmodo ut amari uolo: oſtẽdo eñ me pati uelle aliquid ab alio. Imperſonale uero infinitum non ſolum uerbo, utpote infinitum, ſed etiam certa aliqua perſona, ſiue per pronomen, ſiue p nomen eget, utpote impſonale. Si eñ dicam amari à me uolo, pro amare accipitur, quod eſt actiuum. Impерſonale aũt ſemp actiuam uim habet, gerũdia tenendi, do, dum, tentum tentu: ptícipia uenient à uerbo actiuo, duo præſentis temporis & futuri, præſentis tenens, futuri tenturus. Di. declina etiam paſſiuum. Ma. Indicatiuo modo tempore præſenti teneor, præterito impfecto, tenebar. præterito pfecto, tẽtus ſum uel fui, præterito plusq̃ pfecto, tẽtus erã uel fueram, futuro tenebor. Impatiuo modo tẽpore præſenti ad ſecundam & tertiam perſonam tenere teneatur, teneamur, mini, antur. Futuro tenetor tu, tor ille, teneamur tenemini, tenentor. Optatiuo modo tẽpore præſenti, & præterito impfecto utinã tenerer,

præterito perfecto & plusquam perfecto,utinam tentus essem uel fuissem, futuro utinam tenear. Subiunctiuo modo tempore præsenti cum tenear, præterito imperfecto cum tenerer.præterito perfecto cum tentus sim uel fuerim,præterito plusquam perfecto cum tentus essem uel fuissem,futuro cum tentus ero uel fuero. Infinitiuo modo teneri,tentum esse uel fuisse,tentum iri.Participia duo, præteriti tentus, futuri tenendus, nomen uerbale tentor,fœmininum tentrix,ipsa res tentio. Di. cur teneo tenui, & teneor tentus sum? Magi. quia omnia in neo definentia sic faciunt præteritum,ut moneo monui moneor monitus sum,seneo senui.Excepto maneo mansi &maneor mānsus sum, & neo neui,& neor netus sum.

SIc fatur lachrymans classiq; immittit habenas.Di.dic cæsuras. Ma.semiquinariam et semiseptenariam, Sic fatur lachrymans classi.Di.quot figuraꝝ est hic uersus? Ma.decem.Di.cur? Mag.quia habet duos dactylos & tres spondeos.Di.tracta singulos pedes. Mag. sicfa,turlachry,mansclas,siquim,mittitha,benas.Di.quot partes orationis hic habet uersus? Ma. septē,nomina duo,classi,habenas:uerba duo,fatur immittit,participiū unum,lachrymans,aduerbium unum,sic,& coniunctionem q;. Di.sic,quæ pars orationis est? Ma.aduerbium significationis similitudinis,speciei primitiuæ,figuræ simplicis, & est sciendum q; omnia in c definētia producuntur,excepto donec:nam,nec,inter cōiunctiones ponunt.Di.quem accentum habet? Mag. circunflexum,nisi sit iurandi;tunc enim grauatur,ut apud Vir. Sic tua Cyrnæas fugiant examina taxos,& quando ut uel uti subiungitur ei,ut sic uti dixit,sic ut iussit.Di.fatur quæ pars est? Mag.uerbum,modi indicatiui,formæ perfectæ,coniugationis primæ,generis uel significationis deponētis, numeri singularis,figuræ simplicis,temporis præsentis,personæ tertiæ.Di.declina.Ma. Indicatiuo for,fabar,fatus sum uel fui, fatus eram uel fueram,fabor. Impatiuo modo tēpore præsenti fare feē,femur,amini,fentur.nam in prima coniugatione,imperatiuo modo secunda persona habet penultimam a:tertia uero e, quam seruat prima & tertia pluralis,persona: nam secunda indicatiuum sequitur in omni coniugatione,amare ametur, amemur,amamini,amentur.In secunda uero coniugatioue secunda quidem persona producta habet ē penultimam,tertia autem a post e, ut docere doceatur,quam seruat prima & tertia pluralis,ut doceamur docemini doceanť.In tertia uero cōiugatione e correptam habet penultimam secunda persona,ut legere,tertia uero a, quam seruat prima & tertia pluralis,ut legere legatur,legamur legimini legantur. In quarta uero i penultimam habet productam,ut munire, tertia uero persona a post i, quam seruat prima & tertia pluralis,ut muniatur muniamur munimini muniantur. sed hæc in regulis uerbalibus latius tractata inuenies. futuro fator tu fator ille, femur faminor fentut uel fantor. Optatiuo modo utinam farer, præterito pfecto & plusquā perfecto fatus essem uel fuissem,futuro utinam fer.Subiunctiuo modo tempore præsenti cum fer,præterito impfecto cum farer,præterito perfecto cum fatus sim uel fuerim,præterito plusquamperfecto cum fatus essem uel fuissem,futuro cum fatus ero uel fuero.Infinitiuo modo tēpore præsenti fari,præterito perfecto & plusquam perfecto fatum esse uel fuisse, futuro fatū iri.Gerundia fandi,do,dum,fatū,tu.participia ueniunt à uerbo deponenti tria,præsens, præteritum & futurum.præsens fans,unde infans qui loqui non potest.Præteritum fatus,ta,tum.futurum faturus,ra,rum,Et est sciendum q; in omni uerbo quod habet participium præteriti temporis ex hoc per interpositiōem ru, facimus futurum,ut amatus amaturus,doctus docturus,dictus,rus,exceptis paucis mortuus moriturus,in quo secūdum analogiam præteritum debuit esse moritus. Nullū enim participium u geminat. Similiter orior ortus,oriturus,p orturus,partus pariturus,erutus, eruiturus,caritus cariturus,sed hoc quoq; in regulis uerboꝝ planius tractauimus.Di.cur impersonale nō habet hoc uerbum? Ma.quia nullum in or definēs generat impersonale, id est nec passiuū, nec deponens,nec commune,excepto uno misereor,q; miseret facit impersonale,ex contrario illorum quæ ex actiuis uel neutris nascuntur.nam pleraq; illorū uel magis omnia, exceptis paucis,passiuam habent declinationem tertiaꝝ personarum, ut statur, amatur,

quiescitur,itur.Excipiuntur autem à contingo git,placeo placet, euenio euenit,& uaco uacat,& iuuo iuuat. In quibus tertiæ similes sunt actiuæ psonæ, uel neutrali impsonalium.nam pœnitet,piget,tædet,pudet,licet,libet,positiua sunt, quamuis libeo & liceo dicãt, sed alterius sunt significationis: libeo em τὸ πεληδύμαι, liceo uel liceor ἐπιδεματίζω significant:antiqssimi tñ & pœniteo,& pudeo,& pigeo,& misereo dicebant. Nomẽ pticipiale uel uerbale fandus fanda fandum. pleraq; em̃ uerba, etiam si pticipia futura passiua non habent,nomina tamen huiuscemodi formæ pleraq; habere inueniunt̃.Præterea quoq; pleraque participia in tus desinunt,& mutant tus in tor,& faciunt nomen uerbale,ut amatus amator,doctus doctor,lectus lector,auditus auditor, sic ergo fatus fator possumus dicere. Antiqui tamẽ etiam passiue proferebant, fatus pro dictus dicentes, unde fatũ dictum & iussum dei. Idem em̃ esse dicit Plato fatum uoluntatẽ & iussionẽ dei. Di.fac compositum ab eo quod est for faris.Ma.affor affaris affatur,ut apud Virg.

Affaturq; deos & sanctum sidus adorat.Et sciẽdum q; rarissime simplicis prima persona inuenitur in usu for,quomodo & à do dor.ipsa res fatus,& fatio fatum.inde putant quidam etiam fas & nefas dictum, quod iustum est dici,uel taceri. ex quo fasti & nefasti dies.& fasti τὰ ἡμεροδόγια,. Di.cur participiũ huius uerbi præterito tẽpore a habet ante tus? Ma. quia omnia quæ in aui faciunt præteritum in actiuis,& omnia communia & deponentia primæ coniugationis in atus, a penultima producta, præteritũ participij̃ faciunt,ut amo amaui amatus,accuso accusaui tus,luctor atus, osculor osculatus,criminor atus.Di.lachrymans quæ pars orationis est? Ma. participium.Di.quid est participium? Ma.pars orationis partem capiẽs nominis,partemq; uerbi. Di.participio quot accidũt? Ma.septem.Di.quæ? Ma.genus,numerus, figura,casus,tempus, significatio, forma.Di. cuius generis? Ma.communis trium generum.Omnia enim participia præsentis temporis trium generũ sunt, & in duas desinũt consonantes n & s .Nam etsi naturaliter quædam uerba ad solos pertinent mares, ut futuo & deuirgino, uel ad fœminas, ut futuor, nubo,deuirginor,possumus tamen in alterum sexum transferre, uel figurate,uel per irrisionem,uel per epicœnon,ut si dicam bona anima est quæ istam uirginẽ deuirginauit, uel bonus animus qui illi marito nupsit.bene igitur dicitur q; omnia uerba & participia apta sunt ad omne genus dici .Di. Cuius casus? Ma.nominatiui in hoc loco,potest esse tamẽ & uocatiui. Omnia enim nomina siue participia nominatiuum & uocatiuum similẽ habent,exceptis græcis & in ius definentibus secundæ declinationis, cuius propria si ante us i habuerint, abiecta us, uocatiuum faciunt,ut Virgilius Virgili,Terentius Terenti.Alia uero us in e conuertentia faciunt uoatiuum,ut Turnus Turne,socius socie,myrtus myrte.Virgilius in Bucolicis:

Et uos ò lauri carpam, & te proxima myrte.

Est tamẽ inuenire etiam in huiuscemodi sæpe euphoniæ uel metri causa nominatiuum pro uocatiuo positum, ut Lucanus: Degener ò populus uix secula longa deorum. populus pro popule posuit, & Virg. Corniger hesperidum fluuius regnator aquarum. fluuius pro fluuie posuit.Di.cuius est temporis? Ma præsentis:nulla enim pticipia in duas consonantes definẽtia temporis præteriti uel futuri inueniunt̃. Sciendũ autem q; quo modo participia præteriti temporis coniuncta cum uerbis temporis præsentis præteriti tum tempus significant,ut lectus sum es est, sic participia præsentis si coniungant̃ cum uerbis præteriti temporis,loco præteriti temporis accipiuntur, ut amans feci,studẽs legi.D.cuius significationis? Ma.actiuæ: nascitur enim à uerbo lachrymo as,at. Cuius actiuum uim passiuam,passiuum uim actiuam uidetur habere. Nam patitur dolorẽ qui lachrymat & facit qui lachrymat̃.Multa tamẽ similia inueniuntur,ut lugeo & lugeor,ploro & ploror.formas suorum uerborum uel species habent participia, ut lecturo lecturiens,feruesco feruescens,curso cursans,cursito cursitans. Di.cuius numeri? Ma. singularis,figuræ simplicis.Di.cui casui adiungit̃? Mag.accusatiuo,lachrymãs illũ. Necesse est enim omnia participia ijs casibus adiungi, quibus & uerba ex quibus nascuntur, ut lachrymo illum, lachrymas illum,inuideo tibi, inuidens tibi,misereor tui, miserens tui.

Nam si in alium casum transeant, perdunt uim participij, & ad nomina transferuntur, ut si dicam amans illum, participium est, quia & amo illū dicimus: Sin autem amans illius, nomen est quod significat ὁ ἐρασθὲς ἐκεῖνον. Vnde etiam comparationem accipit, amantior amantissimus. similiter timens illum, & timens illius. fugiens illum, & fugiens illius, ut Terentius in Phormione: fugitans litium. Semper tamen ex participio præsentis temporis, & tria gerundia uel participialia solēt nasci, ablata s, & addita di do dum, ut amans amandi do dum, lachrymans lachrymandi do dum, & participium futuri passiuum lachrymandus à lachrymor. est tamen etiam nomen ὁ δακρυτός. Di. declina uerbum tam actiuum quàm passiuum. Ma. lachrymo lachrymas lachrymat, lachrymor aris uel are atur. Di. quotæ est declinationis lachrymans? Ma. tertiæ. Omnia enim participia præsentis temporis tertiæ sunt declinationis, utpote in du as definentia consonantes. præteriti uero temporis participia & futuri cum sint mobilia, masculinum & neutrum secundæ habent declinationis, fœmininum uero primæ, ut hic & hæc & hoc lachrymans, lachrymatus lachrymata lachrymatum, lachrymandus lachrymanda lachrymandum, lachrymaturus lachrymatura lachrymaturum. Di. Classis? Mag. de hoc superius sufficienter tractauimus. Dis. que, quæ pars orationis est? Mag. coniunctio. Dis. quid est coniunctio? Mag. pars orationis adnectens ordinansq; sententias. Di. quot accidunt coniunctioni? Ma. tria: potestas, figura, ordo. Di. cuius est potestatis? Mag. copulatiuæ, ordinis postpositiui. Est autem encliticum, & hæc & aliæ duæ coniunctiones ue ne. ne uero solet etiam abiecta e encliticam uim possidere, ut Pyrrhin' tanton'. Enclitica que ue ne præpositionibus ante se positis erigunt extremæ syllabæ fastigium, ut propterq; illum, inter' ue homines. Di. cuius figuræ? Ma. simplicis. Composita que semper postponitur, ut atq;, quoq;, namq;. Syllabice quoq; additur in fine & uim coniunctionis amittit. & enclitice, ut undiq;, denique. Itaq; quando antepenultima acuto profertur, id est quando coniunctio est rationalis. Vtraq; pleraq;, quæritur cum sint una pars orationis, nec que diuisa pro coniunctione accipiatur, cur non tertium ab ultimo acutum habuerunt? in quo possumus dicere, quod accentus masculinorum & neutrorum, qui penultimus est acutus, acuit & fœmi nina in suam legem concidentia. Nec mirum euphoniæ causa hoc in his euenisse, cum in alijs quoq; quibusdam compositorum hoc idē inueniatur, ut calefacis, tepefacis, suauerubens, quæ omnia debent secundum analogiam in antepenultima habere acutum, in penultima tamen habuerunt. Di. Immittit quæ pars orationis est? Mag. uerbum, modi indicatiui, formæ perfectæ, coniugationis tertiæ correptæ, generis actiui, numeri singularis, figuræ compositæ ex corrupto & integro. nam compositio mutauit n in m, quia sequens uerbum ab m incipit. Solet enim uel p uel m uel b sequente n in m conuerti in compositione, ut compono, committo, immitto, imbuo. Di. cuius temporis? Ma. præsentis, personæ tertiæ. Di. declina. Ma. Indicatiuo modo tempore præsenti, Immitto, immittebam, immisi, immiseram, immittam. Imperatiuo modo tēpore præsenti, immitte immittat, immittamus immittite immittant. Futuro immittito tu immittito ille, immittamus immittitote immittūto. Optatiuo modo tempore præsenti, & præterito imperfecto, utinam immitterem, immisissem, immittam. Subiunctiuo modo tempore præsenti, cum immittam, immitterem, immiserim, immisissem, immisero. infinitiuo modo, immittere, immisisse, futuro immissum ire uel immissurum esse. Impersonalia, immittitur, immittebatur, immissum est uel fuit, immissum erat uel fuerat, immittetur. Imperatiuo immittatur, immittitor. Optatiuo utinam immitteretur, immissum esset uel fuisset, immittatur. Subiunctiuo modo immittatur, immittet, immissum sit uel fuerit, immissum esset uel fuisset, immisū erit uel fuerit. Infinita immitti, immissum esse uel fuisse, immissum iri. Gerundia immittendi immittendo immittendum, immissum immissu. Participia actiui immittens & immissurus. Passiuum immittor, immittebar, immissus sum uel fui, immissus eram uel fueram, immittar. Imperatiuo immittere immittatur, immittamur immittamini immittātur, immittitor tu

immittitor ille, immittamur immittiminor immittuntor. Optatiuo modo utinam immitterer, immissus essem uel fuissem, immittar. Subiunctiuo modo cum immittar, immitterer, immissus sim uel fuerim, immissus essem uel fuissem, immissus ero uel fuero. Infinita passiua immitti, immissum esse uel fuisse, futuro immissum iri. Participia passiua, immissus, immittendus, nomen uerbale immissor, immissio ipsa res. Di. cur misi facit præteritum? Ma. in to definentia uerba c quidem antecedente tria sunt, quorum unum in xi facit præteritum perfectum, flecto flexi, duo autem in xui, necto nexui, pecto pexui, sic Asper de uerbo. Carisius uero pexi protulit. E breui antecedente in eandem to syllabam terminantia duo inueniuntur, quorum alterum in ui syllabam, alterum in uĭ disiunctas faciunt præteritum, peto petiui, meto messui. Cato in .ĥ. Originum: In campo Tiburti, ubi hordeum demessuit. Cassius Hemina in .v. Annaliũ: ubi hordeum demessuerunt. P, antecedente unum inuenitur, inepto ineptui. R, antecedente duo, uerto uerti, & sterto sterti. T antecedente unum inuenitur, immitto immisi. sed antecedente s unum, sisto steti, quod etiam à sto steti fit. Cum igitur in si faciunt præteritum perfectum, supina in sum uel in su faciunt, ut læsi, lusi, risi, arsi, læsum, lusum, risum, arsum, uel læsu, lusu, risu, arsu. unde & læsus, lusus, risus, arsus. læsurus, lusurus, risurus, arsurus. Dis. fac alia à uerbo mitto composita. Ma. amitto, demitto, summitto, committo, admitto, permitto, promitto, præmitto, emitto, omitto, remitto. Ab admitto admissarius, ab emitto emissarius nascit. Et à simplici missus, hic & hæc missilis & hoc missile. Possumus etiã hic & hæc missĭbilis & hoc missĭbile dicere, quomodo penetralis & penetrabilis. Di. habenas quæ pars est? Mag. nomen. Dis. quales? Ma. appellatiuum. Di. cuius speciei? Ma. deriuatiuæ. Di. unde deriuatur? Ma. à uerbo habeo. inde etiam aspirationem habet, & per b mutã scribitur. nam auena quæ τὸν βρόμον significat, & sine aspiratione est, & per u scribitur. Est igitur habena cum aspiratione nomen uerbale. Di. cuius generis? Ma. fœminini. Di. cuius numeri? Ma. pluralis, figuræ simplicis, casus accusatiui, declinationis primæ. Dis. cur? Ma. quia omnia in a definẽtia declinatiõis primæ sunt, exceptis neutris quæ græca sunt, & apud Græcos in τος faciunt gtm̃, apud nos autẽ os in is conuertentia tertiæ sunt declinationis, ut τόρυμα, τος, toreuma toreumatis, σχῆμα τος, schema schematis. literarum uero nomina tam in a q̃ in alias quascunq; literas definẽtia, & apud nos, & apud Græcos indeclinabilia sunt, ut ἄλφα, βῆτα, γάμμα. non em̃ recte Donatus digammũ posuit. Ab habeo fit habito, habitudo, habitaculũ, habilis. cõposita inhibeo, cohibeo, phibeo, exhibeo.

TV quoq; littoribus nostris æneia nutrix. Di. quot cæsuras habet? Ma. duas: semiquinariam & semiseptenariam. Tu quoq; littoribus nostris. Dis. quot figuras est? Ma. decem, habet enim tres dactylos, & duos spondeos. Di. tracta singulos pedes. Ma. Tu quoq; littori bus no strisæ neia nutrix. Di. quot habet partes orationis? Ma. sex. nomina tria, littoribus, æneia, nutrix. Pronomina duo, tu, nostris. coniunctionem quoq;. Di. tracta per singulas partes. Ma. Tu quoq;. Di. Tu quæ pars orationis est? Ma. pronomen. Di. quid est pronomen? Ma. pars orationis, quæ pro proprio nomine uniuscuiusq; accipitur, personasq; finitas recipit. Item aliter, pronomẽ est pars orationis, quæ pro nomine posita tantundem penè significat, personamq; interdum recipit. Ideo addico penè, quia quamuis substantiam significat, non tamen etiam qualitatem quomodo nomen. bene igitur uidentur fecisse, qui carentia personis finitis separant à pronominibus. Pronomen proprie est, quod pro proprio nomine ponitur. itaq; quia propria nomina plus alĭs omnibus nominibus finita sunt, certam enim aliquam rẽ significant, pronomen quoq; quod loco proprĭi nominis accipitur, debet finitas personas habere. Sunt igit pronomina de quibus nulla dubitatio est, quindecim, octo primitiua & septem deriuatiua: primitiua quidem personæ primæ, ego & obliqui casus eiusdem pronominis, secundæ tu, tertiæ uero sex, sui, ille, iste, is, hic, ipse: deriuatiuæ primæ personæ meus, noster, nostrâs, secundæ tuus, uester, uestrâs, tertiæ suus. Hæc tam apud nos q̃ apud Græcos pronomina ab omnibus accipiuntur. Cætera uero quæ sunt infinita, uel

interrogatiua,uel relatiua ſubſtantiæ,uel qualitatis,uel quantitatis,uel numeri,magis nomina dicenda ſunt q̃ pronomina:ſubſtantiæ,infinitum uel interrogatiuum,ut quis: relatiuum ut qui: interrogatiuum uel infinitiuum uel relatiuum qualitatis ut qualis. ſignificat enim ποίος penultimo acuto,quod eſt interrgaotiuũ, & ποιός ultimo acuto, quod eſt infinitum, & ὁποῖος, quod eſt relatiuum. eius reddítiuum talis: quantitatis interrogatiuum uel infinitiuum uel relatiuum quantus:ſignificat eũ ὁ πόσος penultimo acuto,quod eſt infinitum,& ὅσος, quod eſt relatiuum.reddítiuum eius tãtus. Numeri interrogatiuum & infinitum & relatiuum,quot.ſignificat enim πόσοι penultimo acuto & ultimo,quod eſt infinitum,& ὁπόσοι, quod eſt relatiuum.eius reddítiuum tot. deriuatiuum eius quod eſt quis,cuius cuia cuium,& cuiâs.& ab eo quod eſt quot,quotus & quotennis & quotenus.quibuſdam ab eo quod eſt tot uidetur eſſe totus,ſed alia uidetur eſſe ſignificatio.hæc tamen nomina prædicta plericq; latinæ artis ſcriptorum, pronomina eſſe infinita dixerunt. Nec mirum cum Didymus quoq;,& multi alij uetuſtiſſimi Græcorũ,inter articulos hæc numerauere.Romani uero cum articulos non habeant,inter pronomina hæc poſuerunt. tãta autem uidetur eſſe cognatio articulorum & pronominum,quod Stoici in una parte orationis utrũq; eſſe putant, articulos finitos pronomina dicentes:quæ uero grammatici Græcorũ,inter articulos ponunt, illi infinitos dicebant eſſe articulos. Necnon etiam ſupradictas dictiones, quas Apollonius Herodianusq; & Dionyſius inter nomina rationabiliter,poſuerũt. Hæc aũt latius in libro qui eſt de pnomine tractauimus.Sed ut breuiter dicam, loco proprioꝝ nominum non poſſunt accipi ea quæ generalia ſunt etiam appellatiuoꝝ quod ſuum eſt pronomi num. Nam dicentes quis,interrogamus de omni ſubſtantia,uel qualis de omni qualitate,uel quantus de omni quantitate,uel quot de omni numero.pronomen aũt definitæ alicuius perſonæ uult eſſe,& rem certam ſignificare. Di.quot accidũt pronomini? Ma.ſex: ſpecies,genus,numerus,figura,perſona & caſus.Di. cuius ſpeciei? Ma.primitiuæ.Di. fac ab eo deriuatiuum. Ma. tuus tua tuum,& aduerbium tuatim,& per ἐπιτατικὸν Tu, te,quæ eſt correpta, ut O' Tite tute Tati tibi tanta Tyranne tuliſti.Di. cuius generis? Ma. communis trium generum. quomodo eũ apud Græcos ἐγώ, σύ,ἐμοῦ, σοῦ, οὗ, trium ſunt communia generꝝ,ſic & apud nos ego & tu,mei,tui,ſui. Numeri ſingularis,figuræ ſimplicis,perſonæ ſecundæ,caſus nominatiui & uocatiui.hic autẽ magis nominatiuus eſt,cum per apoſtrophen dicatur, quæ exigit nominatiuum, & cum quoq; coniũctum,quod ad alios nominatiuos relatum eſt,id eſt ut Miſenus & Palinurus,tu quoq;. Di. quoq; quæ pars eſt? Ma. coniunctio.accipitur enim pro & tu.Eſt tamen etiam loco aduerbij inuenire hanc dictionem poſitam,ut Multa quoq; & bello paſſus dum conderet urbem. hic enim pro ſimiliter neceſſe eſt id accipi, cum ſequitur &. Di. quid eſt coniunctio? Ma.pars orationis adnectens ordinansq; ſententiam.Di. quot accidunt coniunctioni? Ma. tria: poteſtas,ordo & figura. Diſ. cuius eſt poteſtatis quoq;? Ma. copulatiuæ. Di. cuius ordinis? Ma. poſtpoſitiui. uetuſtiſſimi tamen ſolebant etiam præponere eam. Di. cuius figuræ? Ma. compoſitæ, ex corrupto & integro,quo enim corripitur, quod ſi produceretur eſſet integra pars. Diſ. quem habet accentum? Ma. penultimum acutum. omnes enim ferè coniunctiones poſtpoſitæ generalẽ ſeruant accentuũ regulam.Di.littoribus quæ pars orationis eſt? Ma.nomen. Di. qualẽ? Ma.appellatiuũ,generis neutri,numeri pluralis,figuræ ſimplicis,caſus datiui, declinationis tertiæ correptæ. Di. cur? Ma. quia omnia in us definentia neutra tertiæ declinationis ſunt,& in ris faciunt genitiuum. excipitur pus indeclinabile, & uirus, quod Lucretius ſecundæ poſuit declinationis: dirí primordia uiri. pelagus uero græcum eſt, hoc pelagus pelagi, & uulgus uulgi, tam maſculinum q̃ neutrum. Diſ. quot differentias habet penultima genitiui in ris terminãtium ſupradictorum neutrorum nominum? Mag.ſi uerbis adiacent,quæ e correptam penultimam habuerint,ſeruant e ante ris genitiui, ut munero munus muneris, uulnero uulnus uulneris, fidero fidus fideris, ex quo componit cõfidero & deſidero,latero latus lateris, operor opus operis,

Si uero monosyllaba sint,& producuntur in nominatiuo,seruant quoq; u ante ris in genitiuo productam,ut ius iuris,thus thuris,rus ruris,plus pluris. Si uero sint comparatiua,masculinorum eorundemq; femininorꝫ sequuntur genitiuum o penultimam seruantia ante ris, ut minor,minus minoris,maior,maius maioris. Alia uero o correptam habent ante ris, ut corpus corporis,pectus pectoris,littus littoris,pignus pignoris & pigneris, fœnus fœnoris & fœneris. q̃uis uerba eorꝫ magis e penultimam habent pignero & fœnero. Di. fac ab eo deriuatiuum quod est littus. Ma. littoreus & littoralis:quidam autem litus ἀπὸ τοῦ λιτοῦ, uolunt esse,quia proficiscentes & reuertentes solent ibi uota concipere. Di. nostris quæ pars est? Ma. pronomen. Di. quale? Ma. possessiuum & deriuatiuum. Di. ex quo casu solent deriuari? Ma. ex genitiuo,ut nos nostrum uel nostri,noster. Idq; sine dubio ex singulari numero ostenditur. Ego mei meus,tu tui tuus,sui suus. unde & penultimæ corripiuntur. Di. cuius generis? Ma. neutri. Sed sciendum quod omnis datiuus & ablatiuus pluralis,tam in nominibus mobilibus quàm in pronominibus & participijs,communis est trium generum. Dis. cuius numeri? Ma. pluralis,figuræ simplicis,casus datiui. omnis autem datiuus & ablatiuus pluralis similis est,ut dictum est. Di. & unde possumus scire differentiam? Ma. à iunctura & ordinatione, idem ἀπὸ τῆς συντάξεως, quod facile potest sciri ex singulariũ iunctura,quæ non habet similes datiuum & ablatiuum,ut in omnibus primæ declinationis nominibus,& tertiæ in e terminantibus ablatiuum,& quartæ et quintæ. In his em̃ manifeste ostendit casus differentiam. Cum uerbum igitur dedisti sine dubio datiuum exigat,si quod supradictarum declinationum nominũ ordines,necesse est datiuum adiungere,ut dedisti poetæ uel homini uel senatui uel rei. Non licet enim nisi datiuũ huic uerbo adiungere. Et nota quod quatuor habent declinationum differentias pronomina,sunt enim quæ tam genitiuum q̃ datiuum in i terminant,quæ sunt tria & communia trium generum,ut ego mei mihi,tu tui tibi, sui sibi. Sunt quæ genitiuũ in ius, datiuum uero in i proferunt,quæ sunt communia trium generũ, ut ille illius illi, ipse ipsius ipsi,iste istius isti,hic huius huic,is eius ei. Sunt alia quæ sequũtur secundam declinationem mobilium nominum,qualia sunt possessiua,meus a um, tuus a um, suus,noster & uester. Sunt & alia tertiæ declinationis nominum declinationem seruantia,nostrâs,uestrâs,nostratis & uestratis. Dis. æneia quæ pars orationis est? Mag. nomen. Discip. quale? Magist. appellatiuum: quamuis enim possessoris nomen proprium significet,tamen omnis possessio eius commune hoc nomen potest habere, ut æneia mater,æneia nutrix,æneia mens, æneia fames,æneia facies, æneia manus,æneius ager,æneius filius,æneius ensis,æneium lumen,æneium munus,æneium regnum. Di. cuius generis? Ma. fœminini, numeri singularis, figuræ simplicis, declinationis primæ. Di. ex quo nomine deriuatur? Ma. ab Aenea,de quo superius latius diximus. Di. nutrix quæ pars orationis est? Ma. nomen. Di. quale? Ma. appellatiuum. Dis. cuius speciei? Ma. appellatiuorum, uerbalis. Dis. ex quo uerbo masculinum eius nascitur? Ma. à nutrio. solent autẽ in tor uerbalia in trix facere fœminina,mutata tor in trix, ut lector lectrix, in supradicto uero euphoniæ causa uel alternitatis, id est παραλλότητος tri syllaba subtracta est contra regulam. Cum enim nutritor sit masculinum,debuit fœmininum nutritrix esse,sed absurditas soni minuit syllabam. Di. à quo uerbo deriuatur? Ma. à nutrio nutris nutrit. Di. declina uerbum. Ma. nutrio uerbum actiuum. Indicatiuo modo dictum temporis præsentis,numeri singularis,figuræ simplicis,coniugationis quartæ,personæ primæ,quod declinabitur sic: Nutrio is it, nutrimus itis unt. eodem modo tempore præterito imperfecto nutriebam bas bat, nutriebamus tis bant. eodem modo tempore præterito perfecto,nutriui nutriuisti nutriuit,& pluraliter nutriuimus stis runt uel re. eodem modo tempore præterito plusq̃ perfecto, nutriueram ras rat ramus ratis rant. eodem modo tempore futuro nutriam es et. Imperatiuo modo tempore præsenti ad secundam & tertiam personam nutri nutriat,nutriamus te ant. eodem modo tempore futuro nutrito tu nutrito ille, nutriamus tote

triunto uel triũtote. Optatiuo modo tẽpore præſenti,& præterito imperfecto, utinam nutrirem,res,ret,nutriremus,retis,rent. eodẽ modo tẽpore præterito perfecto,& pluſquam perfecto utinam nutriuiſſem,ſſes,ſſet,nutriuiſſemus,tis,ent.eodem modo tempore,futuro,nutriam,as,at,utinam nutriamus atis ant.Subiunctiuo modo tẽpore præſenti cum nutriam,as,at,amus atis ant.eodem modo præterito imperfecto cum nutrirẽ,res ret,nutriremus,tis, ent.eodem modo tempore præterito perfecto cum nutriuerim,ris, rit,nutriuerimus,tis,rint.eodem modo tempore præterito pluſquam perfecto cum nutriuiſſem,ſes,ſet,emus,etis,ent.eodem modo tempore futuro, cum nutriuero, ris rit,rimus,ritis,rint.Infinitiuo modo numeris & perſonis tempore præſenti, & præterito imperfecto nutrire,præterito perfecto & pluſquam perfecto, nutriuiſſe,futuro nutritum ire,uel nutriturum eſſe.Verbo impersonali nutritur, batur, nutritum eſt uel fuit,nutritum erat uel fuerat,futuro nutrietur. Imperatiuo modo nutriat nutritor. Optatiuo utinam nutriretur,nutritum eſſet uel fuiſſet,nutriatur. Subiunctiuo modo,cum nutriatur, nutriretur,nutritum ſit uel fuerit,nutritum eſſet uel fuiſſet,tum erit uel fuerit.Gerũdia uel participialia nomina,nutriendi nutriendo nutriendum, nutritum nutritu, duo participia ueniunt à uerbo actiuo,præſens nutriens,futurum nutriturus nutritura nutriturum. Eius paſſiuum, indicatiuo modo nutrior,nutriebar,nutritus ſum uel fui,nutritus eram uel fueram,nutriar. Imperatiuo,nutrire nutriatur nutriamur, nutrimini nutriantur.futuro nutritor tu,nutritor ille,nutrimur nutriminor untor. Optatiuo utinã nutrirer,nutritus eſſem uel fuiſſem,nutriar. Subiunctiuo cũ nutriar,rer, nutritus ſim uel fuerim,nutritus eſſem uel fuiſſem,nutritus ero uel fuero.Infinitiuo modo nutriri, nutritũ eſſe uel fuiſſe,futuro nutritum iri,duo participia ueniunt à uerbo paſſiuo,præteritũ nutritus nutrita nutritum,futurum nutriendus nutrienda nutriendum. Nomẽ uerbale nutritor & nutrix,ipſa res nutritio.D.fac ab eo deriuatiuum.Ma. nutricula, quæ eſt diminutiuum,ut Iuuenalis:

Gallia uel potius nutricula cauſidicorum.

VT belli ſignum laurenti Turnus ab arce. Diſ. ſcande uerſum.Mag. Vt bel.liſi.gnũ lau.renti.Turnus ab.arce.Di. quot cæſuras habet? Ma.ſemiquinariam.Di.quomodo? Ma. Vt belli ſignũ. Di. quot figurarũ eſt hic uerſus? Ma.quinq;.Di.quare? Ma.quia conſtat ex quatuor ſpõdeis & uno dactylo,&uno trocheo.D.tracta per ſingulos pedes. Ma. Vt bel,liſi,gnumlau,renti,Turnus ab, arce.Di. quot partes orationis habet? Ma.ſeptem.Di quot nomina? Ma.quinq;,belli ſignum laurẽti turnus arce.Di.quid aliud? Ma. aduerbium ut,& præpoſitionẽ ab.Di.ut quæ pars orationis eſt? Ma.hic aduerbium temporale,aliàs autem ſimilitudinis poteſt eſſe, & adiecta i tamẽ eandem ſignificationem habet uti,cui additur nam,& fit aduerbium optantis utinam. ſimiliter compoſitum cũ uelut & ueluti aduerbium ſimilitudinis eſt.Et quãdo ὅπως uel ἵνα, græcum ſignificat, pro coniunctione cauſali accipitur,eſt etiam qñ optatiuum eſt,ut Teren. in Phormione:

Vt illum dñ omnes deæq; perdant. Di. belli quæ pars eſt? Ma.nomen. Di.quale? M. appellatiuum.Di.cuius ſpeciei? Ma.deriuatiuæ.ab eo quod eſt bonum,bellum diminutiuum eſt.per ἀντίφρασιν igitur, hoc eſt, per contradictionem pro malo bellum dicitur, id quod malo hominum eſt inuentum à bono.ergo maſculinum bonus bellus,& fœminum bona bella,& neutrũ bonum bellum facit.Omnia enim in us deſinentia maſculina geminãt ll in diminutiuis,ut geminus gemellus,gemina gemella,geminum gemellum.Et ſciendum quod inueniunt etiam ipſorum diminutiuorum comparatiua & ſuplatiua,quomodo comparatiuorum diminutiua, quæ apud græcos non inuenis.Terenti. in Adelph. Atq; unum quodq; quod erit belliſſimum carpam.ex bello quod bonum ſignificat, bellaria dicuntur τὰ πραγμάτα. Diſ. dic ab eo quod eſt bellum, quod pugnã ſignificat,deriuatiuum aliud.Ma.bellicus,ca,cum.bellicoſus.Bellienus quod proprium eſt à bello deriuatum,bello as uerbum,ex quo bellax, quod eſt trium generum.bellatus enim participium bellator & bellatrix facit.ab eo etiam eſt Bellona dea bellorum.Duellum dicebant antiqui pro bellum, ex quo perduellio, ab eo componit bellipotens, &

belliger,& imbellis,& rebellis, & rebello uerbum.& debello quoq; compositū est uerbum.Inde etiam debellatum est.belli eñ portæ,quamuis duæ sint partes,pro uno tamẽ nomine proprio accipiuntur,quod significat fores Iani templi.Di.signū quæ pars orationis est?Mag.agnomen.D.quale? Ma.appellatiuum. Di. cuius speciei?Ma.primitiuæ. Di.fac deriuatiuum ab eo,uel diminutiuum.M. Sigillum.uerbum signo,as,et signio signis. & ex eo compositum, insignio insignis, unde insignitus. præterea significo as, & signifer,& antesignanus,hoc est propugnator signoꝝ.& designo,consigno,resigno.i.aufero,unde Virg.in.iiij. & lumina morte resignat.id ẽ aufert:est autem uniuocum,id est δμώνυμον: significat enim πλὼ σφραγίδα,ηϕὴ τὸ ἄγαλμα ϾΙ τὸ πρὼ πολέμωμ σκμεῶομ,τὸ, ἐπὶ ϑϕῶ κόντῳ, ϾΙ τὸ σύνθκμα ut in eodem libro, dat bello tessera signum. ηϕὴ πλὼ σάλπιγγα,,ut Lucanus: Signa canunt.D.laurenti quæ pars est?Ma.nomen appellatiuum,speciei deriuatiuorū possessiuæ.est tamẽ etiam patriæ, si est ablatiuus ab eo quod est hic & hæc & hoc laurens laurentis.potest tamen & proprium ipsius ciuitatis esse si genitiuus accipiť, hoc Laurentum huius laurenti,ut sit ab arce Laurenti, hoc est ab arce urbis Laurẽti. Sed si est ab eo quod est hic & hæc & hoc laurens,ab hoc & ab hac laurenti, pro Laurentina posuit unde Lucanus, laurentinosq; penates. Laurentum nominatū est à lauro inuenta in arce,teste ipso poeta.compositū ab eo quod est laurus,lauriger,unde laurigeros currus. à lauro etiam laureatus,ata, atum. Cicero fasces laureatos,hoc est uictoriæ lauros habentes,& ex ea proprium Laurentius Laurentia.& comprensiuum qđ Græci πϱιεκϑκόμ uocant lauretum,ueluti myrtetum,rosetum. Di.dic possessiuum. Mag.laureus,quomodo myrteus,corneus,a,um.Di.laurus quotæ declinationis est?Ma.inuenitur & secundæ & quartæ. Omnia enim arborum nomina in us desinentia fœminina sunt,& secundæ declinationis,ut cupressus cupressi,myrtus myrti,ulmus ulmi,ornus orni, pirus piri:excæptis quinq;,quæ tam secundæ quã quartæ inueniuntur,quercus,laurus, pinus,ficus,corus.laurea etiam pro lauro accipitur.Di.Turnus quæ pars est?Ma.nomẽ.Di.quale?Ma proprium.Di.cuius speciei? Ma.uniuoce.potest enim etiam appellatiuū intelligi piscis palustris,& fluuius.D.fac ab eo possessiuum. Ma.turnius,a,um.sicut à Saturnus saturnius,a,um. patronymicū potest per analogiam dici turnides,sed raro in latinis nominibus solent eiusmodi formæ patronymicæ fieri, quanuis poeta Scipiadas figurauit à Scipione, sed & ipsum ἀὸ τοῦ σκιπίωνϴ qđ græcū est uidetur esse. Di.ab quæ pars orationis est?Ma.ꝓpositio.Di.cui casui seruit?Ma.ablatiuo.Di.quid interest inter ab & a & abs? Ma.quod consonante sequente, a plerũq; scribendum est,uocali uero omnimodo ab.inuenitur ab etiam consonantibus sequentibus, sed quæ non aspere post b,sonant, a uero uocali sequente nisi loco sit consonantis, i uel u nunquam inuenitur,ut à Ioue à Venere.abs autem q uel t uel c sequentibus paucis,anteponitur tam in appositione quàm in compositione:In appositione,ut abs te,pro à te:in compositiõe,ut abstuli,abscondo,absq; ullo malo, pro sine ullo malo. Di.arce quæ pars orationis est?Mag. nomen. Di. quale?Ma.appellatiuum speciei deriuatiuæ.ab arceo uerbo dicitur arx,quæ facile munimẽto suo arcet hostes.Inde etiam summitates montiũ, ex quibus facile possunt depelli hostes,arces dicuntur.& arcus quod longe arceat similiter hostes.Di.cuius est coniugationis uerbum arceo?Ma.secundæ,generis uel significationis actiuæ.Di.declina uerbũ arceo.Ma.Arceo uerbum actiuum,indicatiuo modo dictum,t.p.Arceo,bam,arcui,eram, futuro arcebo.Imperatiuo arce,at,te,ant,uel cento. Futuro arceto tu,arceto ille,& pluraliter arceamus arcetote arcento uel arceant. Optatiuo modo tẽpore præsenti,& præterito imperfecto utinam arcerem, arcuissem,futuro utinam arceam. Subiunctiuo modo tẽpore præsenti cum arceam,præterito imperfecto arcerem, arcuerim,arcuissem,futuro cum arcuero.Infinitiuo arcere, arcuisse, arcitum ire uel arciturum esse. Gerundia uel participialia nomina,arcendi,arcẽdo,arcendũ,arcitũ arcitu. Participia ueniũt à uerbo actiuo duo p.t.arcẽs,futuri arciturus. Passiuum arceor,ris uel cere,arcetur, arcebať, arcitus sum uel fui secundum analogiam,quanuis in usu deficit, compositum tñ eius coerceor coercebar coercitus sum, in frequenti est usu, Præteritū plusq; perfectum arcitus

eram uel fueram,futuro arcebor. imperatiuo modo tempore præsenti arcere arceatur, arcemini,arceantur. Futuro arcetor tu,arcetor ille,arceminor,arcentor. Optatiuo modo tempore præsenti, utinam arcerer,arcitus essem uel fuissem,futuro arcear. Subiunctiuo modo, cum arcear,arcerer, arcitus sim uel fuerim, arcitus essem uel fuissem, arcitus ero uel fuero. Infinitiuo arceri, arcitum esse uel fuisse, arcitum iri. Gerundia uel participialia nomina communia sunt tam actiuo quàm passiuo,arcendi, arcendo,arcendum,arcitum arcitu. Duo participia ueniunt à uerbo passiuo,præteriti arcitus, futuri arcendus.

ATque ea diuersa penitus dum parte geruntur.

DISCIPVLVS, scande uersum. MAG.

Atquea,diuer,sapení,tusdum,partege,runtur.

DISCIP. quot cæsuras habet? MAG. duas, semiquinariam & semiseptenariam. DISCIP. quot figurarum est? MAG. decem. DISCIPV. quare? MAG. quia constat ex tribus dactylis & duobus spondeis. DISCIPV. tracta singulos pedes. MAG.

Atqea,diuer,sapení,tusdum,partege, runtur.

DISCIP. quot partes orationis habet hic uersus? MAG. septem. DISCIPV. quot nomina? MAG. duo, diuersa & parte. DISCIP. quot uerba? MAG. unum, geruntur. DISCIP. quot pronomina? MAG. unum,ea. DISCIPV. quot aduerbia? MAG. duo, penitus & dum. DISCIP. quot coniunctiones? MAG. unam,atq. DISCIP. atq quæ pars est? MAG. coniunctio. DI. cuius potestatis? MAG. copulatiuæ, ordinis cõmunis,id est tam præpositiui quàm postpositiui inuenitur,sed raro postponitur,quomodo etiam, & et, quia. DISCIP. quid interest inter q; & ac & atq? MAG. quod q; semper postpositiua & enclitica, & significat non modo &, sed etiam τε græcam, quando repletiua est, ac autem semper præpositiua est, & accipitur etiam pro aduerbio similitudinis quomodo atque, ut, Haud secus ac iussi faciũt. & atq; tam præpositiue quàm postpositiue posita copulationem solam significat. DISCIP. cuius figuræ atque? MAG. compositæ, ex duobus integris at & que. DISCIP. quem habet accentum? MAG. præpositiua omnis coniunctio & præpositio grauatur, postpositiua uero generalem accẽtum seruat dictionum. DISCIP. ea quæ pars orationis est? MAG. pronomen. DISCIP. quale? MAG. subiunctiuum uel relatiuum. DISCIP. primitiuum est an deriuatiuum? MAG. primitiuum. DISCIP. quot pronomina indubitabilia? MAG. primitiua quidem octo, primæ personæ unum ego, secundæ unum tu, tertiæ sex, ille, ipse, iste, hic, is, sui. DISCIP. & quare prima persona & secunda singulas habent uoces,tertia uero tot & tam diuersas? MAG. quia prima persona & secunda semper sunt præsentes,& iuxta se loquunt, tertia uero modo longe, modo præsens, modo absens,modo demonstratiua, modo relatiua, modo discretiua. DISCIP. quid interest inter hic & iste & is? MAG. quia hic præpositiuum est & demonstratiuum, & in declinatione nominum à grammaticis pro articulo accipitur, Iste uero demonstratiuum est,is subiunctiuum,uel relatiuum,Ille potest & in loco aliquo longe posito esse demonstratiuum & relatiuum,tamen idem esse & cum significantia aliqua proferri,ut sic Iuppiter ille monebat, ipse autem relatiuum & discretiuum est, ut ipse modo Aeneas, nostri si tanta cupido est, discretiuum est, ut ego ipse, tu ipse, ille ipse. ut quæq; ipse miserrima uidi. Ideo autem discretiuum esse dicitur, quia discernit personam,cui adiungitur,ostendens per se facere & non per alium,hoc est ipse per me,& non per alium. DISCIP. dic deriuatiua pronomina quot? MAG. septem, meus,tuus, suus,noster,uester, nostrâs,& uestrâs. DISCIP. quot sunt declinationes pronominum? MAG. quatuor,illorum una,quæ in i faciunt genitiuum & datiuum,ut mei mihi,tui tibi, sui sibi. Secunda illorum quæ in ius habent genitiuum,illius,huius. Tertia quæ secundum mobilia declinatur nomina, ut meus, tuus, suus. Quarta quæ terti-

am nominum declinationem seruat, ut nostrâs & uestrâs. DISCIP. quæ sunt dubia? MAG. quæ Stoici quidem antiquissimi inter articulos cum præpositionibus ponebant. Romani autem inter pronomina infinita uel interrogatiua uel relatiua uel redditiua, Dionysius uero & Apollonius & Herodianus rationabiliter inter nomina posuerunt. Sunt autem substantiæ uel qualitatis uel quantitatis, uel numeri infinita. substantiæ, ut quis, quod tam interrogatiuum est quàm infinitum, cuius relatiuum est qui, quod per se quidem acuitur, in relatione uero grauatur. Inuenitur tamen etiam pro quis, atque tunc circumflectitur. Obliqui autem eorum casus quando relationem significant, grauantur, qualitatis qualis, quod penultimam circumflectit, quando interrogatiuum est, quando uero infinitum est uel relatiuum, acuit ultimam, quæ tamen in lectione sopitur. eius redditiuum talis. DISCIP. dic quantitatis? MAG. quantus, quod similiter tria significat, interrogationem, relationem, infinitionem, quando uel infinitum est uel interrogatiuum acuitur, quando uero relatiuum, in locutione grauatur. eius redditiuum tantus. Numeri quot, quod similiter tria significat, interrogationem, infinitionem, relationem: sed quando interrogatiuum est, acuitur, uel infinitum: quando autem relatiuum in lectione grauatur. eius redditiuum tot. DISCIP. dic deriuatiuum ab eo quod est quis. MAG. cuius cuia cuium, quæ sunt possessiua infinita, quæ Græci non habent. præterea hic & hæc cuiatis & hoc cuiate, huius cuiatis quæ sunt gentilia & infinita. & est sciendum quod hæc declinationem pronominum habent, quis uel qui, cuius. & eam tamen inæqualem cum accusatiuum quem faciat, & ablatiuum à quo uel à qui, & datiuum pluralem quis uel quibus. DISCIP. quæ sunt alia nomina quæ declinationem pronominum habent? MAG. in ius quidem desinentia sex, ut unus, nullus, ullus, solus, totus, alius. In er uero duo, uter & alter, & ex his composita. excipitur neuter neutri. DISCIP. dic nominatiuum ab eo quod est id. MAG. masculinum eius is, fœmininum ea. DISCIP. quid habet notandum hoc pronomen? MAG. quod nominatiuum pluralem masculinum tam in ei facit quàm in ĩ, & datiuum & ablatiuum in eis & in is: & quamuis ĩ duplicetur, tamen pro una accipitur syllaba in metris, quomodo dĩ & dĩs pro dei & deis. DISCIP. fac ab eo quod est is compositum. MAG. idem eiusdem. DISCIP. & quid interest inter masculinum & neutrum? MAG. quia masculinum producitur, neutrum uero corripitur. DISCIPV. diuersa quæ pars est? MAG. nomen appellatiuum, speciei deriuatiuæ, à uerbo uertor uersus participium, unde est factum nomen compositum, diuersus diuersa diuersum. generis fœminini, numeri singularis, quando fœmininum est, quando uero neutri pluralis. Et nota, quod omnia mobilia in a facientia fœminina nomina & pronomina & participia, similem habent fœmininum singularem & neutrũ pluralem, ut primus prima primum, & pluraliter prima, pulcher pulchra pulchrum, & pluraliter pulchra, armiger armigera, pluraliter armigera, satur satura, & pluraliter satura, ille illa illud, & pluraliter illa, iste ista istud, is ea id, hic hæc hoc singulariter est fœmininum, & pluraliter neutrum. necnon etiam, quis quæ quod, tam in singulari fœmininum quàm in plurali neutrum. participia quoq; amaturus amatura amaturum, pluraliter amatura, amatus amata amatum, pluraliter amata. DISCIP. cuius numeri? MAG. singularis, quia fœmininum est in hoc uersu, figuræ compositæ, ex duobus integris, id est di præpositione, quæ separatim non inuenitur per se, & uersa. Sunt autem inseparabiles præpositiones, quæ per se separatæ nunquam possunt inueniri hæ, di dis re se an & con. quas tamen præpositiones ideo dicimus, quod interpretatio quoq; earum apud Græcos præpositiones eas esse, ostendit, & præpositiuum locum semper sibi in compositione defendunt: diuersus tamen apud Latinos frequenter, non solum pro uarius, sed etiam pro separatus accipitur & discretus, ex quo deriuatiuum etiam diuersitas. DISCIP. penitus quæ pars est? MAG. aduerbium. DISCIPV. cuius significationis? MAG. hic localis, aliâs qualitatis. significat enim prorsus uel in intimam partem, ut causas penitus tentare, latentis. & hic tamen similem habet signifi-

cationem penitus,id est, in penitissima parte, hoc est, in intima Italiæ. antiqui enim & penitior & penitissimus solebant ab eo dicere, uelut ulterior ultimus. DISCIPV. cuius speciei? MAG. primitiuæ.ex eo enim fit nomen penitior & penitissimus.na scitur & aduerbium comparatiuum penitius, superlatiuum penitissime. DISCIP. cuius figuræ? MAG. simplicis. DISCIP. dum quæ pars est? MAG. aduerbium temporale quoq; hic.est etiam coniunctio causalis quando pro ἐπεὶ græca coniunctione accipitur,ut

Multa quoq; & bello passus dum conderet urbem.

Et sciendum quod dum aduerbium indicatiuo coniungitur, coniunctio uero subiuncti uo.est tamen quando pro coniunctione repletiua accipitur, ut

Sosia adesdum paucis te uolo.

Et ne dum illi corruptis moribus uictoriæ temperarẽt.ex eo deriuatur dudum, post nec quoq; uel non posita aduerbium est temporale, ut necdum nondum. DISCIPV. parte quæ pars est? MAG. nomen. DISCIP. quale? MAG. appellatiuũ. DISCIP. cuius speciei? MAG. primitiuæ, & generis fœminini, numeri singularis,figuræ simplicis,casus ablatiui. DISCIPV. cur partis facit? MAG. quia omnia in rs uel ls uel ns definentia, interposita ti, faciunt genitiuum, ut pars partis, puls pultis, mons montis, exceptis à corde compositis, quæ d habent pro t, ut uecors uecordis, discors discordis: seruant enim primitiui consonantem genitiui. & differentiæ causa frons frondis & lens lendis. præterea glans glandis,libripens libripendis quod à uerbo pendo componitur. DISCIP. fac ab eo quod est pars diminutiuum.MA. particula:uerbum uero partio & partior,quod in eadem inuenitur significatione. & ex eo composita similiter dispertio & dispertior,impertio & impertior. DISCIP. dic ab eo composita. MAG. participium & participo uerbum, similiter componitur ab eo expers & particeps, & propartio & bipartitus & tripartitus,& similia.DISCIP. geruntur quæ pars orationis est? MAG. uerbum. DISCIP. quale? MAG. perfectum. DISCIP, quomodo dictum? MAG. indicatiuo modo. DISCIP. cuius significatiouis? MAG. passiuæ, coniugationis tertiæ correptæ, numeri pluralis, figuræ simplicis, temporis præsentis, personæ tertiæ. DISCIP. declina. MAG. gero geris gerit. DISCIP. quare præteritum gessi facit? MAG. quia in ro desinentia tertiæ coniugationis in ui faciunt præteritum perfectum, ut quæro quæsiui, tero triui. excepto uro ussi,gero gessi, curro cucurri. licet ex eo composita duplicent in præterito perfecto cu uel non: decurro decucurri,uel decurri, percurro percurri, uel percucurri.quare gessi gestus facit participium. quomodo & ussi ustus. Quæsiui quoque quæstus, ὁποίῳ differentiæ causa facit,nam quæsitus κατηθεὶς. DISCIP. fac frequentatiuum. MAG. gesto gestas gestat. A participijs enim præteriti, plerunque fiunt frequentatiua, & à gesto gestio gestis gestit, id est motu corporis significo gaudium.ab eodem deriuantur gerulus, unde cõponitur nugigerulus & gesticulor gesticularis gesticulare gesticulatur, & ipsa res gesticulatio.

PANDitur interea domus omnipotentis Olympi.

DISCIPVLVS. scande uersum. MAG. Panditur & cætera. DISCIP. quot habet cæsuras? MAG. unam. DISCIP. quam? MAG. semiquinariam. DISCIP. quomodo? MAG. Panditur interea. DISCIP. quot figurarũ est? MAG. unius. DISCIP. quare? MAG. quia quinque dactylos habet. DISCIPVL. tracta singulos pedes. MAG.

Panditur.intere.a domus.omnipo.tentis o.lympi.

DISCIP. quot partes orationis habet hic uersus? MAG. quinque. DISCIP. quot nomina? MAG. tria, domus, omnipotentis, olympi. DISCIP. quot uerba? MAG. unum, panditur. DISCIP. quid aliud? MAG. aduerbium interea. DISCIP. panditur quæ pars est? MAG. uerbum. DISCIP. cuius modi? MAG. indicatiui. DISCIP. cuius formæ? MAGI. perfectæ,

coniugationis tertiæ, uel significationis passiuæ, numeri singularis, figuræ simplicis, temporis præsentis, personæ tertiæ. DISCIPVL. dic actiuum eius. MAGIS. pando pandis, pandebam, pandi, panderam, pandam. DISCIPVL. cur mutata do in di facit præteritum perfectum? MAGIST. quia omnia uerba tertiæ coniugationis, quæ ante do n habent, mutata do in di faciunt præteritum, ut scando scandi, ostendo ostendi, excipiuntur quædam abiicientia quidem n, fundo fudi, scindo scidi, findo fidi: duplicantia uero primam syllabam, pendo pependi, tendo tetendi, tundo tutudi. DISCIPVL. declina passiuum. MAGIST. pandor, pandebar, passus sum. DISCIPV. cur passus sum facit præteritum perfectum? MAGIST. quia omnia passiua in dor desinentia tertiæ coniugationis uerba, nisi sint à dor uerbo composita, participium præteriti in sus faciunt, ut ludor lusus, cædor cæsus, defendor defensus, incendor incensus. sed notandum quòd cum alia omnia quæ n habent ante do, & in participio ante sus seruent n, ut offendo offensus, defendo defensus, incendo incensus, tendo tensus, pendo pensus, tundo tunsus, hoc differentiæ causa, ne fœmininum eius simile inueniatur proprio masculino, quod est hic Pansa, ideo passus passa fecit, quamuis à patior quoque passus facit, & à pateo passus. Virgilius in tertio: passis de littore palmis.
& in primo: Crinibus Iliades passis.
Fundo etiam fundi fusus facit, nec duplicauit s, quia producta uocalis non egebat tali geminatione. scidi quoque & fidi, quia corripiunt penultimam, duplicauerunt in participio s, scissus & fissus.
Virgilius in nono: & fisso transit præcordia ligno.
Imperatiuus, optatiuus, subiunctiuus, & infinitiuus supradicti uerbi, secundum analogiam declinatur. DISCIPVLVS. dic supina. MAGISTER. pandendi pandendo pandendum, passum passu. participia actiua: pandens passurus. passiua præteriti passus, futuri pandendus. nomen uerbale passor. In sor autem desinentia, uel in xor uerbalia, fœminina facere non possunt literarum dissonantia prohibente. In tor enim desinentia, mutant tor in trix, amator amatrix, doctor doctrix, raptor raptrix, fartor fartrix. nomen uerbale rei hic passus huius passus, quod significat τὸ βῆμα, quod patet in spatio distantiæ pedum. est tamen & aliud uerbale pandus panda pandum. Donatus, panda atque contractior. Et Ouidius: panda naris. nam passio magis à patior est. DISCIPVLVS. interea quæ pars est? MAGISTER. aduerbium. DISCIPVLVS. quid est aduerbium? MAGISTER. pars orationis quæ adiecta uerbo significationem eius explanat atque implet. DISCIPVL. quot accidunt aduerbio? MAGIST. significatio, species, figura. DISCIPVL. cuius est speciei? MAGIST. inter quidem ab in præpositione uidetur esse natum, quomodo à sub subter, & extra ab ex, ea uero primitiuum pronomen est, ablatiui casus singularis, uel accusatiui pluralis. DISCIPVL. cuius est figuræ? MAGIST. compositæ, ex integro & corrupto. Si ea pluraliter accipiamus. Inter enim integrum est, quod plerique Latinorum præpositionem accipiunt, Græci autem aduerbium, ea uero corruptum. accusatiuus enim pluralis a producit propter generalem regulam aduerbiorum in a terminantium, quæ omnia producuntur, ut interea, & propterea, & præterea, excepto ita. possumus tamen dicere, quod in compositione non necesse est separatorum constructionem seruare, & licere etiam in his ablatiuum singularem recipere, ut in his aduerbijs compositis cum præpositionibus, quomodo, quocirca, quapropter. sic interea, propterea. frequenter etiam & simplices ablatiui pro aduerbijs accipiuntur, ut unà, quà, qui, quomodo, dextra, finistra, DISCIPVLVS. domus quæ pars est? MAGISTER, nomẽ appellatiuum, speciei deriuatiuæ: à græco enim deriuantur. Græci cũ

δομήσασθαι dicunt ædificare, inde & δόμησις, & ὁ δόμος: græce eñ masculinũ est, & latine fœmininum hæc domus, quomodo ὁ κρατὴς hæc cratera, ὁ δεκάπους hæc decempeda, ὁ πανθὴς hæc panthera, ὁ χάρτης hæc charta, ὁ γαυσάπης hæc gausapa. Di. dic deriuatiuum à domo. Ma. domicilium, domesticum, domo as at, hoc est sub dominio & potestate mea facio. unde maris domitor pro dominator. Inde et dominus, hinc Domitius & Domitianus. Di. dic aduerbia. Ma. ex hoc in loco domi, ad locum domum, de loco domo, quæ Græci dicunt οἴκοι, οἴκαδε, οἰκόθεν, diminutiuum eius domuncula. Dis. omnipotens quæ pars orationis est? Ma. nomen. Di. quale? Ma. appellatiuum. Dis. cuius speciei? Ma. adiectiuæ, figuræ compositæ. Di. ex quibus? Ma. ex tribus corruptis, omni & potis & ens, qui omnium potens est. antiqui enim dicebant ens participium ab eo quod est sum es est. ideo à possum uerbo potẽs nascitur tam participium q̃ nomẽ, sed quando participium est, tempus significat & accusatiuo nominum uel infinito uerborum coniungitur, nec comparationem accipit, ut potens pugnare uel potens bella facere: quando autem nomen est, caret tempore, & genitiuo coniungitur, & comparationem habet, ut potens maris & amans illius, potentior & amantior. Sic ergo omnia participia similia possumus discernere, tempore, constructione, & casu, & comparatione: si eñ uerbi casum non sequantur, in uim transeũt nominum, similiter si tempus amittant, & si comparationem assumunt, ut fugitans litium, doctus grammaticæ, doctior doctissimus. Di. cur in tis finit genitiuum? Ma. quia omnia nomina in ls rs ns definentia, interpositione ti faciunt gtm̃, ut puls pultis, mons montis, ars artis. exceptis differentiæ causa frons frondis, & lens lendis. præterea glans glandis, cuius quidẽ etiam similem genitiuo quidam protulerunt nominatiuum. libripens quoq; libripendis facit seruata consonante uerbi pendo. præterea à corde composita seruantia d notanda sunt, concors concordis, discors discordis, uecors uecordis. Comparatiuum quidem potens potentior potentissimus dicitur. omnipotens autem ideo non potest habere comparatiuum, quia est supra omnia, & nemini potest comparari. Di. fac ab eo qđ est potens ipsam rem. Ma. potentia potestas. Di. quid interest inter potentiam & potestatem? Ma. hoc interest, q̃ potẽtia magis pro ui accipitur, potestas autem pro dictione. quidam autem etiam potentatum dixerunt. Di. declina uerbum. Ma. possum potes potest, poteram, potui, potueram, potero. Imperatiuo potes possit possimus poteste possint, potesto tu potesto ille possimus potestote possunto. Optatiuo modo utinã possem, potuissem, possim. Subiunctiuo modo cum possim, possem, potuerim, potuissem, potuero. Infinitiuo modo posse, antiqui potesse. Terentius in Eunuc. sed nihil tamen potesse. præterito potuisse. In futuro deficit. deriuatiua ex hoc, possibilis compos, præpotens, & impotens. Di. Olympi quæ pars est? Ma. nomen. Di. quale? Ma. proprium, significat autem montem & cælum, olympus dictum à græco ὁλόλαμπος, qđ undiq; luceat. Di. cuius speciei? Ma. deriuatiuæ uel compositæ, à græco, id est τοῦ ὅλου καὶ λάμπω. Di. fac ab eo deriuatiuum. Ma. olympicus olympica olympicum propriũ, & olympius a um, & olympium certamen uel olympia, quæ in honorem Iouis celebrantur certamina Pisis. Inde componitur Olympiodorus, & Olympionices, Olympias. cuius secundum analogiam Olympiades debet esse masculinum.

OCeanum interea surgens aurora reliquit. Di. scande uersum. Ma. Ocea nínter, & cætera. Di. quot habet cæsuras? Ma. duas, semiquinariam & semiseptenariam: Oceanum interea, ecce semiquinaria, surgens, ecce semiseptenaria. Di. quot figurarum est? Ma. decem. habet enim tres dactylos & duos spondeos. Di. tracta per singulos pedes. Ma. Ocea nintere asur gensau rorare liquit. Dis. quot partes orationis habet iste uersus? Ma. quinq;: Oceanum interea surgens aurora reliquit. Di. quot nomina? Ma. duo, aurora, oceanum, uerbum unum reliquit, participium unum surgens, aduerbium unum interea. Di. oceanum quæ pars est? Ma. nomen. Di. quale. Ma. proprium, speciei deriuatiuæ ἀπὸ τοῦ ὠκέως ῥέω, hoc est à celeri motu dictus græce oceanus. Di. fac ab eo deriuatiuum. Ma. oceanítides masculínum, & oceanítis fœmininũ,

unde Virgilius in.iiij. Georg. Oceanitides ambæ. Di.dic posſeſſiuum. Ma.oceanius a um,ut Saturnius a um.Di.dic patronymicũ. Ma.ὠκεανὸς ὠκεανῦ, oceanides, fœminiñ oceanis, uelut Priamus priamides & priamis. & q̃uis ſit proprium Oceanus,etiã pro appellatiuo accipiť,quando partes eius ſignificat, ut ſi dicam Atlanticus oceanus, & indicus oceanus,& erythræus,& boricus ſiue æthiopicus, quomodo mare cum totum ſignificat,propriũ eſt: cum partem, appellatiuum.Di.interea quæ pars eſt? Ma. aduerbium,ſignificationis hic temporalis,aliâs aũt etiam localis, ut Virg.in.i. Aenei.

Interea ad templum non æquæ Palladis ibant
Crinibus Iliades paſſis,peplumq; ferebant. Di. cuius figuræ? Ma. compoſitæ ex duobus integris,hoc eſt inter & ea,qui eſt ablatiuus perfectus.ſolent autem componi ablatiui cum præpoſitionibus,quæ etiam accuſatiuo ſeparatim ſolent cõiungi,quapropter,quocirca,propterea,ſic etiam interea.Di. Inter primitiuũ eſt an deriuatiuũ? Ma. deriuatiuum ab in, quomodo ab ex extra,& à ſub ſubter, & à de antiq deter, unde deterior deterrimus. quæ tamen aliq; à uerbo detero facta eſſe putauerunt. quomodo aũt ab exter extra, & à ſuper ſupra,ſic ab inter intra,hinc intro & intus.& intra quidem ſpatiũ temporis,uel loci ſignificat,intro uero ad locum,intus in loco, cõparatiuus interior,ſuperlatiuus intimus, uerbum intro as at.Di.ſurgens quæ pars orationis eſt? Mag. participium præſentis tẽporis,& in duas conſonantes deſinit,hoc eſt n & s, & commune triũ generũ.Di.cuius caſus? Ma. nominatiui & uocatiui,hic aũt nominatiui,tẽporis præſentis,ſignificationis neutræ,formæ perfectæ,numeri ſingularis, figuræ cõpoſitæ ex duobus corruptis.tam ſurſum eñ q̃ rego corrupta ſunt. Et notandum q; cũ in præſenti ex duobus corruptis ſit,in præterito ex integro & corrupto inuenitur,ut ſurrexit,& multa inueniunť huiuſcemodi,non ſolũ uerba,ſed & nomina,ut alteruter alterutrũ,in ntõ ex duobus integris eſt,in genitiuo ex corrupto & integro.cogo cogis cogit,in præſenti ex duobus corruptis eſt,in ptõ perfecto ex integro & corrupto. pergo perrexi,in præſenti ex integro & corrupto, in præterito aũt ex duobus integris.Di.declina uerbum eius.Ma.indicatiuo ſurgo,ſurgebam, ſurrexi, ſurrexeram, ſurgam. Imperatiuo ſurge ſurgat,ſurgamus ſurgite ſurgant.futuro ſurgito tu ſurgito ille,ſurgamus ſurgitote ſurgant uel ſurgunto. Optatiuo ſurgerem,ſurrexiſſem,ſurgã. Subiunctiuo ſurgam,ſurgerem,ſurrexerim,ſurrexiſſem,ſurrexero.Infinitiuo ſurgere, ſurrexiſſe,ſurrectum ire uel ſurrecturũ eſſe. Impersonali indicatiuo ſurgitur,ſurgebatur,ſurrectum eſt uel fuit,ſurrectũ erat uel fuerat,ſurgeť. Imperatiuo ſurgatur. Optatiuo utinam ſurgereť,ſurrectum eſſet uel fuiſſet,ſurgatur. Subiunctiuo cum ſurgatur, ſurgereť,ſurrectum ſit uel fuerit,ſurrectũ eſſet uel fuiſſet,ſurrectum erit uel fuerit. Infinita impersonalis ſurgi,ſurrectum eſſe uel fuiſſe, ſurrectum iri. Supina ſurgendi dodum,ſurrectũ ſurrectu.participia præſentis tẽporis ſurgens, futuri ſurrecturus. etiam nomen eſt ſurrectus,quomodo rectus cum caret tempore. Sciendum tamẽ q; ſimplex eius uerbi actiuum eſt rego.facit eñ regor.compoſita autem ab eo quædam in neutralium tranſeunt ſignificationem,quædam permanent in ſimplicis,ut pergo,ſurgo neutralia ſunt,dirigo autẽ & porrigo ſiue porgo,& arrigo,actiua ſunt.Diſ.dic ab eo quod eſt ſurgo nomen uerbale. Ma.ſurrector ſurrectrix,ipſa res ſurrectio & ſurrectus. Notandum q; in go definentia r antecedẽte,ſi non ſunt à rego cõpoſita,in ſi faciunt præterita,ut mergo merſi,tergo terſi.alia uero omnia in xi p x, ut ango anxi, pungo punxi,tingo tinxi.exceptis frango fregi,lego legi,impingo impegi,tango tetigi,pũgo pupugi & punxi.Item à lego cõpoſita mutantia primitiui ſignificationem,mutant præteritum,intelligo intellexi,negligo neglexi. Di. aurora quæ pars eſt? Ma.nomen.Di. quale? Ma.proprium.poteſt tamen quando pro die accipitur,loco appellatiui accipi. quando eñ deam ſignificat proprium eſt. Di. cuius ſpeciei? Ma. deriuatiuæ,ab aura enim aurora. proprie enim ipſe aſcenſus ſolis, id eſt prima pars diei aurora dicitur, in qua ſolet pulſu ſolis aer motus auram facere.aliq; aũt à ſplẽdore ſolis dictam putant. ponunt autem auram pro ſplẽdore,teſte poeta in.vi. per ramos aura refulſit,id eſt ſplen

dor.inde etiam aurum dicitur,& aurarij,q̃ fauoribus ſplendidos,hoc eſt claros faciũt, & aurigæ,q̃ ſplendorem ſibi agãt auris,id eſt fauoribus populi,hoc eſt clamoríb. Dí. cuius generis? Ma. fœminini, numeri ſingularis, figuræ ſimplicis, caſus nominatiui & uocatiui,hic aũt nomioatiui.ablatiuus aũt in a productum terminatur declinationis primæ.Dí. quare? Ma. quia omnía nomina maſculina,uel fœminina, uel communia tam græca q̃ latina in a definentía primæ ſunt declínationis, exceptis íllis quæ naſcuntur à maſculínis in ius terminantibus genitiuum,quæ ſunt hæc,una,ulla,nulla,ſola,tota,alía,utra,altera,& quæ ex his componunt.ſimiliter à qua compoſita,ſiqua, nequa,aliqua. ea enim gtõs & datiuos maſculínos ſeruant ſuos,unde quídam non ad ſignificationem,ſed ad declinationem attendentes,pronomina ea eſſe putarunt.Dí.reliquit quæ pars eſt? Ma.uerbum.Dí. cuius modí? Ma. indicatiui,formæ perfectæ,conIugationis tertiæ,numeri ſingularis,figuræ compoſitæ,ex duobus integrís,re et liquit. ſeparatim tamen re dici non poteſt.quod tñ quídam uolunt à retro uel rurſus eſſe. qđ ſi ſit,ex corrupto & íntegro ínuenit ea pars,liquit enim perfectum eſt.Dí.cuius temporis? Ma.præteriti.Díſ. quare línquo líqui facit præteritum? Ma.quía n habentia ante quo uel co, abiecta n faciũt præteritum,ut línquo líqui,uínco uici.ſimiliter ab eis cõpoſita deuínco deuici,conuínco conuici,relinquo reliqui,derelínquo dereliqui.& producunt í penultimam in ptõ naturaliter.Dí.declina uerbum.Ma.relínquo & cætera. Dí.declína etiam paſſiuũ.Ma. relínquor,relínquebar,relictus ſum & fui, relictus erã & fueram,relinquar. Imperatiuo relínquere relínquatur , relínquamur relinquimíni relínquantur.futuro relinquitor tu relínquitor ílle,relinquímínor relinquantur uel relínquuntor.Optatiuo utinã relínquerer,relictus eſſem uel fuiſſem,relinquar. Subiunctiuo cum relinquar,relinquerer,relictus ſim uel fuerim,relictus eſſem uel fuiſſem,relictus ero uel fuero. Infinita relínqui,relictum eſſe uel fuiſſe,relictũ íri. Gerũdia uel ſupina relinquendí relinquendo relinquendũ,relictum relictu.Participia actíua præſentis temporis relinquens,futuri relicturus . paſſiua præteriti relictus, futuri relinquendus, nomen uerbale relictor & relictrix, ípſa res relictio. poteſt tñ & relictus dici, ſed quartæ declinatiõis.hinc deriuatur reliquus reliqua reliquũ, & relíquiæ. quod poetæ interpoſita l relliquiæ metri cauſa proferunt. eſt etiam à delínquo delictum pro peccato,quia delinquit officium ſuum qui peccat.

TVrnus ut infractos aduerſo Marte Latinos. Diſc.quot habet cæſuras iſte uerſus? Ma. unam ſemiquinariam.Dí.quot figuras eſt? Ma.decem, quía habet duos dactylos & tres ſpondeos.Díſ. tracta ſingulos pedes.Mag. Turnuſut infra ctosad uerſo martela tinos. Dí .quot partes orationis? Ma. ſex. Dí. quot nomina? Mag. quatuor, Turnus,aduerſo,marte,Latinos.unum participiũ,infractos.unum aduerbíum,ut. Dí. Turnus quæ pars? Ma.nomen.Dí.quale? Ma.proprium.Dí.cuius ſpeciei? Ma.uniuocæ.ſignificat eñ nomen proprium regis Rutulorũ,& appellatiuum piſcis paluſtris.inde deriuat turnius,quomodo ſaturnius à Saturno, ſecundum regulam, patronymicũ debet fieri Turnides,quomodo Príamus Príamides. Díſ. quare ſecundæ declinationis eſt Turnus Turni? Ma.quía in us correptam definentía propría ſecundæ ſunt declinationis,excepto Venus Veneris.præterea Lígus Liguris,qđ proprium eſt.poteſt et gentile eſſe,& ſi ſit proprium eſt maſculinum ſolum, hic Lígus Líguris: Si gentile, eſt inuenitur commune,ut hic & hæc ligus liguris.Dí. quare Turnus Turne facit uocatiuũ? Ma.quía omnia in us definentia ſecundæ ſunt declinationis,& in e faciunt uocatiuũ, exceptis proprijs, quæ í habent ante us , quæ per apocopam proferũt uocatiuum,ut Virgílius Virgilí pro Virgílie,& Mercuri pro Mercurie. Ideoq; accentus manet penultimus,q̃uis breuis ſit penultima ſyllaba. ex quibus eñ aliqua ſubtrahitur ſyllaba ſi íntegra illa remanet in qua eſt accentus,íntegrum etiam ſeruat accẽtum,ut hic & hæc arpínâtis perfectum,circunflexum habuit penultima ſyllaba,quæ manſit in conciſiõe: dicimus eñ hic & hæc arpinâs perfectum,Similiter ſi dicamus munît pro muniuit,circunflectit nît, quia íntegra dictio ſupra ſe habuit circunflexum , ſic etiam tuguri pro

tugurĩ acutum debet habere,& Terenti pro Terentie, Salluſti pro Salluſtie. Euphoniæ tamen cauſa uel metri,eſt quando nominatiuis utuntur pro uocatiuis,ut deus pro dee,fluuius ꝓ fluuie,ut Virgilius: Corniger heſperidum fluuius regnator aquarum. & populus & popule. Lucanus: Degener ò populus. Vnum aũt inuenitur appellatiuum ſolum,quod in i & e profert uocatiuum, ut filius ò filie & ò fili. Diſc. ut quæ pars orationis? Ma.aduerbium. Di.quid eſt aduerbium? Ma.pars orationis & cætera. Di.quot accidunt aduerbio? Ma. tria: ſignificatio,ſpecies & figura. Di.cuius ſignificationis eſt? Ma. hic temporalis: accipitur enim pro poſtquam.quando autem ſignificat ἵνα, græcam coniunctionem,loco coniunctionis accipitur cauſalis.eſt tamen etiam ſimilitudinis aduerbium.ſolet aũt ei adĵci i, tam coniunctionem ſignificanti q̃ aduerbium,additur etiam ei: nam & inuenitur optandi aduerbium utinam.Igitur & ut & uti aduerbium quidem quando tempus,uel ſimilitudinem,uel qualitatem ſiue interrogationem,id eſt quando quomodo ſignificat: quando uero ἵνα, uel ὅπως græcam coniunctionem ſignificat,coniunctionis loco accipitur.Compoſitum nanq; ab uti utinam aduerbium eſt optandi,ut diximus. præterea pro uidelicet utiq; affirmandi eſt aduerbium. Di. quem habet accentum? Ma. ut uti & utinam præpoſitæ grauantur per omnes ſyllabas,ſubiunctiuæ autem generalẽ accentum ſeruant. Sciendum tamen eſt q; ut quoq; inueniẽ etiam pro optandi aduerbio, ut Terentius in Phormione: Vtillum dĵ deæq; omnes perdant. cum uel quoq; compoſitum tam ut q̃ uti ſimilitudinis aduerbium faciunt,uelut ueluti, ut Virgil. Ac ueluti magno in populo cum ſæpe coorta eſt. Di. infractos quæ pars eſt? Ma.participium. Di. quid eſt participium? Ma. pars oratiõis partem capiens nominis,partem uerbi. Di. cuius eſt generis? Ma. maſculini, caſus accuſatiui,temporis præteriti,ſignificatiõis paſſiuæ,formæ perfectæ,numeri pluralis,figuræ compoſitæ,ex duobus integris. & nota q; inueniunt participia ex uerbis, quæ non ex duobus integris componant,integra in utraq; parte inuenta, ut infringor, ex integro & corrupto,tamen infractus ex duobus integris fit. Ideoq; poſſumus non à uerbis deriuata accipere,ſed magis à ſe compoſita.ſimiliter impingo impactus,contingo contactus.ſimiliter perficio perfeci,deficio defeci,conficio confeci.nec mirũ in uerbis & in participĵs hæc inueniri,cum etiam in nominibus poſſint huiuſcemodi cõpoſitiones eſſe, ut idem tam maſculinum quàm neutrũ ex duobus eſt corruptis, eiuſdem uero ex integro & corrupto:econtrario alteruter ex duobus integris, alterutrius uero ex integro & corrupto. Di. declina uerbum. Ma. Indicatiuo infringo, infringebam,infregi,infregeram,infringam. Imperatiuo infringe infringat infringamus infringite infringant,infringito tu infringito ille,infringamus infringitote infringant uel infringũto. Optatiuo infringerem,infregiſſem,infringam. Subiũctiuo cum infringam,infringerem,infregerim,infregiſſem,infregero. Infinitiuo infringere,infregiſſe,infractũ ire uel infracturum eſſe. Gerundia uel participialia infringẽdi infringendo infringendũ, infractum infractu. Participia ueniũt ab actiuo præſens infringens,futurum infracturus. Di. declina paſſiuum. Ma. infringor & cætera. nomen uerbale infractor, fœmininum infractrix,ipſa res infractio.nomen rei infractus,infractura.Oſtendimus eñ ſæpe q; participia actiua futuri temporis,fœminina etiam pro ipſa re accipiunt,ut pictura, uſura,natura,iunctura.ſic etiam fractura. rariſſime in or rerum nomina inueniuntur, ex quibus magis uerba naſcuntur,non ex uerbis nomina,ut labor à laboro,color à colo ro,amor ab amo,honor honoro. Di. dic alia compoſita. Ma. confringo,perfringo,defringo,ſuffringo. Di. cur frango fregi facit præteritum? Ma. quia tertiæ cõiugationis uerba in go definentia r antecedente,ſi ſint ſimplicia faciũt præteritum in ſi, ut mergo merſi,ſpargo ſparſi:alia uero in xi, ut pingo pinxi, tingo tinxi, rego rexi, unde & ab eo compoſita pergo perrexi, ſurgo ſurrexi, exceptis lego legi, & ex eo compoſitis quando eandem ſignificationem ſeruant,ut relego relegi,perlego perlegi,mutata aũt ſignificatione in xi, ut diligo dilexi,intelligo intellexi,negligo neglexi. Excipitur ſimiliter frango fregi,pango pegi uel pepigi,ex quo impingo,excipitur etiam tango tetig

gi,& pungo pupugi uel punxi,& ago egi,& ex eis compoſita. Di. cur infractus? Ma. quia omnia in gi uel xi præteritum facientia, per ctus faciunt participia, ut legi lectus, dilexi dilectus, tetigi tactus, ſanxi ſanctus. excipiuntur duo flexi flexus, & fluxi fluxus, Di. aduerſo quæ pars orationis eſt? Ma. nomen hic, quia caret tempore, unde li cet eius comparatiuum facere aduerſior,& ſuperlatiuum aduerſiſſimus. Diſ. quale eſt hoc nomen? Ma. appellatiuũ. Di. cuius ſpeciei? Ma. adiectiuæ qualitatis,& mobile, et deriuatiuum à participio, id eſt participiale. Di. fac ab eo deriuatiuũ aliud. Ma. aduerſarius aduerſaria aduerſarium. Di. Declina uerbum. Ma. aduerto tis tit & cætera. Diſ. dic eius frequentatiuum. Ma. aduerſor aduerſaris, quod ab actiuo factũ eſt deponens, quamuis aduerto & aduertor aliam ſignificationem habent. Scias autem ꝙ omnia frequentatiua primæ ſunt coniugationis,& plerunq; à participio præteriti ſolẽt fieri, uerſus uerſor, aduerſus aduerſor, exceptis in go uel in ſco deſinentibus. illa enim à præſenti faciunt frequentatiua, ut ago agito, lego legito,& ſciſco ſciſcito,& noſco noſcito. uiſo enim uiſis,& laceſſo laceſſis,& arceſſo arceſſis, non ſunt primæ ſed potius tertiæ coniugationis. frequentatiua primæ ſunt coniugationis,& inchoatiua tertiæ, meditatiua quartæ. Di. dic aliud compoſitum ab eo quod eſt uerto. Ma. aduerto, conuerto, euerto & ſubuerto, animaduerto, præuerto, & penè cum omnibus præpoſitionibus indubitabilibus inuenitur, circunuerto, anteuerto. Et notandum ꝙ aduerbia quoq; inueniũtur non ſolũ ex obliquis caſibus nominum maſculinorũ uel fœmininorũ, ſed etiam ipſi ntõ ſimilia, ut aduerſus, quod quidam quia accuſatiuo coniungit magis præpoſitionẽ exiſtimauerũt. uerſus quoq; ſuppoſitum localibus nominibus aduerbium eſſe inuenitur, ut Italiam uerſus, Galliam uerſus. Salluſtius tamen etiam præpoſitionem ei antepoſuit in Catil. In Galliam uerſus, in Hiſpaniam uerſus. exaduerſum quoq; compoſitum, ut Terẽtius in Phormione: exaduerſum tonſtrina erat quædam. A' diuerto fit deriuatiuum diuerticulum. diuerſorium quoq; dicitur locus in quo diuertimus. uerſus quoq; literarũ ordinatio, uel ꝙ uertimus ſtylum à fine ad initium, uel ab initio ad finem, uel ꝙ antiqui à dextra parte in ſiniſtram, uel à ſiniſtra ad dextram ſcribebant. uertigo quoq; & uertex, à uerto uerbo fiũt, & Vertumnus deus & Verticordia compoſitum, dea. Di. Marte quæ pars orationis eſt? Ma. nomen proprium ſpeciei primitiuæ. Di. fac ab eo compoſitum. Ma. martius, martia, martium. ſolemus etiam & martiaticus martiatica martiaticum dicere, unde ſtipẽdia militum martiatica dicunt. inde etiam deriuatur mauors, ex quo mauortius. dicitur tamen maſpiter quaſi Mars pater, quomodo dieſpiter, id eſt diei pater Iupiter, hic & hæc martialis & hoc martiale. poteſt tamen eſſe & proprium Martialis & appellatiuũ. Diſ. quid intereſt inter proprium martialis & appellatiuum? Ma. quod ſi proprium ſit, maſculinum eſt & ablatiuum in e terminat: ſi autem appellatiuum ſit, cõmune eſt & ablatiuum in i terminat, quomodo Iuuenalis, Felix. Di. cur Mars Martis facit? Ma. quia omnia in ls rs ns deſinentia interpoſita ti faciunt genitiuũ, ut puls pultis, ars artis, mons montis. excipit differentiæ cauſa frons, quod quando folium ſignificat frondis facit. frons enim capitis frontis,& lens quando pullos pediculoſ ſignificat lendis, quando autem ſignificat legumen lentis. Præterea glans glandis, cuius quidam ntm̃ & gtm̃ ſimiles eſſe uoluerunt. libripens uero quia à pendo uerbo componitur, conſonantem uerbi ſeruauit, libripens libripendis. præterea à corde compoſita habent genitiuum ſecundum ſimplicis genitiuum, concors concordis, diſcors diſcordis. Di. Latinos quæ pars eſt? Ma. nomen deriuatiuum, generis maſculini, numeri ſingularis, figuræ ſimplicis, ſpeciei deriuatiuæ. poteſt tamen & proprium eſſe regis ſoceri Aeneæ,& gentile à Latio latinus,& poſſeſſiuũ latinus ager. Latiũ aũt uel à latendo, uel à latitudine eſt nominatum. à latino latinitas, à Latio deriuatur etiam latius & latiaris. Di. fac compoſitũ. Ma. latinigena, quõ troiugena, graiugena. ſed in eis geminatio i mutauit ſequentẽ i in u alternitatis cauſa ꝑ troiũgena, graiũgena, troiugena & graiugena faciens.

PRISCIANI CAESARIENSIS
GRAMMATICI DE ACCENTIBVS LIBER.



ITERA est nota elementi, quæ cum scribitur & in uoce minima resonat, nihil aliud quàm nota ad formandum elementũ esse comperitur, sed cum in uocem ex sono prorumpitur, elementi uocabulum concipit. Quod cum ratio ita sese habeat, quasi imago huius rei esse uidetur, quippe cum ex aere percusso ictu linguæ, unde uox formatur, perficitur. Vox nanq; corpus esse ostenditur: nam si corpus non esset, auditus aurium minime ui percuteretur. Sed dum tangit auditum & reuerberat elementũ, tripartite diuiditur, scilicet altitudine, latitudine, longitudine. Habet quidẽ litera altitudinẽ in pronunciatione, latitudinem in spiritu, longitudinem in tempore, hoc est aut alte, aut late, aut longe auditur. Habent etiam syllabæ suum elementum qđ productio dicitur. sed inter literaꝝ elementum & syllabaꝝ hoc distat, quod literarum elementa sunt ipsæ pronunciationes, syllabarũ uero elemẽta ipsæ productiones. Quid est enim aliud elementum q̃ pars minima partium uocis articulatæ? Illud uero quod remanet nota uel figura elementi est. Distat autem illud inter literas & elementa, q̃ elementa proprie ipsæ pronunciationes dicuntur, notæ autem earum literæ. Sed abusiue & elemẽta pro literis, & literæ pro elemẽtis ponuntur. Nam aliud est litera quæ uidet, aliud quod per eam colligit. Videntur aũt literæ esse longæ, aut rotundæ, aut quadratæ. colligit nanq; p eas res gesta alicuius, dũ colligit in syllabis, de syllabis in partibus, & de partibus in oratiõibus. Sed nos locuturi de partibus ad accentũ q̃ in dictionibus est necessarius trãseamus, cuius rei mysteriũ præbente deo uitã latius tractemus.

Accentus nanq; est certa lex & regula ad eleuandam & deprimendam syllabam uniusq; cuiusq; particulæ orationis, qui fit ad similitudinem elementoꝝ, literarum atq; syllabarum, qui etiam tripartito diuiditur, acuto, graui, circunflexo. Accentus nanq; acutus ideo inuentus est, q̃ acuat siue eleuet syllabam. Grauis ideo, q̃ deprimat aut deponat. Circunflexus eo quod deprimat atq; acuat. Sunt autẽ accentus. x. quos ita huic operi dignum existimaui prænotare: acutus accentus, grauis, circunflexus, longa linea, breuis uirgula, hyphen, diastole, apostrophos, dasea, psyle. Quid est acutus accẽtus? nota per obliquum ascendens à sinistra in dextram partem ita ´. Quid est grauis? nota per obliquum à summo in dextram partem descendens ita `. Quid est circunflexus? nota de acuto & graui facta ^. Quid est longa linea? nota à sinistra in dextram partem æqualiter ducta ¯. Quid est breuis linea? nota iacens similiter sed panda, sicut pars inferior circuli ita ˘. Quid est hyphen? uirgula subiecta uersui circunflexa ‿ qua duo uerba cum res exigit copulamus, ut antetulit gressum, &, Turnus ut anteuolans tardũ præcesserat agmen. Hæc est contraria diastolæ: diastole quidem dextera pars circuli ad imas literas deposita, quæ fit ita), & hac nota male cohærentia discernuntur, ut est Tum, Danai gemitu atq; ereptæ uirginis ira. &, procubuit, uiridiq; in littore conspicitur, sus. Apostrophos est circuli altera pars dextra, sed ad summam literam apposita quæ fit ita ’. Hac nota ostendimus parti orationis deesse ultimam uocalem, cuius consonans remanet, ut est: Omnipotens genitor tanton' me crimine dignum Duxisti? Dasean uel psylen apud latinos h uocali addita uel detracta significat. Quid est daseatus flatilis quæ hac notat figura ῾ c. Quid est psyle? siccitas quæ notatur ɔ ᾱ. Notandum etiam q̃ acutus accẽtus apud Latinos duo loca habet, penultimum & antepenultimum, apud Græcos autem penultimum, antepenultimum, & ultimũ. Circunflexus aũt penultimum tantum. ponit nanq; grauis uel cum acuto uel circunflexo in eadẽ dictione, sed non tñ in eadẽ syllaba. obseruat nanq; unus accentus in integris dictiõibus, ut Romanus, Hispanus. In cõpositis uero unus similiter, ut malesanus, interealoci. Sed in pegrinis uerbis & barbaris nominibus uel interiectionibus, nulli sunt certi accẽtus,

Ideoq; in potestate uniuscuiusq; cõsistunt, ut quod necessarium uideat sic in metro ponat. Tres siquidem res accentuum regulas conturbant, distinguendi ratio, pronuncian di ambiguitas atq; necessitas. sed qualiter hæc fiant intimandum est. Ratio nanq; distin guendi legem accẽtuum sæpe conturbat, dum si quis pronũcians dicat, ponè, ergò uel quià, quod apud Latinos in ultima syllaba, nisi discretionis causa poni non potest accẽ tus, et hoc est quod diximus ponè, ergò, ponè ideo diximus ne putetur esse uerbum im peratiui modi pône, ergò diximus ne putetur esse coniunctio rationalis quæ est ergo. Ambiguitas uero pronunciandi sæpe legem accentuum perturbat, ut si quis dicat in terea loci, qui nescit utrum dicat alteram partem interea & alteram loci. quod nõ sepa ratim, sed sub uno accentu pronunciandum est, ne ambiguitatem in sermone faciat. Necessitas pronunciationis regulam corrumpit, utputa si quis in primis dicat doctus, & addat que coniunctionem, & dicat doctusq;. ecce in pronunciatione accentum mu tauit, cum non in secunda syllaba, sed in prima accentum habere debuit. Sunt quidem tres syllabæ, in quibus accentus corrumpitur: q; ne ue, ut itaq; quãdo aduerbium est: nam itaq; quando cõiunctio est, * uenerũt ne uiri ad uos? carbonibus ue lumbos assauere suos. Syllabæ quæ correptam uocalem habent acuto accentu proferuntur, ut fáx, pí x, ní x, núx, dúx. quæ etiam tali accentu pronunciandæ sunt, quando sint longæ positione, quia naturaliter breues sunt. Quæ uero naturaliter est longa, circunflexo ac centu exprimenda est, ut rôs, dôs, spês, rês. Bissyllabæ uero si priorem productam ha bent & posteriorem correptam, priorem syllabam circunflectunt, ut Meta, Creta, Ro ma. Illæ uero quæ sunt ambæ longæ, uel prior breuis & ulterior longa, acuto accentu pronunciandæ sunt, ut nepos, leges, reges. hæ uero quæ ambæ sunt breues, similiter a cuto accentu pronunciandæ sunt, ut bonus malus. Sed notandum q; si prior positione longa fit, non circunflexo, sed acuto accentu pronuncianda est, ut arma, arcus. quia quã uis sit longa positione, tñ exprimenda est tali accentu, quod non est natura, οἶορ ὄχλος. Trisyllabæ uero, οἶορ αἶχιορ, & deinceps, si penultimam correptam habuerint, antepe nultima acuto accentu profertur, ut Tullius Hostílius. Nam si penultima positione longa fuerit, acuetur. antepenultima uero grauabitur, ut Catéllus, Metéllus. Si uero ex muta & liquida longa in uersu constat, in oratione mutat accentum, ut latébræ, tenébræ. Syllaba uero ultima si breuis fuerit & penultimam naturaliter lõgam habuerit, ipsam penultimam circunflectet, ut Cethêgus, perôsus. Vltima uero si naturaliter lõ ga fuerit, penultima acuetur, ut Athénæ, Mycénæ. Ad hanc autem rem arsis & thesis necessariæ sunt. Nam in unaquaq; parte orationis arsis & thesis sunt, non in ordine syl labarum, sed in pronunciatione, uelut in hac parte natura, ut quando dico natu eleua tur uox, & est arsis in tu: quando uero ra, deprimitur uox, & est thesis de tu. quan tum suspenditur per arsim, tantum deprimitur per thesim. Sed ipsa uox quæ p dictio nes formaẽ, donec accentus perficiaẽ, in arsim deputatur: quæ aũt post accentum sequi tur in thesim. his ante prælibatis, nunc de consequentia huius libri uideamus.

LAtina quidem propria nomina nominatiuum singularem in a terminantia, in pe nultima syllaba accentum seruant, quanq̃ nonnulla uocalem ante uocalem habere ui deantur, quoꝝ alia differentiæ causa, alia solo usu producẽda sunt, ut Catilina, Vrania, Stephania. Appellatiua uero eundem accentum seruant a terminantia, ut poeta, re gina, habena, fortuna, carina. Composita uero eandem pronunciationem sibi defen dunt, quam habent in simplicitate, ut concaua, transfuga: fu enim in simplicitate bre uis est, & ideo tránsfuga, & non transfúga dicimus. homicida quoque & parrici da ideo longam i in penultimo loco habent, quia e longam in i productam conuer tunt. Composita uero à cano penultimam corripiunt. excipitur tibĩcen, quod eupho niæ causa pro duabus ĭĭ breuibus unam seruat longam. Notantur autem pleraq; quæ i longam uocalem habent ante uocalem, ut philosophia, Papia, quemadmodum u num uerbum fio, quod solum i productam ante o uocalem habet. ideo aũt diximus pleraq;, quia omnia uocalem i ante uocalẽ habẽtia, in antepenultima mutant accentũ,

ut Veneria,Marcelia,Placentia,Auſonia,Iunonia.& illa quæ in tia finiuntur,ut iuſtitia,ſapientia,mœſtitia,hanc autem regulam ſequuntur omnia quæ ſic finiũtur, præter illa quæ ſupra diximus,quorum alia differentiæ cauſa,alia ſolo uſu pronunciantur. Excipiuntur iſtius, ipſius, illius, genitiui quorundam pronominum, quorum penultimæ indifferenter ponuntur. Illa autem quæ à uerbis colo & gigno componuntur, breuem penultimam habent, ut agricola, cælicola, ſyluicola, rurigena, terrigena. Reliqua uero omnia in a definẽtia,participio futuri temporis ſimilia, penultimam producunt,ut hæc ſcriptura,literatura. quæ omnia quando ſunt nomina carent tempore.Ea uero quæ u uel quamlibet uocalem habent ante a corripiuntur omnia, ut Mantua, Capua,Danaa.Corſica uero & ſimilia breuiant,& omnia quæ ſunt poſſeſſiua,& quæ ſunt eis ſimilia,ſi i habent in penultima ſequente c conſonante, ut Cretica, Yſaurica, Alemanica.Excipitur ueſica quod producitur: quæ enim habent n producunt,ut Romana,Campana,Hiſpana,Cumana.& hæc omnia ſecundum diuerſas regulas per obliquos caſus producta ſiue correpta pronuncianda ſunt. E finita fixa penultimã habẽtia i in eadem ſyllaba omnia producuntur. Alias uero uocales habentia ſimilem regulam ſequuntur,ut ſedile,monile,ſingulare uerbale,quæ æqualiter per omnes caſus producenda ſunt. O litera terminata præpoſita uocali e penultimam corripiunt, ut ganeo,labeo,aleo. quæ ſolos habent nominatiuos & uocatiuos.Ea uero quæ i ante o habent ſimiliter corripiuntur,ſed per cæteros caſus,excepto uocatiuo,producunt, ut mulio nis,quaternio nis,præpoſita autem qualibet conſonante,penultimam productam ſeruant,ut imago nis,uligo nis,fuligo nis,caligo nis,diſſimilitudo nis,magnitudo nis. Quorum alia o in obliquis caſibus ſeruant & producẽda ſunt, alia in i conuertunt & corripienda ſunt,ut carbo nis,bubo nis,caligo nis,altitudo nis. I litera terminatum unum inuenitur triſyllabum indeclinabile,quod in penultimo breuiatur, ut hic & hæc & hoc nihili. V litera finitum unum inuenitur aptotum in ſingulari, in plurali declinatur,quod in penultimo liqueſcit ut tonitru. Al finita ſi ſint appellatiua in penulti ma ꝓducta ſunt,ut uectigal,tribunal,conſonante antecedẽte al. excipit animal,barbara aũt propria breuiant,ut Annibal lis, Aſdrubal lis, quæ omnia in obliquis caſibus in neutro a ꝓductam habent, in maſculino breuem habent. Il ſyllaba terminata corripiuntur in penultimo,ut hic & hæc uigil huius uigilis,quod uidetur magis per ſynco pam proferri, & hoc in obliquis penultimam corripit. Ol ſyllaba terminatum inuenitur unum,quod in penultimo corripitur, ut eliol. Vl ſyllaba terminatum unum in uenitur proprium quod breuiatur,ut hic Heriul,quod barbarum eſt. Vm terminata breuiantur,ut Sophronium, Abrotonium,Dorcium,Philorcium. En ſyllaba finita ſi ſint à prima coniugatione uel quarta producenda ſunt,ut ſolor ſolamen,munio munimen,farcio farcimen:ſin autem à ſecunda uel tertia corripienda ſunt,ut ſedimen,regimen.præpoſita itaq; conſonante c corripienda ſunt,ut tubicen,fidicen, excipitur tibicen quod ſolum producitur,ut prædiximus. Ar ſyllaba terminata producuntur ad inſtar ſupradictorum nominum,ut torcular,lacunar,puluinar.notatur laquear quod breuiatur, quæ omnia in obliquis producuntur, excipitur iubar iubaris, impar imparis, quæ in obliquis breuiãtur teſte Virgilio,ut iubare exorto.& idem: numero deus impare gaudet,& proprijs nominib.ut Arar Araris, Cæſar Cæſaris, Boſtar Boſtaris. Er ſyllaba finita ſi ſint neutri generis in penultima producẽda ſunt, ut cadauer, papauer: ſi maſculina aut fœminina ſunt,corripiuntur,niſi ſint poſitione longa,ut alacer,uolucer,mediocer,& hæc mulier,& omnia hæc & ſimilia in obliquis corripiuntur,ut cadauer cadaueris,uolucer uolucris,excepto mulier mulieris.cætera autem omnia,cadaueris,papaueris,laſeris & tuberis,itineris,fileris,cineris corripiuntur. In ir ſyllaba terminata breuiantur,ut ſemiuir,duumuir,triumuir,ſeptemuir,decẽuir,& omnia in obliquis caſibus ſub uno accentu proferenda ſunt. Or ſyllaba terminata i uocali præpoſita breuiantur,ut melior,doctior, & hæc omnia in obliquis productionem ſibi defendunt, Propria uero nomina corripienda ſunt, ut Hector Hectoris, Neſtor Neſtoris,

producunt appellatiua tam masculini q̃ fœminini generis, quanuis non habeant i ante or,ut odor ris, amor ris, uxor ris,soror ris, neutra autẽ breuiantur, ut æquor æquoris. Notetur memor & ab eo composita,ut immemor,quæ sunt omnis generis corripientia o in obliquis.& indecor,cuius simplex decor penultima correpta inuenitur apud uetustissimos,quando pro decorus ra rum accipitur,& arbor ris,quod est generis fœmini ni.& à puero composita,ut publipor & marcipor, & omnia in or definentia neutra uel græca,& quæcũq; deriuantur uel componunt à primitiuis,unum cõmunis generis qd̃ producitur,ut hic & hæc autor . Vr syllaba terminata breuiant,ut hic lepsur,sapsur, & omnia in obliquis casibus breuiant, sapsur sapsuris.similiter satur saturis,hoc iecur, hoc guttur,hoc sulphur, iecur iecoris uel iecinoris.As finita producunt,ut dignitas,felicitas, & omnia ā literam seruant in omni casu productam, in qua terminatione quædã masculina partim propria,partim à nominibus ciuitatum translata,per syncopam profe runtur,& accentum in ultimo seruant,quod est contra regulam Latinor, ut Mecœnâs, Larinâs,Arpinâs. sed in uetustissimis libris inueniũtur ꝓferri Larinatis Mecœnatis,unde subtracta ti, accentus remãsit.Es syllaba finita breuiant,ut Hercules,sonipes,alipes, miles,gurges, stipes,excipitur hæres dis,locuples tis, quæ in obliquis producuntur. Et est notandum q̃ omnia quæ sunt quintæ declinationis producũtur in obliquis , qñ eor penultimæ in nominatiuo corripiũtur, uocali ante es posita, ut facies faciei,dies diei,cõ sonante autem ante es posita corripiuntur in obliquis,ut fides fidei. præterea unum notatur in eadem clausula es finitum quod nõ quintæ , sed tertiæ declinationis est , quod producitur,ut quies quietis,cætera in obliquis corripiuntur,ut abies,paries,aries,.Is syllaba finita,si sint accidentia producuntur. tamen hæc omnia sunt communis generis,facientia neutrum in e,& producunt in obliqs,ut hic et hæc suauis & hoc suaue,memoralis,specialis.Appellatiua autem quædam sunt producenda,ut securis,sinapis,lebetis,cætera corripiẽda sunt in obliquis,quæ sunt dissyllaba in nominatiuis,ut lapis lapidis,iaspis iaspidis,puluis,sanguis, uomis uomeris, pollinis. excipit impubis quod corripitur tam in nominatiuo quàm in genitiuo.Os syllaba terminata,in penultimis producenda sunt, ut sacerdos sacerdotis,lepos leporis(quod eloquentẽ significat)nepos nepotis.Vs syllaba finita in penultima productionem sibi defendunt,ut tribunatus,consulatus, magistratus,principatus,& omnia quæ à uerbis ueniũt. quæ sunt similia participio,ut amatus,delectus,stratus,lacessitus,cupitus,munitus,auditus.excipit hic situs,litt°,quitus.quæ corripiuntur non solum in simplicitate,sed etiam in compositione, ut insitus,illitus,nequitus.citus uero licet corripere & producere:dicimus em̃ incitus producte, & incitus correpte.Cõposita uero ab eo corripiunt,ut aditus,obitus,præteritus.A do quoq;,& à sto corripiunt cõposita, ut datus,unde fit inditus,status,unde institus, à reo quoq; ratus,unde fit irritus,à spiro quoq; & halo nomina ueniẽtia breuiantur,ut spiritus,halitus,ab ambio quoq; fit similiter ambitus , sed qñ participiale est , seruat penultimam productam, sicut ambĩtus:à rutus quoq; penultimam corripiunt,ut erutus,dirutus.Notandũ est autẽ quod hæc quando sunt nomina carent tẽporibus,quando paticipialia, tempus cum significatione demonstrant,ut amatus sum ab illo. Nomina autẽ tertiæ declinationis terminantia in us, nominatiuum breuiant,quæ à supradictis regulis non inueniunt, ut seruitus, * fraxinus,excipit papyrus quod producitur,ut hæc papyrus huius papyri. * Alia autem omnia quanq̃ non sint longa in nominatiuo in obliquis ꝓducuntur,ut seruitus seruitutis,palus paludis,iuuentus iuuentutis.Excipiunt hæc quæ corripiuntur, Venus ueneris , ligus liguris, lepus leporis , quod est animal . Propria uero uel appellatiua masculini generis , siue ex se fœminina faciunt , siue in aliud genus minime transformantur , si sunt trisyllaba uel tetrasyllaba,ac deinceps habentia i. corripiuntur, Terentius,martius.excipiuntur hæc quæ habent a in penultima, uel possessionem significant,aut à possessoribus deriuant,ut Terẽtianus, Martianus , Capuanus,Beneuẽtanus, Hispanus,Placẽtinus,Taurinus. Quæ autem habent c inter i & u corripiunt,ut porticus,rusticus, gallicus, romanicus, excipiuntur quæ habent a,ut Tauricanus,Ax syllaba

ba finita breuiant, ut ptinax, cõtumax, peruicax, & omnia in obliquis casibus productam a habent, ut pertinacis, contumacis. Ex syllaba finita breuiant, ut artifex, aurifex, opifex, quæ omnia in obliquis e literam, in i breuẽ conuertũt, ut opificis, aurificis, murex muricis, forex foricis. excipit unum masculini generis scilicet ueruex, qd in obliquis casibus pducitur, ut ueruex ueruecis quod animal est. Ix syllaba finita producũtur, ut bellatrix, uenatrix, excipitur meretrix, genitrix, sed hæc in obliquis producunt, ut uenatricis, genitricis, meritricis, radicis. Excipiunt hæc quæ grauantur, ut salix salicis, calix calicis, silex silicis. Ox terminata breuiant, ut uelifox, atrox, celox. sed in obliquis producuntur, ut uelifocis, atrocis, celocis. Vx finita syllaba producũtur, ut polinurux, calinurux, Pollux. excipitur coniunx gis, quod quidam in nominatiuo fine n scribi uolunt, quod in obliquis casibus amittit, ne uerbũ putetur. T litera terminata, tam in nominatiuo quàm in obliquis casibus breuiãtur, & omnia neutri generis sunt, ut caput capitis, sinciput sincipitis, occiput occipitis. Persius, fissa fumosum sinciput aure. Quæ autem in duas consonantes desinũt si sint longa positione, aut in compositione producunt, in simplici figura pducti onem sibi defendunt, ut cædens, tradens, clamans, cõclamans. Cætera uero breuiant, ut omnipotens, penipotens, audiens. & hæc omnia tam longa quàm correpta in obliquis producuntur, quia seruant positionem, excipiũtur quæ non seruant, ut inops inopis, hyems hyemis, cælebs cælibis, adeps adipis.

Regulis accentuum nominum compositis, tractandus est accentus, qui in uerbis consideratus certis definiendus est regulis. Vniuersa enim uerba primæ coniugationis, quæ in secunda persona as syllaba finiunt, cum in trisyllabis & in tetrasyllabis ueniũt, in penultimis syllabis per omnes modos producenda sunt, ut amo amas, amabam amaui. Excipitur præteritum plusquam perfectum quod corripitur solum ut amaueram. Et futurum eiusdem modi in primis & in secundis personis pluralibus, cuius exemplũ hoc est, amabo bis bit, & pluraliter amabimus itis bunt. Ab his nanq; regulis exeũt nouẽ, quæ in ui diuisas syllabas mittunt præteritum perfectum & plusquam pfectum, primas & secundas personas plurales futuri indicatiui corripiũt, ut seco secas ram cui secabimus secabitis: cætera nanq; producuntur, ut domo as bam bo domabunt, seco secas bam secabo secabũt, frico fricas fricabam, ueto uetas bam, sono sonas bam, tono tonas bam, mico micas bam, crepo as bam, plico as bam. tĩ annexis præpositionib. præsens breuiat, qd in dissyllabis, uenit nisi positione aut natura ipsa uerba pducta sint, ut reparo, resono resecco, replico, notatur autem plico, quod præteritum plicui & plicaui facit. quatuor ab hac regula exeunt, sto, do, lauo, iuuo: quæ cum componunt, sicut in simplicitate, nec in aui, nec in ui exeunt, formulam superiorem sequunt, resto restiti, restiteram, restabimus restabitis, reddo reddidi reddideră, reddemus, tis. excipiũtur relauo et reuiuo, quæ in pterito sic exeunt, relaui, reuixi. sequunt etiam regulam superiorem. excipit relauo, qd in præterito pfecto & plusquam perfecto, & in uno futuro coniunctiui modi syllabam la, longam habet, in cæteris uero temporibus breuiantur, relaui relaueram relauero. Notẽtur nãq; quæ in simplici figura sunt longa, quia ipsam productionẽ quam habent in simplicitate, retinent sibi in compositione. sic, & præpositio qñ componitur cum aliqua pteorationis, qualis ipsa fuerit præpositio, & talis remanet in compositione, ut redimo, subuerto, inhæreo. Omnia uerba secundæ coniugationis, quæ es syllaba finita in secũda pso na præsentis temporis cum in trisyllabis & in tetrasyllabis, uel etiam in polisyllabis inueniũtur omnia in penultimo corripiuntur, ut rubeo, habeo, misceo, langueo, iaceo, rigeo, sed per cæteros modos superiores formulas, quas in prima coniugatione perscripsimus, sequunt. Notantur quæ in præterito pfecto & plusquam perfecto, & in uno futuro modi coniunctiui producuntur, & in compositione & in simplicitate, in cæteris autem temporibus & modis breuiant, ut sedeo sedi sederam, resideo resedi resederam, caueo caui, caueram, uoueo uoui uoueram uouero, uideo uidi uideram uidero.

Verba tertiæ coniugationis quæ is syllaba finiunt, si in trisyllabis uel in polisyllabis ueniunt corripiuntur in præsenti, & in cæteris temporibus, nisi sint positione longa, exce-

pto præterito imperfecto præsentis temporis, ubi semper penultima syllaba lõga fit, ut tribuo tribuebam, tribui tribueram tribuam tribuero. Notãtur autem quæ in iui, uel in eui, exeunt in præterito. quæ productionem seruant in eodem præterito perfecto, ut cupio cupiui, quiesco quieui, sapio sapiui. Cætera uero breuem sibi regulam defendunt, ni si positionem habeant, ut contemno cõtempsi, gero gessi. excipiũtur hæc quæ in præsenti tempore, & in cæteris tẽporibus breuiantur, in præterito uero perfecto & plusquam perfecto, & in uno futuro coniunctiui modi producuntur, ut lego legi legeram legero, facio feci feceram fecero, similiter fugio fugi fugerã fugero, fodio, ago, emo. ab his ergo regulis discrepant duo uerba, quæ in præterito breuiañ & in præsenti producuñ, ut pono cogo, dicimus repono reponis reposui, recogo recogis recogi. co enim syllaba in præsenti longa & in præterito breuis, similiter uero alia duo uerba excipiuñ, quæ sunt primæ coniugationis, quæ etiam ut superiora in præsenti sunt producta, & in præterito breuiata, ut do sto: dicimus enim reddo reddidi, resto restiti. * Notandum nanq; est, qd omnis dictio quæ in trisyllabis aut in cæteris polysyllabis exit antepenultimam syllabam seu correptam seu productam, licẽter quod fert Poeta in metro est fidutia, qua nos protegat omnipotens Rex.

Quartæ coniugationis uerba, quæ in i literam productam desinunt in secunda persona præsentis temporis in trisyllabis aut in cæteris polysyllabis ueniunt omnia, penultimam syllabam breuem habent, ut audio, accio, pollio, sepio. excipiuntur eo & queo, & quæ in dissyllabis ueniunt, ut scio, sed hæc & his similia regulam primæ coniugationis sequuntur. Nota hæc quæ in præsenti tempore, & in cæteris temporibus breuiantur, in præterito uero perfecto & plusquam perfecto, ut iam in alijs diximus, & in uno futuro cõiunctiui modi producuñ, scio sciui sciueram sciuero, uenio ueni ueneram uenero, queo qui ui quiueram quiuero. Quoniam (ut opinor) latius & conuenienter tractatum est de his accentibus, nunc de sequentibus uideamus. Participiũ nanq; illos accentus, quos nomen habet in omni loco, ut diximus cum de his tractabamus. Pronomẽ uero similiter eisdem regulis utitur. Notandũ nanq; est illa pronomina, que in ultimis seruant accentũ, ut hicce nostrâs uestrâs, ideo apud modernos ita habent, quia apud antiquos hiccine & nostrâtis uestrâtis dicebatur, unde retinent accentũ in ultima quæ habebant in penultima, & non solũ hæc erant apud illos, sed etiam multa alia quæ differentiæ causa uel solo usu dicebantur, ut egomet feci: nanq; syllabica adiectio est in ego, ut in alijs uidelicet ne ce, ut illiccine huiusce. Aduerbia nanq; si e terminantur breuiantur in penultima, ut hodie, sedule: sed ea quæ à nomine ueniunt producuntur, ut Tulliane, Martiane: si in m terminañ, ut meatim, tuatim, suatim, producuñ: similiter si i breuiantur, ut uesperi, si o causa differentiæ in ultimo seruat accentũ, ut falsò: similiter in ultima, ne putẽ nomen esse, ut unà aliâs: si in er breuiantur, ut breuiter. si in ol similiter, ut ædepol: si in c in ultimo, ut istìc illìc: si in us, breuiantur, funditus. Notandum est quod aduerbia omnia quæ põpositionibus componuñ, sub uno accentu proferenda sunt, ut deinde exinde, hanc autem regulam sequitur omnis cõiunctio, & in cõpositis, & in simplicibus, ut interea etenim. Præpositio uero semper in fine accentum seruat, ut apud ante. Interiectio nullam certam regulam retinet, tamen in fine & in medio acuitur, ut papæ euax.

PRISCIANI GRAMMATICI
CAESARIENSIS DE PONDERIBVS ET MENSVRIS.

OMNI te Symmache nobilitatis ſplendore celebratum, ac omni naturæ munere præſtantem, omniq; uirtutis luce fulgentem, ſtudijs etiam optimarũ artium diſciplinarumq; florentem, iuſtiſſimeq; proſpera fortunæ meritis uitæ probantem, fama quidem antea nobis abſentem uenerabilem faciebat, nunc autem præſentem ueritas ſupergreſſa laudes prædicationis oſtendit. Mediocritatis enim altiſſimæ qua ſuperbiæ calcas tumores & pietatis ponderibus grauiſſimis ſuperas omnia. Itaq; glorioſum, mihi credẽs, aliquid tanta autoritate interrogationis mereri, de figuris ſicut iuſſiſti numeroꝝ breuiter collecta demonſtrabo, & de numeris uel ponderibus, præterea de Terentij metris, necnon etiam de præexercitamẽtis rhetoricis, quæ Græci προγυμνάσματα uocant, quoniam diligentius ea ſophiſtæ iuniores quos ſequimur, aptioribusq; diuiſionibus ad exercendos iuuenes ad omne rhetoricæ genus ex poſuiſſe creduntur. Petimus igitur ſapientem eloquentiam ueſtram (hac enim dignitate nihil in homine melius nouimus) ut & nos huiuſcemodi frequentius quæſtionib. tam præſentes quãm abſentes cum felicitate exerceatis, & Romanorum diligentiam ueſtrorum ad artes ſuorum alacriores reddatis autorum, quibus ſolis cæteras cum Graijs gentes ſuperaſſe noſcuntur, quarum decus & numen induſtria ueſtri nititur culminis.

SCIENDVM, quod cum ab uno ad millies, mille numeri notentur apud Latinos, non plus tredecim eos figuris notari inuenimus: nam principales repetuntur quater ſinguli tam ante quinarios, qui ſunt medij numero, quàm poſt eos. Sunt igitur principalium figuræ ſeptem, mediorum uero ſex, quarum ratiões diu exquiſitas, ut potero breuiter diſſeram. Vna per i ſcribitur antiquo more atticorum, qui ſolebant principalem nominis numeri literam ponere, & ſignificare numerũ. ergo ἵα pro μία dicentes i ſcribebant, & ſ, ſίσ. & τ, τρῆς. & ſic τ, π, ε, ο, τέτταρα, πέντε, ἑπτὰ, ὀκτῶ, ſignificantes, & ε, ϛννέα, uetuſtiſſimi quoq; Græci p aſpiratione h ſcribebant quàm habebant, ῾ ſασθαμ in principio. & ſic ῾ε, ῾ε, ῾ε, idem eſt, ἓν, ἓξ, ἑπτὰ; ſic ῾ε, ῾ε, ῾ε, id eſt, ἑξήκοντα, ἑβδομήκοντα, ἑκατὸν, uel ſic, ſ' quod ſignificat ϛννενήκοντα. quidam autem & ſic ſcribebant. non incõgruum tñ uidetur etiam uerſus Græcos aptiſſimè de his numeris compoſitos ſubijcere:

Hos igitur Latini quoq; in pleriſq; imitati ſunt. Nam per i, unum notant illos ſecuti· quinq; per ū. quia quinta eſt uocalis a e i o u. decem per X, quia decima eſt conſonans apud græcos. ϐ γ ϡ ζ θ κ λ μ ν ξ. uel q; u apud Latinns X ſequitur. quinquaginta per L, quia apud antiquos græcos L pro n, quæ nota eſt quinquaginta ponebãt, teſte Apollonide & Lucio Tarrheo, unde Latini quoq; lympha dicũt pro nympha, aquam uel fontem uolentes monſtrare. Virgilius in primo Aeneidos: Dant famuli manibus lymphas cereremq; caniſtris. Centum autem principalem nominis literam c; quingenta per ſequentem literam conſonantem; nam poſt c d ſequitur. Mille ſecundum Atticos per X græcam, ſed ut ſit differentia ad decem circunſcriptis lateribus (Ⅹ). Quinq; millia per I, & duas à dextera parte Apoſtrophos ıↃↃ. Decem milia per ſupradictam formam additis in ſiniſtram partẽ contrarijs duabus notis, quæ ſunt Apoſtrophi ccıↃↃ & hoc ad imitationem græcorum, qui unius notam ſubdita linea nunc quoq; ſcribunt ſic ı̲ Quinquaginta millia per ı mediam, & tres in dextera parte apoſtrophos. ıↃↃↃ. Cẽtum millia per Ⅼ mediam, & tres in dextera parte apoſtrophos, & in ſiniſtra tottidẽ contrarias, cccıↃↃↃ, uel

quod ueriſimilius eſt decem milia notantur per M circumſcriptam ex utroq; latere, quo modo mille per x circumſcriptam ex utroq; latere, ſic (X). & hoc ad imitationem græcorum, quia χίλιοι eam literam habent principalē ſui nominis, ſed differentiæ cauſa media linea altior facta eſt, quia millies quoque mille per X circūſcripta ſolet notari ſic (X). ergo quinq; milia cum ſit dimidia pars decem milium ↀↃↃ dimidiam partē ſcripturæ ſeruauerunt ſic ↀↃ, quomodo quinquaginta milia dimidia pars cētum millium, qui numerus per eadem decem millium ſcribitur, tamen ex utroq; latere ſingulis circumſcriptionibus, ↀↀↀↃↃↃ quingenta milia per q, quod eſt initium nominis, & apoſtrophon quod mille, ſimiliter milia per M, unde incipit nomen ex utraq; pte circūſcriptā (M) & ſic (q).

DE ponderibus etiam neceſſarium eſſe putauimus addere. As nummus eſt libralis, & per L perſcriptam notatur. Dupodius nummus eſt bilibris per duas LL perſcriptas. Seſtertius, nummus duarum ſemis librarum per duas LL & s, ex qua incipit ſemis pſcriptas. unde Seſtertius dī ſemis tertius, de quo Aruntius hæc ait: Seſtertius olim dupondius & ſemis, id eſt duæ libræ & ſemis, quaſi ſemiſtertius, quo tempore denarius decuſſis ualebat, hoc eſt poſt duos ſequens tertio loco eſt ſemis. hoc quoq; ſecundum atticos & ionas, qui ἡμίδραχμον dicebant p δύο ἥμισυ δραχμάς, teſte etiā Didymo, qui hoc ponit, oſtendens in omni parte orationis & cōſtructionis analogiam græcorum ſecutos eſſe Romanos, unde & Herodotus in primo hiſtoriarum, • ſeptimum ſemitalentum dixit, pro ſex ſemitalēta. denarius quoq; decem librarum nummus per X perſcriptam notatur. horum pleraq; in Verrinis Ciceronis licet inuenire, antiquiſſimæ ſcripturæ emendatis codicibus. Obolus dicitur, ut Dardanus docet, ſcrupulus eſſe, id eſt ſex ſiliquæ, drachma ſiue argenteus ſcrupuli tres, uncia drachmæ octo, ſcrupuli uigintiquatuor, unciæ duodecim, libra uel mina attica drachmæ octoginta, libra uel mina graia drachmæ nonaginta ſex, talentum Athenienſe paruum minæ ſexaginta, magnum minæ. lxxxiiij. & unciæ. iiij. libra uel as, unciæ duodecim, deunx unciæ undecim, decunx uel dextans unciæ decem, dodrans unciæ nouem, beſſis unciæ octo, ſeptunx unciæ ſeptem, ſemis unciæ ſex, quincunx unciæ quinq;, triēs unciæ quatuor, quadrans unciæ tres, ſextans unciæ duæ, uncia una ſeſcunx, uelut alij ſeſcūtia tres dimidiæ unciæ, ſemiuncia ſemis unciæ duæ. ſextula ſunt tertia ps unciæ, id ē ſcrupuli octo, ſiliquus ſcrupuli ſex, ſextula ſcrupuli quatuor, dimidia ſextula ſcrupuli duo. Rurſus ſextula & dimidiū ſextulæ ſiciliquus appellaē, ſcrupulus ſiliquæ ſex. Siliqua eſt qđ dicunt græci κεράτιον uel Neceſſarium tī exiſtimaui ad cōfirmanda ſupradicta à diuerſis autorib. de his dicta ſubijcere. Liui. in xxxiij. ab urbe condita, multitudinis eorum argumētum fit, q; Polybius ſcribit centum talentis eam rem Athenis ſtetiſſe, cum quingentos denarios pretium in capita quod redderētur dominis ſtatuiſſent. Mille enim. cc. ea rōne Achaia habuit captiuos Italicos, qua ratione oſtenditur ſex millia denariorum habere talentum. nam cum quingenti denarij pro mille ducentis captiuis dati colligantur, ſexcēta milia denariorum, centum ea oſtendit fuiſſe talenta. Centeſima autem pars ſexcentorum millium, ſex millia inueniūtur. denarij autem illo tempore nummi argentei erant. xxiij. ſiliquarum, quod in eodem libro oſtendit Liuius ſignati. lxxxiiij. millia fuere atticorum, tetradrachmam uocant, trium ferе denariorum in ſingulis argēteis eſt pondus, uide quod quatuor drachmæ ſunt. lxxij. ſiliquæ. diximus enim ſuperius quod tres oboli, quorum ſinguli ſex ſiliquas habent, drachmam faciunt, tres aūt denarij idem habebant, id eſt. lxxij. ſiliquas. Idem Liuius in. xxxvij. ab urbe condita, oſtendit magnum talentum atticum. lxxx. habere libras, & paulo plus, cum ſupradictorum computatio manifeſtat. lxxxiij. libras & quatuor uncias habere talētum, quod eſt ſex millia denariorū. Liuius talentū ne minus pondo. lxxx. Romanis pōderibus pendat. Idem, ſic decreuit ſenatus, ut non plus q̄ ternæ libræ & quaternæ unciæ ſingulis deſint talentis. Et ſciendum quod ſecundum Liuij computationem centum minæ atticæ, quarum ſingulæ. lxxv. drachmas habent, faciunt talentum magnum. Nam minus habet, lx, ſecundum Dardanum. Quod autem eſt magnum & minus, oſtendit Terentius

in Phormione: Si quis daret talentum magnum. Italica autem mina drachmas habet, ut supra dictũ est. xcvi. quod est libra. xñ. unciarum, id est denarñ. lxxñ. hac igitur computatione. lxxxiñ. libræ Rom. & quatuor unciæ, qđ est magnũ talentum, centum minas atticas faciunt. Seneca in decimo epistolarum ad Nouatum. xxiiñ. HS. id est talentum atticum paruum. xxiiñ. enim. HS. lx. libras habent. Varronis quoq; autoritate supradictorum pleraq; comprobemus.

Multa pecuniæ signatæ uocabula sunt: æris & argẽti hæc, as ab ære, dupondius à duobus ponderib. q; unũ pondus assis pondiũ dicebaẽ, ideo q; as erat libra pondus, deinde à numero usq; ad centussem à tribus assibus tressis, & supra sic p portionẽ usq; ad nonussis in denario numero hoc mutat, quod primum est ab decem assibus decussis, secundum à duobus decussibus uigessis, reliqua conueniunt, ut trigessis per portionem usq; ad cẽtussis, quod Persius ostendit: Et centũ græcos uno cẽtusse licetur, quo magis æris proprium uocabulum non est: nam ducenti, & sic proportione quæ dicuntur non magis asses quàm denarñ, aliæq; res significãt. Aeris minima pars, sextula, quod sit sexta pars unciæ, semiuncia quod dimidia pars unciæ est, Vncia ab uno dicta, Sextans ab eo quod sexta pars assis est, Quadrans q; quarta, & Triens qđ tertia pars, Semis quod semis. i. dimidiũ assis, ut supradictum est, Septunx à septem & uncia collisum. Reliqua obscuriora q; à diminutione, & ea quæ diminuunt̃ ita sunt, ut extremas syllabas habeant, una dẽpta uncia deunx, Dextans dempto sextante, Dodrans dempto quadrãte, Bes ut olim des, dempto triente & argentei nummi, id est ab Siculis denarñ, quod denos æris ualebant. Quinarñ quod quinos, Sestertius duobus semis. dupondius enim & semis, antiquus Sestertius est, & ueteris consuetudinis, ut retro æra dicere, ut ita, ut semis quintus, semis quartus, semis tertius nũtiarent, ab semis tertius, Sestertius dictus. Nummi denarñ à decima libella. Didymus etiam ita confirmat:

Necessarium esse existimauimus etiam ipsa nomina numerorum, & quæ ab eis deriuantur uel componunt̃ subiungere. & sciendũ eos declinari numeros qui uariant genera: qui uero una uoce tria genera cõtinent, indeclinabiles esse tam apud Græcos quàm apud Latinos, unus una unũ, duo & duæ & duo, hi & hæ tres & hæc tria, hi & hæ & hæc quatuor, similiter quinq; & sex & septẽ, octo, nouem, decem, undecim, duodecim, tredecim, quatuordecim, quindecim, sedecim, decem & septẽ, decem & octo, decem & nouem, uiginti, uigintiunus uigintiuna uigintiunum, sic & deinceps omnibus cardinalibus numeris minores, usque ad nouem adduntur, quamuis contrarium fiat usque ad sedecim. licet tamen & præpostere maxime coniunctione interposita hæc proferre decem & unum, decem & duo, triginta, quadraginta, quinquaginta, sexaginta, septuaginta, octoginta, nonaginta. Centũ, ducenti ducentæ ducenta, trecenti trecentæ trecenta, quadringenti quadringentæ quadringenta, quingenti quingentæ quingenta, sexcenti sexcentæ sexcenta, septingẽti septingentæ septingenta, octingenti octingentæ octingenta, noningenti & nongenti noningentæ & nongentæ noningenta & nongenta, hi & hæ & hæc mille. Ex his nascuntur ordinalia nomina hæc inæqualiter quidem quantum ad uocem, primus & secundus, æqualiter uero tertius & quartus, quintus, sextus, septimus, octauus, nonus, decimus, undecimus, duodecimus, ab undecim & duodecim (nam reliqua ex utraq; parte declinantur) contra consuetudinem græcorum usq; ad nonum decimum, ut tertiusdecimus, quartusdecimus, quintusdecimus, sextusdecimus, septimusdecimus, octauusdecimus, nonusdecimus, uicesimꝰ, uicesimusprimꝰ, uicesimussecundus, uicesimustertius, uicesimusq̃rtus, uicesimusqntus, uicesimussextus, uicesimusseptimus, sic oẽs sequentes uelut in primitiuis ad imitationẽ græcorum à uigesimo, & supra maiori minorẽ addunt numero plerũq;, ante decẽ uero ut undecim, duodecim, & similia minorem ponũt, undecim, duodecim, decem & duo: ante decem uero minorem ponunt, qñ composita accipiunt̃, & sub uno accentu proferunt̃. Nam licet dissoluta compositione diuersis accentibus ea proferentes, mutare ordinem quõ & apud græcos, & dicere decimus & septimus, pro septimusdecimus, & tertius & uigesimus, pro uĩ

geſimuſtertius,ſic & ſimilia,trigeſimus,quadrageſimus,quinquageſimus, ſexageſimus, ſeptuageſimus,octogeſimus,nonageſimus,centeſimus,ducenteſimus uel duceſimus,trecenteſimus uel treceſimus, quadringenteſimus uel quadrigeſimus, quingenteſimus uel quingeſimus.Liuius ab urbe condita trigeſimoprimo, anno quingeſimo, ſexcenteſimus uel ſexceſimus,ſeptingenteſimus uel ſeptingeſimus,octingenteſimus uel octingeſimus, noningenteſimus noningeſimus & nongenteſimus,milleſimus. habent ex omnibus numeris Romani diſpertitiua,quæ Græci uocant διαιρετικὰ, quæ naturaliter ſemper plura ſunt,quippe in multos diſtribui eundem ſignificant numerum,ut ſingulos oculos habebant cyclopes,quod Græci dicunt * ſic uſq; ad mille habent Latini,ut ſinguli,bini,quæ ſunt anomala, quantum ad uocem unius & duorꝫ, terni uel trini, ſed terni τριταῖοι,trini τρίτοι magis ſignificat,uel τριταῖοι trini ludi,quaterni,quini, ſeni, ſepteni,octeni,noueni,deceni,undeni,duodeni, ternideni, ex duobus integris, quomodo tertiusdecimus,& deinde quaterdeni,quindeni, ſenideni,ſeptenideni,octonideni,noueniden,uiceni,uiceni ſinguli,uiceni bini,uiceni trini. Similiter cæteri triceni,quadrageni,quinquageni,ſexageni,ſeptuageni,octogeni,nonageni,cẽteni,ducẽteni, per ſyncopam duceni trecenteni,& per ſyncopam treceni,quadringenteni quadrigeni, quingẽteni,& quingeni,ſexcenteni & ſexceni,ſeptingenteni & ſeptingeni,octingenteni & octingeni,nongenteni & nongeni,millen.autores tamen non proprie etiam ſingulari numero ea protuliſſe inueniunt. Lucanus: ſepteno gurgite Nilus, pro ſeptenario:& Virgilius in.x. It grauis Auletes,centenaq; arbore fluctum Verberat aſſurgens. hæc tñ ipſa etiam ſemper in plurali cum geminatis ponuntur,ut bina mœnia,terna. Cicero in.ij. Ver. inter binos ludos, quia ludi quando ſpectacula ſignificant, ſemper pluraliter dicuntur. Liuius in.xxxv.& bina equeſtria & arma,uni quoq; & unæ & una ſemper pluralibus adiunguntur, quæ pro ſingularibus accipiuntur,ut Salluſtius in Catilina. Hi poſtq̃ in una mœnia conuenere,pro in unã urbem. Vir.in.ij.æne. ſatis una ſuperq; Vidimus excidia, pro unum excidium,& Lucanus in quarto: totumq; in partibus unis,Bellorꝫ fecere nefas,pro una in parte. Donatus in arte prima, atq; excepto amphibracho & epitrito,quorum alterum ſexcupla,alterum epitrita diuiſione partimur,uniuerſorum pedũ trina conditio reperitur,trina pro tripartita dixit. Primanus,primæ legionis. Secundanus ſecundæ legionis.Similiter Tertianus,unde tertiana febris. Quartanus, unde etiam quartana febris.Quintanus,unde & qntana porta caſtrorꝫ. Sextanus, Septimanus, unde ſeptimana dierum ſeptem.Octanus. Nonanus. Decimanus,unde decimana porta caſtrorꝫ.decanus quoq; à decem & decuria, & decurio nomen,& uerbum decurio as,unde decuriata comitia,ut à centũ centurio nomen & uerbum & centuriatus, ex quo cẽturiata comitia, ex quo ſuccenturiatus. Terentius in Eun. Ego in ſubſidijs hic ero ſuccenturiatus ſi quid deficias.Sunt & altera forma,ex omni nũero deriuatiua in rius definentia, exceptis unus & duo,è quibus ſingularis,dualis,ut ternarius iambus,qui tres habet pedes,quaternarius,quinariꝰ,unde et ſemiquinarius,ſenarius,ſeptenarius, unde et ſemiſeptenarius. Octonarius,nouenarius,denarius,unde & denarius nũmus,undenarius,duodenarius,ternariꝰ denarius,ſimiliꝫ cæteri uicenariꝰ,tricenarius,q̃dragenarius,quinq̃genarius,ſexagenariꝰ, ſeptuagenariꝰ, octogenariꝰ,nonagenariꝰ,cẽtenarius,ducẽtenariꝰ & ducenariꝰ,tricẽtenarius & trecenariꝰ,q̃dringẽtenariꝰ & q̃drigenarius,qngentenariꝰ & qngenarius, ſexcentenarius & ſexcenarius,ſeptingentenarius & ſeptingenarius,octingentenarius & octingenarius,noningentenarius & noningenarius(& melius per ſyncopam proferunt)millenarius. Aduerbia quoq; ex omni numero inueniuntur ab uno quidem & duo inæqualiter,ſemel & bis,à cæteris uero æqualiter,ter quater,& reliqua omnia in es productam definunt,Quinquies,ſexies,ſepties,octies,nouies,decies,undecies, duodecies, tredecies,quaterdecies,quindecies,ſexdecies,decies ſepties, decies octies,decies nouies,uigeties & uicies,trigeties & tricies,quadragies,quinquagies,ſexagies,ſeptuagies, octogies,nonagies,centies,ducenties,trecẽties,quadringenties,quingenties,ſexcenties,ſeptingẽties,octingenties,noningenties & nõgenties,millies.Infinitis tñ numerorꝫ aduerbijs,

& n interponitur,quotiens,totiens,similiter aliquotiens. Inueniuntur & aliæ deriuationes uel cõpositiones,multæ à nominibus numerorum,ut unicus,ullus,unitas, unio,uniuersus,& uno uerbum unas unat,ternitas uel trinitas,septimana,senio,Persius:Iure eteñ summũ quid dexter senio ferret. Millia,semiquinarius, semiseptenarius,nundinũ & nũdinæ,trinundinum, trinũ nundinum. Et sciẽdum ꝙ poetæ sæpe deriuatiuis utũtur pro primitiuis, uel contrà,uel aliꝭ speciebus pro aliꝭ,ut Virg.in.x.Aeneid. Tot lecti proceres bis denis nauibus ibant,pro bis decem. & Lucanus in septimo, septeno gurgite Nilus,ꝙ septenario. Sunt præterea simplum,duplum,triplum,quadruplum,quincuplum, & similia, quæ proprie ad pondus uel numerum dicuntur. Simplex, duplex, triplex, & similia,quæ ad omnem rem dicuntur,& uerba ex his,duplico duplicas, triplico tripli cas,multiplico multiplicas,dupondius,tripondius,& similia. Illud quoque sciendum ꝙ undeuiginti dicimus pro decem & nouem,id est, unde unum deest,uiginti uel undeuigiti. post quem uiginti numerus est,quod est nouẽ & decẽ numerus, post eum eñ sequitur uiginti numerus. Horat.in.ij.Serm.unde Octoginta annos natus cui stragula uestis, unde octoginta dixit, id est septuaginta nouem annos habens ætatis, hoc est octoginta, unde unum deest,etiam duodeuiginti dicũt pro decem & octo, ꝙ attici ἐνὸς δέον τριακοσῷ ἔτει dicunt,idem inuenitur in cæteris cardinalibus numeris, id est triginta & quadraginta, & reliquis duodetriginta pro uiginti & octo, & similia:uniformis, biformis, triformis & similia:duo asses,dussis,dupõdius, tressis,quadrassis,decussis, uicessis, tricessis, quadragessis,quinquagessis,sexagessis,septuagessis,octogessis,nonagessis,centussis,post quem numerum teste Varrone non componuntur cum asse numeri,deunx,dextans, dodrans,bessis,septunx sexcunx, quincunx,triens,quadrans,sextans. Sextula,libra,bilibris, trilibris,quadrilibris,& similia,anniculus uel annuus,biennis,triennis,quadriennis,quinquẽnis,& similia,bienniũ,trienniũ,quadrienniũ,quinquenniũ,& similia,bimus, trimus q̃drimus,& similia,bipes,tripes,quadrupes,decẽpes,& decẽpeda, & similia,biduũ,triduũ, quatriduũ,& similia,binoctiũ, trinoctiũ, quadrinoctiũ,&similia,bicorpor,tricorpor,& similia,biceps,triceps,q̃driceps,cẽticeps, & similia,bifariã,trifariã,q̃drifariã,& similia,bipatẽs, tripatens & cætera,bilinguis,ttilinguis,& similia,biuiũ triuiũ, & similia, bifidꝰ,trifidus,q̃drifidus,& similia,bisulcus,trisulcus,et similia,geminus tergeminus, cẽtum geminus & similia,unimanus,bimanus,trimanus,centimanus,& similia, unicolor, bicolor,tricolor,& similia,duumuir,triumuir,quinqueuir,septẽuir, decẽuir, centũuir, & similia,bigæ,trigæ,quadrigæ,& similia,biꝭugus. Vnde Virg. in.v.æneid. biꝭugo certamine campũ,Corripuere,& bigati nummi:triꝭugus,quadriꝭugus,& similia. Triangulum. Cæsar in Arato, cur diuite lingua, græcia præcurram potius q̃ triangula dicam? Quadrangulum,quinquangulum,sexangulum,& similia,bifurcus, trifurcus,quadrifurcus & similia. Rhemnij Fannij de ponderibus.

Pondera pæoniꝭs ueterum memorata libellis
Nosse iuuat:pondus rebus natura locauit
Corporeis,elementa suum regit omnia pondus.
Pondere terra manet, uacuus quoq; põderis æther
Indefessa rapit uoluentis sidera mundi.
Ordiar à minimis,post hæc maiora sequentur.
Nam maius nihil est aliud quàm multa minuta.
Semioboli duplum est obulus,quem pondere duplo
Gramma uocant,scrupulum nostri dixere priores.
Semina sex aliꝭ siliquis latitantia curuis
Attribuunt scrupulo,lentis ueraciter octo,
Aut totidem speltas numerent, tristes ue lupinos.
Bis duo,sed si par generatim his pondus inesset
Seruarent eadem diuersæ pondera gentes,
Nunc uariant. etenim cuncta non fœdere certo

Naturæ, ſed lege ualent hominũq; repertis.
In ſcrupulis trinis drachmam, quo pondere doctis
Argenti facilis ſignatur nummus Athenis.
Hocceq; à drachma non re ſed nomine differt.
Drachmam ſi gemines, aderit quem dicier audis
Siciliquus, drachmæ ſcrupulum ſi adiecero, fiet
Sextula quæ fertur, nam ſex his uncia conſtat.
Sextula cum dupla eſt, ueteres dixere duellam,
Vncia fit drachmis bis quattuor, unde putãdum
Grammata dicta, ꝙ hæc uiginti quattuor in ſe
Vncia habet, tot enim formis uox noſtra notatur,
Horis quot mundus peragit noctemq; diemq;.
Vnciaq; in libra pars eſt quæ menſis in anno.
Hæc magno latio libra eſt gentiq; togatæ.
Attica nã minor eſt, ter quinq; hanc deniq; drachmis
Et ter uigenis tradunt explerier unam.
Accipe præterea patrio quam nomine graĩ
Mnam uocitant, noſtriq; minam dixere priores,
Centum hæ ſunt drachmæ: quod ſi decerpſeris illis
Quattuor, efficies hanc noſtram deniq; libram,
Attica quæ fiet, ſi quartam dempſeris hinc mna,
Cæcropium ſupereſt poſt hæc docuiſſe talentum
Sexaginta minas ſeu uis ſex millia drachmas,
Quod ſummum doctis perhibetur pondus Athenis
Nam nihil his obolo ue minus, maiusue talento.
Nunc dicam ſolidæ quæ ſit diuiſio libræ
Siue aſſis, nam ſic legum dixere periti.
Ex quo quod ſoli capimus, perhibemur habere,
Dicimur aut partis domini pro partibus huius,
Vncia nam libræ ſi deeſt, dixere deuncem,
At ſi ſextantem retrahas, erit ille decunces.
Sed nullum reliquo nomen ſemuncia certum
Dempta dabit, neq; enim eſt huius ſeſcuncia triplex,
Dodrantem reliquũ uocitant quadrante retracto.
Cumq; triens deſit, beſſem dixere priores.
Iidem ſeptuncem dempto quincunce uocarunt.
Poſt hæc ſemiſſis ſolidi pars maxima fertur.
Nam quod dimidium ſuperat, pars eſſe negatur,
Vt docuit tenui ſcribens in puluere Muſa.
Cætera dicta prius, quibus eſt ſemuncia maior.
Hæc de ponderibus ſupereſt pars altera nobis,
Humida metiri, ſeu frugum ſemina mauis,
Cuius principio nobis pandetur origo.
Pes longo ſpatio latoq; notetur in anglo,
Angulus ut par ſit, quem claudit linea triplex:
Quattuor ex quadris medium cingatur inane,
Amphora fit cubus quam ne uiolare liceret
Sacrauere Ioui Tarpeio in monte quirites,
Huius dimidium fert urna ut & ipſa medimni
Amphora, terq; capit modium, ſextarius iſtum
Sexdecies haurit, quot ſoluitur in digitos pes,

At cotylas quas si placeat dixisse licebit
Heminas,recipit geminas sextarius unus,
Qui quater assumptus fit graio nomine chœnix,
Adde duos,chus fit uulgo qui est congius idem,
A quo sextarij nomen fecisse priores
Crediderim,quod eos capiat sex congius unus.
At cotyle cyathos bis ternos una receptat,
Sed de abaco nobis id pondus sæpe notatur.
Bis quinæ hunc faciunt drachmæ,si appẽdere uelles,
Oxybaphum fiet, si quinq; addantur ad istas
At mystrum cyathi quarta est ac tertia mystri,
Quam uocitant cyanem,capit hæc cochlearia bina.
Quod si mensuræ pondus componere fas est,
Sextarij cyathus pars est quæ est uncia libræ.
Nec non oxybaphi similis sescuncia fiet.
Sicliquumq; tibi mystro similare licebit.
Cochlear extremum est,scrupuliq; imitabitur instar.
Attica præterea discenda est amphora nobis,
Seu cadus,hanc facies nostræ si adieceris urnam,
Est & bis decies quem conficit amphora nostra
Culeus,hac nulla est maior mensura liquoris.
Est etiam terris quas aduena Nilus inundat
Artaba,cui superat modij pars tertia, post tres
Namq; decem modijs explebitur artaba triplex.
Illud præterea tecum cohibere memento,
Finitum pondus uarios seruare liquores,
Nam libræ (ut memorãt) bessem sextarius addet,
Seu puros pendas latices, seu dona lyæi,
Addunt semissem libræ liuentis oliui.
Selibramq; ferunt mellis supersse bilibri,
Hæc tamen assensu facili sunt credita nobis,
Nanq; nec errantes undis labentibus amnes,
Nec mersi puteis latices,aut fonte perenni
Manantes,par pondus habent,non deniq; uina
Quæ campi aut colles nuper'ue,aut ante tulere.
Qd tibi mechanica promptum est deprendere musa,
Ducitur argento tenui'ue ex ære cylindrus,
Quantum inter nodos fragilis ꝓducit arundo.
Cui cono interius modico pars ima grauatur,
Ne totus sedeat totus'ue supernatet undis,
Lineaq; à summo tenuis descendit ad ima.
Ducta superficie,tot quæq; in frusta secat̃,
Quot scrupulis grauis est argenti æris'ue cylindrus,
Hoc cuiusq; potes pondus spectare liquoris.
Nam si tenuis erit,maiori mergitur unda:
Sin grauior,plures modulos supersse notabis,
Aut si tantundem laticis sumatur utrinq;,
Pondere præstabit grauior,si pondera secum
Conueniunt, tunc maior erit quæ tenuior unda est.
Quod si ter septem numeros texisse cylindri
Hos uideas latices,illos cepisse ter octo,

His drachma grauius fatearis pondus ineſſe.
Sed refert æqui tantum conferre liquoris,
Vt grauior ſuperet drachma, quantũ expulit undæ.
Illius aut huius teretis pars merſa cylindri.
Hæc de menſuris quarum ſi ſigna requires,
Ex ipſis ueterum poteris cognoſcere chartis.
Nunc aliud partum ingenio trademus eodem,
Argentum fuluo ſi quis permiſceat auro,
Quantum id ſit, quo'ue id poſſis deprendere pacto,
Prima ſyracuſii mens prodidit alta magiſtri.
Regem nanq; ferunt ſiculam quam uouerat olim
Cælicolûm regi ex auro ſtatuiſſe coronam,
Compertoq; dehinc furto, nam parte retenti
Tantundemq; argenti opifex immiſcuit auro,
Oraſſe ingenium ciuis, qui mente ſagaci
Quis modus argenti fuluo latitaret in auro
Repperit, illæſo quod dijs erat ante dicatum.
Quod te quale ſiet, paucis aduerte docebo.
Lancibus æquatis quibus hæc appendere mos eſt,
Argenti atq; auri, quod edax purgauerit ignis,
Impones libras, neutrum ut præponderet, haſq;
Summittes in aquam, quam pura aut ceperit unda,
Protinus inclinat pars hæc, quæ ſuſtinet aurum,
Denſius hoc namq; eſt, ſimilari craſſius unda.
At tu ſiſte iugum, mediſq; è cardine centri
Interualla nota, quantum diſcerpſerit illinc,
Quotq; notis diſtet ſuſpenſo pondere filum,
Fac drachmis diſtare tribus, cognouimus ergo
Argenti atq; auri diſcrimina, deniq; libram
Libra tribus drachmis ſuperat, cum mergitur unda.
Sume dehinc aurum, cui pars argentea mixta eſt
Argentiq; meri par pondus, itemq; ſub unda
Lancibus impoſitum ſpecta, propenſior auri
Materies, ſubſiſtet enim furtumq; docebit.
Nam ſi ter ſenis ſuperabitur altera drachmis,
Sex ſolas libras auri dicemus ineſſe,
Argenti reliquum, quia nil in pondere differt
Argentum argento, liquidis cum mergitur undis,
Hæc eadem puro deprendere poſſumus auro,
Si par corrupti pondus, pars altera geſtet.
Nam quotiens ternis pars illibata grauarit
Correptam drachmis ſub aquam, totidẽ eſſe notabis
Argenti libras, quas fraus permiſcuit auro.
Pars etiam libræ quæuis ſi forte ſuperſit
Hæc quoq; drachmarum ſimili tibi parte notetur.
Nec non & ſine aquis.

PRISCIANI GRAMMATICI CAESARIENSIS DE PRAEEXERCITAMENTIS RHETHORICAE EX HERMOGENE LIBER

FABVLA est oratio ficta uerisimili dispositione imaginem exhibens ueritatis. Ideo autem hanc primũ tradere pueris solent oratores, quia animos eorũ adhuc molles, ad meliores facile uias uitæ instituunt. Vsi sunt ea tamen uetustissimi quoq; autores, ut Hesiodus, Archilochus, Horatius. Hesiodus quidem luscinia: Archilochus autẽ uulpis: Horatius muris. Nominantur autem ab inuentoribus fabularum, aliæ Aesopiæ, aliæ Cypriæ, aliæ Libycæ, aliæ Sybariticæ. Oẽs autem communiter Aesopiæ, quoniam in conuentibus frequenter solebat Aesopus fabulis uti. Et pertinet ad uitæ utilitatẽ. Et est uerisimilis, si res quæ subiectis accidunt personis apte reddantur, utputa de pulchritudine aliquis certat, pauo supponat hic. oportet alicui astutiam tribuere, uulpecula est subiũcienda. imitatores aliquos hominũ uolumus ostendere, hic simꝰ est locus. Oportet igitur modo breuiter, modo latius eas disserere. Quomodo autem hoc fiet? si nunc narratione simplici proferantur, nunc etiam sermo inductis fingat personis, exempli causa: Simiæ conuenerunt, & consilium habuerunt de urbe condenda: & quia placuit illis, paratæ erant incipere ædificationem, sed uetus inter eas prohibuit ab incepto, eas docens, q̃ facile capientur si intra muros cõcludantur, sic breuiter dices. si uelis producere, sic: Simiæ conuenerunt, & consiliabantur de urbe condenda, quarum una in medium ueniẽs, concionata est, quia oportet ipsas quoq; ciuitatem habere. Videtis enim aiebat, q̃ ciuitates habendo homines etiam habent domos singuli, & concionem uniuersi, & in theatrũ ascendentes delectant animos spectationibus & auditionibus uariꝰ. & sic proferes orationem in orando dicens, q̃ & plebiscitum scriptum est, & finges etiam orationem ueteris simiæ. Expositio autem fabularum uult circuitionibus carere, & iucundior esse. Sed oratio qua utilitas fabulæ retegitur, quam ἐπιμύθιον uocant, quod nos affabulationem possumus dicere, à quibusdam prima, à pleriſq; rationabilius postrema ponit. Sciendũ uero q̃ etiam oratores inter exempla solent fabulis uti.

De narratione.

NArratio est expositio rei factæ, uel quasi factæ. Quidam tamen χρείαν, id est, usum posuerunt ante narrationem. Species autem narrationis quatuor sunt, fabularis, fictilis, historica, ciuilis. Fabularis est ad fabulas supradictas pertinẽs. Fictilis ad tragœdias, siue comœdias ficta. Historica ad res gestas exponendas. Ciuilis quæ ab oratoribus in exponendis sumitur causis. Nunc autem de ea quæ ad exercitationem pertinet dicemus, quam uariꝰ proferre modis solemus, per rectum, per inclinatum, per coniunctiuum, per dissolutum, per comparatiuum. Per rectum, ut Medea Oeetæ filia fuit: hæc prodidit aureum uellus, & sequentia. Rectum autem nominatur, quod per totam uel ampliorem orationem casum seruat ntm̃. Inclinata dicitur, in qua obliquis utimur casibus, ut Medeam Oeetæ filiam dicunt amauisse Iasonem, & reliqua, quia alios quoq; casus assumit. Coniunctiua uero figura est qua arguentes utimur, ut quid enim non fecit Medea malum? non amauit quidem Iasonem? prodidit aureum uellus? interfecit frẽm, & sequentia. Dissolutum uero fit sic: Medea Oeetæ filia prodidit aureum uellus, Absyrtum interfecit, & sequentia. Comparatiuum est hoc, Medea Oeetæ filia debens pudicitiam seruare, turpitudine amoris prodidit eam: & quam decebat custodem fraternæ fieri salutis, interfecit fratrem: & quæ debuit tutari aureum uellus, tradidit insidiatori. & rectum quidem historiæ conuenit: est enim planius: inclinatum uero magis certaminibus rhetoricis, coniunctum quoque ad arguendum accommodatius. dissolutum autem perorationibus siue conclusionibus: est enim passiuum, id est affectus animi commouẽs.

De usu.

VSus est quem græci χρείαν uocant, commemoratio alicuius orationis, uel facti, uel utriusq; simul, celerem habēs demonstrationem, quæ utilitatis alicuius causa plerūq; profert. Vsuum autem, alij orationales, alij actiui, alij mixti. Orationales sunt quibus ineſt oratio ſola, ut Plato dicebat muſas in animis ingenioſorum eſſe. Actiui uero in quibus actus ineſt ſolus, ut Diogenes cum uidiſſet puerum agentem indecenter, pædagogum uirga percuſſit. mixti ſi addas percuſſit, dicens, quare ſic erudiſtí? Intereſt autem inter uſum & commemorationes hoc, q uſus breuiter profert. Commemorationes uero quas ἀπομνημονεύματα, græci uocāt, longiores ſunt. à ſententia uero differt, q ſententia indicatiue profertur, uſus uero ſæpe etiam per interrogationem & reſponſionem. Præterea q uſus etiam actu ſolent inueniri, Sentētiæ uero in uerbis tantum. & quoniam uſus habet omnino perſonam quæ fecit uel dixit, Sententia uero ſine perſona dicitur. Traduntur tamen differentiæ uſuum plures à ueteribus. Alij enim ſunt indicatiui, alij interrogatiui. Sed nunc ad inſtans ueniemus, hoc eſt ad operationē & ordinationem, ad uſus pertinentium capitulorum. Diſponendū igitur ſic, primū ut laus breuiter dicatur eius qui fecit uel dixit, deinde expoſitio ipſius uſus, hinc cauſa, ut Iſocrates dicebat, Stirpem quidem doctrinæ eſſe amarum, fructum uero dulcem. LAVS. Iſocrates ſapiens fuit: & p ducis per tempora locum. Poſtea ſequatur elocutio ipſius uſus: non enim oportet nomē ipſum per ſe ponere, ſed latius eam interpretari, deinde à cauſa. Maxima enim factorū per laborem perfici ſolent, perfecta uero afferunt iucunditatem. Deinde utendum à contrario: nam uiliſſimæ rerum non egent labore, & finem terminū habent. Studioſiſſimæ uero res è contrario. Poſt hæc à comparatione. Quomodo enim agricolas oportet laborantes in terra accipere fructus, ſic etiam eloquentes. Deinde ab exemplo. Demoſthenes incluſit ſeſe in ædiculis ad legendum multo labore, poſt accepit fructum coronas, prædicationes. Deinde à teſtimonio, ut Heſiodus quidem dixit, uirtutis uiam aſperam diſ fecere. Alius poeta dixit, laboribus uēdunt dei nobis omnia bona. Poſt omnia inferes exhortationem, q oportet parere illi qui dixit aut fecit. De ſententia.

SEntentia eſt oratio generalem pronuntiationem habens hortans aliquam rem, uel deterrens, id eſt dehortans, uel demōſtrans quale ſit aliquid. dehortans quidem, quomodo in illo Homerico, non oportet per totam noctem dormire conſultorem, & in illo Virgiliano: Heu nihil inuitis fas quenquam fidere diuis. Hortans uero ut in illo, oportet pauperiem fugientem etiam latiſſimum pontum penetrare, & ad ſcopulos inclinare præcipites. Demonſtrans uero qualitatem rei, ut proſpere enim agentes indigni occaſionem accipiunt in ſapientem malefaciendi. Præterea aliæ ſententiarum ſunt ueræ, aliæ ueriſimiles, aliæ ſimplices, aliæ coniunctæ, aliæ ſuperlatiuæ. Vere quidem ut non poteſt inueniri uita hominis carens moleſtia: &, Heu nihil inuitis fas quenq̄ fidere diuis. Veriſimiles autem, ut ſi quis cum malis conuerſat libenter, nunq̄ de hoc bene interrogaui uiro, ſciens qm̄ talis eſt quales illi cum quibus conuerſatur, & una ſalus uictis nullam ſperare ſalutem. Simplices uero, ut poſſint diuitiæ & clementes facere, & quid non mortalia pectora cogis Auri ſacra fames? Coniūctæ, ut non bonū multos eſſe reges, Vnus rex ſit, & obſequiū amicos, ueritas odium parit. Suplatiuæ, ut nihil imbecillius homine terra paſcit, & fama malū quo non aliud uelocius ullū, mobilitate uiget. De operatione

OPeratio uero ſententiæ conſimilis eſt meditationi uſus, de qua ſuperius dictū eſt. Prouenit enim à laude breui eius qui dixit, à ſimplici expoſitione ipſius ſententiæ, à cauſa, à contrario, à comparatione, ab exemplo, à iudicio, à concluſione. Fit autem ſententia exempli cauſa, non oportet per totam noctem dormire uirum multis conſulentē. laudibus igitur eum qui dixit breuiter. Deinde ſimplici expoſitione eloqueris ſententiam, ut non decet uirum in ſumma poteſtate, multis præſidentē, ab occaſu ſolis uſq; ad ortum opprimi ſomno. A CAVSA, debet præſes in curis ſemper eſſe, ſomnus uero curas omnibus aufert. A CONTRARIO, contrarium eſt enim rex & priuatus, & ſomnus, & uigiliæ. Quomodo ergo moleſtum non eſt, ſi priuatus homo per totam dormiat noctem; ſic intolerabile, ſi rex non uigilijs conſulat cuiuſque ſibi parentium ſaluti,

A COMPARATIONE, quomodo eñ gubernatores & ſi cæteri dormiãt, ſoli pro communi uigilant ſalute, ſic oportet imperatores curare pro ſuis. AB EXEMPLO, Hector enim noctu uigilans & curans, ſpeculatorem ad naues Græcoꝝ mittebat Dolonem. AB IVDICIO, ut Salluſtius quoq; hæc comprobat dicens: Sed multi mortales dediti uentri atq; ſomno uitam ſicuti peregrinantes tranſiere. Concluſio uero habet exhortationẽ plerunq;, ut oportet & nos neceſſarias res ſuſcipientes nimia cura uigilijſq; eis cõſulere.

De refutatione.

REfutatio eſt improbatio quam Græci ἀναϲκευὴν uocant rei propoſitæ. Confirmatio uero econtrario comprobatio. Quæ uero planiſſime ſunt falſa, uel uera, nec refutanda ſunt, nec confirmanda, quales ſunt fabulæ Aeſopi, uel hiſtoriæ indubitabiles. oportet enim refutationes de illis rebus fieri, quæ ancipitem adhibent opinionem. Refutandum igitur ab incerto, ab incredibili, ab impoſſibili, ab inconſequente, ab indecente, ab incommodo. AB INCERTO, ut incertum erat tempus, in quo Narciſſum fuiſſe dicũt. AB INCREDIBILI, Incredibile eſt Arionem malis affectum uoluiſſe canere. AB IMPOSSIBILI, Impoſſibile erat Arionem à Delphino ſeruari. AB INCONSEQVENTI, q̃ contrarium dicitur, ut contrarium erat uoluiſſe perdere libertatem eum qui eam ſeruaſſet. AB INDECENTI, indecens erat Apollinem, cum ſit deus uoluiſſe mulieri uim inferre. AB IMCOMMODO, cum dicimus q̃ neq; prodeſt hæc audire: cõfirmes uero à contrarijs.

De loco communi.

LOcus communis exaggerationem habet manifeſtæ rei, quaſi ex argumentationib. iam peractis. Nõ enim quærimus in hoc, an iſte ſacrilegus, uel uir fortis ſit, ſed rei conuictæ & manifeſtæ exaggerationem facimus, cui tamen legibus ſupplicium ſit definitum, uel præmium. Dicitur aũt communis locus, quia conuenit contra omnem (uerbi cauſa) ſacrilegum, uel etiam (ut quibuſdam placet) pro omni uiro forti. Oportet autem ſic progredi per inquiſitionem contrarij, deinde ponere ipſam rem poſt comparationem quam ſequitur ſententia, poſt eam coniecturaliter præteritam uitam crimineris à præſentibus, dehinc amoueas miſericordiam per capitula, quæ finalia dicuntur, id eſt utili, iuſto, legitimo, honeſto & ſimilibus, & per demonſtrationem huius rei actæ. Principia enim in loco communi pure non inuenis, ſed uſq; ad formulam quandam ſeruanẽ. & ut exemplo tibi manifeſtum fiat, ſit locus communis contra ſacrilegum. Principia igitur dicenda ſunt uſq; ad formulam hoc modo: Omnes quidem oportet maleficos homines in odio eſſe uobis iudices, maxime uero eos qui contra deos aliquid audent, ſecundum quaſi principium: Ergo ſi uultis facere ut cæteri quoq; ſint peſſimi, iſti concedite: ſin hoc placet minime, iſtum ſupplicijs afficite meritis. Tertium. uidetur enim reus in periculum duci ſolus, re aũt uera, uos quoq; in diſcrimen extremum uenietis, contemptio enim iuriſiurandi & fidei, religionisq; uiolatio, neſcio an minores habeat ſacrilegio pœnas. Poſthas igiẽ formulas principij anteq̃ in ipſam rẽ ueniamus, de contrario eſt dicendũ, q̃ leges conſtituerunt prudentiſſime, deos aris placari, tẽpla eis deuouerũt, donarijs ornarũt, hoſtijs honeſtauerunt, feſtis diebus redeuntibus celebrauerũt. & inferes etiã approbationem tractando cauſam, q̃ iuſtiſſime has leges conſtituerunt. Deoꝝ enim placatorum prouidẽtia cuſtoditur ſalua reſp. uiolatoꝝ uero proditione corrumpitur. ſic progredere ad propoſitum: Quæ cum ita ſint, iſte quid auſus facere? & exponis rem, non quaſi docens, ſed quaſi exaggerans, q̃ uniuerſæ nocuit ciuitati, & communibus & priuatis rebus, & timendum eſt, ne tale ſcelus conſequatur ſterilitas frugum, ne hoſtium ſuperemur armis, & ſimilia. Poſt hæc ad cõparationes uenies, q̃ homicidis multo eſt iſte peior. Quanta uero ſit differentia, conijcere poſſumus ex læſis: homicidæ eñ contra homines audent. Sacrilegus autẽ in ipſos ſceleratam exercet audaciam deos. Tyrannis iſte ſimillimus, ſed tamen & illis non omnibus, ſed peſſimis omnium. Illorum enim facinus eſt leuiſſimum, q̃ ſacratas diꝝ diuitias auferunt: à maiore uero ad minus comparationes per increpationem inducens, ne minuere crimen uidearis. Non eſt iniquiſſimum furem uel iniurioſum affici ſupplicio, ſacrilegũ uero abſolui? licet autem præteritam eius uitam à præſenti criminari, q̃ à paruis cœpit, & ad hoc peſſimum facinus progreſſus eſt.

Ergo non ſolum ſacrilegum, ſed etiam furem atq; effractorem & adulterum habetis. ex cuties & ſententiam per quã uenit ad tale peccatum. quod nolens ingenue laborare, uel arando cibum acquirere, per ſacrilegia uult diuitias quærere. ſi dicis cõtra ſacrilegum, uel homicidam. Præterea à conſequentibus dicis q̃ per hunc imminuta maieſtas tẽplorum, infamati ſacerdotes, ſegniores ad offerendum ornamenta delubris reddiți ciues. Vtere aũt amotione miſericordiæ. Amouet autem miſericordia finalibus capitulis, id eſt iuſto, utili, poſſibili, decenti, & deſcriptione ipſius iniuriæ. ut, non iſtum mihi attẽdatis qui nunc lachrymat ante ueſtrũ conſpectum, ſed illum contemnentem deos, adeuntẽ fana, euellentem fores, auferentẽ donaria ſacrorum, & poſt omnia perores in exhortationem definens. Quid moramini? quid cogitatis de eo qui iampridem omnibus uidet̃ damnatus?

De laude.

LAus eſt expoſitio bonorum, quæ alicui accidunt perſonæ, uel cõmuniter uel priuatim: cõmuniter ut laus hominis: priuatim uero, ut laus Socratis. Laudamus tamen etiam res, ut iuſtitiam, & muta animalia, ut equum, necnon etiam arbores, & ſemina, & montes & fluuios & ſimilia. Sciẽdum eſt aũt q̃ & laus & uituperatio ſub uno eodemq; genere referuntur demonſtratiuo. q̃ ex ĩſdem locis utraq; proficiſcunt. Quid autem interest inter has & locum communem? Videntur enim in quibuſdam nimium eſſe coniunctæ. Hoc q̃ in loco cõmuni pro uiro forti dicentes eo conſilio dicimus, ut præmium petamus, laus autẽ p ſe teſtimonium uirtutis habet. Loca uero laudis uel uituperationis hæc ſunt: GENS, ut Latinus, Græcus. CIVITAS, ut Romanus, Athenienſis. GENVS, ut Aemilianus, Alcmæonides. Dices autẽ ſi quid naſcendo euenit uiro, uel ex ſomnĩs, uel ex ſignis, uel huiuſcemodi quibuſdam prænũciationibus. Deinde ſequit̃ VICTVS, ut in Achille, q̃ medullis leonum paſtus eſt: hinc EDVCATIO, quo modo eruditus eſt apud Chironẽ. Necnon etiam NATVRA animi, corporiſq; tractet̃, & eorum utrunq; per diuiſionem. Dices eñ de corpore quidem q̃ pulcher, q̃ magnus, q̃ citus, q̃ fortis. De animo uero, q̃ iuſtus, q̃ moderatus, q̃ ſapiẽs, q̃ ſtrenuus. Poſtea laudabis A PROFESSIONIB. id eſt quod officium pfeſſus eſt, philoſophicum uel rhetoricũ uel militare. Omnibus autem eſt exquiſitiſſimum de geſtis dicere, ut militarẽ uitam degens, quid in ea geſſit. Laudabis etiam uel uituperabis EXTRINSECVS, id eſt à cognatis, amicis, diuitĩs, familia, fortunis, & ſimilibus. Præterea etiam A TEMPORE, quantũ uixit, multum uel parum. Vtrunq; enim occaſiones laudis uel uituperationis præbet. Ad hæc EX QVALITATE MORTIS, ut pro patria pugnans, uel ſi quid mirabile in ipſa morte euenit, uel etiam ab eo qui eum interfecit, ut Achilles ab Apolline interfectus eſt, & exquirenda etiam quæ ſecuta ſunt poſt mortem, ſi certamina in eius honorem ſunt celebrata, quomodo Patroclo ab Achille, & Anchiſæ ab Aenea. Si oraculũ aliquod datũ eſt de oſſibus eius, quo modo de Oreſte & Palinuro. SI FILIOS HABVIT LAVDABILES, quo modo Achilles Pyrrhum. Maximã uero occaſionem in huiuſcemodi orationibus ſuppeditant COMPARATIONES, quas pones in quo loco tempus admoneat. Conſimiliter aũt muta quoq; animalia quo modo conuenit, & à loco in quo naſcuntur, laudant̃, à diĩs in quorũ ſunt tutela. ut columba Veneri, equus Neptuno dicit̃ eſſe conſecratus. Præterea dices quo modo paſcit̃, qualẽ habeat animum, quale corpus, quod opus, aut quid utilitatis, quale ſpatium temporis, uitæ: necnon etiam comparatione, & omnibus accidẽtibus locis uteris. Res autem laudes ab inuentoribus, ut uenationẽ Diana inuenit, & Apollo, & ab his qui ea uſi ſunt, ut Heroes uenationibus utebant̃. Maxima autem facultas in huiuſcemodi rerũ laudationibus datur ex cõtemplatione eorum qui eas res affectant, quales ſint tam animis q̃ corporibus, ut uenantes, fortes, audaces, acuti, integri corporibus. Hic non ignores quomodo etiam deos debeas laudare. Similiter arbores à loco in quo gignunt̃, & à deo in cuius ſunt tutela, ut oliua Mineruæ, laurus Apollinis, etiã à paſtu, quo modo paſcunt̃, & id ſi multa cura egent admireris, ſi ſint parua id quoq; laudabis. Dices aũt quõ de corpore ſtaturam, pulchritudinem, pullulationem, quo modo de mali arbore, & quid utile habeat, in quo maxime morandũ. Comparationes aũt ubiq;

assumendæ. Quinetiam urbium laudes ex huiuscemodi locis non difficulter acquires. Dices enim & de genere ꝙ indigenæ, & de uictu ꝙ à deis nutriti, & de eruditione quo modo à diis eruditi sunt. Tractes uero quo modo de homine, qualis sit statura, quibus professionibus est usa, quid gesserit. De comparatione.

COmparatio est uel similium, uel diuersorum, uel minor̃ ad maiora, uel maiorum ad minora collatio. ea usi sumus etiam in cõmuni loco, augentes per comparationem crimina. Assumit̃ tamẽ & in laude & uituperatione eiusdẽ rationis causa: & quoniam tamen doctissimi oratores ea quoq; per se pro exercitatiõe sunt usi, dicamus etiã de hac. Procedentes igit̃ per loca laudationis, comparamus et urbẽ urbi ex qua sunt uiri, & genus generi, & uictum uictui, & professiones professionibus, & gesta gestis, & ea quæ accidunt extrinsecus, & diuersos mortis modos, & quæ eã sunt consecuta. Similiter si arbores comparare uolueris, conferes etiam præsidentia eis numina, & loca in q̃bus nascunt̃, & fructus, & utilitatem, & similia. Res quoq; si compares, dices qui primi eas inuenerint, & eos conferes. Præterea qualitatẽ animi & corporis, idem tibi sit præceptum in reliquis. Sic em̃ uel in omnibus uel in pleriscq; similia ostendimus, quæ comparamus. Est aũt quando alterutrum præponimus cõparando. Est autem quando alterutrum uituperantes, alterutrum laudamus, ut si comparemus iustitiam & diuitias. fit autẽ comparatio etiam ad melius, ut si laudans Vlyssem, comparem illũ Herculi, minorem similem maiori uirtutibus uolens ostẽdere. exigit aũt huiuscemodi locus fortem oratorem & callidum & celerẽ, ut agiles possit sæpe facere transitiones.

De allocutione.

ALlocutio est imitatio sermonis ad mores & suppositas personas accõmodata, ut quibus uerbis uti potuisset Andromache Hectore mortuo. Conformatio uero quam Græci προσωποποιίαν nominant, est qñ alicui rei contra naturam dat̃ persona loquendi, ut Cicero patriæ & reip. in inuectiuis dat uerba. Est præterea simulacri fictio, quam Græci εἰδωλοποιίαν dicunt, qñ mortuis uerba dantur, ꝙ facit Cicero pro Cælio, uerba dans Appio Cæco contra Clodiam. Fiunt aũt allocutiones & finitar̃ personar̃ & infinitar̃: Infinitarũ, ut quibus uerbis uti potuisset ad suos aliquis profecturus à patria. Finitar̃ uero, ut quibus uti potuisset uerbis Achilles ad Deidamiã iam pfecturus ad bellum troianum. Allocutionũ uero quædam sunt simplices, qñ supponit̃ aliquis ipse per se loquens: quædam duplices, quando ad alios loquitur. Per se quidem, ut quibus uerbis uti potuisset Scipio uictor reuertens, ad alios uero quibus uerbis uti potuisset Scipio post uictoriam ad exercitum. Vbiq; autẽ est seruanda proprietas & personarum & tempor̃. Alia sunt enim uerba iuuenis, alia senis, alia gaudentis, alia dolentis. Sunt autem quædam allocutiones passionales, quædam morales, quædam mixtæ. Passionales sunt in quibus passio, id est cõmiseratio perpetua inducitur, ut quibus uerbis uti potuisset Andromache mortuo uiro. Morales uero in quibus obtinent mores, ut quibus uerbis uti potuisset rusticus cum primum aspexit nauim. Mixtæ uero utrunq; habent, ut quibus uerbis uti potuisset Achilles interfecto Patroclo. Habet enim & passionem funeris amici, & morem de bello cogitãtis. sed operatio procedit per tria tempora, & incipit à præsentibus, recurrit ad præterita, & transit ad futura: habet autem stylum suppositis aptum personis. De descriptione.

DEscriptio est oratio colligens & præsentans oculis quod demonstrat. Fiunt aũt descriptiones tam personar̃ q̃ rerum, & tempor̃, & status, & locorum, & multorum aliorum. Personarum quidem, ut apud Virgilium: Os habitumq; gerens & uirginis arma Spartanæ. Rerum uero, ut pedestris prælij uel naualis pugnæ descriptio. Temporum autem, ut ueris, æstatis. Status, pacis uel belli. Locor̃, ut littoris, cãpi, montiũ, urbium. potest aũt & cõmixta esse demonstratio, ut si quis describat pugnã nocturnam, ac simul demonstret & rem & tempus. Cõuenit igitur res quidem describere ab antefactis, & quæ in ipsis eueniũt, uel aguut̃, ut si belli dicamus descriptionẽ, primum quidem ante bellũ debemus dicere delectus habitos, sumptus paratos, timo-

res quę fuerunt,hinc cõgreſſus,cædes, mortes,uictorias,laudes uictorũ, illorũ uero q uicti ſunt lachrymas,ſeruitutẽ. Sin uero loca uel tẽpora uel perſonas deſcribamus, habebimus aliquã etiam narrationẽ,de qua ſupra docuimus,et à bono uel utili uel laudabili rationẽ. Virtus aũt deſcriptionis maxime planities,& præſentia, uel ſignificantia eſt. Oportet eñ elocutionem penè p aures oculis uel præſentiam facere ipſius rei, & exæquare dignitati rerũ ſtylum elocutionis.ſi clara res eſt,ſit & oratio ſimilis: ſin ſummiſſa, huic quoq; aptabit qualitas uerborũ.Sciendum aũt q quidam non poſuerunt deſcriptionem in præexercitamẽtis,quaſi præoccupatam,& in fabula & narratione. In illis eñ quoq; deſcribimus & loca & fluuios,& perſonas & res.Sed quoniã q dam eloquentiſſimorũ eã quoq; tradidere inter præexercitationes,non incõgruum eſt eos imitari.

De poſitione.

POſitio eſt deliberatio alicuius rei generalis ad nullam pſonam certã pertinens, uel aliquam partẽ circunſtãtiæ,ut ſi tractemus an nauigandũ, an ducendum uxorẽ,an philoſophandũ,non addentes cui,ſed ipſam rem p ſe & p accidentia eius requirentes, ut an illa res ſit facienda,quã facientib. ſolet illud & illud accidere, q ſi finitam aſſumamus perſonã,& ſic deliberemus,non poſitio iã,ſed ſuppoſitio eſt,quæ magis ad controuerſias pertinet.Sunt igit poſitionũ,aliæ ciuiles,aliæ priuatæ.Ciuiles quidẽ quæ communibus & ad ciuitatem ptinentibus ſubiacent opinionibus,ut an rhetoricæ dandum ſtudiũ,& his ſimilia. Non ciuiles uero uel priuatæ , quæ ſunt propriæ aliquarũ diſciplinarũ & eas pfitentium,ut an pilæ formã habeat mundus,an multi ſint mundi, an ignis ſit ſol.hæ eñ quæſtiones ad philoſophos ptinent. Nam oratores in aliis ſunt exercitandi.Nominauerũt aũt quidam has actiuas,illas aũt inſpectiuas,ſiue intellectiuas.Hæ enim poſſunt agi,illæ aũt finis eſt inſpectio,ſiue intellectus.Eſt aũt inter locum cõmunem & poſitionẽ hoc,q locus cõmunis conuictæ & manifeſtæ rei eſt exaggeratio.Poſitio aũt dubiæ rei quæſtio.Poſitionũ aũt aliæ ſunt ſimplices, aliæ ad aliquid cõparantur,et duplices uident eſſe.Si eñ dicamus,an luctationẽ exercendum,ſimplex poſitio: ſin uero luctationẽ exercendum an agriculturã,duplex.Oportet eñ ab altero dehortari in alterũ hortantẽ.Diuidunt aũt poſitiones capitulis,quæ finalia nominant,id eſt iuſto,utili,poſſibili,decenti. VT IVSTVM eſt ducere uxorẽ, & q à parentib. accepimus reddere uitæ. QVOD PRODEST. Multa eñ ex nuptiis accidũt ſolatia . QVOD POSSIBILE. A ſimilibus eñ facile poſſum⁹ ducere. QVOD NON DECET more ferarũ degere,hoc modo cõfirmes.Refutes aũt ex contrariis,necnõ etiam incidẽtes obiectiones reprobes.In peroratione uero hortationibus uteris,et communibus omnium moribus hominum.

De legislatione.

LEgis quoq; lationẽ in præexercitationibus ponũt,qñ etiam in negociali, & lationibus legũ,& accuſationibus utunt quæſtione.Differentiã aũt hanc eſſe dicũt,q in negociali circũſtantia eſt, in præexercitatiõe non eſt,ut fert aliqs uendendos eſſe honores,ſine tẽpore,& ſine reliqs circunſtantiæ partibus. Diuidit aũt manifeſto,legitimo,iuſto,utili,poſſibili,decẽti. MANIFESTO, ut apud Demoſthenem eſt, facile eſt id hominibus,diſcere & cognoſcere ſimplicia,& manifeſta eſſe iura legũ. LEGITIMO, ſi dicamus q cõtra ueteres leges. IVSTO, qñ dicimus q & contra naturam & cõtra mores. VTILI, quando dicimus q & nunc,& in futurum lædit. POSSIBILI , quãdo dicimus q neq; poteſt fieri. DECENTI, quando dicimus q εἰς δόξαν βλάπτει.

PRISCIANI CAESARIENSIS GRAMMATICI DE VERSIBVS COMICIS LIBER.

CVm non ſolum Terentius,ſed etiam Plautus,Ennius,Acciusq; & Neuius atq; Pacuuius,Turpiliusq;,& omnes tam tragœdiæ q̃ comœdiæ ueteris latinæ ſcriptores eodẽ metri modo iambici ſint uſi,ut omnibus in locis indifferenter

ponerent quinq; pedes, id est iambũ, uel tribrachũ, uel anapæstũ, uel dactylũ, uel spondeum, absq; postremo loco in quo uel iambũ, uel pyrrhichiũ omnino posuisse inuenierũt. miror quosdam uel abnegare esse in Terentij comœdijs metra, uel ea quasi arcana quædã, & ab omnibus doctis semota, sibi solis esse cognita cõfirmare. Quoꝝ ut uel imperitiæ uel arrogãtiæ uitiũ effugiamus, breuiter de supradictis metris autorũ exponamus, & uetustissimoꝝ testimonijs, etiã metroꝝ usuumq; approbationibus utẽtes. Sciendum igit ꝙ Iambici uersus uel monometri sunt, ex duobus pedibus simplicibus cõiuncti, uel dimetri ex quatuor, uel trimetri ex sex, uel tetrametri ex octo: nã pentametri ex decẽ, & hexametri ex duodecim rarissime inueninũt. Ergo trimetris & tetrametris frequẽter utunt comici, alijs uero raro, & in medio dispersis, pronũciationis rhythmicæ causa & distinctionis. Ideo aũt spondeũ uel dactylũ in secundo uel quarto loco posuerunt, qd inuenerunt etiam apud græcos Comicos uetustissimos, q̃is raro, fieri tamẽ hoc idẽ. Solent aũt latini in multis initiũ aliquod accipiẽtes à Græcis, ab angusto in effusum licentiæ spatiũ hoc dilatare, quomodo fecerunt in sexto casu, secundũ uetustissimos Græcoꝝ grammaticos. sextũ eñ casum illi dicebant ἐμέθεν, σέθεν, ἕθεν, id est à me, à te, à se, quẽ in omnibus casualibus seruauere magistri latini. Similiter impersonalia à paucis græcis accepta λέγετ᾽ ἄδετ᾽, λέγετ᾽ ἀναγένιμ τὸμ κυνικόν. In omnibus ferè actiuis & neutris εἴωθαμ, ᾠλυ, ζῆ. φρονῶ, γηρᾶ. S quoq; cũ rarissime necessitate carminis uim consonantis amittit apud Græcos, ut Homerus in Bœotia:

ἦῶ ἦρχ᾽ ἀσκάλαφον. καὶ ἰάλμενον υἷες Ἄρηος. Item in Iliade:

αἰθαλόεν πεῖσαι δὲ πυρὸς ἀκοίου δύσεσθαι. Item in Odyssea:

nostri tñ cũ licentia, & maxime uetustissimi, subtrahunt eã in metris frequenter. Hoc igit idẽ fecisse arbitror in supradictis metris, ut ꝙ illi rarissime posuerunt, hi frequentissime in iambicis ponerẽt. Sunt tñ q altitudinis causa etiam & pompalitatis, quæ stylo elocutionis cõuenit latinæ (hoc aũt frequẽtia facit dactyli uel spondei, & ut penè dissoluta & pedestri simillima esse uideat personaꝝ sermocinatio) id illos fecisse arbitrant. Trochaicis etiam utunt, plerunq; tetrametris catalecticis, id est quibus una deest syllaba in fine, in quibus omnes iãbicos ponunt in quocunq; loco pedes, cõmixto tñ metro trochaico, in eis plerunq; inuenimus ante finem uersus longã. Sunt tñ & ultra citraq; tetrametro usi trochaico. coꝝ igit exempla proferam, si prius metris de supradictis scripta proponam.

Terentianus de comicis & tragicis uersibus.

Culpatur autem uersus in tragœdijs,
Et rarus intrat ex iambis omnibus,
Vt ille contrà qui secundo & talibus
Spondeon, aut quem comparem receperit:
Sed qui pedestres fabulas socco premunt,
Vt quæ loquuntur sumpta de uita putes
Vitiant iambum tractibus spondaicis,
Et in secundo, & cæteris æque locis,
Fidemq; fictis dum procurant fabulis,
In mẽtra peccant arte, non insciti a,
Ne sint sonora uerba consuetudinis,
Paulumq; rursus à solutis differant.
Magis ista nostri. nam ferè Græcis tenax
Cura est iambi, uel nouellis comicis,
Vel qui in uetusta prælucent comœdia.

Vide Terentianũ quoq; scire, ꝙ nõ penitus caruerint hoc Græci, ut in secũdo & talibus ponerent spondeos uel dactylos, qd ostendit dicendo: Magis ista nostri, nã ferè Græcis tenax Cura est iambi. Asitionius idẽ etiã confirmat his uerbis: Comici poetæ laxius etiam in uersibus suis q̃ tragici, spatiũ dederunt, & illa quoq; loca quæ proprie debebant iambo, dactylicis occupant

pedibus,dū quotidianū ſermonē imitari uolūt,& à uerſificationis obſeruatione ſpectatorē ad actū rei cōuertere,ut nō fictis ſed ueris affectionibus ineſſe uideant. Iubaideo in.ij.&.iiij.&.vi.loco iambos nō recipit,niſi à breui incipiētes,qa in his locis feriunt p coniugationē pedeſtriū metrorū,et uult extrema pars pedū iambicorū celerior eſſe quo modo & ipſi iambi. Accipere aūt ſolet cæſuras duas quas & heroicū,id eſt ſemiquinariam,& ſemiſeptenariā. Erit aūt probabilis iambicus uerſus,& tragœdijs aptus,ſi ſecundum & quartū pedē nō alios feceris q̄ iambos,aut eū qui appellat tribrachus, aut anapæſtus,qm̄ ſunt pares,cacometros aūt ſi aliter. nā primus & tertius & quintus hanc admittunt pmutationis pedis licentiā,cauſa obſcura multis eſt,ſed aperiat à nobis. Nam qm̄ ter ferit hic uerſus,neceſſe eſt ubicū q̄ ab ictu pcuſſionis uacat,morā tēporis adiecti nō reformidet. In primo aūt pede & tertio incipit,& in quinto,ferit in ſecūdo & quarto & ſexto. Attende Iubā quoq; ſcire inueniri quoſdā iambos, in qbus ſecūdus & quartus abſq; obſeruatione ponit,quos cacometros uocant. Idē in.viij. Qui ergo confuderunt,& multiformiter coniugauerūt hoc genus uerſuū,omnibus uel locis indifferēter poſuerūt trochæos,aut pro ſpondeis,aut p dactylis,& hæc eſt quoq; uitioſa cōfuſio,ut

Si quā flagellā iugabis ante putare decet,
Ne reſoluta et uidua ulmus et cornus
agri diſsidium date nysia rura queant. Hac cōfuſione uſi ſunt comici noſtri uſ in trochaicis ſuis,ut indiſcrete dactylos uel ſpōdeos uſ trochæos ponerēt. At illud quoq; ſciendū, q̄ omnes quidē crebris ſynalæphis & epiſynalæphis & colliſionibus & abiectionibus s literæ ſint uſi, ſcandēdo uerſus ſuos. Terentius aūt plus omnibus. Igit in pleriſq; prologis & primis ſcenis trimetris utunt. Plaut. in Truculenti prologo:

Perparuam partem poſtulat Plautus loci
De ueſtris magnis,atq; amœnis mœnibus,
athenas quo ſine architectis conferat. Et in eiuſdem prima ſcena:
Non omnis ætas ad perdiſcendum ſat eſt
Nam,antidū is perdiſcat quot pereat modis,
Neq; eam rationem ea ipſa nūquam edocet Venus. Idē in Milite glo. in.i. ſcena,
Curate ut ſplendor meo ſit clypeo clarior,
Quam ſolis radii eſſe olim,cum ſudum eſt,ſolent,
ut ubi uſus uenīat contra conſerta manu
oculorum præſtringat aciem in acie hoſtibus. Idē in Amphitruonis prologo:
ut uos in uoſtris uoltis mercimoniis,
emundis uendundisque me lætum lucris
afficere,atq; adiuuare in rebus omnibus. In eiuſdem prima ſcena:
Qui me alter eſt audacior homo,aut qui confidentior,
Iuuentutis mores q̄ ſciam qui hoc noctis ſolus ambulem
Quid faciam,ſi nunc tres uiri me in carcerem compegerint. Ecce q̄is prima ſit ſcena,hic tñ tetrametris uſus eſt. Ideo in pleriſq; diximus. Vtit tū in hac ipſa ſcena dimetris brachicatalecticis,id eſt à tribus ſimplicibus pedibus,ut

ita pererre aduenies, & ſimiliter: Qui hoc noctis a portu.

Vel dimetris catalecticis,id eſt,quibus una deeſt ſyllaba,ut ingratis excitauit.
Vel dimetris hypercatalecticis,id eſt quibus una abundat ſyllaba,ut in eodem:

Hoſpitio publicitus accipiar. Vtit etiam monometris,ut in Truculento:
Peſsima mane optime odio es. Similiter Terētius in omni prologo, & in omni prima ſcena trimetris utit,niſi confundant uerſus ſcriptores, ut in Andria:

Poeta cum primum animum ad ſcribendum appulit,
id ſibi negoti credidit ſolum dari
Populo ut placerent quas fecisset fabulas. In prima ſcena:
Vos iſtæc intro auferte,abite. Soſia
ades dum paucis te uolo,dictum puta. In prologo Adelphorū:

Postquam poeta sensit scripturam suam
ab inuisis obseruari, et aduorsarios. In prima scena:
Storax, non rediit hac nocte a cœna Aeschinus?
Neque seruolorum qui squam qui aduorsum ierant. In Eunuchi prologo:
Si quis quam est qui placere se studeat bonis
Quam plurimis, et minime multos lædere. In prima scena eiusdem:
Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem
Cum arcessor ultro, an potius ita me comparem. In Heautontimorumeni prologo:
Ne cui uostrum mirum sit cur partes seni
Poeta dederit, quæ sunt adolescentium. In prima scena eiusdem:
Quanq; hæc inter nos nuper notitia admodum est
inde adeo quod agrum in proximo hic mercatus es. In Hecyra idem:
Hecyra est huic nomen fabulæ. hæc cum data est noua
Nouum interuenit uitium et calamitas. In prima scena eiusdem:
Per pol quam paucos reperias meretricibus
Fideles euenire amatores Syra. In Phormione idem:
Postquam poeta uetus poetam non potest
Retrahere a studio et tradere hominem in otium. In prima scena:
amicus summus meus, et popularis Geta
Heri ad me uenit, erat et ei de ratiuncula.

Item tetrametro in multis utitur iambico scenis, ut in Andria:

Mirabar hoc si sic abiret, et heri semper lenitas.

Dimetro quoq; distinctionis causa usus est per medium.

Verebar quorsum euaderet. Post quem iterum posuit tetrametros:
Qui postquam audierat non datum iri filio uxorem suo,
Nunquam cuiquam nostrum uerbum fecit, neq; id ægre tulit. Similiter:
enim uero Daue nihil loci est segnitiæ, nequc socordiæ
Quantum intellexti modo senis sententiam de nuptiis.

Nec soli comici huiusmodi usi sunt iambicis, sed tragici uetustissimi, ut Enni⁹ in Medea:

utinam ne in nemore pelio securibus
Cæsæ cecidissent abiegnæ ad terram trabes.
Neue inde nauis inchoandæ exordium
Coepisset, quæ nunc nominatur nomine
argo quia uecti argiui delecti uiri
Petebant illam pellem inauratam arietis
Colchis imperio regis peliæ per dolum,
Nam nunquam hera errans mea domo efferet pedem.

Accius in Argonautis ex persona pastoris qui primus uidit nauē Argo:

Aut forte Triton fuscina euertens specus
Subter radices penitus undanti in freto
Molem ex profundo saxeam ad cœlum uomit.
Fremebunda ex alto ingenti sonitu et spiritu,
Præ se undas uoluit, uertices ui suscitat,
Ruit prolapsa, pelagus respergit, reflat. Idem in Persidis:
Satis ut quem cuique tribuit fortuna ordinem
Nunquam ulla humilitas ingenium infirmat bonum. Idem in Phœnissis:
Sol qui micantem, candido curru, atque equis
Flammam citatis feruido ardore explicas
Quique natum aduerso augurio, et inimico omine
Thebis radiatum lumen ostendis tuum. Idem in Telepho:
Quantam tyndareo gnata, et Menelai domus,

Mōlem ēxcĭtārĭt bēllī,pāstōrq; īllĭus.

Turpilius quoq; in ſuis comœdĭis idem facit,ut in Lyndia,

Prŏfĕcto ūt quīſquĕ mĭnĭmō cōntĕntus fŭĭt
ĭtă fōrtūnātām uītām dūxĭt măximē
ūt phĭlŏſŏphi āiūnt,ĭſtī quīduīs săt ēſt. Idem in Epiclero:
Quæſo ædĕpōl quō āntĕ lūcēm tē sŭbĭtō răpĭs
Hĕrĕ cūm unō pŭĕrō? Nĕquĕo ēſſe ĭntūs Stĕphănĭo
Quĭd ĭtă? Præ ut sŏlent mē cūræ sōmnō sēgrĕgānt,
Fŏrāsquĕ nōctĭs excĭtāt sĭlēntĭō.

Idem in eodem tetrametris utitur,

Cūrrēndō sīc ēſt,sīc dătūr nĭmĭūm ŭbī sŏpōrī sĕruĭās,
Pŏtĭūs quām dŏmĭno,ĕt ŭbī sĕuēro ĭmpĕrĭō quæ ĭmpĕrātă sūnt.

Terentius trochaico mixto uel confuſo cum iambico utitur in ſermone perſonarum, q̄ bus maxime imperitior hic conuenit,quem puto ut imitetur hanc confuſionem rhyth morum facere. Sunt autem trimetri ac plus minusq;. & habent penultimam uerſus ſyllabam in quibuſdam longam & in quibuſdam breuem,ut in Andria:

ădhūc ārchīllīs quæ āſsŏlēnt,quæq; ŏpŏrtēnt
Signa ēſſe ād sălutēm ōmnĭa huīc ēſſĕ uĭdĕo.
Nūnc prīmūm făcĭſtæc ūt lăuēt,pōſt deĭnde
Quŏd iūſsī dărī bĭbĕre.ēt quāntūm ĭmpĕrāuī dăte.

Hæc ſequitur dimeter catalecticus finiendi ſermonis cauſa quem ad Archillida habuit.

Mŏx ĕgŏ hūc rĕuĕrtăr.

Similiter Plautus in Truculento eodem metro uſus eſt in ſermone ancillæ Aſtaphĭj.

ād fŏrēs āuſcūltāte,ātq; āſsĕruāte ædēs,
Nĕ quĭs āduēntōr grăuĭŏr ăbĕăt ātq; āduĕnĭăt,
Nēu quīs mănūs āttŭlĕrĭt ſtĕrĭlēs ĭntro ād nōs
Grăuĭdās fŏrās ēxpōrtĕt,nōuī ĕgŏ hominūm mōrēs.

Turpilius in Lyndia nautæ perſonam inducit hoc metro loquentem,

Dĭāduĕnĭēntēm pĕrdānt hīc quĭdēm nōs pĕrdĭdĭt:
Fāctum ēſsĕ dĭem hĭnc quārtum hŏdĭe ĭtĕrānt,ĭtă cōnuēntūm.

Cicero quoq; in .iĳ. Tuſculanarum Euripidis iambos transferens in locis paribus tam dactylos q̄ ſpondeos ſæpe ponit,ut

Nĕquĕ tām tĕrrĭbĭlĭs ūllă fāndō rătĭo ēſt,
Nēc fŏrs nĕc īră cælĭtum ĭnuēctūm mălŭm
Quōd nōn nătūra hūmānă pătĭēndō fĕrat.

His igitur exemplis facillime diligentes omnium poſſunt comœdiarum metra cōprehendere,& uerſus ſi quos imperitia ſcriptorum confudit ad integrum reſtituere muſicæ locum. Neceſſarium autem eſſe duximus multo exquiſita labore inuĕtaq; exempla diuerſoꝝ nominatiſſimoꝝ Græciæ autorum:quoꝝ quædam etiam Heliodorus protulit metricus,& Ephæſtion,ſubĳcere, ut oſtendamus non imperite,ſed ſcientiſſime hoc quoq;,& ad illoꝝ imitationem autorem feciſſe noſtros. Heliodorus metricus ait, ἱππώναξ πολλὰ πρέβκ τ ὡρισμένων ἐν τοῖς ἰάμβοις,hoc eſt Hipponax multa præterĳt,id eſt prætermiſit præfinita in iambicis. Hipponax in primo: ἑρέω γὰρ οὕτω κυλλήνιε μαιάδ᾽ ὦ ἑρμῆ. Iſte enim uerſus cum ſit choriambus,in quarto loco & in quinto habuit dactylos, cum in utroq; debuerit à breui incipiens pes poni. In eodem: τοὺς ἄνδρας τούτους. Iſte iambicus habet in ſecundo loco ſpondeum, & in quarto dactylum. Pindarus teſte Heliodoro ἀντέσχεφεν, hoc eſt conuertit rhythmum iambicum,hoc modo: πεπρωμένην ἔδικεν μοῖραν μεταβαπεῖν ἀμφοφθόρον, οὐδ᾽ ἔσεται καπεζρύη. In ſecundo iambo pyrrhichium ſecundum & trochæum,& quartum ſpondeum poſuit. Idem:

ξοχὸν μέλος αἰδὲ χείρωνος ἔντοαμ. hic iambus in.iiꝫ.trochæũ habet,& in.iiiꝫ.ſpondeũ.Idẽ αἴνιγμα πᾶθένυ δὴ ἀγρίαν γνάθωμ.hic.iiiꝫ.loco ſpondeũ poſuit. Idẽ: ὦνδ᾽ ἀσκίοισιμ πατρὸς ἥμ. In hoc quoq; iambico trochæũ in tertio loco poſuit,& in.iiiꝫ.ſpondeũ. Idẽ: ᾄσδεμ πρὸς αὐτέωμ. hic ſimiliter in.iiiꝫ.loco ſpondeũ habet.Itaq; puto Horatium ꝓpter huiuſmodi uerſus Pindaricos dixiſſe in.iiiꝫ Carm. Cum per audaces noua dithyrambos

Verba deuoluit numerisq; fertur Lege ſolutis.

Anacreon teſte Heliodoro: ὀξᾶμ,ἀεὶ μὴμ πολλοῖσι δὲ μέλῃς. Hic iambus quartũ ſpondeum habet.Eupolis Βάπταις,cũ in alꝫs iãbis eiuſdẽ fabulæ recta eſt obſeruatiõe metroꝝ uſus, hos tñ poſuit in fine habẽtes ſpondeos, ἀνόσια,πάχω ταῦτα ναὶμὰ τὰς νύμφας. In principio eñ trochæũ poſuit,quẽ imitans Sophocles teſte Seleuco, ꝓfert quædã contra legẽ metroꝝ,ſicut in hoc: ἀλφεσιβοίαμ ὁ γεννέτας πατρὸς.Hic quoq; iambus à trochæo incipit. Simonides & Alcmæon in iãbico teſte Heliodoro,nõ ſolũ in fine ponunt ſpondeũ,ſed etiã in alꝫs locis. Simonides in Epartemiſio naumachia in dimetro catalectico: ἐβόμβησεμ θάλασσα.in ſecũdo loco ſpondeũ poſuit: ἀντέσχεφεμ δ᾽ ἑαυτῷ ἀποξέπυσαμ κήρας.Alcmæon aũt in prima catalecticũ trimetrũ fecit habentẽ in quarto loco, modo iambũ,modo ſpondeũ,ſic νεομόνῳχε πᾶθένοις ἀῖδεμ ἢ ναὸς ἀγνᾶς εὐπύργω θεραπαίνας.In quarto loco ſpondeũ habet.ſimiliter, χέρσονδε κωφὸν ὦν φύκεσι πιτνᾷ. Quarto loco ſpondeũ poſuit: nã φι ꝓducitur teſte Heliodoro q ait, Simonidẽ hoc frequẽter facere. Idẽ oſtendit Pindarũ etiã triſyllabos in fine uerſus poſuiſſe: νόμωμ ἀκόντες θεόδμητον κελάδομ. Ecce in hoc iãbo in fine tribrachũ poſuit,q nec cõcatenatus eſſe poteſt cũ conſequẽte,quippe in conſonantẽ deſinens.Similiter Bacchylides: χρυσὸμ ἐροῦ πολίεσσιμ ἀνύῃ καθαρὸμ. hic quoq; iãbicus in fine tribrachũ habuit.Hipponactem etiã oſtẽdit Heliodorus iãbos & choriãbos confuſe ptuliſſe: ἔρμα φιλέρασε κελαδεῦ κυλλήνιε,ἐπεύχομαί τοι,κάστα δὲ κακῶς ῥίπτω. nã ῥίπτω ſpõdeus eſt. Ephæſtion quoq; metricus oſtẽdit comicũ epionicũ ſpondeos paribus locis habentẽ iambicaꝝ συζυγιῶν,id eſt coniugationum,ut eſt apud Eupolim in fabula quæ dicit χρυσοῦς: γένος ὃ κακίστη πόλῃ πᾶς ὤνασας κλέων ἔφορος ὡς εὖ αἵμων πρόπερόν γε σὺ νῦν τε μᾶλλον ἔσῃ. Idẽ: ἔδῃ πρῶτον μὲν ὑπάρχῃ πάντων ἱστορίαν πῶς οὖν,οὐ κἄνλῃς ὅμιλον χαίροι τοι αἴδε πόλῃς ἥν ἥξεσι πάνυ δ᾽ ὦν ζωὸς κακῷ γε τὴν ἰδέαν. Hi omẽs locis paribus ſpõdeos habent.

COMMENTARIVM RVFINI V. D. GRAMMATICI ANTIOCHENSIS IN METRA TERENTIANA.

EVanthius in cõmentario Terentꝫ de fabula,hoc eſt de comœdia ſic dicit: Concinna argumento,cõſuetudini cõgrua,utilis ſentẽtꝫs,grata ſalibus,apta metro. & poſtea ſic: Veteres & ſi uſi ipſi quoq; metris negligentius iãbici uerſus dũtaxat in.ꝫ.&.iiiꝫ.loco,tñ à Terẽtio uincunt reſolutione huius metri quantũ poteſt cõminuti ad imaginẽ proſæ orõnis. Aſper in cõmentario Terẽtꝫ ſic:hoſce uerſus agere cœpiſſet: ĭtă nĕ pătrĭs ăĭs ăduēntūm uĕrĭtum hĭnc ăbīſſĕ dŏmūm.

Et deinceps quæ ſequunt quadrati. Diomedes ſic: Septenariũ uerſum Varro fieri dicit hoc modo,cum ad iambum triſyllabus pes additur,& fit tale:

Quĭd īmmĕrēntĭbūs nŏcēs? quĭd īnuĭdēs ămīcīs? Similiter in Terẽtio uerſus eſt:

Nām sī rĕmīttānt quīppĭām Phīlūmĕnæ dŏlōrēs. Et in Plauto ſæpe tales repiunt. Varro de lingua latina ad Marcellum ſic: Quare in huiuſmodi locis poni oportet notam in tranſuerſum inter ſyllabas,frequentius ad extremum uerſum,ſenarium & ſimiles, ſi prolonga breuem habebunt,ut in hoc:

ămīcūs sūmmūs mĕūs ēt pŏpŭlārīs Gĕta. Chariſius ſic: Septenariũ uerſum fieri dicit Varro hoc modo, cum ad iambum triſyllabus pes additur,ut præfatum eſt. Baſſius ad Neronem de iambico ſic dicit: Iambicus aũt cum pedes etiam dactylici generis aſſumat,definit iambicus uideri,niſi percuſſione ita moderaueris,ut cum pedem ſupplodis,iambicum ferias,ideoq; illa loca percuſſionis non recipiunt aliũ q̃ iambum, & ei parem tribrachum,aut ſi alterius exhibuerint metri ſpeciem,quod dico,exemplo faciã illuſtrius. Eſt in Eunucho Terentꝫ ſtatim in prima pagina hic uerſus trimetrus,

exclusit,reuocat,redeam? non si me obsecret. hūc incipe ferire,uideberis herou habere inter manus ad summā paucis syllabis in postremo mutatis,totus erit herous:

Exclusit,reuocat,redeā? nō si mea fiat. Ponā dubiū secūdo loco pedē, ppius accedā.

Hēros ātrīdes cælitūm tēstor fidem. Varro in.vñ.

Clausulas quoq primum appellatas dicunt q clauderent sententiā,ut apud Accium,

An hæc iam oblíti sunt Phryges? Nonnunq ab his initiū fit,ut apud Cæciliū:

Dī bonī quid hōc? Apud Terentium: Discrucior animī.

Idem Varro in eodem libro.vñ. de lingua latina ad Marcellum sic dicit: Aut in extremum senarium totidem semipedibus adiectis fiat comicus quadratus,ut hic:

Herī aliquōt adolescentulī cōmūs in prætēo. Trimetros uersus iābicos Terentiū & Plauti & cæteroꝝ comicoꝝ & tragicoꝝ M. Tullius senarios dicit & nominat. Quintilianus etiā trimetros senarios nominauit. Et Flauius Caper in artibus suis trimetro suersus iambicos Terentiū senarios appellauit. De metris Terētiū & Plauti & cæteroꝝ comicoꝝ & tragicoꝝ Victorinus sic dicit: Quantum aūt ad uersum comi cum spectat,ut paululū euagemur, scio plurimos affirmare terētianas uel maxime fabulas metrū ad disciplinam græcaꝝ comœdiaꝝ non custodisse,id est quas Menander, Philemon,Diphilus,& cæteri ediderunt. Nostri em in modulandis rhythmis seu metris,ueteris comœdiæ scriptores sequi maluerunt,id est Eupolim,Cratinū,Aristophanem. prologos itaq & primaꝝ scenaꝝ actus trimetris cōprehenderunt,deinde longissimos,id est tetrametros subdiderunt,q appellant quadrati,postea in sequentibus uari auerūt:modo em trimetros,modo addito quadrante uel semisse posuerunt,id est semi pede adiecto,uel integro pede iambo uel sesquipede,hæc p medios actus,uarie rursus in exitu fabulaꝝ quadratos,quales diximus in secūda scena locauerunt. Sed idē quadrati legitimi cū .xvi. syllabis iuxta ius propriū cōstare debeant, plerunq inueniunt .xx. aut amplius syllabaꝝ, hinc existimant metrū non tenuisse,nec sua lege cōposuisse. Qd uero ad clausulas,id est minuscula cola ptinet, quot genera uersuū sunt, totidē mēbra p clausulis poni possunt. & solent in cantícis magis q diuerbiis quæ ex trimetro magis subsistūt collocari,& præcipue apud Plautū & Neuiū & Afraniū. Nam hi maxime ex omnibus mēbris uersuū colis ab his separatis licēter usi reperiunt in clausulis. Idē Victorinus in alio loco de iābo sic dicit: Improbat aūt apud tragicos uersus ex omnibus iābis cōpositus: nam quo fit amplior,& par tragicæ dignitati, interponūt frequentius locis duntaxat imparibus pedū dactyloꝝ moras & spōdeum. Similiter apud comicos laxius spatiū datū est:nam & illi loca quæ proprie debent iambis,spondeis occupant, dactyloq & anapæsto locis adæque disparibus. Ita dum quotidianū sermonē imitari nituntur, metra uitiant,studio nō imperitia, qd frequētius apud nostros q apud Græcos inuenies. Genera aūt iambici metri sunt duo:nā ex iis alia integra,alia clauda quæ scazonta seu choliamba uocant,sunt: quoꝝ differentiā penultima uersus syllaba demonstrabit. Nam si breuis contigerit,erit rectum & integrum iambicum,ita

Vīgōris āddē cōncitūm pedem. Sin uero longa, delumbe & claudū,ut est:

Nouitāte ductus nōn est īnsciūs lēgis. Lē longa quæ penultima reperit, metrū corrumpit, huius repertor Hipponax. nam p iambo inductis trochæis contra legē tri metri iambici,metrum innouauit,qd adæque ex spondeo contingit.

VERSVS RVFINI GRAMMATICI DE METRIS TERENTII ET PLAVTI ET ALIORVM.

AGnoscit metrum,seruatq Terentius artem,
Nam prologos trimetro didicit componere uersu,
Scenaꝝq actus primos pede claudit eodem. Vt sunt hi uersus prologi:
Pōēta cūm primum ānimum ād scribendum āppulit,
īd sibi nēgōti crēdidit sōlum dari
Popŭlo ūt plācērent quās fecīsset fābulas,

Vos istæc intro auferte, abite. Sosia
adesdum paucis te uolo. Dictum puta.

Tetrametros sequitur quem finxerat ille Boiscus. Quales sunt isti uersus,

Mirabar hoc si sic abiret, et heri semper lenitas.

Qui post hunc sequit dimeter est, id est quatuor simplices pedes habet.

Verebar quorsum euaderet.

Item tetrametri similes hi de iambo:

enimuero Daue nihil loci est segnitiæ, neque socordiæ.

Trochaicum archilochicum unde fieri dicunt metrum.

Creticon Archilochus supra caput addit iambum. Quales sunt isti:

Dii boni, boni quid porto,
Sed ubi inueniam Pamphilum?
Lætus est nescio quid.
Nihil est, nondum hæc rescisti mala. De iambo Hipponactico,

Vltimus amphibrachis uelocem claudit iambum
Aut bacchius erit finis discrimine nullo.

Vtitur Hipponax hoc metro sæpius autor. Quales sunt hi uersus:

Ne forte imprudens faciam quod nolim, sciens cauebo.
Nam si remittant quippiam Philumenæ dolores.

Legitimum interdum sub scenis ponit iambum.

obsequium amicos, ueritas odium parit.

Vtitur his Plautus metris & mille poetæ.

De pedibus quibus hæc consistunt metra notabis:
Dactylus aut spondeus inest uel cursor iambus,
Aut anapæstus erit, positi discrimine nullo
Partibus in quinis: nam post celer extat iambus,
Pyrrhichius ue citus, finem concludere possit. Vt sunt hi tales:

exclusit, reuocat, redeam? non si me obsecret.
Quod plerique omnes faciunt adolescentuli.

De nomine uero talium uersuum siue metrorum:

Græcus apamphænonta solet memorare poeta,
Immanifesta uocant hæc carmina uoce Latini.
Hunc trimetrum ueteres Graij cognomine dicunt,
Quod pedibus iunctis hunc scandere sæpe solebant.
Ponitur aut scazon, spondeum finis habebit. Quales sunt isti:

Nec fonte labra prolui caballino.
Nec in bicipiti somniasse Parnasso. De metris comicis,

Tetrametros trimetrosque capit comœdia uersus.
Tetrametrum primus fertur posuisse Boiscus,
Creticon Archilochus, trimetro superaddidit ingens,
Amphibrachum trimetro Hipponax supponit iambo.
Fulserat hac Plautus, pulcherque Terentius arte.

Terentianus de iambis fabularum sic dicit:

Culpatur autem uersus in tragœdijs,
Et rarus intrat ex iambis omnibus,
Vt ille contra qui secundo & talibus
Spondeon, aut quem comparem receperit,
Sed qui pedestres fabulas socco premunt,
Vt quæ loquuntur sumpta de uita putes,
Vitiant iambum tractibus spondaicis,
Et in secundo, & cæteris æque locis,

Fidemq; fictis dum procurant fabulis,
In metra peccant arte,non inscitia,
Ne sint sonora uerba consuetudinis
Paulumq; rursus à solutis differant.
Magis ista nostri:nã ferè Græcis tenax
Cura est iambi,uel nouellis comicis,
Vel qui in uetusta prælucẽt comœdia.
Aristophanis ingens emicat sollertia,
Qui sæpe metris multiformibus nouus
Archilochon arte est æmulatus musica.
Sisenna in commentario Pœnuli Plautinæ fabulæ sic,
Halonum Pœni dicunt deum,& producenda syllaba metri gratia exigit iambus.
Scaurus in commentario Plauti in Pseudolo dicit:
Malai διαίρεσις metri causa. Scaurus in eadem fabula sic:
Nunc iam,Iam diuisit in duas syllabas metri causa. Sisenna in Rudente sic:
Fuit extente prima syllaba metri causa.& postea sic,
Habiliore metro usus est,ut solet in mulierum oratione. Postea sic:
Latronem producit metri causa. Idem Sisenna in Amphitruone sic:
His quatuor generibus quintum accedit.
De genere uersuum qui non sunt uniusmodi. Idem Sisenua in Captiuis sic:
Hic ornatu S literam metri causa misit. Idem Sisenna in Aululatia sic:
Hæc scena anapæstico metro est, sed concisa sunt,ut non intelligas.
Iuba in libro quarto sic dicit:
Iamborum itaq; exempla quæ maxime frequentata sunt subdidi.
πάπες λυκάμβα, ποῖον ἐφράσω τόδε ἄναυδος ὁ πεντήκοντα θυγατέρων πατήρ.

Videre non uult cælum Panætius.
Misera marino quæ tumida in littore
Vallis per imas amne labens cœrulo
Armiger huda pede uago littora petens
Cœrula,non aliter superans liquida malitiæ.
παρὰ σοφῦ μεμάθηκ' ἐγὼν ὅσα τήσαμ κατάνδοι.
Rape faces,cape puer soporabit cane melis. In alio loco sic:

Iambicũ metrũ nõ ex solis iambis conscribit,sed quinq; suscipit pedes,id est iambũ,tribrachũ,anapæstũ,dactylũ,& spondeũ,hoc est iambũ et spondeũ & solutiones eorũ. s. ex iambi solutiõe tribrachũ. Nã si sequẽtem longã syllabã in duas breues soluas,fiet de iambo tribrachꝰ.Spõdei aũt solutiões duas,dactylũ & anapæstũ. Nam si prior syllaba spondei soluat in duas breues,fiet anapæstus:si uero secũda,fiet dactylus. Vnde dat intelligi,iãbica metra de iambo & spõdeo fieri,& de eorũ solutionib. De choliãbo sic:
Est autem procerítas eiusdem uersus qui unius pedis differentia nomẽ amittit. nam q; sexto loco,q locus par est ,non iambus,sed spondeus uel trochæus accipit,et à longa incipit syllaba, claudum carmen facit,& choliambicum nominat,ut est ὦ κλαζομψίοι βάπαλὸν κατέκτεινεν ἀκόσας ἱππόνακτος οὐ πραμνίκου.
O quæ tenerulæ comparis tenes crinem
Seu des in ista ueia latet fossa. Quod aũt binis pedibus & nõ singulis scandit,uetus institutũ est.quippe Herodotus antiquus historiæ autor,cũ de heroico diceret uersu, quẽ singulis partiri pedibus moris est,ita dixit, ἦ σφὶν ἱππίθυια φάσω ἄλυσιν.
Vnde apparet heroicũ singulis pedibus scandi etiam apud ueteres solitũ, iambicũ aũt binis.idem aũt ait, cum de Archiloco Pario refert, qui Gygæ fabulã optime cõplexus est ita, γίγνεσθον Ἀρχίλοκος πάριος ἡνίκ' ἂν τὸν αὐτὸν χρόνον γεγονώς, ἐπήνεσεν ἰάμβῳ βιμέσῃ.
Meminit aũt uersus eius Herodotus,quẽ applicui

ὥμοιτ᾽ ἀρχυρέᾳ τῶ πολυχρύσου μέλει.

Et hactenus de catalectico trimetro dictum. De octometro Boiſco idem ſic dicit.

Octometrum catalecticum quod appellat Boiſcum. Βοίσκος ὁ ἀπὸ κυζικοῦ πανυ γραφεὺς ποιήματος, ὃ ὀκτάπουν εὑρὼν στίχον φοίβῳ τίθησι δῶρον.

Boiſcus is de Cyzico noui reptor carminis: nã prim⁹ uerſum octono pede deo dicauit.

Firmianus ad Probũ de metris Comœdiarum ſic dicit: Nam q̃ de metris Comœdiarũ requiſiſti, & ego ſcio plurimos exiſtimare Terentianas uel maxime fabulas, metrum nõ habere comœdiæ græcæ, id eſt Menãdri Philemonis Diphili, qui trimetris uerſibus cõſtant. Noſtri enim ueteres comœdiæ ſcriptores, in modulandis fabulis ſequi maluerunt Eupolim, Cratinum, Ariſtophanẽ. Prologos igitur & primarũ actiones trimetris comprehenderũt, deinde longiſſimos, id eſt tetrametros ſubdiderunt, qui appellantur quadrati, in conſequentibus deinceps uariauerunt. modo enim trimetros, modo addito quadrãte uel ſemiſſe poſuerũt, id eſt uel ſemipede adiecto, uel integro pede iambo, uel ſeſq̃ pede, hæc per medios actus. Varie rurſus in exitu fabularũ quadratos, quales diximus, in ſecunda ſcena locauerũt. Sed ĩdem quadrati legitimi cum. xvi. ſyllabis iuxta ius proprium conſtare debeant, tamen plerunq̃ fiunt. xx. aut amplius ſyllabarum, hinc putãtur metro carere, nec lege ulla cõtineri. Menſuram eſſe in fabulis, hoc eſt μέτρου, Terẽtij & Plauti, ac cæterorũ comicorum & tragicorũ dicunt hi, Cicero, Scaurus, Firmianus, Varro, Victorinus, Cæſius Baſſus, Terentianus, Cæcilius Vindex, Siſenna, Cinna, Diomedes, Albinus, Quintilianus, Soſipater, Chariſius, Helenus, Aſper, Flauius, Caper, Aruntius, Probus, Plinius, Euanthius ſacerdos qui & Donatus, Iuba.

Hæc ego Rufinus collegi mente benigna,
Diſcipulisq̃ dedi munera pulchra libens.

Verſus Rufini clariſſimi literatoris de compoſitione, & metris oratorum.

Muſigenæ numeros uates & metra ſequuntur,
Orator numeros, hæc illi maxima uirtus,
Ne uagus errando laudandam neſciat artem.
Rhetoras Auſonios & graios dactylus armat.
Dactylus armauit Ciceronem, armauit iambus
Spodeusq̃ grauis, numeroq̃ aptiſſime pæan.
Temporibusq̃ pares, quamuis & ſyllaba creſcat.
Continuos fugito multos (fit uerſus) eoſdem.
Optimus orator ſequitur ratione poetas.
Cognatus uirtute ſua, metrunq̃ recuſans.
Hic quoq̃ uult numeris uoces frenare uagantes.

Item ſic:

Doctus Ariſtoteles pæanem laudat utrunq̃
A` longa incipiens, primordia pulchra locabit,
ăſpĭcĕrĕ ut uerbum eſt, contrarius illĕ sŭprĕmŭs.
Tullius hunc laudat, cui ſit penultima longa
ĕſsĕ trochæus adeſt, uidĕātŭr, tertius ille
Quem pæana uocat, muſis deuota uetuſtas,
Hic membris melior noſtris cui tertia longa.

Verſus eiuſdem de numeris & pedibus oratorum:

Rhetoricas pulchre ſtructuras dochimus ornat,
Principium bacchius erit, concludet iambus,
Aut uice mutata nomen mutabitur uni.
Primus iambus erit, cum finem creticus explet,
Prima breuis, longæq̃ duæ, breuis, ultima longa,
Exemplumq̃ artis dabitur res publica nobis,

Quam Cicero casu genitiuo ponere gaudet.
Hoc pede compositio laudatur fama pedestris,
Vt docet Ausonius orator Tullius ingens.
Omnibus iste locis numerumpes efficit aptum.
Longa breuem sequit̃,longam breuis,adhꝛce longam,
Syllaba prima breuis cum syllaba longa secunda,
Tertia longa,breuis quarta, productaq; quinta
Tullius orator,ceu multi dochimon ornat.
Item sic:
Creticus,atq; trochæus erit qui claudere possunt.
Aut spondeus inest nullo discrimine finis.
Aut uice mutata nomen mutabitur illis.
Principioq; trochæon habes,in fine molossum.
At finis bacchius erit,breuis ultima claudet.
Longa sit an ne breuis,nullum discrimen habetur.
Vt solet in metris doctus componere uates.
Aut Asiæ numeris pulcher, bis fine trochæus.
Sed magis erigitur spondeo clausula fortis.
Hanc docet eloquium summi Demosthenis artem.
Item Rufini sic:
Spondeo narrare solent, tibi rhetores acta,
Quod grauis & tardus,res gestas mentibus affert,
Dactylicis certant pedibus,qui currere possunt.
Dicimus egregios Theopompi more labores,
Et uitam insignem laudamus Isocratis arte,
Hic stylus historiꝛs,hic laudibus aptior hæret.
De ambitu siue circuitu quẽ græci περίοδον dicũt.
Dicere musa iubet,me dicere iussit Apollo
Circuitum orator quot mẽbris reddere debet,
Vos Phœbi comites animis hæc condite uestris,
Et memores doctis componite mentibus artem,
Non unum natura dedit nos ferre laborem.
Legibus alternis,quæ pulchras iunxerat artes.
Quattuor è membris plenum formare uidemus
Rhetora circuitum,sic ambitus ille uocatur,
Quattuor ex metris hunc uersibus aspicis æquum.
De genere Iudiciali.
Iudiciꝛs pæona refert tibi Tullius aptum.
De genere deliberatiuo.
Si quis rem dubiam deliberat armat iambus.
Dactylus his causis tibi dicitur aptus utrisq;.
De Theophrasto idẽ Rufinus metro sapphico sic:
Rhetoras pulchros Theophrastus ornat,
Membra dispergens bona dithyrambi
Fusa per artes,anapestus idem,
Floret in arte.
Longior fluxit numerus per artem,
Quem dedit nobis anapestus ille.
Hinc pedes claros loca dithyrambi,
Rhetores aptant.

Cicero de numeris oratorijs sic dicit:

Insistit autem ambitus modis pluribus, è quibus unum est secuta Asia, maxime qui dicho reus uocatur, cū duo chorei extremi sunt, id est è singulis longis & breuibus. Explanandum est enim quod iam ab alijs ijdem pedes alijs uocabulis nominantur. Sed in orationis numero, nihil est tam uitiosum q̄ si semp est idem. Cadit autem per se ipse ille præclare, quo etiam satietas formidanda est magis. Quintilianus in arte de numeris & structura Demosthenis sic dicit: Nam eo fit ut Demosthenis seuera uideatur compositio, τοῖς θεοῖς ἔυχομαι πᾶσι ηϕὴ πάσαις, & illa: Quod ab uno, quod sciam, Bruto minus probatur, cæteris placet, κᾶν μήπω βαλλοίμιλω ἀυτὸ ζῆμ. Idem in alio loco sic: Talia sunt Demosthenis πᾶσι ηϕὴ πάσαις ηϕὴ πᾶσιμ ὑμῖμ. Et penè totum principium. In alio sic: Est & dochimus qui fit ex bacchio & iambo, uel ex iambo & cretico, stabilis in clausulis & seuerus. Spondeus quoq;, quo plurimum est Demosthenes usus. Diomedes sic dicit in lib. ij. artis suæ: Igit̄ spondeus è duabus syllabis longis aptus est clausulis, qualibus maxime Demosthenes utit̄, πᾶσι ηϕὴ πάσαις ϕ̄ πᾶσιμ ὑμῖμ. Habet enim graues sonos, finemq; sensus, & clausulæ firmas sedes constituit, ut rēpūblic̄æ cāusā, & armā sūmpsī, & esse prō nōbīs. Grauior est autem longa syllaba præcedente quàm breui: aliter enim sonat armā sūmpsī, aliter esse prō nōbīs. Cicero ad Herennium in arte sic περὶ ὑπερβάτου, Huiuscemodi transiectio quæ rem non reddit obscuram, multū proderit ad continuationes, de quibus antè dictum est, de quibus oportet uerba sicuti ad poeticum extruere numerꝰ, ut pfecte & politissime possint esse absolutæ. De nūeris, id est de structuris, siue de cōtinuatione, siue de cōpositione Cicero sic dicit: Longissima est igitur complexio uerborꝰ, quæ uolui uno spiritu potest, sed hic naturæ modus est, artis alius. Nam cum numeri sint plures, iambum & trochæū frequenter segregat ab oratore Aristoteles Catule uester, qui natura tamen incurrūt ipsi in orationem & sermonē nostrum. Sed sunt insignes percussiones eorum numerorꝰ & minuti pedes, quare primū ad heroum nos dactylici, & anapæsti, & spondei pedem inuitat, in quo impune progredi licet, duos duntaxat pedes aut paulo plus, nec plane in uersum aut in similitudinē uersus incidimus. Aliæ sunt geminæ, q̄bus hi tres heroici pedes in principio cōtinuandorꝰ uerborꝰ satis decore cadūt. Probat̄ aūt ab eod ē illo maxime pæon, q̄ est duplex. Nam aut à longa orit̄ quam tres breues cō sequuntur, ut hæc uerba, dēsĭnĭtĕ, īncĭpĭtĕ, cōmprĭmĭtĕ: aut à breuibus deinceps tribus extrema producta atq; longa, sicut illa sunt, dŏmŭĕrūnt sŏnĭpĕdēs. Atq; illi philosopho ordiri placet à superiore pæone, posteriore finire. Est autem pæon hic posterior non syllabarum numero, sed aurium mensura, quod est acrius iudicium & certius, par ferè cretico, qui est ex longa & breui & longa. Quīd pĕtām præfidij, aut exequar, quo ue nunc. A quo numero exorsus est Fannius, Sī quĭrītes mīnas illius, hunc ille clausulis his aptiorem putat quas uult longa plerunq; syllaba terminare. Postea in eodem tertio libro de oratore sic dicit: Sed sæpe carpenda mēbris minutioribus oratio est, quæ tamen ipsa mēbra sunt numeris uincienda, neq; uos pæon, aut herous ille conturbet, ipsi occurrēt orationi, ipsi inq̄ se offerent, & respondebunt non uocati. Consuetudo modo illa sit scribendi, atq; dicendi ut sententiæ uerbis finiantur, eorumq; uerborum iunctio nascatur à proceris, ac liberis, maxime heroo, aut pæone priore, aut cretico, sed uarie distincteq; confidat, notatur em̄ maxime similitudo in conquiescendo. Et si primi ac postremi pedes sunt hac ratione seruati, medij possunt latere, modo ne circuitus ipse uerborum sit, aut breuior quàm aures expectant, aut longior quàm uires atq; anima patiatur. Clausulas aūt diligentius etiam seruandas esse arbitror quàm superiora, quod in his maxime perfectio atque absolutio indicatur. Nam uersus æque prima & media & extrema pars attenditur, qui debilitat̄ in quacunq; parte titubatū est. In oratione aūt pauci prima cernunt. postrema pleriq;, q̄m apparent & intelligunt̄. Varianda sunt, ne aut animorum iudicijs repudientur aut aurium satietate. Duo enim aut tres ferè sunt extremi seruandi & notandi pedes, si mō non breuiora & p̄cisa erunt supiora, quos aut choreos, aut heroos, aut alternos esse oportebit, aut in pæone illo posteriore quem Aristoteles probat, aut ei pari cretico.

Horum uicissitudines efficient, ut neq; ĩ satientur qui audiẽt fastidio similitudinis, nec nos id quod faciemus opera dedita facere uideamur. postea sic: Verũ ut in uersu uulgus, si est peccatũ uidet, sic siquid in nostra oratione claudicat, sentit, sed poetæ nõ ignoscit, nobis concedit. Taciti tñ omnes nõ esse illud, quod diximus, aptũ perfectumq; cernunt. Idẽ M. Cicero in oratore de pedibus & numeris incisorũ, id est κομμάτων & membrorũ, id est κώλων, & ambituũ siue circuituũ, id est περιόδων sic dicit: Apud Græcos quidem iam anni quadringẽti sunt propè cum hoc probat, nos nuper agnouimus. postea sic: Quod si aures tam inhumanas, tamq; agrestes habent, ne doctissimorũ quidem uirorũ eos mouebit autoritas. Omitto Isocratẽ discipulosq; eius, Ephorũ et Naucratem, quanquã orationis faciendæ & ornandæ autores, locupletissimiq; ipsi oratores esse debeant. Sed quis hominũ doctior? quis acutior? quis in rebus uel inueniendis uel iudicandis acrior Aristotele fuit? quis porrò Isocrati aduersus infensius? is igit uersum in oratione uetat esse, numerum iubet. eius auditor Theodectes in primis, ut Aristoteles sæpe significat, politus scriptor atq; artifex hoc idem sentit & præcipit. Theophrastus uero eisdem de rebus etiam accuratius. Quis ergo istos ferat qui hos autores non probent, nisi omnino hæc esse ab ĩs præcepta nesciant? In alio loco sic dicit: Fluit omnino numerus à primo tum incitatus, breuitate pedum, tum proceritate tardus, cursum, cõtentiones magis requirunt, expositiones rerũ tarditatem. In alio sic: Cur de perfugis nostris copias comparant contra nos? Sunt illa duo prima, quæ κόμματα, Græci uocãt, nos incisa dicimus: deinde tertium κῶλον illi, nos membrũ, sequitur non longa (Ex duobus enim uersibus, id est membris perfecta) comprehensio, & in spondeos cadit. Et Crassus quidem sic plerunq; dicebat, idq; ipse genus dicendi maxime probo. Sed quæ uicissim, aut membratim efferunt, ea uel aptissime cadere debent, ut est apud me: Domus tibi deerat? at habebas, pecunia superabat? at egebas. hæc incise dicta sunt quatuor. At mẽbratim quæ sequuntur duo, incurristi amens in columnas, in alienos insanus insaniisti. Deinde omnia tanq; crepidine quadam comprehẽsione largiore sustinent, depressam, cæcã, iacentẽ domum, pluris q̃ te & fortunas tuas æstimãsti. dichoræo finit, at spondeis proximum illud. Nam his quibus ut pugiunculis uti oportet, breuitas faciet ipsa liberiores pedes. Sæpe em̃ singulis utendum est, plerunq; binis, & utrisq; addi pars pedis potest, non ferè ternis amplius. incisim aũt & membratim tractata oratio in ueris causis plurimũ ualet, maximeq; ĩs locis cum aut arguas, aut refellas, ut nos in Corneliana secunda: O callidos homines, ò rem excogitatam, ò ingenia metuenda, membratim adhuc, deinde cæsim diximus. Rursus membratim: Testes dare uolumus. Extrema sequitur comprehensio, sed ex duobus membris qua non potest esse breuior: Quem quæso nostrum fefellit, ita uos esse facturos. nec ullũ genus dicendi est aut melius, aut fortius, binis aut ternis ferè uerbis, nonnunq̃ singulis. paulo aliâs pluribus, inter quæ uarĩs clausulis se interponit raro numerosa cõprehensio. Idem sic dicit de Theophrasto: Namq; ego illud assentior Theophrasto, qui putat orationem quæ quidem sit polita atq; facta quodãmodo, non astricte, sed remissius numerosam esse oportere. Etenim sicut ille suspicat, post anapæstus procerior quidem numerus effloruit, inde ille liccentior & diuitior fluxit dithyrambus, cuius mẽbra & pedes, ut ait idem, sunt in omni locupleti oratione diffusa. Idẽ Cicero in Bruto sic: Extitit igit iam senibus illis, quos paulo ante diximus Isocrates, cuius domus cunctæ Græciæ, quasi ludus quidam patuit, atq; officina dicendi, magnus orator & perfectus magister, quanq̃ forẽsi luce caruit, intraq; parietes aluit eam gloriam, quam nemo, meo iudicio, est poeta cõsecutus. is & ipse scripsit multa præclare, & docuit alios, & cum cætera melius q̃ superiores, tũ primus intellexit etiam in soluta oratione dum uersum effugeret, modum tñ & numerũ quendam oportere seruari. Ante hũc enim uerborũ quasi structura, & quædam ad numerum conclusio nulla erat: aut si quando erat, non apparebat eam dedita opera esse quæsitam. Quæ forsitan laus sit, ueruntñ natura magis tunc, casuq; nonnunq̃ haud ratiõe aliqua, aut ulla obseruatiõe fiebat. Ful. Sosipater Charisius de numeris sic dicit:

Bacchicum metrum tale eſt: Bacchare, lætare præſente Frontone, hoc uidetur ad proſam conuenire. Et ſanè multis pedibus in oratione utimur, licet ſtulti putent liberum à uinculis pedum ſermonē proſæ eſſe debere. Cicero de numeris ſic dicit: Verſus eñ illi ueteres in hac ſoluta oratiõe prope modũ, hoc eſt numeros quoſdam nobis eſſe adhibendos putauerunt. poſtea ſic: Idq́ princeps Iſocrates inſtituiſſe fertur, ut incõditam antiquorum dicendi conſuetudinem delectationis atq́ aurium cauſa, quemadmodum ſcribit diſcipulus eius Naucrates, numeris aſtringeret. Namq́ hæc duo muſici q̃ erant quondam, item poetæ machinati ad uoluptatem ſunt uerſum atq́ cantum, & ut uerborum numero, & uocum modo & delectatione uincerent aurium ſatietatem. Hæc ígiẽ duo, uocis dico moderationem, & uerborum concluſionem, quoad orationis ſeueritas pati poſſet, & à poetica ad eloquentiam traducenda duxerunt. In quo illud eſt uel maximum, q̃ uerſus in oratione, ſi efficitur coniunctione uerborum, uitium eſt, & tamen eam coniunctionem, ſicuti uerſum numeroſe cadere & quadrate, & perfici uolumus. Neq́ eſt ex multis rebus, quæ magis oratorẽ ab imperito dicendi ignaroq́ diſtinguat. Idem Cicero: Nam etiam poetæ quæſtionem attulerũt, quidnam eſſet illud quo ipſi differrent ab oratoribus, numero maxime uidebantur antea & uerſu, nunc apud oratores iam ipſe numerus concrebuit. Quicquid enim eſt quod ſub aurium menſuram aliquam cadit, etiam ſi abeſt à uerſu (nam id quidem uitium orationis eſt) numerus uocatur, qui græce dicitur ῥυθμὸς. Itaq́ uideo uiſum eſſe nonnullis Platonis & Democriti locutionem, & ſi abſit à uerſu, tamẽ quod incitatius feratur, & clariſſimis uerborum luminibus utatur, potius poema putandum, q̃ comicorum poetarum, apud quos niſi q̃ uerſiculi ſunt, nihil eſt aliud quotidiani diſſimile ſermonis. Victorinus de compoſitione ſic dicit: Creticum qui eſt ex longa & breui & longa, ſi ſequatur ſpondeus uel trochæus, bonam compoſitionem facere dicũt. Quouſq́ tandem abutere Catilina patiẽnt̃iã nõſtrã, duo extremi pedes ſunt creticus & ſpondeus. idem multa dicit de compoſitione & numeris & pedibus oratorĩs. Vt Cicero dicit, iſti ſcripſerunt apud Græcos Thraſymachus, Naucrates, Gorgias, Ephorus, Iſocrates, Theodectes, Ariſtoteles, Theodorus, Byzantius, Theophraſtus, Hieronymus. latine de numeris hi, Cicero, Victorinus, Euſebius, Terentianus, Varro, Probus, Chariſius, Diomedes, Quintilianus, Donatus, Seruius. Nam qui Iſocratem maxime mirantur, hoc in eius ſummis laudibus ferunt, q̃ uerbis ſolutis numeros primus adiunxerit. Cum enim uideret oratores cum ſeueritate audiri, poetas autem cum uoluptate, tum dicit̃ numeros ſecutus, quibus etiam in oratione uteretur, tum iucunditatis cauſa, tum ut uarietas occurreret ſatietati, quod ab his uere quidem ex parte, non totum dicitur. Nam in eo genere ſciẽtius uerſatum Iſocratem confitendum eſt, ſed princeps inueniẽdi fuit Thraſymachus, cuius omnia nimis extant ſcripta numeroſe. nã (ut paulo ante dixi) paria paribus adiuncta & ſimiliter definita, item contrarĩs prolata contraria, quæq́ ſua ſponte, ſi id nõ agas, cadunt plerunq́. Numeros Gorgias primus inuenit, ſed his eſt uſus intemperantius. Id autem eſt genus (ut ante dictum eſt) ex tribus partibus collocationis alterum. eorũ uterq́ Iſocratem ætate præcurrit, ut ille eos moderatione non inuentione uicerit. Eſt eñ ut in transferendis faciendiſq́ uerbis tranquillior, ſic in ipſis numeris ſedatior. Gorgias autem auidior eſt generis eius, & ĩs feſtiuitatibus (ſic eñ ipſe cenſet) inſolẽtius abutitur, quas Iſocrates, cum tñ audiſſet adoleſcens etiam in Theſſalia ſenem iam Gorgiam, moderatius temperauit. In alio loco ſic: Sed hos cum in clauſulis pedes nomino. non loquor de uno pede extremo, adiungo (quod minimũ ſit) proximũ ſuperiorem, ſæpe etiam tertiũ, ne iambus quidem, qui eſt è breui & lõga, aut par eſt choreo, qui habet tres breues, trochæus: ſed ſpatio par non ſyllabis, aut etiam dactylus, q̃ eſt è longa & duabus breuibus, ſi eſt proximus à poſtremo, parum uolubiliter puenit ad extremum, ſi eſt extremus choreus aut ſpondeus. Nunq̃ enim intereſt uter ſit eorũ in pede extremo, ſed ĩdem tres pedes male concludunt̃, ſi quis eorũ in extremo locatus eſt, niſi p̃ cretico poſtremus eſt dactylus. Nihil enim intereſt dactylus ſit extremus an cre-

ticus,quia postrema syllaba breuis an lõga sit, ne in uersu quidẽ refert. Quare etiam pæona qui dixit arctiorem in quo esset lõga postrema,uidet parum, quoniam nihil ad rem est,postrema breuis an longa sit.iam pæon q plures habet syllabas,numerus à qbusdam, non pes existimatur.

Idem Cicero in Dialogis de republica multa dicit, referens Asianos oratores ditrochæo clausulas terminare. Terentianus de cretico,hoc est de amphimacro pede sic dicit:

Optimus pes,& melodis & pedestri gloriæ.
Plurimũ orantes decebit quando pene in ultimo obtinet
Sedem beatam,terminet si clausulam
Dactylus,spondeus imam,nec trochæum respuo.
Bacchios utrosq; fugito.nec refellas tribrachyn.
Nam solet longam trochæus soluere in duas breues.
Vnde & appellant trochæum,quem uocamus tribrachyn.
Plenius tractatur istud arte & prosa rhetorum.

Pompeius Messalinus de numeris & pedibus oratorum sic dicit: Cicero spondeum incisis idoneum putat.qui(ut ait)paucitatem pedum grauitate sua & tarditate compensat.Dochimum aptum dicit quouis loco esse,dum semel ponatur,quoniam continuitas numerum asperum efficiat.Ditrochæum quoq; præclare cadere. Palmam de omnibus cretico tribuit.Item de Sallustiana compositione siue numero & structura sic dicit: Nunc si uideaẽ Sallustianæ periodi numeros inspiciamus,Rẽs põpũ, dactylus,lĩrõ,mãnĩ,Mãrco,tres spondei Lẽpidõ,anapæstus:Quĩntõ Cãtũlõ,spondeus & anapestus,cõnsũlibũs,pæon primus,ãc dẽindẽ, dichoreus siue ditrochæus,mĩlĩtĩ,dactylus,æ dõmĩ,cretícus,gẽstãs,spondeus:cõmpõsũĩ,choriãbus ex longa & breui,& breui & lõga. Cicero de compositione Demosthenis sic dicit: Quasi uero Trallianus fuerit Demosthenes,cuius non tam uibrarent fulmina illa,nisi numeris contorta ferrentur.

Versus Rufini uiri clarissimi de numeris & pedibus oratorum.

Creticus aut spondeus erit pæon'ue supremus.
Dactylus atq; trochæus adest,uel cursor iambus,
Partibus in cunctis qui ponitur ante supremum,
Temporibus'ue pares hos omnes reddere possunt,
Soluere seu longas malis ut syllaba crescat.
Rhetoricis Asiæ placuit bis fine trochæus.
Principia & medium,& finem tibi dochimus ornat.

Cicero de incisis,& membris, & de circuitu sic:

O M.Druse patrem appello,hæc quidem duobus in his pedibus incisim, deinde membratim,Tu dicere solebas sacram esse rempu.hæc item membra ternis,post ambitus,qui cunq; uiolasset ab omnibus esse ei pœnas pẽr sõlũtas, dichoreus.Nihil enim ad rem extrema illa longa sit an breuis, deinde, patris dictum sapiens tẽmẽrĩtãs filĩ cõmprõbãuit. Hoc dichoreo tantus clamor concionis excitatus est ut admirabile esset.Quæro num ne id numerus effecerit?uerborum ordinem immuta,fac sic: Comprobauit filĩ temeritas, iam nihil erit, & si temeritas ex tribus breuibus & lõga est,quẽ Aristo,ut optimũ pbat.

Idem Cicero postea sic dicit:

Sed sunt clausulæ plures quæ numerose & iucũde cadunt. Nam creticus q est ex longa & breui & longa, & eius æqualis pæon qui spatio par syllaba longior, qui commodissime putatur in solutam orationem illigari, cum sit duplex: nam aut è longa est & tribus breuibus, qui numerus in primo uiget,iacet in extremo: aut è totidem breuibus & longa,quem optime cadere censent ueteres,ego non planè reĩcio,sed alios antepono. Nam spondeus est quidem funditus repudiandus,& si quod est è longis,hebetior uideẽ & tardior,habet tamen stabilem quendam & nõ expertem dignitatis gradum,in incisionibus uero multo magis & in membris.paucitatem enim pedum grauitate sua & tarditate cõpensat. Donatus de structuris & pedibus oratorĩs numerorum sic dicit:

Cicero in exornatione sententiæ clausulaq; ponēda modo ditrochæum probat pedem, modo pæona primum aptum incipientibus, modo pæona quartum, finientibus congruum, modo dochimum ex breui & duabus longis & breui & longa, cuius exempla posuit, ămīcōs tĕnēs, modo amphimacrum pedem, & rursus modo dactylum, modo anapæstum, modo dithyrambum laudat. Probus de numeris oratorīs,

Trochæus & pæon tertius, faciet illam structuram Tullio peculiarem, ēsse uidēatur.

Cicero de numeris & pedibus oratorīs sic:

Iam pæon q; plures habet syllabas quàm tres, numerus à quibusdam non pes nominat. Est quidem (ut inter omnes constat antiquos, Aristotelem & Theophrastum, Theodectem, Ephorum) unus aptissimus orationi, uel orienti, uel mediæ, putant etiam cadenti, quo loco mihi uidet aptior creticus. Dochimus autem è quinq; syllabis, breui duabus longis breui & longa, hoc est ămīcōs tĕnēs, quouis loco aptus est.

Idem Cicero de pedibus & structuris sic:

Iambus enim frequentissimus est in eis quæ demisso atq; humili sermone dicunt. Pæon autem in amplioribus, in utroq; dactylus. Itaq; in uaria & perpetua oratione hi sunt inter se miscendi & temperandi. Cicero ad Herennium in arte rhetorica de membro, id est, περὶ κώλου, Membra orationis appellat, res breuiter absolutas, fine totius demonstratione sententiæ, quæ denuo alio membro orationis excipiatur hoc pacto, & inimico proderas, id est unum quod appellamus membrum. Deinde hoc excipiatur oportet altero, & amicum lædebas. Ex duobus membris, hæc exornatio potest constare, sed commodissima & absolutissima est quæ ex tribus cōstat, hoc pacto: & inimico proderas, & amicum lædebas, & tibi non consulebas. Item nec reip. consuluisti, nec amicis profuisti, nec inimicis restitisti.

PRISCIANI GRAMMATICI

DE DECLINATIONE NOMINVM LIBER.

OMnia nomina quibus latina utit eloquentia, quinq; declinationibus inflectuntur, quæ ordinem acceperunt ab ordine uocalium formantium genitiuos. Prima igitur declinatio est cuius genitiuus singularis in æ diphthongon definit, ut hic poeta huius poetæ. Secunda declinatio est cuius genitiuus singularis in i productum definit, ut hic doctus huius docti. Tertia in is breuem, ut hic pater huius patris. Quarta in us productam, ut hic senatus huius senatus. Quinta in ei diuisas syllabas, ut hic meridies huius meridiei. Habet ergo primæ declinationis nominatiuus literas terminales duas a & s. Terminationes uero tres, ā ās ēs productas, ut hæc syllaba huius syllabæ, hic æneas huius æneæ, hic anchises huius anchisæ. In ā definentia, seu græca sint seu latina masculina uel fœminina uel cōmunia primæ declinatiōis sunt, ut hic citharista huius citharistæ, hic scriba huius scribæ, hæc calliopea huius calliopeæ, hæc regina huius reginæ, hic & hæc aduena huius aduenæ. Excipiunt nouē mobilia nomina, una, ulla, nulla, sola, tota, alia, utra, neutra, altera, quæ declinationem pnominū habent, in ius terminantiū gtm̄, quō ea quæ cōpositа sunt, ut aliqua, nequa, fiqua. neutra uero in ā græca tertiæ sunt declinatiōis: gtūs em̄ græcus, tos in tis cōuertit apud nos, ut hoc poema huius poematis, hoc emblema emblematis, hoc toreuma huius toreumatis. Literæ uero nomina indeclinabilia sunt tā apud Græcos, quàm apud Latinos, & neutra, ut alpha, beta, a b. In as uel in es græca, quæ apud græcos in ου diphthongū termināt gtm̄, sunt primæ declinationis, ut Anchises huius Anchisæ ἀγχίσης, ἀγχίσου, hic Lysias huius Lysiæ λυσίας λυσίου, hic æneas huius æneæ αἰνείας αἰνείου, hic Priamides huius Priamidæ, πριαμίδης πριαμίδου. Sciēdum est autem quod si patronymicorū formæ inueniant propria nomina secundū tertiam magis ueteres declinationē proferunt, ut hic Thucydides huius Thucydidis, hic Euripides huius Euripidis. Similiter proferūt barbara nomina eiusdē terminationis, ut Tigranes huius Tigranis, hic Mithridates huius Mithridatis,

hic Ariobazanes huius Ariobazanis. & in aliis tñ quibuſdam græcis autoritate idẽ feciſſe inueniunt, ut hic Orontes huius Orõtis. Secũda declinatio habet tres terminales litteras, r s m: terminationes uero ſex, er ir ur us eus um, ut ſacer ſacri, uir uiri, ſatur ſaturi, magnus magni, Tydeus Tydei, templũ tẽpli. In er definentia ſi à græcis ſint, ros in er conuertit apud nos, & quæ ex ſe faciũt fœminina in a definẽtia, & quæ s & t ante er habent (niſi ſint poſſeſſiua) ſecundæ declinationis ſunt, ut hic Alexander Alexandri, hic tener huius teneri, hic ſacer huius ſacri. faciunt eñ tenera, ſacra. hic oleaſter huius oleaſtri, hic apiaſter huius apiaſtri. excipitur hic ſequeſter ſequeſtris, qđ quanuis tertiæ declinationis ſit, tñ fœmininũ in ā facit, hæc ſequeſtra, quanq̃ uetuſtiſſimi declinatiõis ſecundæ rationabilius hoc protulerunt, hic ſequeſter huius ſequeſtri. Alia uero omnia exceptis ſupradictis in er definentia, tertiæ ſunt declinationis, ut hic pater huius patris, hæc mulier huius mulieris, hic & hæc pauper huius pauperis, hoc tuber huius tuberis. Excipiuntur puer pueri, ſocer ſoceri, gener generi, fiber fibri, cancer cancri, liber libri, culter cultri. In ir duo inueniuunt maſculina, ſecundæ declinationis, ut hic treuir huius treuiri, qđ eſt generale, & hic uir huius uiri, & ex eo compoſita nomina, duũuir, triumuir, ſemiuir, leuir. ꝓterea neutra duo inueniunt in ir, unũ tertiæ declinatiõis, ut hoc Gaddir huius Gaddiris nomen ciuitatis, & hoc ir, quod Græci ἦνας dicunt, indeclinabile. In ur uero unum inuenit cuius fœmininum in a definit, ſecundæ declinationis, ut hic ſatur ſaturi. Alia uero omnia ſunt tertiæ declinationis, ut hic furfur huius furfuris, τὰ πίτυρα, hic & hæc fur huius furis, φὼρ φωρός, hoc ſulfur ris, qđ græce θεῖον ἄπυρον dicit. In us correpta definentia s uel t uel x antecedẽtibus, ſi ſint rerũ ĩcorporaliũ uocabula, maſculina ſunt & quartæ declinationis, ut hic riſus huius riſus, hic uiſus huius uiſus, hic uerſus huius uerſus, tumultus tus, metus tus, motus tus, ſexus, luxus, ſimiliter ſunt quartæ declinationis, & quæ ex his componunt, ut hic ſenatus à ſenibus & natu, huius ſenatus, hic magiſtratus huius magiſtratus, hic exercitus huius exercitus, & quæ cognominatim ex his ꝓtis fixa ſunt, ut hic magiſtratus πρυτανεῖον καὶ πρυτανεὺς, huius magiſtratus, hic exercitus στρατὸς ὁ στρατόπεδον, huius exercitus, hic ſaltus ἄλσος πήδημα. huius ſaltus. eiuſdem præterea quartæ declinationis quædam ſunt, quæ cum ſint fixa in tus definunt, aliqua præcedente cõſonante in eadem ſyllaba ante t poſita, ut hic fluctus ctus, quæſtus quæſtus, hic rictus huius rictus. excipitur lectus ἀναγνωσμένος huius lecti, nam muſtus facit muſta. Similiter ſunt quartæ declinationis quæ per ſyncopam à ſupradictis incorporalibus proferunt, ut portatus portus, certat⁹ certus, artatus artus, & arcitus à uerbo arceo arcus, laqueatus lacus, uultus quoq; ipſa res eſſe uidet à uerbo uolo, quõ cultus à colo. Alia uero oĩa ſupradictæ terminatiõis maſculina, ſunt ſecũdæ declinatiõis, ut bon⁹ boni, Homerus Homeri, uẽtus uenti, quãuis uideatur hoc quoq; eſſe ſimile incorporali, qđ à uenio uerbo naſcit ex quo compoſitum eſt aduentus, ſanctus ſancti, ſomnus ni, excipiunt gradus, ſinus, currus, ficus, quod eſt uitium corporis, & tonitrus & cornus, quæ etiam neutra ſunt in u definentia, & unũ tertiæ declinatiõis, ut hic lepus leporis. Nam penus & ſpecus tã maſculini, q̃ fœminini & neutri gñis inueniunt, & ſcdæ & tertiæ & q̃rtæ declinationis, ut hic penus huius peni, & hoc penũ peni, et hoc penus huius penoris, & hæc penus penus nui, et hoc penu huius penu. Similit hic ſpec⁹ huius ſpeci, hæc ſpecus huius ſpeci. & hoc ſpecus huius ſpecoris, & hoc ſpecum huius ſpeci, & hoc ſpecu huius ſpecu. In us correptam definentia fœminina, ſi ſunt ꝓpria uel appellatiua, aut græca in os, apud græcos definentia, uel arborum nomina ſecundæ declinationis, ut hæc tyrus huius tyri, arctus arcti, cyprus pri, pirus ri, cupreſſus ſi, pilus li, arbutus, alnus, excipiunt quinq;, quæ tam ſecũdæ quàm quartæ inueniũtur declinatiõis, ut quercus, pinus, cornus, ficus, laurus, & unum tertiæ, ut Venus Veneris. Alia uero oĩa nomina in us correptã definẽtia fœminina quartæ ſunt declinatiõis, ut hæc manus huius nus. nurus, ſocrus, porticus, anus. Excipiunt aluus alui, humus humi, & hæc domus domi uel domus, & colus coli uel colus. Neutra in us definentia, ſeu producta, ſeu correpta, tertiæ ſunt declinationis, & in ris terminant genitiuum, ut ius iuris, plus pluris, munus muneris, põdus ponderis, corpus corporis, pectus

pectoris,maius, minus. Excipiutur hoc pelagus gi,quod græcum est,& hoc uulgus gi, quod & masculinũ est,& hoc uirus ri,& hoc pus indeclinabile.in us correpta commu nia duo inueniunt̃ tertiæ declinatiõis,ut hic & hæc & hoc uetus ueteris, lygus lyguris, quod est gentile,& duo monosyllaba quæ producunt̃ in ntõ,ut hic & hæc sus suis, grus gruis:nam mus muris epicœnum est,& à græco μῦς, & u mutatur in ũ longam.Nullũ enim masculinum in us productam desinit, græca igitur in us productam desinentia, si apud Græcos in dos finiunt genitiuum,apud Latinos,dos in dis conuertitur per eundẽ casum,ut ὁ οἰδίπους,οἰδίποδος hic Oedipus huius Oedipodis, ὁ μελάμπους μελάμποδος hic Melampus huius Melampodis.Latina uero quæ in supradicta syllaba in us,productam de sinunt,sine dubio fœminina sunt & tertiæ declinationis, ut hæc seruitus seruitutis , se nectus senectutis,iuuentus iuuẽtutis,tellus,salus,palus.Sed de eorum & aliorum nomi nũ ultimis & penultimis syllabis genitiuor̃,latius in libro de nomine docuimus.In um desinentia omnia sunt secundæ declinatiõis,ut hoc templum huius tẽpli, palladium pal ladij. In eus desinentia græca sunt & secundæ declinationis, ut hic Tydeus Tydei, Oi leus Oilei,Orpheus Orphei.Tertia declinatio habet terminales literas decem, a e o c l n r s t x,ut hoc toreuma tis,hoc monile lis,hic & hæc uirgo nis,hoc lac,hic sal,hoc no men,hic orator,hæc ciuitas, hoc caput,hic & hæc & hoc felix.In a neutra,& in e correptam,& in o,tertiæ sunt declinationis,ut hoc toreuma tis,sedile lis,monile lis,hic Cato, hæc uirgo,hic & hæc homo.Excipit̃ hoc cæpe qđ aptotum est,& tñ dicit̃ hæc cæpa cæpe. In c uel in l,uel n, uel t, uel x, desinentia, omnia sunt tertiæ declinationis,ut ha lec halecis, pisces,hic consul,titan,hoc synciput syncipitis,hic & hæc & hoc fallax.In r de sinentia si non sint declinationis secundæ,ut superius docuimus,sine dubio sunt tertiæ,ut hoc bostar huius bostaris,hic agger huius aggeris,languor languoris,hæc soror sororis, hic & hæc memor memoris,felicior,melior, hoc laquear laquearis. In es uero desinen tia quintæ declinationis inueniuntur, per antecedentes igitur uocales ea discernimus. In as uero desinentia latina quidem tertiæ sunt declinationis.græca uero sunt quæ in os terminant gtm̃ apud Græcos, ut Mecœnâs huius Mecœnatis,Arpinâs atis,pietas huius pietatis,hic Atlas huius Atlantis,hæc Pallas huius Palladis.In es correptam uero tertiæ sunt declinationis,ut miles,seges,hic & hæc & hoc teres tis.In es productam desinentia quidem quæ genitiuum græcum in ους uel εος terminant,tertiæ sunt declinationis,ut ὁ ἑρμογένης τοῦ ἑρμογένους, hic Hermogenes huius nis, ἐτεόκλης, ἐτεόκλεος, hic Eteocles clis. Latina uero si ante es i habuerint,quintæ sunt declinationis,ut facies faciei,series riei,di es diei.Excipiunt̃ hæc quies,cuius compositum requies facit genitiuum requietis uel re quiei.Alia uero omnia tertiæ sunt declinationis,ut Vlysses sis, Verres ris,hæc cædes dis, nubes nubis,hic & hæc hæres dis,commune duũm generũ uel trium,locuples tis.Exci piuntur res rei,spes spei,fides fidei,plebes plebei,quod & plebs plebis dicit̃.In is omnia tertiæ sunt declinationis,ut collis collis,samnis nitis, Neapolis lis, lis litis,utilis utilis. In os quoq; omnia latina,& in os productã græca tertiæ sunt declinationis, ut flos floris,ne pos nepotis, hæc dos dotis, hic & hæc custos huius custodis, hic heros herois, hæc erin nys huius erinnys.Sed de penultimis eor̃ & aliorum omnium in sexto libro de nomine inuenies latius,ut supradictũ est.In es uel in aus diphthongum desinẽtia,& omnia quæ in duas consonantes desinunt tertiæ sunt declinationis, ut hic præs prædis,hoc æs æris, fraus fraudis,laus laudis,hæc arx arcis, ars artis,mons montis,mors mortis. Quarta de clinatio habet terminales literas,u & s,similit̃ habet duas terminatiões, us & u.in us qui dem masculinor̃ & fœmininorum,in u uero neutrorum,ut hic uultus uultus, hæc ma nus manus,hoc genu huius genu,sed in us terminatorũ regulam superius tractauimus, quando de secunda docebamus declinatione, in u uero desinẽtia neutra inueniunt̃ inde clinabilia in numero singulari,in plurali uero secundam quartam flectuntur.Quinta de clinatio unam habet terminationem in es productam,de qua superius ostẽdimus, quan do de tertia differebamus,ut meridies meridiei.Hinc de obliquis casibus quinq; declina tionum docebimus,Primæ declinationis genitiuus & datiuus in æ diphthõgum desinit,

ut huius & huic poetæ,accusatiuus in am,ut hunc poetam. Vocatiuus & ablatiuus in a, ut ò & ab hoc poeta. Nominatiuus & uocatiuus plurales in æ diphthongum, ut hi & ò poetæ. Genitiuus in arum, ut horum poetarum. Datiuus & ablatiuus in is,ut his & ab his poetis.fœminina mobilium duûm generum quæ naturaliter mobilia sunt,differentiæ causa notãtur,deabus,filiabus,natabus,equabus,asinabus,mulabus, animabus. Accusatiuus in as,ut hos poetas. Sciendũ est tamen quod in græcis nominibus est quando græcis utuntur terminationibus autores per diuersos casus, tam singulares quàm plurales, ut huius familias genitiuo casu,latine autem huius familiæ. Secundæ declinationis genitiuus in i definit,ut hic magnus magni. Datiuus & ablatiuus in o productam,ut huic & ab hoc magno,accusatiuus in um,ut hunc magnum,nisi sint neutra quorum accusatiuus ubiq; sequitur suum nominatiuum,ut hoc pelagus accusatiuo pelagus,hoc laquear accusatiuo hoc laquear. Vocatiuus quando nominatiuus in er,uel in m definit,similis erit ei, ut hic uir,ò uir,hoc templum ò templum:qñ uero nominatiuum in ius finit, si sint propria nomina,abiecta us fit uocatiuus:ut hic Virgilius ò Virgili,Laurentius ò Laurenti, Terentius ò Terenti. In alijs uero omnibus in us terminãtibus in nominatiuo,mutatiõe us in e fit uocatiuus,ut hic magnus ò magne,socius ò socie. Inuenitur autem unum nomen filius ò fili & ò filie duplici prolatum uocatiuo,ueteres tamen aliquando uel metri uel euphoniæ causa nominatiuis utunt pro uocatiuis. In eus definentia græca sunt quæ tantum uocatiuum seruant græcum, ut Orpheus ò Orpheu, quomodo & accusatiuus in a, ut hunc Orphea, & hoc frequentissime in omnibus græcis nominibus,quomodo diximus superius, inuenies in multis fieri casibus. Nominatiuus & uocatiuus plurales secundæ declinationis per i finiuntur,ut hi & ò magni. Neutra autem tam eiusdem declinationis quàm aliarum declinationum, in quibus inueniuntur, nominatiuum accusatiuum & uocatiuum pluralem in a terminant, quomodo & apud Græcos. Genitiuus pluralis ab ablatiuo singulari, addita rum profertur,ut ab hoc magno horum magnorum. datiuus & ablatiuus in is, ut his & ab his magnis. accusatiuus in os, ut hos magnos. Tertiæ declinationis genitiuus definit in is correptam, ut rex regis. datiuus in i, ut huic regi. accusatiuus in plerisque in em, ut hunc regem, in paucis uero in im,ut tiberim & restim,puppim,turrim,fitim,de quibus in sexto libro exposuimus, uocatiuus similis est nominatiuo, ut hic rex ò rex. In græcis autem nominibus licet uocatiuo uti græco, sicut superius dictum est, ut ò Tiberi pater. Ablatiuus in quibusdam per e correptam,ut ab hoc rege:in quibusdam per i, ut à Tiberi:in quibusdam per e & per i, ut à felice uel felici. Nominatiuus, accusatiuus, & uocatiuus plurales tertiæ declinationis in es productam desinunt, ut hi & hos & ò reges. In quibusdam etiam in is finitur ipse accusatiuus,ut hos & has omnes & omnis, genitiuus pluralis plerunq; in um, non antecedente i, ut à rege regum,in quibusdam autem antecedente i, ut horum montium, de quibus in libro septimo docuimus, datiuus & ablatiuus in bus, ut his & ab his regibus. Quartæ declinationis genitiuus singularis in us productam definit, ut hic senatus huius senatus, datiuus in ui, ut senatui. accusatiuus in um, ut hunc senatum, uocatiuus similis est nominatiuo, ut ò senatus. ablatiuus in u, ut ab hoc senatu. Eiusdem declinationis nominatiuus pluralis, accusatiuus & uocatiuus in us, ut hi & hos & ò senatus. genitiuus in uum, ut horum senatuum. datiuus & ablatiuus in bus,ut his & ab his senatibus. Quintæ declinationis genitiuus & datiuus singulares in ei diuisas syllabas proferuntur,ut huius & huic rei. Accusatiuus in em,ut hanc rem,uocatiuus similis est nominatiuo ut ò res,ablatiuus in e,ut ab hac re. Nominatiuus & accusatiuus & uocatiuus plurales eiusdem declinationis in es productam exeunt, ut hæ & has & ò res,genitiuus addita rum syllaba ablatiuo singulari,ut ab hac re harum rerum, datiuus & ablatiuus in bus,ut his & ab his rebus, & hoc quidem compendij causa ad instruendos pueros sufficiat in præsenti dixisse, perspicatiorem autem regularum rationem tam penultimarũ quàm ultimarũ syllabarũ quæ pertinẽt ad declinationes oĩm nominũ, in libris illis quos de noĩe scripsimus diligenter inuenire licet,& maxĩe in sexto et septimo

qui de ntō & obliquis casibus compositi,testimoniis multorū confirmanť autorum.

PRonomina de quibus nulla dubitatio est apud Latinos sunt.xv. primitiua quidem octo,hæc sunt:primæ personæ unū,ut ego:& secundæ unum,ut tu:tertiæ uero sex, sui,ipse,iste,hic,ille,is.deriuatiua septē,meus,tuus, suus, noster & uester, nostrâs & uestrâs.habent igiť primitiua duas declinationes,deriuatiua duas, & una quidem primitiuorum est declinatio,quæ tam gtm̄ quàm datiuum in i terminat,accm̄ & abltm̄ in ē producta,ut mei tui sui,mihi tibi sibi,me te se,à me à te à se. Vocatiuum secunda persona tm̄ habet,qui similis est ntō,pluralia uero primæ & secundæ personæ similiter declinantur,nam tertiæ personæ pronomen supra positum est,id est sui,quod ntm̄ non habet, cōmune est utriusq; numeri,nos uos,nostrum uel nostri,uestrum uel uestri,nobis. in plurali aūt numero secunda persona tm̄ habet uocatiuum qui similis est ntō,ut ò uos,ideo autem sui ntm̄ non habet,quia nec apud Græcos ἑαυτῶν,id est sui,hoc autem in libro qui est secundus de pronomine,latius tractauimus.Altera declinatio pronominum, in reliquis quinq; primitiuis,quorum gtūs in ius & datiuus in i definit per tria genera.Accūs autem & ablatiuus singularis,& omnes casus plurales in masculino quidem genere & neutro secundæ declinationis nominum terminationes seruant,in fœminino quidē primæ, ut ille illius illi,illa illius illi,illud illius illi,illum illam illud.necesse est enim neutra ntm̄ & accusatiuum similem habere,ab illo ab illa ab illo,nominatiui plurales illi ille illa.Notandum tamen est q̄ hic & hæc & hoc, huius huic,datiuum semper in c terminant differentiæ causa,propter hui interiectionem. Ex septem autem deriuatiuis quinq; quidē secundum regulam mobilium nominum declinantur, masculinum & neutrum secūdæ declinatiōis, fœmininum uero primæ est, & sunt hæc:meus,tuus,suus,noster & uester. Reliqua uero duo communia sunt & tertiæ declinationis, ut hic & hæc nostrâs nostratis,hic & hæc uestrâs uestratis.Inueniuntur tamen nouem nomina mobilia:quæ quia declinationem pronominum habent,inter pronomina quidam posuerunt, ut quis uel qui quæ quod uel quid,cuius cui,unus una unum unius uni, ullus ulla ullum ullius ulli, solus sola solum solius soli, totus tota totum totius toti, alius alia aliud alius alī, uter utra utrum utrius utri, alter altera alterius alteri,similiter declinantur quæcunq; ex his componunť,excipiuntur hic neuter huius neutri, uetustissimi tamen neutrius protulerunt, quis uel qui accusatiuus in em terminat, ut quem, ablatiuum tam in o quàm in i, ut à quo uel qui,& datiuum & ablatiuum pluralem tam in is quàm in ibus, ut quis uel quibus.Quidam tamen omnia nomina infinita uel interrogatiua,uel relatiua,uel redditiua substantiæ uel quantitatis, uel qualitatis,uel numeri significatiua pronomina esse putauerunt.substantiæ ut quis uel qui,qualitatis ut qualis talis,quantitatis ut quantus tantus, numeri ut tot quot, & quæ ex his composita sunt seu deriuata, sed pronomina esse non possunt,quia finitas personas non habēt,quod proprium est pronominis significare certam personam cum casu coniunctam.

OMnia uerba quæ secundum analogiam declinanť, definunt in o uel in or, & habent coniugationes quatuor,prima igitur coniugatio est, cuius persona prima in o definens,mutat eam in as productam,& facit secundam personam,ut amo amas. Secunda uero coniugatio est, quæ eo primæ personæ in es productam conuertit in secunda persona, quæ semper in ea cōiugatione una syllaba minor est,ut doceo doces.Tertia coniugatio est quæ in io quidem definens, in prima persona abiecta o, & assumpta s, minuitur una syllaba in secunda persona,ut facio facis. Alia uero uerba quacunq; litera antecedente o in is breuem conuertunt,ut ruo ruis, lego legis. Quarta coniugatio est quæ primam psonam in io uel in eo definit,eisq; in is,productam conuersis facit secundā psonam,minorē una syllaba,ut audio audis,eo is. s uero finali secundæ psonæ in t conuersa,fit tertia psona in omni cōiugatione,uocali tm̄ correpta ante t,ut amas amat,doces docet,facis facit,legis legit,audis audit,interposita uero mu,in eadē secunda persona seruans s, facit primā pluralē,ut amas amamus,doces docemus,legis legimus,audis audimus.ti uero interposita,facit scdam pluralē,ut amas atis,doces etis,legis itis,audis ditis,

Tertia uero pſona pluralis in prima quidem & in ſecunda coniugatione interpoſita ter-
tiæ ſingularis n ſolet fieri,ut amat amant, docet docent. in tertia uero coniugatione &
quarta primæ perſonæ o finalem in unt conuertẽtes,facimus tertiam pluralẽ, ut facio
faciunt,lego legunt,audio audiunt,eo eunt. Præteritum imperfectum primæ quidẽ &
ſecundæ coniugationis à ſecunda perſona,abiecta s,& addita bam proferimus,ut amas
amabam,doces docebam. Similiť fit in uerbis quartæ coniugationis definentibus in eo,
ut eo is ibam,queo quis quibam,in alijs uero quartæ & tertiæ coniugationis primæ per
ſonæ o finalem in e productam conuertimus,& aſſumpta bam,facimus præteritũ im-
perfectum,ut facio faciebam,audio audiebam,licet aũt & hoc maxime poetis etiam per
ſyncopam in quarta coniugatione audibam & munibam dicere,& ſimilia.Eandẽ aũt ha
bet declinationẽ ptm̃ imperfectum in omni cõiugatione,quam habet primæ coniugati
onis præſens tempus,& omnia quæ in as ſecundam pſonam faciunt cuiuſcunq; ſint tẽ-
poris,uel modi,uel coniugationis ſimiliter declinanť, ut amo amas amat, amamus atis
amant,amabam bas bat,amabamus atis bant, amaueram ras rat, amaueramus ratis rant.
Optatiui quoq; futuri & præſens coniunctiui ſecundæ,tertiæ,& quartæ coniugationis
legam legas legat, legamus atis gant, in es quoq; definentia in ſecunda pſona cuiuſcũq;
ſint temporis,uel modi, uel coniugationis,ſecundũ præſens tempus indicatiui modi ſe
cundæ cõiugationis declinanť,ut doceo doces docet,docemus docetis docent, amarem
res ret,amaremus amaretis amarẽt,amem ames amet, amemus ametis ament, legerem
res ret,legeremus retis rent.In is uero definentia ſecunda perſona tertiæ coniugatiõis,
declinationẽ quam habent in præſenti tempore ſeruant, ut lego gis git,legimus legitis
legunt,amabo bis bit,amabimus bitis bunt,docebo bis bit,docebimus bitis bunt,ibo ibis
ibit,ibimus ibitis ibunt. Illud autem notandum eſt, q; in ſubiunctiui tertia perſona plu-
ralis non conuertit i in u, ut amauerim ris rit,amauerimus tis rint, & in anomalis qui-
dem ſis & uelis tam finalis ſecundæ perſonæ q̃ penultima primæ pluralis, & ſecũda ſyl
laba producitť, ut ſim ſis ſit,ſimus ſitis ſint,uelim uelis uelit,uelimus uelitis uelint,in alijs
uero rariſſime inueniunť,igitur omnia tempora in omni coniugatione indicatiuo appa
rent,& in omnibus modis abſq; præterito perfecto,& abſq; imperfecto trifariæ declina
tionis,etiam præſens tempus trium coniugationũ, & omne quidem ptm̃ imperfectum
& plusq̃ perfectum ſecundum primæ coniugationis præſens tempus declinať, ut ama-
bam bas bat,amaueram ras rat,docebam bas bat,docueram ras rat,legebam bas bat, le-
geram ras rat,audiebam bas bat, audiueram ras rat. Similiter ſecundæ & tertiæ & quar
tæ coniugationis futuri optatiui,& præſens ſubiunctiui, ſecundum primæ coniugatio-
nis ſecundam pſonam declinatur,ut doceam as at,legam gas gat,audiam as at. Secundũ
præſens tempus ſecundæ coniugationis declinať futurum indicatiui in tertia & in quar
ta coniugatione,ut legam ges get,audiam es et,& omne præſens & præteritum imper
fectum optatiui,& præteritum imperfectum ſubiunctiui & plusq̃ perfectum utriuſq;,
ut amarem amares amaret,amauiſſem amauiſſes amauiſſet,docerẽ doceres doceret, do-
cuiſſem docuiſſes docuiſſet,legerem legeres legeret,legiſſem legiſſes legiſſet. Similiter
& optatiui futurũ ſiue ſubiunctiui præſens primæ coniugationis, ut amem ames amet,
orem ores oret.Tertiæ uero coniugationis declinationem quam habet præſens indicati
ui,futurum primæ & ſecundæ coniugationis ſeruant,ut amabo amabis amabit, docebo
docebis docebit. Similiter fit quartæ in eo definentibus,ut ibo ibis ibit. Similiter ſub-
iunctiui præteritum perfectum & futurum uniuerſarum cõiugationum, ut amauerim
amauero ris,docuerim docuero ris,legerim legero ris,audierim audiero ris.His igiť de
generalibus trium coniugationũ declinationibus collectim tibi expoſitis,de ptõ quoq;
perfecto generaliter doceamus,omnis præteriti perfecti prima perſona in i definit, cu
ius de penultimis literis & ſyllabis in lib.ij. de uerbi ptõ latius tractauimus, hæc aſſum-
pta ſti, facit ſecundam pſonam,ut amaui amauiſti,docui docuiſti,legi legiſti,audiui au-
diuiſti. t uero aſſumpta,ſed correpta i, tertiam facit pſonam, ut amauit, docuit. Similiť
correpta i,& aſſumpta mus, facit primã pluralẽ,ut amauimus, docuim⁹,ſtis uero aſſum

pta ſecundam facit pluralem,ut amauiſtis docuiſtis. In tertia uero plurali mutat i in e productam,& aſſumit runt uel re,ut amauerunt uel amauere, docuerunt uel docuere. Plusq̃ perfectum tempus in omni coniugatione à præterito fit, i finali in e breuem conuerſa,& aſſumpta ram, ut amaui amaueram,audiui uel audīj, audiueram uel audieram. Futurum quidem primæ & ſecundæ coniugationis à ſecunda perſona præſentis indicatiui modi,abiecta s & addita bo,ſolet fieri,ut amo amas amabo,idem fit in uerbis quarte coniugationis in eo deſinentibus,ut eo is ibo. Tertiæ cõiugationis omnium uerborũ futurũ,& quartæ in io deſinentiũ,fit à prima perſona præſenti,o finali conuerſa in am, ut lego legam leges,audio audiam audies.& notandum eſt ꝙ nullo alio modo inuenies in prima perſona ante m literam uocalem, quæ in aliam tranſeat in ſecũda,niſi in ſupradicto futuro,ut legam leges,audiam audies.Omnis ſecũda ꝑſona imperatiui modi præſentis temporis à ſecunda ꝑſona fit indicatiui,abiecta s, in tertia uero coniugatione etiã i in e correptam cõuertimus,ut amas ama,doces doce,legis lege,audis audi,ideo autẽ i in e conuertit tertia,quia debet ſeruare tempus quod habet ſecunda indicatiui, quæ nõ poterat i finalem corripere. in omni enim uerbo i in fine poſita producit. tertia uero eiuſdem imperatiui ꝑſona à prima indicatiui o finali in prima coniugatione quidem in et, in aliis uero in at conuerſa fit, ut amo amet, doceo doceat, lego legat, audio audiat. hæc eadem tertia perſona abiecta t, ſed ꝓducta e, uel a,& aſſumpta mus, facit primam pluralis ſuam,ut amet amemus,doceat doceamus,legat legamus,audiat audiamus,ſecũda uero pluralis à ſingulari ſua fit adiecta te ſyllaba,ut ama amate,doce docete, audi audite.Et notandũ ꝙ in tertia cõiugatione e finalis,quæ loco i correptæ ponit in plurali numero eiuſdẽ perſonæ in penultimo loco, in quo licet i correptũ inuenire, redit in i, lege legite. tertiæ aũt pluralis imperatiui modi in omni coniugatione à ſingulari ſua fit interpoſita n litera,ut amet ament,doceat doceant,legat legant,audiat audiant.Futurũ imperatiui ſecundæ uel tertiæ perſonæ cõmune eſt,& fit adiecta ſecũdæ ꝑſonæ præſentis temporis to ſyllaba,ut ama amato,doce doceto,lege legito,audi audito. Hoc quoq; notandũ eſt ꝙ e finalis in i redit in penultima ſyllaba ꝓpter ſupradictam rõnem, lege legito,huic addentes te ſyllabam facimus ſecũdam ꝑſonam pluralẽ, ut amato amatote, doceto docetote.tertia uero pluralis futuri imperatiui à tertia plurali præſentis indicatiui in omni cõiugatione fit adiecta o, ut amant amanto,docent docento, legũt legunto, audiunt audiunto,eunt eunto.Optatiui modi præſens & præteritũ impfectum in omni cõiugatione à ſecunda ꝑſona imperatiui fit aſſumẽs rem,ut ama amarẽ, doce docerem, lege legerẽ,audi audirem,præteritũ uero perfectum & plusq̃ perfectum eiuſmodi fit à præterito ꝑfecto,addita s & ſem,ut amaui amauiſſem, docui docuiſſem, legi legiſſem, audiui audiuiſſem,futurũ optatiui à prima ꝑſona indicatiui, o in em cõuertens in prima cõiugatione,in aliis uero o in am, ut amo amem,doceo doceam, lego legam,audio audiam.Futuro quoq; optatiui ſimile eſt præſens ſubiunctiui,ut lego legam, audio audiã, ptĩm quoq; impfectum ſubiũctiui ſimile eſt præſenti, & ptõ impfecto optatiui, ut cum amarem,cũ docerem,cũ legerẽ,cũ audirem,præteritũ ꝑfectum ſubiunctiui à ptõ ꝑfecto indicatiui fit,quod mutat i finalẽ in e correptam,& aſſumit rim,ut amaui amauerim, docui docuerim,legi legerim,audiui audiuerim,idem eſſe futurũ eiuſdẽ prima tantũmodo ꝑſona,mutante rim in ro,ut amauerim amauero ris rit, amauerimus tis rint. Similiẽ docuerim docuero ris rit,docuerimus tis rint,legerim legero,audierim audiero. præteritũ plusq̃ ꝑfectum ſubiunctiui ſimile eſt præterito ꝑfecto & plusq̃ perfecto optatiui, ut utinam amauiſſem,docuiſſem,legiſſem,audiuiſſem. Infinita in omni coniugatiõe fiunt à præſenti tempore ſecundæ ꝑſonæ imperatiui,addita re,ut ama amare,doce docere,lege legere,audi audire.præteritum perfectum & plusq̃ perfectum à præterito perfecto & plusq̃ perfecto optatiui fit,abiecta m, ut amauiſſem amauiſſe,docuiſſem docuiſſe,legiſſem legiſſe,audiuiſſem audiuiſſe.Futurũ uero, ſupinũ deſinens in um, & uerbũ ire,ut amatũ ire,doctum ire,lectum ire,auditum ire. Vel ꝓticipium futurũ neutrum & eſſe uerbum ſubſtantiuũ,ut amaturũ eſſe,docturum eſſe,lecturum eſſe,auditurum eſſe,

Participialia uel supina quæ tres casus uidentᵉ habere, & loco infinitiui cū articulo cō iunctiui apud Græcos accipiuntᵉ, nascuntᵉ à participio pñtis s in d conuersa & addita i uel o uel um, ut amans amandi do dum, docendi do dum, legendi do dum, audiẽ di do dum. Sunt alia quoq; duo quæ ad formam participij præteriti temporis definũt in um uel in u, ut amatum amatu. Sed hoc intereſt inter amandum & amatum, & in ter amando & amatu, quod amandum neceſſitatem amoris ſignificat, amatum initiati onem ad amorem. Similiter amando in ipſo amore eſt, amatu pro amatione uel pro a- more, id eſt pro ipſa re accipitur, & hoc manifeſtat etiam ipſa interpretatio græca, qᵈ ſuperiora, id eſt amandi amando amandum & amatum, infinitiuorum non ſolum cū articulo, ſed etiam cum præpoſitione uim habent, ut in hoc faciendo, ad hoc faciendū, faciendi, pro oportet facere. Sequentium uero alterum cum præpoſitione græca & ar ticulo infinitum ſignificat, ut uenatum, uel magis pro ipſa re ad locum accipitur, uena tum pro ad uenationem, quomodo & uenatu pro uenatione, ſicut miſerabile uiſu pro uiſione, dictu pro dictione. Multis igitur modis, ſicut in alijs locis docuimus, nomina accipienda ſunt magis quàm uerba, unde & præpoſitiones inueniũtur ante ea quæ in dum definunt, qui eſt accuſatiuus, uel in do qui eſt ablatiuus poſitæ, ut ad amandum uel in amando. Paſſiua ex actiuis fiunt hoc modo, omnia actiua cuiuſcunq; coniugatio nis in quocunq; tempore, modo, uel perſona in o definentia, aſſumunt r & faciunt ex ſe paſſiua, ut amo amor, amabo amabor, amato amator, doceo doceor, docebo docebor doceto docetor, lego legor, legito legitor, legunto leguntor, audio audior, audito au- ditor, audiunto audiuntor. Omnis ſecũda perſona paſſiua, in præſenti & præterito im perfecto indicatiui & optatiui ab actiua ſua fit interpoſita ri, ſed in tertia pro i penul tima e correptam habet, ſed etiam ris in re conuerſa ſolet eadem ſecunda perſona in omni coniugatione proferri, ut amas amaris uel amare, doces doceris uel docere, le- gis legeris uel legere, audis audiris uel audire. Quomodo docuimꝰ in actiuo, ſic in paſ ſiuo præſentis declinatio docet, & reliquorum temporum abſq; præterito perfecto, & his quæ ex hoc naſcuntur per diuerſos modos declinationem, quæ fit ſecundum unam ex tribus cōiugationibus. Tertia uero perſona ab actiua ſua adiecta ur ſolet fieri, ut a- mat amatur, docet docetur, legit legitur, audit auditur. Sed penultima in omnibus cō- iugationibus producitur, excepta tertia plurali. Prima & ſecunda perſona à ſecunda perſona actiui abiecta s & addita mur & mini fiunt, ut amas amamur amamini, do ces docemur docemini, legis legimur legimini, audis audimur audimini. Et in omni coniugatione penultima primæ perſonæ, antepenultima uero ſecundæ producitur ſyl laba, abſq; tertia coniugatiõe. tertia perſona pluralis ab actiua ſua fit adiecta ur, ut a- mant amantur, docent docentur, legunt leguntur, audiunt audiuntur: quæ uero in m definunt actiua primæ perſonæ, per omnes coniugationes & modos in præſenti & in præterito imperfecto, uel in futuro m in r conuerſa faciunt paſſiuũ (nam omne præ teritum perfectum & plusq̃ perfectum per participia declinatur in paſſiuis) ut ama- bam amabar, amarem amarer, docebam docebar, docerem docerer, legebam legebar, le gerem legerer, audiebam audiebar, audirem audirer, amem amer, doceam docear, legã legar, audiam audiar. Cæteras uero perſonas ſecundũ ſupradictas regulas declinamus, omne præteritum perfectum & plusq̃ perfectum paſſiuorum uel ſimilium paſſiuis p participium præteriti temporis, & per ſum uerbum declinatur, ut ſoleo ſolitus ſum, uᵉ cõmunia uel deponentia, paſſiua uero imperatiua ſecundæ perſonæ in omni coniuga tione ſimilia ſunt infinitiuis actiuis, ut amare, docere, legere, audire. Tertia uero à tertia ſua uerbi actiui fit adiecta ur, ut amet ameᵗ, doceat doceaᵗ, legat legaᵗ, audiat audiaᵗ, pluralia uero ſecundum terminationẽ tertiæ perſonæ æqualiter terminãtur addita m pro t in prima & tertia perſona interpoſita n, ut ameᵗ amemur amenᵗ: nam ſecũda perſona imperatiui ſimilis eſt indicatiui ſecundæ, quõ & apud Græcos, amamini, do- cemini, legimini: hæc em̃ tam in indicatiuo q̃ imperatiuo modo ſimiliter proferuntur, idq; cõprobat autoritas, Teren. in Phor. Dum licet, dumq; adſum loquimini mecum,

Et idem: Et contemplamini me eodem uultu. Et idem in Eunuc. uos me sequimini. Sallustius in Cati. Expergiscimini aliquando & capessite remp. Et idē in Iugur. Vos colite & obseruate talem hunc uirum, imitamini uirtutes eius & enitimini, ne ego me liores liberos sumpsisse uidear q̄ genuisse. futurum imperatiui secundū supradictam regulam fit ab actiuo desinente in o addita r, ut amato amator, doceto docetor, legito legitor, audito auditor. Similiter in tertia plurali amanto amantor, docento docentor, legunto leguntor, audiunto audiūtor. Secunda uero persona indicatiui modi mutatione i finalis in or fit, ut amamini amaminor, docemini doceminor, legimini legiminor, audimini audiminor. Omnium modorū præteritum perfectum & plusq̄ perfectū sicut supradictum est, per participium præteriti temporis & substantiuum uerbū profertur, subiunctiui uero futurū sicut est, ut amatus sum, amatus fui, amatus erā, amatus fueram, amatus essem uel fuissem, amatus sim uel fuerim, amatus ero uel fuero. Infinitiua passiua ex actiuis fiūt mutatione e finalis in i, absq; tertia coniugatione, in illa enim abiecta re ultima syllaba, penultima e in i conuertit, ut amare ri, docere ri, legere gi, audire ri. præteritū plusq̄ perfectū per participium neutri generis, & uerbum esse uel fuisse fit, ut amatū esse uel fuisse, doctū esse uel fuisse, lectum esse uel fuisse, auditū esse uel fuisse. futurum per participiū simile & per iri uerbū, ut amatū iri, doctum iri, lectum iri, auditū iri. Omne participium præsentis quidem temporis in ns definit, et in prima quidem & secunda coniugatione interposita n secūdæ personæ præsentis indicatiui modi, ut amas amans, doces docens. In tertia uero & in quarta à prima persona fit conuersa o in ens, ut lego legens, audio audiens, excipiunt eo & queo, quæ euphoniæ causa iens pro eens, quiens pro queens, & faciunt gtōs euntis pro ientis, & queuntis pro quientis. Omne participium præteriti tēporis s uel t uel x habet ante us, ut amatus, doctus, læsus, fixus. excipit mortuus. Omne participium futuri in rus uel in dus definit, ut amaturus & amandus. docturus docendus, lecturus legēdus, auditurus audiendus. Nomina uerbalia plerunq; à participio præteriti fiūt mutata finali us in or, ut amatus amator, doctus doctor. in tor definētia mutant tor in trix, ut amator amatrix, doctor doctrix, lector lectrix, auditor auditrix, & faciunt fœmininum. Rerum autem incorporalium uocabula plerunq; præteriti temporis participijs similia inueniuntur, sed quartæ declinationis sunt, ut iudicatus, monitus, habitus, auditus. Fiunt etiam à genitiuo supradicti participij addita o correpta i, ut coniunctus coniuncti cōiunctio, ratus rati ratio penultima correpta. est tamen quando nomina participijs futuri tēporis fœmininis in a definentibus similia sunt, ut scriptura, pictura, armatura. est quando in um definunt uel in or, factum, dictum, labor, amor. in o definentia seruant regulam actiuorū, in or uero passiuorū, de quorum speciebus in libris quos de uerbo scripsimus latius differtum esse inuenies.

FINIS.

Coloniæ, ære & impensa honesti uiri Godefridi Hyttorpij, pridie Calendas Martij.



8287.

